BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
16 A
52

H
755
XVII Mo 81 6-a

17.23.M.6

Digitized by Google

Digitized by Google

LOCI ARGVMENTORVM LEGALES,

Authore

D. NICOLAO EVERHARDO
A Midelburgo I. C. Clariſs. magniq; Senatus Belgici apud MECHLINIAM olim præſide.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Nunc recens recogniti, diligentia magna emendati, ſummarijs ſingulis locis præfixis illuſtrati.

ACCESSIT
Præfatio conſultiſſimi viri DIONYSII GOTHOFREDI I. C. Clariſſimi.

Et præter locorum ac materiarum Indicem nouus quoque rerum tractatarum ſingulari methodo comprehenſarum locupletiſs. nunquam antea in lucem editus.

VENETIIS, M. DC. VII.
Apud Matthæum Valentinum.

Digitized by Google

Digitized by Google

D. GOTHOFREDVS I.C.

LECTORI S. D.

VOTIESCVNQVE Iuris Ciuilis immanem librorum multitudinem, vel interpretationum varietatem conſpicio: toties mirari ſubit iuris infelicitatem noſtri. Qualis enim δυσυχία, Legislatores claris adeò verbis vel perſpicuis leges præſcribere non potuiſſe, nullus vt, vel minimus, de legum mente deinceps dubitaret: nullas editas leges in controuerſiam reuocaret: nullus denique diſſentiendo, iuris a legislatoribus promulgati ſententias apertas eiuraret, & artis imbecillitatem noſtræ proderet? Hæc cum fiant quotidie, quin et quam velimus ſæpius nobis occurrant, mirari iam deſino, reperiri, qui protinus ad artis accuſationem noſtræ conuerſi, cæteras velut certiorès laudent ac cõmendẽt.

Quoties tamen rurſus cogito malum illud fatumq; non vnius tantum ſcientiæ, ſed omnium artium commune penitus eſſe, varias & repugnantes vt ſectas ac diuerſiſſimas, interpretationes habeant, Iuris noſtri ſciẽtiã talibus accuſationibus optimo iure liberandã cẽſeo.

Enimuerò cæteris vt ab illis artibus vel præcipuis initium faciam: Quæ lex diuina non ſuos eſt calumniatores, hoc eſt, prauos expoſitores, adſecuta? Quis Aphoriſmus Medicinæ non ſit dubius & incertus ab agyrtis et circulatoribus, qui quot diebus emergũt nouis? Quod axioma ſummæ Philoſophiæ non ſuos cenſores, animadueꝛſores, reprehenſores offendit? Hinc videlicet illæ tot

Digitized by Google

Philosophorum, tot Medicorum, tot eorum, qui diuinis in rebus nersantur, nostris vel temporibus familiæ, dißensiones, factæ.

Cessent itaque ciuili Romanorum Iuri tantum hæc obijci, cũ & eadẽ calamitas cæteras alias artes ac disciplinas non minus, imò forte magis maneat vel adficiat.

2 Nouell. 44. *Sed ita est prorsus quod Iustinianus* a *prudẽtissimus Princeps quodam loco retulit, nihil inter homines esse ἕτω ἀναμφισβητητὸν, adeo indubitabile, vel adeo semotum ab omni controuersia, quod non dubitationem aliquam recipiat, etiamsi maximam cum Iustitia coniunctionem habeat.*

Et sunt quoque nonnulli adeo male ius erga nostrũ siue ignorantia siue praua morum constitutione affecti, perplexas vt ibi studio quæritent, obscuritates, vbi nulla prorsus obscuritas sit, sed summa contra perspicuitas; videlicet omnium vt primi nonnihil videantur in medium protulisse, vel vt ea re cęteris ingenio præstantiores habeantur.

b Nouel. 4. & 160. c l. 1. §. 1. ff. de Reg. Caton. d l. 3. §. tractari. ff. ad Tert. e l. penul. ff. ad exhibend. f l. natura cauillat. 77. ff. de verb. sig. l. ea natura est cauill. 66. ff. de R. I.

Sed ita rursus est quod Imperator b *idem vel in ipso nostrarum institutionum limine scriptum nobis tradidit, leges ab Imperatoribus ideò promulgari, per legitimos vt tramites expellant τὰς τῶν συκοφαντῶν ἀδικίας.*

Hinc nostrorum prudentum iustissimæ querelæ siue sententiæ. c *Quid cauillamur (inquiunt)* d *an verba cauillamur? non oportet Ius Ciuile calumniari nec uerba captare, sed qua mẽte quid dicatur animaduertere.*

Hinc cauillationum f *figuræ variæ vel à nostris prudentibus notatæ: verbis gratia, Soritis, qui syllogismus esse dicitur acerualis ab euidẽter veris per breuissimas mutationes disputationum ad euidẽter falsa perducẽs.*

Hinc

Digitized by Google

Hinc τῶν ἀπόρων g *siue perplexorum quęstio, qui tra Status apud Dialecticos τε῀ ↓ευδομένυ, nempe fruſtratorij, cauillatoriique dicitur: in quo quicquid verum eſſe conſtitueris, falſum eſſe protinus deprehenderis.*

g Africanus. 5. in l. qu dr. 88. a l. Falci

Talia cum Iure vel Iuris Ciuilis arte nobis occurrunt, Iuridicinam, ſiue quis malit Iuriſprudentiam noſtram valde tueri ac promouere mihi videntur, qui Iuris ſtudioſos præceptis quibuſdam velut telis & armis inſtruunt, vt a calumniatoribus huiuſmodi ſe defendãt: ſiue ſycophante iſti, quæſtus ſellularij gracia id faciunt, & ad expugnandam veritatem ora mercenaria procudunt, ſiue laudis aut ambitionis, ſiue nocendi vel maledicendi ſtudio, æquum bonumque, quod ipſimet ſciunt proteruiter expugnare audeant.

Luſit in hoc quondam genere Tullius noſter, Romanę parens eloquentiæ, non vno tantum in opere, ſed & pluribus; & quidem Topicis ad Trebatium eumque Iuriſconſ. ſpeciatim.

Suum quoque in id ſtudium cõtulerunt veteres interpretes pleriq; noſtri, qui (res & occaſiones vt ſe eis dederunt) Categoriærum regulas ad Ius noſtrum accommodarunt: præceptaque nobis reliquerunt, quibus ſtudioſi calumniatorum fallacijs poſſint occurrere, nec tantum receptas Iuris ſententias conſtanter defendere, ſed et falſas magno ſpiritu refellere ſimul ac cõuincere.

Neotericos autem inter bene de noſtris meriti maxime videntur EVERARDVS *& Oldendorpius, qui Topica Iuris luculentiſſima nobis ediderunt: & hic quidem, petitis ex intimo ipſumoque Iure ſemper argumentorum exemplis: poſterior vero non ex ipſis tãtum legibus, ſed & Gloſſis, Gloſſis inquam, non vnius modo ſed*

Digitized by Google

vtriusque Iuris, Ciuilis videlicet & Canonici. Quid amplius? ex immensa nostrorum Professorum turba pręcipua quęque LOCIS *sui augendis* EVERARDVS *vel coercendis delibauit ac decerpsit.*

His accedat quod in Amplissimo Belgicarum Prouinciarum Senatu Præsidem meritissimum egit: opusque suum relegit ac recognouit, vt ipsemet fatetur, accuratissime: & locorum illorum communium syluã res ad necessarias, hoc est praxin disputationẽq; fori, in quo veluti regnare Princeps Senatus videbatur, retulit.

Licet ergo cęteri, qui in eodem scribẽdi themate sunt versati, laudem quoque suam sint meriti, pręcipuũ tamẽ quiddã mereri dictis de causis posterior hic uidetur.

Magnum itaque prorsus adiumentum studiosis hosce LOCOS *communes fore existimo, si vel a primis discendi Iuris exordijs eos diligenter assidueque legerint primi iuris Tyrones, vt a Philosophię & Oratorię studijs recentes, ad hanc artem conscendere gradu meliore cœperint: & ex Regulis, quas in Institutionib. quotidie didicerint, Inductiones & Syllogismos Iuris paulatim formare cœperint: & breuiter quasi libellos forenses concipere instituerint Quid enim libellus, nisi rei nostrę vel debitę Syllogismo quodam manifesto vel tacito comprehensa petitio?*

Ita quasi patronos & aduocatos agere primis annis incipient, suis vt temporib. augustiore loco stent vel sedeant, & ambigua fata causarum pro tribunalibus dirimãt, suę defensionis viribus publicis ac priuatis in causis lapsa erigant, nec minus humano generi prouideant quam si pręlijs ac vulneribus patriam parentesque seruarent: glorioseę denique vt vocis confisi munimine laboran-

borantium ſpem vitam poſteroſque defendant.

Non vinci veritatis in certamine ab alio, magnus equidem honor eſt: Maior tamen meo iudicio vel potius maximus exiſtit, errantes vel contumaces rectam veritatis in viam reducere, nec temeraria quadam uerborum ſententiarumque copia id facere: ſed arte quadam uincendi adhibita certiore ſimul ac breuiore: quam ſi ſemel ab optimis didicerimus, certius vtique & innocentius & minore cum periculo noſtros aduerſarios poſtea vincemus.

Hęc eò dixi, quòd me non lateat multos bonitate mẽtis & ingenij iuſtiſſimas æqui bonique ſententias primis vel occurſibus videre, ſed & viſas tenaciter tueri vel vltro reliquis eas inſinuare, & ad eas amplectendas multos alios pertrahere. Quoniam tamen non omnes a natura ſunt ita vel formati, vel imbuti, prædictæ ſuo Marte vt faciant, mea ſentẽtia, melius ac tutius fuerit, lacunas illas naturæ quædam artis ſolertia vel ſupplere, vel iuuare; cum primis autem in hoc Diſputationum concertationumque variarum genere fidum quendam Comitem vel potius Præductorem, quem ſequaris, tibi ſemper adſciſcere. Vale.

Digitized by Google

NICOLAVS EVERARDVS

STVDIOSO LECTORI. S. D.

EDIDIMVS, ſtudioſe lector, aliquot abhinc annis (tametſi tumultuario quodam ſtudio) locorum legaliũ Centuriam vnam, quod nimirũ clariſſimè perſpiceremus, quum aliarum artium ac diſciplinarũ ſtudioſos homines, tum verò præcipue eos, qui ſe vel Cæſareis vel Pontificiis legibus addixerunt, ſi argumentãdi deſtituantur peritia, aut planè nullo, aut minimo certè cum fructu torqueri. At rurſum nihil vſquam tam inuolutum aut intricatum occurrere poſſe, quod non paruulo ſtatim negotio expediat, explicetq; is, qui argumentorũ rationem pulchrè calleat. Eam nos pridem Centuriam longiſſimum poſt interuallum quum fortè in manus reſumeremus, nactiq; nobis otij pluſculũ videremur, in communem vtilitatem recognouimus: atque (vt fieri ſolet) nonnulla mutauimus, reſecuimus, quædam item adiecimus. Itaq; nunc ad priorem editionem illam legales loci acceſſere permulti, idq; pręter illa, quę paſſim obiter intertexuimus; quæ tamẽ ipſa neq; pauca ſanè, neque etiam fortaſſis infrugifera ac pęnitenda eſſe, quicunq; legerit, experietur. Quod quidem nolim arroganter aliquis à nobis dictum exiſtimet, qui vſque adeò nihil nobis ipſis prę quoque ſumimus, vt noſtra omnia omnium libenter iudicijs ſupponamus. Vale, & noſtro conatui faue.

LOCO-

LOCORVM LEGALIVM,

DE QVIBVS IN HOC LIBRO,

CATALOGVS

Ab ordine. 22
Ab ordine rubricarum seu titulorum. 37
A diffinitione. 40
Ab etymologia. 42
A generalitate. 56
A genere ad speciem. 64
A specie ad genus. 67
A toto ad partem. 70
Ab exceptione ad regulã. 82
A defectu formæ. 98
A verisimili. 103
Ab opinione vulgi. 110
A simili. 119
A pari. 139
A minori. ibid.
A maiori. 147
A proportione. 149
A separatis, differentibus, seu diuersis. 153
A contrariis, aduersis, pugnantibus, seu oppositis. 155
A correlatiuis. 166
Ab effectu. 173
Ab effectu eorum quæ simul requiruntur ad esse. 177
Ab absurdo. 189
A seruo ad monachum. 189
A liberto ab vasallum. 197
A priuatione ad habitum. 208
Ab expresso ad tacitum. 213
A coniunctione seu combinatione duarum legũ. 223
A feudo ad emphyteusim 228
Ab emphyteusim ad feudum. 353
Ab emphyteusi ad cẽsum. 258
A commodato ad precarium 264
A legatis ad fideicõmissa. 269
A falcidia ad Trebellianicam. 274
A mandato procuratoris ad lites seu iudicia, ad mandatum iurisdictionis. 277
A contractibus ad vlt. voluntates, & contra. 279
A contractibus ad quasi contractus. 284
A quasi contractibus ad contractus. 287
A cõtractibus ad iudicia. 288
A iudicijs ad arbitria. 289
A cõtractactu ad distractum. 302
A contractibus ad delicta. 310
A delictis ad contractus. 313
A testamentis ad iudicia. 314
A iudicijs ad testamenta. 161
A lege ad testatorem. 315
Ab vltima voluntate ad legẽ, statutum, vel consuetudinem. 319

Ali-

Digitized by Google

A libello ad ſententiam. 320
A ſententia ad libellum. 322
A ſententia ad probationem. 323
A ſententia ad tranſactionem. 324
A ſententia ad teſtamentum. 327.
A teſtamento ad ſententiam. 329
A cauſa inteſtati, ad cauſam. 330
A diſpoſitione vltimarum voluntatum, ad reſcriptũ motu proprio conceſſum. 332
A milite armatæ militiæ, ad militem cæleſtis militę. 333
A milite ad eccleſiam vel piã cauſam. 345
A libertate ad piã causã. 351
Ab alimẽtis ad piã causã. 367
A dote ad piam cauſam. 374
A fiſco ad eccleſiam vel piam cauſam. 377
A fiſco ad dotem. 388
A fiſco ad minores. 391
A minoribus ad fiſcum. 393
Ab eccleſia ad fiſcum. 394
A pupillo ad rẽpublicam. 395
A republica ad pupillum. 397
A pupillo ad eccleſiam vel piã cauſam. ibid.
A repub. ad eccleſiam, vel piã cauſam. 401
Ab alimentis ad dotem 403
A dote ab alimenta. 407
A legitima patroni ad legitimam filii. 408
A minoribus ad furioſos, prodigos, mente captos, ſeu de mentes. 410
A minoribus ad eccleſiam, vel piam cauſam. 415
Ab eccleſia ad pia loca. 423
A matrimonio carnali ad ſpirituali. 424
A matrimonii ſpiritualiad carnale. 436
A ratione legis ſtricta ſeu limitata ad reſtrictionem ipſius legis. 458
A ratione legis larga, ſeu generali ad extẽſionem ipſius legis. 453
A ceſſatione rationis. 504
A lege ceſſante. 506
A contrario ſenſu. 509
A perſona ad tempus. 538
A perſona ad res. 539
A perſona ad locum. 540
Ad re ad tempus. 542
A re ad locus. 543
A tempore ad locum. 544.
A tempore ad perſonas. 548
A tempore ad tempus. 546
A loco ad perſonas. 563
A rubro. 565
A ſubiecta materia. 573
A ratione caſus conuerſiua. 587
Ab authoritate. 591
A partium enumeratione. 688
A vi numeri. 611
A vi comparatiui. 623
A ſpeciali. 625
Ab impoſſibili. 631
Ab æquipollentibus. 634
A cõmuniter accidentib. 646

Ab or-

Digitized by Google

Ab ordinatione. 652
Ab vſitato ſeu a ſolitis. 655
A ſtylo curiæ, ſeu morte iudiciorum. 668
A primo ad vltimum. 672
A natura. 676
A natura alternatiuorum. 677
A natura copulæ. 685
A natura dictionum implicatiuarum. 696
A natura dictionum taxatiuarum. 699
A tributo ad decimam. 703
A nomine dignitatis, officii, vel appellatiuo. 705
A ciuilibus ad criminalia. 752
A tractatu perplexeris, ſiue implicitis. 716
De tãquã, ſeu reſpectiuis. 718
Ab extremis. 741
A præſumptione eiuſdem facti. 745
A diuerſitate temporum. 748
A pacto, ad legem, ſtatutum, vel conſuetudinem. 751
A vi geminationis. 757
A vi ſurrogationis. 760
A vi fictionis. 784
A tolleratione inconuenientis. 792
A conceſſione antecedentis, ad conceſſionem conſequẽtis. 744
A conceſſione conſequentis, ad conceſſionem antecedentis. 800
A deſtructione antecedentis, ad deſtructionem conſequentis. 806
A deſtructione conſequentis, ad deſtructionem antecedentis. 811
A plenitudine poteſtatis. 816
A vi, energia, ſeu efficacia iuramenti. 827
A virtute finis. 879

Finis catologi locorum.

Digitized by Google

SYNOPSIS METHODICA
rerum his locis tractatarum.

In qua l. locum Argumentorum prior numerus, Summariorum posterior vero cartarum numerum denotat.

De Iure.

EQuum illud est, cuius contrarium est absurdum. l. ab absurdo, n. 9. c. 188

Licitum de iure Canonico in foro iudiciali, licet etiam in foro conscientiæ. loc. a vi comparatiui, n. 4. car. 625. ante fi.

Quod licet in rebus, licet in tempore, l. a re ad tempus, nu. 1. car. 542

Quod licet in loco meo, licet & in personis mihi subditis, loc. a re ad tempus, nu. 1. c. 563

Vbi licitum est aliquem capere, & capiendus resistendo a capiente vulneratur, capiens non punitur, l. a contrar. aduers. num. 2. car. 157. in med.

Casus omissus quando relinquatur dispositioni iuris communis. l. ab æquipolen. nu. 13. & 14 c. 640

Ius idem statuitur, vbi est eadem ratio, l. a simili, nu. 2. c. 130

In terris Imperij ius ciuile per ius Canonicum non corrigitur, l. a ratione legis, nu. 20. c. 463

Iuris ignorantia non semper excusat milites, mulieres & rusticos, l. a def. formæ. n. 8 c. 102

Correctio iuris introducitur per repetitiones, subauditiones vel tacitos intellectus, l. a contrario, nu. 9. c. 515

Iura a communibus regulis exorbitantia quando extẽdantur ad alias personas & res, l. a speciali, n. 3 & seqq. c. 629

Constitutio antiqui iuris declaratoria non habet locum, nisi in casibus, in quibus locum habet ius antiquum, l. a ratione, nu. 67. c. 492. circa med.

De Auctoritate prudentum.

Opinio quæ eligenda, quando non potest reperiri quę sit communis, l. ab auctoritate. n. 16. c. 601

Sequens vnam opinionem Canonis habentis varias opiniones,

Digitized by Google

nes,non peccat,l.a rubro.num.7.car.568
Communis opinio habet vim consuetudinis,l.ab auctoritate, nu.14.c.600
Argumentum ab Etymologia non procedit,cum repugnat communis vsus loquendi,l.ab opin.vulg n.7.c.126
Communem opinionem quando sequi debeamus,l.a contrario,nu.43.c.537
Nepotis appellatione ex communi loquendi vsu comprehenditur etiam filius fratris vel sororis,opinione vulgi.num.4. car.124.circa med.
Iudex iudicando quando possit a communi opinione recedere,l.ab auctoritnte,nu.13.car.600
Argumentum a communiter accidentibus est vtilissimum,& concludit in materia probationum, l.a communiter occid. nu.2.c.646
Clementinæ sunt totæ decisiuæ,l.a contrario,num.14. ca.519
Regulæ Cancellariæ Apostolicæ an sint constitutiones generales? l.ab auctoritate,num.11.c.599
De auctoritate scripturarum,ibid.n 9.c.598
Glossa est maximæ auctoritatis, vbi deest textus, l. a contrario,nu.42.c.537
Glossa ponens plures opiniones,& nullam expresse eligens, videtur cum vltima transire,l.ab auctoritate,nu.15.c.600
Decisiones Rotæ,Capellæ,&c.non habent vim legis, l.eo.nu. 10.car.599
Quod Doctor consuluit in causa aliena,tenetur sequi in propria,in Præamb.n.19.c.11
Doctoris dictum debet intelligi secundum legem quam allegat,l.a ratione legis,nu.3.c.440
Auctoritas Doctoris probabilis est,non necessaria.in Preamb. nu 28.cir.med.c.21
Turpe est Doctori ignorare ius in quo versatur, l.a milite ar. nu.17 c.344
Doctori quantumcunque magno non tenemur credere , nisi probet opinionem suam,l.ab auctoritate,nu.12 c.599
Discipulus spoliatus per Doctorem suum , non potest agere contra eum edicto vnde vi,l.a libero,nu.7.c.202
Quando Doctores diuinæ scripturæ sunt varij,cui magis standum,l.ab auctoritate,n.6.c.595,cir. med.

Docto-

Digitized by Google

Doctores ſunt præferendi ſcholaribus,l. 1.nu.14.cir.fi.35
Doctorum præſtantiſſimorum laus,videlicet Innocentii,Hoſtienſis,Ioannis Andreæ, Guidonis de Baſio, Bartoli, Baldi,Angeli de Peruſio,Pauli de Caſtro, Nicolai de Neapoli,Ioannis de Imola, Alexandri de Imola , Antonii de Butrio , Franciſci Zabarellæ, vulgò Cardinalis, Petri de Anchorano,Nicolai Siculi,Abbatis vel Panormitani,Odofredi,Henrici Boic,Gandini, Guilielmi Durandi, vulgò Speculatoris,Oldradi de Pauoe,Alberici de Roſate,Lamperti de Ramponibus,Cyni de Piſtorio,Franciſci de Aretio, Ioannis Fabri,Matthæi Matheſſelani,Angeli de Aretio,Benedicti de Plumbino,Philippi Cornei,Socini,Felini, Iaſonis, Azonis,l.ab auctoritate,nu.18.c.602.
Milites præferendi Doctoribus,l. 1.nu.13.cir.med.c.34
Doctoribus iuris canonici & ciuilis magis eſt ſtandum, quam Theologis in controuerſiis originem trahentibus a iure diuino,l.ab auctorita.n.7.c.595
Licentiatus non poteſt alibi capere inſignia Doctoratus , quã vbi fuit examinatus,l.a generalitate. n.10.c.62.circa med.
Doctor minor 25. annis propter læſionem non reſtituitur in integrum,l.a milite,n.17.c.344
Iuriſconſultus quærit de iuſto & iniuſto.in Præamb. num.13
Iuriſconſultis inter ſe diſcrepantibus , ſequendi potius antiqui,niſi lex ſit contraria,l.ab auctoritate n.16.c.601

De Legibus.

Lex eſt omne,quod ratione conſiſtit,l.a contrario, n.2. c.507
Lex debet eſſe iuſta,rationabilis & poſſibilis, l. a lege ad teſt. nu.4.cir.med.c.317
Lex correctoria debet extendi ad vitandum abſurdum , l.ab abſurdo .n.7.fi.car.188
Lex vna declarat aliam,l.ab abſurdo circa med nu.7. ca 187
Lex debet eſſe de caſu dubitabili,l.a rat.legis,num.58. c.485
Lex habens plures intellectus non poteſt præciſe allegari ad deciſionem cauſarum,a Rub.n.7.c.568
Lex vt ſubſiſtat,ſufficit vnam ex cauſis finalibus legis ſubſiſtere,l.a ratio legis,nu.7.c.456
Lex noua præualet antiquæ,l.a coniunctione.n.7. c.225
Lex noua correctoria in ſuis propriis terminis eſt ſeruanda,l. a ratione,n.14.c.460.in fi.

Digitized by Google

Lex noua corrigens in vno correlatiuorum, corrigit etiam in alio,l.eod.nu.28.c.468
Lex noua corrigens in vno ex parificatis,intelligitur etiã corrigere in alio,l.eod.n.27.c.467
Lex recipit restrictionem à ratione posita in lege, l.a ratione legis,n.9 & seqq.c.444
Lex venit ex consensu expresso,consuetudo ex tacito, l.a rat. legis larg.n.78.in fi.c.501
Verba legis generalia, licet non habeant rationem annexam, debent nihilominus sine intelligi & restringi ad id, quod est rationis,l.a rat.legis,nu.3.in med.c.440
Verba legis non debent Iudaicè intelligi, vt sonant spreta mente,ibid.
Virtus legis consistit in inductione,adaptatione, seu applicatione.in Præamb.nu.6
Legem sibi imponere an quis possit,a qua non liceat ei resilire,l.penul.n.1.c.817
Erubescimus sine lege loqui,l.a lege cessante,nu.1.c.506
Lege nõ distinguente nec nos distinguere debemus, nisi subsit aliqua causa,l.ab absurdo,n.7.in princ.c.187
Lege permittente quod fit,pœnam non meretur, l. a lege ad testat.nu.2.c.315
Sensus contrarius pro lege accipitur,l.a contrario,nu.1.c.511
Tex.legis vel canonis est locupletissimus testis. in præambu. numero 4
Textus legum vel canonum aliquando allegantur in argumentum,aliquando simpliciter.in Præambu.nume.5. & 6. circa finem.
Correcta ratione legis necessariò corrigitur lex, loc. a rat.leg num.10.c.457
Per repetitiones, subauditiones aut tacitos intellectus, non inducitur correctio legis vel canonis,l.eod.n.15.c.460
Lex noua correctoria recipit omnes limitationes & declarationes,quas habet & recipit lex antiqua,l.eod.n.39. c.474
In correctoriis debet restrictio fieri fortius quam in aliis, lo.a ratione legis.nu.13.circa med.c.446
Lege arguitur affirmatiue & negatiue.in Præamb.nume.15. circa medium.
Arguitur tripliciter,lege,ratione & exẽplo.in Præamb. n.15.

Virtus

Digitized by Google

Virtus legum in inductione & applicatione consistit, l.a contrario sensu,nu.3.c.508
Verba legis non debent captari,l.ab absurdo,nu.4.c.186
Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis,l.ab expresso nu.21.c.222
Toleranda est improprietas,quam lex vel communis intellectus tolerat,l.ab opin.vulgi.nu.3.circa med.c.122
Ignorare leges regulares & communes est lata culpa, l.ab except.ad reg.nu.13.in fine.car.97
Leges ex identitate rationis trahuntur in argumentum,& de similibus proceditur ad similia,l.a simili,n.8.c.135

De Rubricis Legum.

Rubrica incipiens per Vt,vel per Ne,habet vim textus. Idem, si contineat orationem perfectam , & præcipiat vel prohibeat certum quid fieri,a Rubro,n.3.c.563
Rubrica quando est contraria nigro, nigro est standum, eod. nu 12.c.570
Lex in dubio intelligenda,vt conueniat rubricę , sub qua ponitur,eod.nu.6.c.567
Actio ex Rubrica sicut ex lege oritur,ibid.nu.4.c.566
Rubricę an sint Authenticę ? ibid.nu.10.car.569
Omnes rubricæ consonantes textui,possunt pro textu allegari,l.eod.nu.2.c.566
Rubricę sunt de textu,l.eod.nu.1.c.565
Text.non debet restringi per rubrum.l.eo.a Rub. n.11.c.569

De Priuilegijs.

Artis priuilegio non gaudent artem non exercentes,l.etimolog.num.14.c.53
Publica vtilitas est cuilibet priuilegio prędferenda. a perso.ad loc.nu.2.c.541
Matris macula non nocet filio quo minus vti possit priuilegio ex persona aui,l.de tanquam,n.18.c.728
Exercens artem per substitutum non gaudet priuilegio artis, l.a vi subrog.nu.20.c.782
Priuilegium dignitatis non extinguitur dignitate extincta,l.a contr.aduersis,nu 2.c.156
Priuilegium ex post facto lędens concedentem , preter eius intentionem tollitur ipso iure & potest reuocari, lo.a verisimili,nu.17 .in med.c.114

Priui-

Digitized by Google

Priuilegium per laicum conceſſum non ſubdito vel Eccleſiæ, ſ eſt irreuocabile.ibid.nu.16.in med.
Clauſula ſtatuti,non obſtante omni priuilegio, non intelligitur de priuilegio in corpore iuris clauſo.l. a milite armata. num.3.c.335.
Priuilegia dicuntur quaſi priuatæ leges.l.a contrar.nume.33. car.532.

De conſuetudine.

Conſuetudo eſt optima legum interpres.1.num. 14, cir. med. c.36.& l.a commu.accid.nu.4.c.657.
Conſuetudo excuſat Notarium à pœna falſi.ibid.nu.9.c.660.
Conſuetudo inducit actionem,ſicut ſtatutum.l. ab alimentis, num. 10.c.370.
Actio quando oritur ex contractu , in deciſoriis attenditur Conſuetudo loci contractus,non loci iudicii:idem in diſtractu l.a contrac.ad diſtrac.nu.2.c.303.
Conſuetudo non debet extendi de perſona in perſonam nec de re ad rem.l.a ſolitis.nu.15.c.666.
Conſuetudo patrisfamilias teſtantis , contrahentis , vel aliter diſponentis,eſt prius inſpicienda, quam conſuetudo regionis.ibid.nu.16.
Conſuetudo poteſt induci per ſententias tam arbitrorum , quam iudicum ordinariorum.l.a iudiciis.nu.13.c.296.
Contractus ſimpliciter celebrati intelliguntur celebrati ſecundum conſuetudiuem loci.l.a ſolitis.nu.8.c.659.
Iudex in deciſoriis & delictis tenetur ſeruare conſuetudinem loci,vbi celebratur contractus.l.a contrac. ad delicta. num. 1.in prin.c.310.
Error in cauſa impulſiua non impedit introduci conſuetudinem præter legem.l. ab vlt.volunt.c.219.
Ex conſuetudine viuentis præſumitur voluntas eiuſdem morientis.l.a veriſimili.nu.2.c.105.
Libellus fundatus ſuper cõſuetudine procedit.l.a ſtilo.curiæ. nu.2.c.670.
Propter diuerſitatem conſuetudinem diuerſimodè iudicatur. l.de tanquam.nu.21.& 22.car.732.
Ex conſuetudine viuentis præſumitur vltima voluntas eiuſdem morientis. l. a communit. accid. nume. 4. in princip. car.657.

Digitized by Google

Illud præsumitur factum, quod consueuit fieri in loco. ibid. nume. 8. c. 659.

Consuetudo non potest habilitare vel inhabilitare forenses. l. ab expresso. nu. 7. circa medium. c. 217.

Attendendum, quod fieri solet, quod enim quotidiè fit, legitime fit. l. a commun. accid. nu. 2. c. 656.

Practica est verá legum intellectrix. l. a contrario. nume. 17. c. 521.

In electione officialium mos antiquus seruari debet. l. a commun. accid. nu. 12. in med. c. 663.

De consueto.

Caret culpa qui facit, quod consuetum est fieri. l. vt sup. num. 12. c. 663.

Papa scribens pro aliquo beneficiando etiam motu proprio, non præsumitur velle aliter quam sit consuetum. ibid. numero 9. 660.

Consuetum fieri dicitur necessarium: & solita apponi, licet nõ apponantur, habentur pro appositis, ibid. nu. 3. ca. 656.

Citatus non comparens excusatur a contumacia, si citatio nõ erat expedita secundum consuetum morem citandi. ibi. nu. 10. c. 661. & l. seq. n. 1. in med. c. 669.

Electus ad aliquod officium, in dubio, electus intelligitur cũ salario consueto. ibid. c. 659.

Citatus, loco non expresso ad quem debet comparere loco cõsueto. ibid. nu. 9. in fine. c. 660.

Solutio decimæ beneficiorum, fieri debet secundum taxationem decimæ consuetam. ibid. nu. 12. c. 663.

Notarius semper inelligitur rogatus, vt apponat clausulas cõsuetas. ibid. nu. 5. c. 657.

ff. De Communi vsu.

Communis vsus loquendi debet articulari & probari. l. ab opi. vulgi. nu. 7. in med. c. 126.

In statutis attenditur communis vsus loquendi. ibid. num. 4. & 5. c. 123. & 124.

Communis vsus loquendi causari nõ potest ab insensata vulgi opinione. ibid. nu. 8. in fine. c. 127.

Communi vsus loquendi præfertur propriæ significationi vocabuli, ibid. nu. 2. c. 121.

Communis vsus loquendi prefertur in statutis cuicunq; dispositioni

Digitized by Google

fitioni legali.l.ab etimolog.nu.10.c.51.
Vſus derogat omni regulæ omnique diſpoſitioni in exaudiendis ſermonibus.l.ab opin.vulgi.nu.2.c.121.

De Statutis.

Statutum diſponens idem quod ius commune an debeat limitari & reſtringi ſecundum ius commune, an vero debeat intelligi generaliter ſicut loquitur.l.a rat.leg.nu.10.c.449.
Statutum prohibens alienationem in nõ ſubditos, an includat clericos.ibid.nu.14.
Statutum debet interpretari ſecundum ius commune, quando alias quis indebitè damnum pateretur. l. a vi gem. numero 5.c.760.
Statutum debet interpretari ſecundum ius commune, quando alias quis indebitè damnum pateretur. a rat.legis numero 14.c.449.
Caſus omiſſus à ſtatuto relinquitur diſpoſitione iuris communis.l.a contrario.nu.23.c.525.
Statutum in vno generaliter æquiparatorum extenditur ad aliud.l.a ratio.leg.nu.52.c.481.
Verba ſtatuti aliquando impropriantur. l.a ſubiecta. mat. numero.8.c.575.

De Stylo.

Stylus eſt practica confirmata.l.a Stylo curiæ nu.4.c.671.
Stylus curiæ facit ius.ibid.n.2.c.670.
Aliud eſt ſtylus, aliud conſuetudo.ibid.nu.5.672.
Stylus curiæ & mos iudiciorum, qui olim obtinuit, eſt ſeruandus.ibid.in prin.c,668.
Vbi Stylus curiæ eſt diuerſus, quis ſeruandus. num.1.in fin.
Sententia lata contra communem ſtylum eſt nulla.ibid.nu.3. in med.c.671.
Iudex non debet admittere libellum contra ſtylum vel cõſuetudinem.ibid.
Reſcripto executionis deuiante à communi ſtylo, commiſſarius põt expectare ſecundã iuſſionem.ibid. in princ.c. 668.
Quando dubitatur de falſitate inſtrumenti, non ſolum fit cõparatio in ſcriptura, ſed etiã in ſtylo. ibi.nu.1.circa med.

¶ De Conſtitutionibus Principum & de Principe.

Imperator an poſſit alicui auferre dominium rei ſuæ. l. a plenitud.

Digitized by Google

nitud.poteſt.num.14.car.824
Imperator electus ante coronationem exercet iura imperij,l. a vi ſurrog.nu.19.c.781
Imperator & Papa non debent indifferenter vti plenitudine poteſtatis,l.a plenit.poteſta.nu.12.cir.prin.c.822
Imperator & Papa quatenus ſubſint legib.ibi.n.4. & ſeqq.818
Imperator intẽtionem ſuam fundatam habet reſpectu totius orbis,l.a tot.ad par.nu.11.in fi.car.79
Imperator non poteſt præiudicare ſuis ſucceſſoribus,l.a veriſimili circa princip.nu.17.c.114
Succeſſores Imperatoris aut Papæ an teneantur ſeruare pacta prædeceſſoris? l.a plenitud.pot.nu.9.c.819.
Differentia inter Imperatorem & Papam.ibid.n.11.c.821
Fauor Imperij vel Reipub.præfertur fauori Eccleſiæ, l.a veriſimili,nu.17.circa medium,car.114
Par in parem non habet imperium,l.de tanquam, n.13.c.725
Rex aut ciuitas ſuperiorem non recognoſcens, tantam habet poteſtatem in ſubiectos quantam Imperator in vniuerſo. l.a plenitud.poteſta.nu.3.c.813
Princeps poteſt condere legem ſibi & reipublicæ vtilem,licet in conſequentiam alijs,non ſubditis noceatur, loco ad perſonas,nu.1.in med.car.563
Princeps non poteſt concedere regalia in præiudicium ſucceſſorum,l.a plenit.pot.nu.9.c.819
Princeps præcedit Ducem,Dux Marchionem,Marchio Comitem,l.ab ordine,nu.14.in med.c.35
Contractus principis habent vim legis, & poſſunt allegari pro lege,l.a plen.poteſta.nu.7.c.819
Contractus initi cum principe habent naturam contractuum bonæ fidei.l.a plenit.pot.nu.8.ibid.
Principi quod placet legis habet vigorem,ibi.n.2
Iuſtitia ſemper præſumitur in principe,ibid.nu.17
Mandatum principis intelligitur ſecundum conſuetudinem loci.l.a ſolitis,nu.6.circa prin.c.658
Mandata & reſcripta Principum debent intelligi cum iuſtitia & ſaluo iure tertii.l.a plenit.pot.nu.12.c.822
Reſcriptum proprie ſumendo emanat ad iuris communis obſeruantiam,l.a contrar.nu.32.c.532
Fauor Reipub.præfertur fauori Eccleſiæ, loc.a perſona ad locum

Digitized by Google

cum,numero primo,car.540
Canones dicentes reges & principes subesse Episcopis & sacerdotibus intelliguntur in concernentibus animam,l.a milite,nu.15.c.343
Comes Hollādiæ est Vasallus Frācus,l.a liberto,n.41.c.208

De Personis.

Masculus in feudis etiam fœmineis, præfertur fœminæ proximioris gradus,l.a subiect.mat.nu.21.c.581
Masculinum concipit fœmininum,l.a vi numeri, n.9.c.619
Masculinum in contractibus non concipit fœmininum, l.a contrario,nu.12.c.663
In vltimis voluntatibus masculinum concipit fœmininum, secus in contractibus,l.a contract.nu.3.c.281
Filius & filia æqualiter succedunt parentibus, sed non in feudo,l.a speciali,nu.4.c.629
Filius in dubio potius tenetur obedire patriæ quàm patr.l.ab ord.nu.12.c.33
Filius interdum admittitur vt extraneus,non vt filius.l.de tanquam,nu.33.c.739
Filius non potest cogere patrem,vt se potestate patria liberet, nisi certis casibus,l.ab oppositis,n.4.c.158
Filius nō tenet̃ ꝓ debito pr̃is,nisi vt hæres,l.de tāq.n.7.c.721
Filius occultans matrē,ne pr̃ eā duceret in vxorē,inuitus legitimari pōt per reseriptū principis,l.ab oppositis, n.4.c.158.
Filius quando imperare possit patri.l.de tanquam,n.14.c.728
Appellatione filij in dispositione legis,veniūt etiam nepotes: non in dispositione testatoris,l.a leg.ad test.n.5.c.318
Suffragium filij non prodest patri ad officia vel honores, l. de tanquam,nu.14.c.726
Pater sæuiens in filium cogitur eum emancipare.in Præamb. nu.26.in fi.c.18
Pater potest obligare & vendere filium propter necessitatem famis,l.a ratione legis,n.43.in med.c.476
Pater non potest filium naturalem tantum inuitum redigere in potestatem suam,l.ab oppositis,num.4.c.158
Parentes non possunt succedere filio spurio, l.a correlatiuis, nu.8.car.169
Intentio creditorū non est fundata contra filium, nisi probent filiū hæreditati patris se imiscuisse,l.ab auctorit. n.9.c.598

Digitized by Google

In vltimis voluntatibus appellatione filiorum veniunt nepotes.l.a contractib.nu.3.in med.c.281.

Filiorum appellatione in feudis comprehenduntur omnes descendentes.l.a subiect.mat.nu 22.c.582.

Marito absente per annum,paruulus post reditum repertus in domo,non potest esse suus filius.l.a natura nu.3.c. 677.

Consul vel Præses potest filios apud semetipsum emancipare. l.de tanquam num.7.c.721.

Spurius per patrem potest heres institui,dummodo grauetur alteri pure restituere,fraude cessante.l.a simili.nume. 9. in prin.c.135.

Spurio alimenta relinqui possunt.ibid.nu.9 circa med.

Rex potest cum filiis suis spuriis dispensare, vt succedant l. de tanquam nu.8.c.722.

Dispensandi cum spurio,item cum incestuoso facultatem habens nō poterit dispensare cum spurio & incæstuoso simul. l.a vi geminationis.nu. 12.c. 765.

Pater habens filius naturales & legitimos & vnum filium spurium,potest facere spurium legitimari cum pacto, quod in nihilo sibi succedat,vel sit contentus certa portione.l.a feudo nu.11.circa med.car.240.

Vno impetu duo infantes simul de vtero matris procedere nō possunt.l.a natura.nu.1.c.676.

Partus in vtero non est homo. l. ab etimolog. numero 16. in med.c.54.

In mense 11.quoque iustus partus edi potest. l.a natura.nu.3. in med.c.677.

Furor vel aliud impedimentum superueniens non perimit actum prius legitimè gestum & perfectum.l. a virtute finis. num.7.c.882.

Viuentes ex proprio artificio possunt dici inopes.l. ab except. ad reg.nu.9.c.93.in med.

Omnia quæ dicuntur in seruis,habent locum in monachis nostri temporis.l.a Seruo ad monachum.nu.1.c.190.

¶ De Rebus & Personis Ecclesiasticis.

Ecclesia an puniatur propter delictum prælati.l.a pupillo. nume.7.c.400.

Ecclesia est loco pupil.ibid.nu.1.c.398.

Ecclesia fungitur vice minoris.l.a min.ad eccles.nu. 1. c.415.

Digitized by Google

Ecclesia interdicta non gaudet immunitate solita.85.nu. 2. in fin.l.a persona ad locum.nu.2.c.541.
Ecclesia læsa restituitur in integrum. l. ab eccles. ad pia loca. nu. 2.c.422.
Ecclesia quælibet collegiata potest dici conuentualis l. ab etymolog.nu.4.c.45.
Instante magna necessitate Ecclesiæ possunt fortificari & incastellari pro defensione ciuiũ lo.a persona ad locũ nu.1.c.540.
Ecclesia Dei non potest regi per puram & solam Theologiã. loc.ab auctorit.nu.8.circa med.c.597.
Papa nihil debet facere in arduis sine consilio Cardinali. l. a plenitud.potest.nu. 16.c.825.
Papa non est sustinendus,si quid velit tentare contra vniuersalem statum Ecclesiæ.ibid.nu. 12.in medio c.822.
Papa num potest reuocare constitutionem concilii generalis. ibid.nu.15.c.825.
Papæ præcipienti aliquid iniustum laico, circa temporalia nõ est obtemperandum.ibid.nu.13.in fine.c.823.
Papatus an maior est Imperio.l.ab ordine.nu. 1.in med.c.23.
Papa conferens dignitatem cum prębenda, valet collatio prębendæ.l.a natura copulæ.nu.8.in fin.c.691.
Pontifex potest dispensare circa mutationem officii diuini,vt l. a toto ad partem.nu. 7.c.75.
Episcopus habens iurisdictionem in laicos in certis casibus, poterit in illis casibus capere & incarcerare laicos.l. a concess. anteced.nu.2.c.794.
Episcopus succedẽs in locũexecutoris à testatore deputati debet seruare formã datã a testatore.l.a vi Surroga.n.7.c.773
Sine ordine sacerdotali non potest essẽ Episcopus. l. a concess.anteced.nu. 1.c.801.
Sede vacante capitulum subrogatur in locum Episcopi.lo. a ratione leg.nu.56.c.483.
Materia impetrationis beneficiorum & dispensationis contra ius,est odiosa.l.a genere.nu.6.c.58.
Prælatus Ecclesiæ tenetur Ecclesiæ de suo patrimonio resarcire damnũ, si ecclesię nõ acquisiuit,quod acquirere potuit. l.a pupillo.nu.7.c.400.
Prælati Inferiores Episcopo nõ possunt petere Charitatiuum subsidium.l.a concess. anteced.nu.4.c.798.

Digitized by Google

Clericus hodie non subest iudici seculari.l.a mili.arm. nume. 14.c.341.
Asinus æque est priuilegiatus vt clericus.l.a cõtrac.n.11.c.308
Clerici non possunt regulariter coram iudice seculari conue niri,vel ab eo iudicari.l.a ueriſim.nu 9.c.109
Clerici sunt exempti a muneribus collectis & contributionibus sordidis,extraordinariis & superinductis.ibid.nu.8.
Priuilegium Clericorum est triplex:Personæ,Rerum, & fori. ibid.nu.8.c.108
Inijciens dolosè manus violẽtas in clericos,incurrit ipso facto in sententiam excommunicationis maioris.ibid.
Religiosus nõ potest hodie eligere sepulturam. a seruo ad monac.nu. 10.c.195.
Religiosi præferendi in processionibus. ab oid.nu.13.c.34.
Monachus acquirit monasterio licet sit fugitiuus.c.191.nu.3.
Monachus & filius æquiparantur in vltimis voluntatibus. l. a Ser.ad monach.nu.9.c.194.
Monachus potest extrahi de ecclesia & reddi Abbati.ibid. nu me.7.c.193.
Monahus de consensu sui Abbatis potest esse procurator. ibi. nu.4.in fine.c.192
Monachus pmissu superioris põt habere quasi ,ppriũ.ibi.n.2.
Monachus præiudicat ecclesiæ in acquirẽdis.ibi. nu.3.c.191.
Monachus arbiter esse non potest.ibid.nu.7.in fin.c.194.
Monachus non potest iudex esse ibid.nu.7.c.193.
Monachus non potest esse testis in testaméto.ibi.nu.6.c. 193.
Monacho potest solui,quando obligatio est cõtracta cum eo. ibid.nu.8.circa medium.c.194.
Lex potest concedere Monacho facultatem testandi. l. a Ser. ad monach.nu.12.c 196.
Abbas promissionẽ Monacho factã põt reuocare.ibi.n.2.c.190
Actio non est intentanda contra Monachum delinquentem, sed contra Abbatem.ibid nu.4.c.192.
Transactio efficaciter nõ valet inter Monachum & abbatem. ibid.nu.2.c.190.
Abbas non potest sæuire in Monachum.ibid c.194
In vltimis voluntatibus Monasterium habetur loco filii.l.a cõ tract.nu.3.in med.c.281.
Monasteria hodie nihil minus sunt,quã solitudines.l.ab opin. vulgi.

Digitized by Google

vulgi.num.6.c.125
Patronus negligens præsentare intra tempus a iure prefixum. perdit potestatē p̄sentādi.l.a ui surrogat.n.7.in med.c.773
Mulier ex constructione ecclesiæ acquirit ius patronatus, sicut masculus.l.a coniunct.nu.2.c.224.

Pia causa.

Legatum libertatis siue pium relictum sub cōditione, & per mortem ciuilem legatarii iam extinctum,reuiuiscit,legatario pendente conditione restituto.l.a libertate.n.12.c.357.
Legatum libertatis vel pium per redemptionem subsecutam censetur resuscitatum.ibid.nu.10.c.356.
Legatum libertatis vel piæ causæ debetur,etiamsi reperiatur cancellatum.ibid.nu.5.c.354.
Legatum libertatis vel pium debetur hæreditate non adita. ibid.nu.9.c.355.
Legata pia vel relicta in testamento militis debentur,licet hæreditas non sit adita.l.a milite.nu.2.c.346
Legatum relictum pro alimentis vel ad pias causas ab eo quī nō est institutus, deputatus tamē executor,valet.l.ab alim. nu.8,circa med.c.369
Legatum rei alienæ relictum piæ causæ valet quoad æstimationem.l.a libertate.nu.24.c.362
Alimentorum & piæ causæ fauore legatum incertū debetur. l.ab alimentis ad piam causam nu.2.c.367
Fauore alimentorum & piæ causæ conditione mixta a scripta legato deficiente ob casum interuenientem, non deficit legatum.ibid.nu.8.c.369
Legata pia p̄ferūtur aliis legatis nō piis.l.a libert.nu.29.c.364
Legata relicta nominatim ab hærēde alimentorū & piæ causæ fauore,a substituto censentur tacite repetita.l. ab alim. ad piam caus.nu.7.c.369
Res ex qua solui debet legatum,fauore alimentorū & piæ causæ censetur pro legato obligata & hypothecata.ibid.
Mandatum re integra,non finitur morte mandantis,fauore lī bertatis vel piæ causæ.l.a libertate.nu.3.c.353.
Miles atq; etiā paganus instituēdo piā causā potest decedere pro parte testatus & intestatus.l.a milit. ad eccl.n.6.c.348
Mora cōtrahitur re ipsa absque aliqua interpellatione fauore libertatis & piæ causæ.a liber.nu.33.c.365

Mulier

Mulier sideiubens pro seruo, fauore libertatis vel pro pia causa non iuuatur Velleiano. ibid. nu. 2.

In relictis ad pias causas vel alimentis in vltima voluntate minus solenni, præstatio triennalis inducit necessariam prętationem in futurum l. ab alim. ad piam. causam nu. 5. c. 368.

Pactum futuræ successionis, valet in vim vltimæ voluntatis fauore militis & piæ causæ a mil. ad etc. nu. 4. c. 347.

Probationi vel sententiæ quæ est pro libertate, vel pia causa statur l. a libert. nu. 4. c. 354.

Scientia absque contradictione fauore libertatis, vel piæ causæ habetur pro consensu & operatur promissionem pignoris ibidem nu. 22.

Sententia lata pro mortuo valet fauore libertatis & piæ causæ. ibid. nu. 23. c. 361.

Tempora interpellata coniunguntur fauore libertatis & piæ causæ. ibid. nu. 16.

Testamentum imperfectum ratione voluntatis valet fauore libertatis & piæ causæ. ibid. nu. 25. & 28.

Testamentum militis factum iure militari, reuocat primum solemne iure communi factum: idem etiam est in pia causa. l. a mil. ad eccles. nu. 6. in med. c. 348.

In testamento ad pias causas non requiritur testes esse rogatos. ibid. nu. 10. circa fin.

Testamentum militis vel ad pias causas, quod Tabellio scripsit in imbreuiatura, valet, modo de voluntate testatoris cõstet per duos veltres testes. ibid. nu. 2. c. 446.

Testamentum militis siue ad piam causam scriptum per notas seu cifras valet. ibid.

Verba adulatoria ad honoratum directa fauore libertatis & pię causæ inducunt dispositionem. a libert. nu. 13. c. 357.

Verba enunciatiua propter aliud prolata fauore libertatis & piæ causæ disponunt. l. a libertate nu. 28. c. 363.

Verba enunciatiua principaliter propter aliud prolata, probãt fauore militis & piæ causæ. l. a mil. ad eccles. nu. 3 c. 357.

Causa alimentorum pia & fauorabilis est. l. ab alim. ad pias causas. c. 367.

Fauore libertatis & piæ causæ annus inceptus habetur pro cõpleto. a libertate nu. 7. c. 355.

Captatoria voluntas in legatis ad pias causas valet ibidem.

nume-

Digitized by Goog

numero 26. c. 363.
Conditio fauore libertatis, vel piæ cauſæ non reiicitur, quæ alias reiiceretur.ibid.nu.6.c.354.
Conditio iuriſiurandi adſcripta legato libertatis vel piæ cauſæ non reijcitur.ibid.nu.17.c.358.
Cõditione mixta adſcripta libertati defici ente per caſum fortuitum,& non facto eius cui relicta eſt libertas, legatum libertatis debetur,idem in legato pio ibid.nu.18.c.358.
Conditio negatiua trahitur retro in legatis libertatis vel piæ cauſæ fauore.ibid.nu.14.c.357.
Pluribus conditionibus diſiunctim in diuerſis teſtamenti partibus legato libertatis vel piæ cauſæ adſcriptis, ſufficit leuiorem impleri.ibid.in med. c.357
Executor ad pias cauſas,non poteſt alienare nec dominiũ trãsferre,niſi præſente pecunia,ſicut nec procurator fiſci.l.a fiſco ad eccleſ.nu.4.c.479.
Feriato die inducto ob vtilitatẽ hominũ,ꝓcedi poteſt in cauſa alimentorum & piæ cauſæ.l.ab.alim.ad piã̃cauſ.nu.3.c.367
Fauore militis & piæ cauſæ nominatus hęres in actu inter viuos,cenſetur hæres inſtitutus.l.a milit.ad eccleſ.nu.5.c.348
Fideicommiſſum libertatis vel ad piam cauſam non eſt nullũ licet legatum ſit nullum.a libert.nu.19.c.360.
Fideicommiſſum a legato pro non ſcripto dependens, fauore alimentorum vel piæ cauſæ debetur ab hęrede, vel ab eo apud quem remanet.l.ab alim.ad piam cãm.num.4.c. 368.
Ita fauendum eſt piæ cauſæ,viduis & aliis miſerabilibus perſonis,ne aliis fiat iniuria.a libert.nu.35.c.365.
Fauore libertatis & piæ cauſæ carere interdum quis cogitur re propria,recepto iuſto precio.ibid.nu.34.c.365.
Legatum quando dicatur pium.ibid.nu.37.c.366.
Legatum libertatis relictum in teſtamento inter liberos ſcripto manu patris ſine teſtibus non debetur: ita nec legatum ad pias cauſas.ibid.nu.20.c.360.

¶ De officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.

Legatus de latere poteſt prouidere in genere de omnibus beneficiis,intra limites ſuæ legationis vacantibus. l.2 contrario.nu.11.c.516.
Delegatio finitur morte delegantis re integra.mandato.nu.1. in med.c.278.

Delega-

Delegatus eſt maior ordinario.l.a tanquam nu.25.c.733
Delegatus excedens ſuam commiſſionem poteſt per ordinarium puniri,& ei reſilti de facto.ibid.
Delegatus Papæ nõ poteſt abſoluere ad cautelam,niſi id ſpecialiter ſibi ſit commiſſum,l.a conceſſ anteced.nu.3.c.797
Iudex delegatus poteſt quandocunque per delegantem reuocari.l.a mandato.nu.3.c.278
Delegatus, qui ſubdelegauit vices ſuas in totum, non poteſt reuocare delegationem.l.ab expreſſo nu.5.c.215.
Cauſas commiſſa tribus delegatis cum clauſula, Quod ſi non omnes &c.niſi appareat de impedimento tertii, duo procedere non poſſunt.l.a tot.ad part.nu.3.c.72.
Delegata iuriſdictio non poteſt prorogari de perſona in perſonam.l.a mandato nu.2.in med c.278.
Delegatio fit ad lites futuras in diem & ſub conditione. ibid.
Conſeruator non poteſt vices ſuas committere in totum. l. a tot.ad part.nu.7.in med.c.75
Qui non poteſt retineri vt aſſeſſor, neque poteſt vt conſiliarius.l.ab æquipol.nu.7.c.626.

De Iuriſdictione.

Præſes prouinciæ habet merũ imperiũ.l.ab ord. reb.nu.2.c.39
Domini temporales ſæuientes in ſubditos amittunt iuriſdictionem.in Præamb.nu.26.in med.
Reconuentio in prima inſtãtia locũ habet nedũ corã iudice ordinario,ſed etiã coram delegato. l. a ui ſurrog.n 12.c.777
In cauſa conuentionis & reconuentionis induciæ deliberatoriæ.primo dantur reo.deinde actori.ab ord.rub nu.2. c.39
Iuriſdictio poteſt concedi ad partem temporis & loci. loc. a tempore.c.545.nu.1.
Diuerſo reſpectu poteſt aliquid eſſe meri imperii & ſimplicis iuriſdictionis.l.de tanquam,nu.25.c.733.
In mandato iuriſdictionis, quoad tacitam reuocationem per mortem delegantis,res definit eſſe integra,per ſolum citationem l.a mandato.nu.3.in med.c.279
Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſui ſuffragaꝛnei.l.a deſtructo.nu.1.in med.c.809
Actus ſpectantes ad voluntariam iuriſdictionem poſſunt fieri tempore feriato & in ſacro loco.l.a tempore nu.1.c.545.
Executores & conſeruatores dati a Papa habent iuriſdictionem

Digitized by Goo

nem delegatam.l.a Rubro.nu.5.c.567
Iudex non potest suam sententiam mandare executioni extra suum territorium.l.a vi surrog.nu.13.c.778
Ordinarius non potest inter suos subditos ius reddere extra territoriorum,sine expresso consensu iudicis territorii .l. a liberto ad Vasall.nu.15.c.206
Natura consuetudinis est non includere bona extra territoriũ situata.l.a nomine dig.nu.5.c.709
Citatio decreta intra territorium, contra subditum existentem extra territorium,ad comparendum in territorio, est valida.l.ab extremis.nu 1.in med.c.742
Delictum iuchoatum in vno territorio, & consummatum in altero,ab vtroque iudice potest puniri.l.a contrac. ad debit. nu.7.c.311

De in Ius vocando & Citatione.

Libertus non potest patronum impune in ius vocare sine venia.l.a liberto.nu.15.c.206
Vasallus potest dominum impune in ius vocare sine venia ibi.
Citatio est pars & fundamentum processus l. a toto ad part. nu.4.c.72.
In omni citatione requiritur commissio citandi.ab extrem.nu me.3.c.74
Citatus debet comparere ea hora, qua actus potest expediri l.a solitis.nu.10.c.661
Iudex delicti non potest delinquentem intra territorium,citare verbaliter extra territoriũ,absq; requisitione iudicis domicilii: secus in contractib.l.a cõtract. ad delicta nu.6.c.312
Non est incipiendum a captura personæ, vbi quis possideat bona l.a ratione legis,nu.12.c.446
Debitor fugitiuus potest capi tempore & loco incongruo. l. a tempore nu.1.circa med.c.545

De Edendo & Libelli editione.

Reus tenetur edere fisco instrumentum contractus ad fundandum intentionem suam super petitione gabellæ debitæ ratione celebrati contractus.l.a vi surrog.nu.11.c.777
Libellus est quasi Syllogismus,in Præamb.nu.11.
Libellus in quo petitur res vel æstimatio,sustinetur l.n.4.c.25
Libellus procedit omisso medio.in Præamb.nu.11
Libellus procedit,in quo actor simpliciter petit reum cogi &

com-

Digitized by Google

compelli ad soluendum decimas, licet eum non petat condemnari.l.a conces.nu.3.in prin. c.803.

Libellus penitus ineptus non validatur,ex probatione apta. l. a libello ad Sent.nu.3.c.321.

Libellus late est interpretandus tam in ciuilibus quam criminalibus.l.a ciuilib.ad criminali.nu.1. c.713.

Libelli oblatio est de actis & de processu.iudicii.l.ab ord. sub num.2.c.37.

Talis præsumitur libellus, qualis est sententia. l. a sententia. nu.2.c.323.

Sentétia lata super inepto libello,est ipso iure nulla.circ.med. a libello ad Sent.nu.2.circa med.c.321.

Confessio iudiciali super libello etiam inepto præiudicat. ibid.num.4.

Sententia debet esse conformis libello.ibid.nu.1.2.

Probatione non conueniente cum libello, sequitur absolutio.ibid.

Reo citato & libello oblato, actor non potest desistere a lite l.a ciuilib.ad crim.nu.1.in fin.c.715.

Diuersis respectibus vtile est exprimere causam in libello vel non exprimere.l.de tanquam nu.25.c.733.

Reus tempore exactæ cautionis indicio sisti possidēs immobilia,releuatur ab ea cautione.l.a virtute finis c.880.

Iudex potest moderari & abbreuiare tépus dilationum & numerum testium.l.a tempore ad personas.c.549.

Inducię deliberatoriæ dantur in ciuilibus,non in criminalib. l.a ciuil.ad crim.c.715.

Iudici & arbitro obstat exceptio feriarum & loci.l.a tempore &c.nu.1.c.545.

¶ De Pactis.

Pactum de non appellando ante prolationem setentiæ valet. l.a pacto ad legem nume.9.c.754.

Circunstantiæ contractuum possunt tolli per Pactum. ibidem num.2.c.752.

Consuetudo est tacitum pactum ibid.num.10.circ.pr. c.755.

Quod non potest fieri per pactum, non potest etiam fieri per legem,statutum vel consuetudinem.ibid.

Pactum nudum an vestiatur juramēto,vt ex eo oriatur actio? l.a vi energia,nu.11.c.837.

Pactum

Digitized by Google

Pactum ordinatum ad excipiendum, non valet ad agendum. l.ab ordinatione nu. 1.c.652.
Quicquid potest fieri per Pactum, potest etiam fieri per legē, statutum vel consuetudinem. l.a pacto ad legem n. 1.c. 751.
Res fieri sacra vel religiosa per Pactum potest impediri. l. a libertate. nu. 30. c. 364.
Interesse potest Pacto cōtrahentium taxari. l.a pact. ad leg. numero 4. c. 752.
Princeps Pacto suo obligatur, non autem lege sua. ibid. nu. 7. c. 753.
Pacto potest alicui imponi onus reale, quod transeat ad ecclesiam. ibid. nu. 5. c. 753.
Iuramentum Pacto potest remitti ab eo, in cuius fauorem prestitum est, non per statutum ibid. nu. 8. c. 753.
Obligari Pacto quis potest, vt teneatur credere iuramento alterius. ibid. nu. 6. c. 752.
Pacto potest quis teneri ex delicto alterius. ibid. nu. 3. c. 751.
2 mentum esse, quicquid quocũque modo rei dubiæ, de qua disputatur, fidem facit quæ definitiones consentiunt cum ijs, quas Aristoteles, quas in topicis Cicero, & post eum Boetius, quas Fab. Quintilianus, quas Rodolphus Agricola, quas Perottus, Calepinus, glo. Bald. Salic. Paul. de Castr. & doct. in rubrica, C. de proba. & Bald. in d. l. conuenticulã, aliisque suis in locis tradunt: neque repugnat. Vlpianus in l. si duo patroni, §. in Marcellus. ff. de iureiur. & idem Vlpia. in l. diui fratres. ff. de iure patro. idemq; Vlpian. in l. j. ff. de quæstio. Id etiam confirmat etymologia, si Isidoro, & Gregorio nono Pontifici maximo credimus, dicitur enim secundum eos argumentum, quasi argutè inuentum. cap. forus, de verbor. significat. his attipulatur, l. tutela iuncta glos. C. depositi, & l. ad inuidiam, cum glos. C. quod met. cauf.

Vel, vt alii volunt, argumentum est probabile inuētum ad
3 faciendam fidem: arguendo † enim, & disputando veritas inuenitur. cap. graue, 35. quæstio. 9. l. munerum. §. mixta. ff. de mune. & hono. & l. per hāc, in fine, cum ibi notatis per Salic. & doctor. C. de tempo. appell. Fieri enim non potest, vt lateat veritas tot oculis spectata, totque insiduata sensibus: vt in simili eleganter dicit imperator Iustinianus in l. hac consultissima, in fine, Codice qui testamenta face. posse. & quia lege firmius nihil esse potest, danda est opera, vt legem adiutricem & testem semper habeamus, teste Cicerone in fine Topicorum, & illic post eum Boetio: nam tex-
4 tus † legi aut canonis est locupletissimus testis, vbi clare decidit id ad quod adducitur: imo id de quo constat solū a contrario sensu canonis vel legis videtur apertissime constare. text. est meo iudicio singularis in lege si quis locuples, digestis de manumit. testamen. Verum sciendum est,
5 quod † textus legum & canonum aliquando allegatur in argumentum, aliquando autem simpliciter. In argumentum, quādo lex allegata, vel canon non expressē decidit casum, ad quem allegatur, sed induci vel adaptari potest per
6 aliquem ex locis de quibus infra. Si quidem † virtus legis consistit in inductione, adaptatione, seu applicatione, vt est text. singularis in l. non solum. §. qui primipilū, vbi & Bald. nota. ff. de excusat. tuto. & vult idem Bald. in repetitione lspetens, in 10. colum. C. de pactis item in l. athletas. §. ait prætor. ff. de his qui notan. infa. præterea Ludo. de Roma in singularibus suis, singulari 641. & doctor. sæpe alibi. huc pertinet & l. scire leges. ff. de legib. & c. Marchion. & Basilides. 1. q. 1. item l. nominis, & rei. §. verbum ex legibus, cum glo. ff. de verbor. significat. Hinc videmus glo. quam ordinariam vocant, frequenter vt his verbis, argumento legis, facit lex. vel his verbis, ad hoc inducitur lex, &c. vbi vero lex allegata vel canon expressē decidit casum, de quo est quæstio, debet allegari simpliciter, & non in argumentum ita magistraliter dicit Panorm. in ca. causam quæ, in fine de offic. dele. & volunt Ioan. And. & Panorm. in c. 1. de pactis, & idem Ioan. And. in addit. ad Specul. in princ. circa vj. colum. in additione, quæ incipit, non eget argumento; vbi Speculatorem

culatorem lapide, & curialiter taxat, idem etiam vult Antho. Corſetus in ſingulari ſuo 27. pro qua theorica adduco text. pulcherrimum in l. non omnes. §. a barbaris. ff. de
7 re militari, qui dicit argumento † cognoſcitur quod liquido conſtare non poteſt; ad idem etiam allego text. in l. ſin autem. §. ſi homo, ibi, idque ex ſenatuſconſulto colligi poteſt. ff. de rei vendi. & text. in l. arboribus. § de illo, in verſi. idē tractat, vbi, colligi poſſe. ff. de vſufructu, & text. in l. j. §. illud ſciendum, ibi, aptari. ff. de vſufruct. quemad. caueat. Ad hoc etiam facit l. ſi cui, in fine ff. de ſeruitut. titu. generali. & l. ſi ædes mœx. ff. de ſeruitut. Verba prædi. & l. 2. circa finem ibi, pro ſententia Iuliani facit. ff. ſi ſeruitus vēdit. & l. cum quædam, ibi, tam optimo exemplo argumentari, C. de adminiſtratio. tuto. Pro iſto etiam facit c. ad apoſtoli cæ, ibi, euidentibus argumentis, cum ibi notatis per Archi diac. & Io. An. in nouella de re iudi. lib. 6. & c. pro humani, ibi, probabilibus argumentis. de homicidio eodem libro. & l. qui filium, in fi. ff. ad Trebell. item l. ſi vſusfructus, in principio. ff. quando dies lega. cedit. cum infinitis ſimilibus quæ magis eſſet laboriosū enarrare qua ſubtile aut neceſſariū, Ratio autem præmiſſorum eſt, quia. Venuleo Iurecōſulto
8 teſte incertis, † non in certis locus eſt coniecturis, l. continuus. §. cum ita in fine. ff. de verborum obligationibus. Porrò iſtud eſt vtile ad probandum crimina occulta, quæ liquido conſtare non poſſunt, vt ſunt, furtum, adulterium, cōſpiratio, & ſimilia, quæ tectim fieri conſueuerunt, in talibus enim & ſimilibus ſufficiunt indicia probabilia, & præſumptiones violentæ, vt vult Hoſtī. in ſumma, in titu. de filiis presby. §. 1. circa medium, per d. §. a barbaris, & c. afferte, de præſumptionibus cum aliis iuribus per eum allegatis, & idem volunt Alberi. & frater Arnoldus ibi ſupra, idēque, eſt de mente Baldi in l. quicunque, C. de ſeruis fugitiuis, vbi per illum textum. & quædam alia iura dicit, quod in ſecretis delictis, tractatibus, ac cōſiliis, propter probationis difficultatem peruenitur ad torturā, ſeu quæſtionē, & nonnunquā ad condemnationem & abſolutionē ex ſolis argumentis ſeu indiciis, ſi ſint ita certa, vt vix denegare ſufficiat, & idem videtur velle Baldus in l. milites, C. de quæ-

ftio cui congruunt notata per Baldũ, & Salicetũ in l. finali, C. de probationibus, qui dicũt, ex indiciis indubitatis per legem approbatis, posse, quem damnari, quos refert, ac sequitur Alexander de Imola in l. absentem: in apostillis ad Bartol. ff. de pœnis. Plura autem notabilia exempla indiciorum indubitatorum vide per Gandinum maximũ practicum in suo libello maleficiorum in rubrica de præsumptionibus, & indiciis indubitatis, ex quibus condemnatio sequi posset. & per Bartol. in l. finali ff. de quæstionibus. Hinc etiam singulariter dicit Salicetus in l. 2. in fine, C. de custo. reorum, & ante eum Bartolus in l. vnius. §. 1. ff. de quæsti. quod quando iudicia sunt vrgentia, etiam si non superueniãt noua indicia semel totius poterit iterato torqueri, secus si indicia sint leuia, & non multum vrgentia, & dicit ita obseruari in practica, quod verum est, dum tamen quis non torqueatur. vltra bis vel ter, vt pulchre inquit Paulus de Caltro. in consilio suo cxcvij. incipit visa inquisitione, circa finem in antiquis. Hinc etiam est, quod in talibus delictis secretis, quæ ex variis apparentibus, seu præparamentis essentiam capiunt, & non in vno momento, uel loco, qualia sunt, conspiratio, coniuratio, tractatus, & eiusmodi, testes singulares probant, nec singulares probant, nec singularitas hoc casu vitiat, ita sentiunt glosa, & docto. in similibus casibus notatis xvj. quæstione quarta volumus, super verbo monstrauerint, & tertia quæstione nona, nihilominus, super verbo timul, deinde Hostiensis, Ioãnes Andreas, & alii in c. qualiter & quando ij. de accusationibus ad hæc glosla in l. ob carmen. §. finali. ff. de testibus item Specu. in tit. de teste. §. iam de interrogatoriis in versicu. Item de tempore, & in versicu. quid si vnus, & in pluribus alijs versiculis ibidem. Quin & Petrus Ancharanus hac de re pulchrè scribit in consilio cccexxxix. cuius initium est, in Christi, &c. ex prædicta facti narratione, &c. in 4. columna, quod fac memoria teneas. Porrò qui ad plenum instrui volet, quando † singularitas in testibus toleretur, neque viciet eorum testimonium, & quãdo non, is videat canonum doctores præsertim Feli. in declaratione c. licet ex quadam, de testibus & Hippolytum de Marsilijs singulari cxiiij. & plene

per

per Alex.de Imo.in consi. 72. primi voluminis incipiente, inspecto diligenter processu.

10 SECVNDO † sciendum est iuris studiosis, quatuor esse argumenti species, nempe syllogismum, enthymema, inductionem,& exemplum. Est autem syllogismus oratio in qua quibusdam positis,& concessis necesse est aliud accidere per ea,quæ posita sunt,& concessa.Et cõstat ex maiori,& minori,&cõclusione,seu(vt Cicero vocat)cõplexione. Porrò syllogismus,siue rõcinatio,nam sic à Cicerone,& Rodolpho nominatur,est perfectissima argumentorum forma,& consequentia plane necessaria, eius potes videre exẽplum in Autentica ingressi, cum ibi nota. à Baldo,& docto.C.de sacrosanct.ecclesiis,& in l.pignus, C. de pignoratitia acti. vbi Bart. dicit esse in barbara,item in glos. l.vnica.§.1.in tertia lectura.ff.si quis ius dicen.non ob.licet valdè impertinenter ad illum tex.vt ibi bene declarat Zasius. Syllogismo proximum est enthymema.Et enthymema quidam est oratio, in qua non omnibus præmissis antepositis festinata infertur conclusio, & ex vniuersali concluditur particulariter seu minus vniuersaliter, diciturque syllogismus imperfectus, qualis est hic, omne animal currit, ergo omnis homo currit in hac enim argumentatione omittitur hæc minor propositio,omnis homo est animal, quæ si interseratur perfectissimus erit syllogismus.Hac argumenti specie sæpenumero vtitur imperator Iustinianus, vt patet in l.si quis in conscribendo,C. de episc. & cler. & in d. l. cum quædam,& ibi glos. notat, item Vlpianus iurisconsultus in l.omnes,§.Lucius.ff.de his quæ in frau. cre. Vbi singulari-
11 ter probatur quod libellus † procedit omisso medio, quãdo alias subauditur & præsumitur a iure. est autem libellus quasi quidam syllogismus,vt notatur in l.1.ff.de edendo. Ad hec Papinianus in l. pater instituto,in princip. ff. de captiuis & postli. re. &ibi Zasius talem argumentationem vocat concisam. Sic etiam videmus interdum omitti maiorẽ propositionem, & solum poni minorem & cõclusionem vt est text.in l.1.vbi & Bartol.notat.ff.si certum petatur,& meminit eleganter Aulus Gellius noctium Atticarum libro 1. capitu. 8. & potest poni exemplum familiare in isto

enthymemate, Omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia, in quo omittitur maior propoſitio, hæc ſcilicet, omne animal eſt ſubſtantia, quæ ſi adijceretur, iam perfectus eſſet ſyllogiſmus. Inductio † autem eſt argumentandi ratio naturæ proxima, qua è ſingularibus vniuerſale colligitur, ſeu vt alij loquuntur, à ſingularibus, ſeu particularibus ſufficienter enumeratis ad vniuerſale fit progreſſio, vt Socrates currit, Plato currit, & item cæteri, ergo omnis homo currit. Inductione autem omnes artes repertas eſſe veriſimilimum eſt. comparatis enim multis, quę aſſiduus rerum vſus ſuppeditabat exemplis, vniuerſalem quandam regulam ſtatuerunt veteres, vt cum viderent medici vinum Chium, item Smyrnæum, item Phalerum, calefaciendi vim habere, collegerunt inductione quadam regulam, vinum natura calefacere: Sic & iuriſconſulti videntes filium liberari à poteſtate patris per emancipationem, per mortem naturalem, item per mortem ciuilem patris, Inſtitutis, quibus mo. ius pa. po. ſolu. cum ſimilibus: & non comperientes inter modos quibus ſoluitur patria poteſtas, furorem: conſtituerunt regulam, per furorem patris ſuperuenientem, filium non liberari à poteſtate patria. Ita arguit Vlpianus iuriſconſultus in l. patre furioſo, ff. de his, qui ſui, vel alieni iuris ſunt. Simili modo arguit etiam Paulus iuriſconſultus, ſi non fallit inſcriptio, in l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obligatio. Cum enim obligatio certis modis tollatur ipſo iure, puta ſolutione, nouatione, acceptilatione, & quibuſdam alijs modis, Inſtitutis, quibus mod. tol. oblig. per totum, cum gloſ. ſingulari, quæ illic circa finem tituli habetur, & non reperiatur inter illos modos, tempus, colligitur regula, quod tempus non eſt modus tollẽdæ obligationis ipſo iure, ad quot quotidie allegatur illc tex. Breuiter, quicquid vſu deprehẽſum in artem coactum eſt, id inductione collegit ratio. qua plurimum eſt vſus Socrates, vt meminit Cic. in Topicis. Huc pertinebunt ea quæ dicemus infra in loco à partium enumeratione, & quæ notat gloſſ. & docto. in rubrica, de regulis, iuris libro 6. & quæ nontantur in gloſſ. l. 1. ff. de regulis iuris, & hinc rectè dixit Rodolphus Agricola lib. 2. capite quinto

quinto de inuentione dialectica, artes omnes paulatim & per increméta repertas esse. Prima autem initia a sensuum obseruatione profecta esse, hoc ipsum declarans per exempla. Exemplum autem est argumentandi ratio, qua de vno particulari concluditur ad aliud particulare, propter aliquod simile inter ipsa repertum. Hac autem argumenti specie frequentius quam cæteris iurisconsulti vtuntur, tamets si non raro & illæ in legibus reperiantur. l. non possunt, l. nã vt ait Pedibus, & l. de quibus, ff. de legibus, & d. l. diui fratres, & prælleg. l. si vsufructus ad quod faciunt ea quę dicam infra in loco a simili, a pari, a minori, a maiori, a feudo ad emphyteosim, a milite armatæ militiæ ad militem cœlestis militiæ, & in pluribus alijs locis seq.

TERTIO nouerit studiosus adolescens, quẽadmodũ grammaticus de latinitate sermonis, & dialecticus de vero
13 & falso disputant: ita iurisconsultum † de iusto, deq; iniusto quærere. Hinc est quod semper quæritur quid iuris? æ-
14 quissimum scilicet, boni & iusti. Quod † autem quis de iure verum esse dicit, id probare debet, quia erubescimus sine lege loqui §. considerem⁹, in Auth. de triente & semisse, collat. 3. cum similibus. Neq; enim vel in arguendo, vel in proponendo, vel soluendo creditur asserẽti, nisi alleget textũ expressum, vel inducat textum in argumentum per aliquem locorum, de quibus infra: de qua re dicemus latius infra in loco a lege cessante, & in loco a simili.

15 QVARTO sciat lector, quod in iure † arguitur tripliciter, nempe lege, ratione, & exemplo, de quo habes textum peculiarem in c. nouit, & ibi Ioan. And. & docto. notãt, de iudi. & bonum textum in cap. venerabilem, vbi & Ioan. And. & Ioan. de Imol. meminerunt, de elect. Porro lege dupliciter arguitur affirmatiuè & negatiuè. Affirmatiuè, cum pro casu de quo est quæstio adducitur lex expressa vel scriptura autentica euidens. Negatiuè, a dispositione legis cessante, de quo vide quod dicam infra in loco a lege cessante: Ratione argumẽtamur cũ deest lex expressa, & tamẽ ratio naturalis aliquid dictat, l. fluminum. §. adijcitur ver. viciũ. ff. de dãno infect. & l. liberorũ, circa finẽ ibi, natura nos docet. ff. de verborũ significationib. & l. nã hoc natura ff. de

condi-

condictione indebiti,& l.cum ratio,in princ.ff.de bonis dã natorum,&c.ſecundo requiris.& ibi Panormitanus de appellationibus,& bona glo.in c.conſuetudo. diſtinctione, & textus notatu dignus in l.ſcire opo tet.§.ſufficit,ibi, ex ipſa naturali iuſtitia,& ibi Bal. notat.ff. de excuſa. tutorum

16 nec mirum ſi ratio eſt tantæ virtutis,quia ratio† eſt animæ legis,& lex quædam tacita inſita mentibus hominum, d.l. cum ratio,& hinc alibi dicit tex.quod ratio,ueritas,et Deus æquiparantur,c.qui contempta, & c.fruſtra,viij. diſtinctione. Exemplo autem arguitur ab authoritate,quod procedit etiam in exemplis paganorum,non tantum Chriſtianorum, vt eſt tex.pulcher in ca.quæſta. & ibi Archi. notat.xiij. q. 2.& bonus tex.in ca.ſacerdotibus, & ibi Dominicus notat xj.q.1.de quo vide quod dicã latiſſimè infra in loco ab autoritate. Arguitur etiã exemplo ab vno particulari ad aliud propter aliquod ſimile repertum in ipſis,vt dixi ſupra.Nullus autem eſt argumentãdi modus,qui non ad aliquem horum trium reduci poſſit:id quod diligens lector facile deprehendet.

17 QVINTO meminerint iuuenes,in diſputatione † validiuſ & vrgentius argumentum in finem reſeruandum eſſe de hoc habes tex.in c.2.ibi ad hanc autẽ ſententiam aſtruendam illud potiſſimum inducit,& c.de ſumma trinita.& fide cathol.& ibi hoc notat Iohannes de Imo.quod enim vltimo dicitur magis cordibus hominum inſigitur, & melius memoriæ commendatur,capitulo liquidó, iuncta gloſſam de conſecra.diſtinctione ſecunda & commemorat. Specula. in tit.de diſputa.& allega.§.poſt hoc,in fine.cui ſatis conſonãt Cicero,Fabius,Rodolphus Agricola,& alij,volentes firmiſſima argumẽta in principio & fine locãda eſſe,debiliora vel ut in medium argumen. recipienda. Porrò utrum neceſſe ſit,argumentum in propria forma reſumere, an non , video multos ſuperſtitioſe quærere:ego putem ſatis eſſe,ſi rei poſitæ ſententiam repetas.idque probatur in capitu.relatum, iuncto cap. præcedenti de cle.non reſi.& vult.expreſsè Panormitanus in dicto capitulo relatum, & in cap. abbate, in fine,de verbo.ſignifi.huc ſpectat & lex,ſcire leges,ſupra allegata cum alijs plurimis,interdum tamen verba æquipollentia

lentia non ſufficiunt,ſed requiruntur formalia,vt videre poteris infra in loco ab æquipollentibus,vbi reperies ſatis plenè, quando æquipollens ſufficit, & quando non, & per Felyn.in capitulo translato, de constitu.& per eũdem in capitulo humanum genus,prima distin & in locis per eum cõ memoratis.

18 SEXTO ſciendum eſt,quòd† optimus,& efficaſſimus modus conuincendi aliquem eſt per retortionem, & legem propriam,dum ſcilicet telum ab aduerſario porrectum in eum retorquetur,ſuoque ipſius gladio iugulatur. Ita probat textus in cap.in omni negocio, & ibi hoc notant Hoſt. Io.And.Io.de Imol.Panor.& doct de teſtibus, & eſt bonus tex.in cap.qui ſyncera xlv.distinct.& pulcher text.in l. ſed an vltro.ff.de negocijs geſtis,& pro hoc faciunt notata in l. 1.2.& 3.& per totum titulum. ff quod quiſque iuris,& maximè notata per Angelum in d.l.1.§ ſi quis apud,vbi fingu-
19 lariter dicit,quod doctor,† qui conſuluit in cauſa aliena,te- &c.
netur illud conſilium ſequi in propria,circa quod tamẽ vide quod pulchre ſcribit Alex.de Imo. in accuſationem cuiuſdam doctoris,qui conſuluit, quendam debere damnari ad mortem in conſilio ſuo 19.ſeptimi voluminis,incipiente domini redemptoris,&c.circa,primum dubium,&c.De iſto etiam vide tritum exemplum apud Aulum Gellium,noctiũ Atticarum libro quinto capite 10.de Protagora & Euathlo. quod notius eſt,quam vt explicari debeat, cuius etiam meminit magnus ille Eraſmus in Chiliadibus ſuis, Adagio,mali corui,malum ouum,& Zaſius in l.in ratione.§.quod vulgo,verſicu.quid tamen dicemus,ff ad legem Falcidiam,vbi bene explicat,quando procedit ſyllogiſmus cornutus, ſeu argumentatio bicornis aut complexiua,& quãdo non.Item habes aliud exemplum apud eundem Aulum Gelium, lib. 9. cap. vlt. Item aliud non impedium apud eundem libro, 10.cap.27.& aliud apud eundem lib 15.cap.9.Præter hæc apud Matthæum cap.21.vbi pijſſimus Ieſus ſaluator noſter propoſita parabola duorum filiorum,& ſequenti, reſponſionem ſcribarum & phariſæorum cõtra ipſos retorquet,vide etiam exemplum per Franciſcum Curtium,in conſilio ſuo 2.& per Salicetũ in repetitione,l. ea quidem in materia inquiſi-

quisitionis,C.de accusation.& per glossa. in l.interdum, ff. de condictione indebiti,& sæpe alibi. Itaque sis cautus, ne quid proponas,dicas, vel loquaris,quod contra te retorqueri possit.nam teste imperatore Iustiniano in l.2.C. de veteri iure enucleãdo,multo vtilius est pauca idonea proloqui: quam multis inutilibus homines prægrauari:& omnino tacere prætat,quam ea effutire,quæ iure reprehendi possunt vel contra loquentẽ retorqueri,iuribus præallegatis iuncta l. expressa nocẽt.ff.de regulis iuris,cum similibus,& hinc Marcus Antonius orator dixit se orationem nullam scripsisse,vt si quid superiore iudicio actum , ei quem postea defensurus esset,nociturum foret,non dictum a se affirmare posset vt refert Valerius lib.septimo.cap.3.cui titulus, Vafre dicta aut facta:& de retortione plura, in l.quod fauore,C.de legibus,& in regula,quod ob gratiam, ad regulis iuris libro
20 6.Pariformiter optimus † modus conuincendi aduersariũ, est per interrogationem,vt scilicet interroges eum , & ex responsione sua eum conuincas.Huius habes exemplum apud Matthæum in d.c.21.nam illic dominus Iesus volens cõfundere Iudæos,insidiose & calumniose a se suscitantes, quasnam authoritate faceret ea quæ tum faciebat,vicissim illos rogauit,baptismum Ioannis è cœlone censerent esse, an ex hominibus, At illi videntes id quod dicebat dominus Iesus perplexum esse,dixerunt, nescimus,quibus tunc a Domino Iesu responsum est,nec ego dico vobis qua autoritate hæc faciam.Idem fit & in duabus sequentibus parabolis,& in c.sequen.circa finem.vbi vide.Est etiam ad hoc propositum,bonus tex. in c.quo iure, & ibi Præpositus dicit,hãc esse euidentissimam victoriam,8.dist.Ne tamen decipiaris,& vt cautior circa hęc reddaris,videto Gelium lib. Noctium Atticarum 16.cap.2. vbi docet quemadmodum captiosis interrogationibus sit respondendum, si tamen eis respondendum sit prout non,vt dicit gl.Bar.Bal. & doct.in l.qui iurasse.§.si pater.ff.de iureiuran.Ad hæc eundem Gelium lib. 18.cap.2.& c.13.Vide etiam glo.& doct.in cap.2. super verbo rationabili de confessis,lib.6.& in cap. cupientes.in princip.super verbo malignantium,de cle.eo.li. quibus in locis satis plenè reperies.

SEPTIMO

21 SEPTIMO ſcire oportet,omnia † argumenta facilè ſolui poſſe, ſi attendatur, quæ his uèrſibus continentur, Cauſa, locus, tempus, perſona, rigor, nouitasque, Antiquum bonitas,uero,conſulo, præcipioque, His ſi iungatur permiſſio,ius uariatur:Quos uerſus declaratSpeculator in dicto §.poſt hoc,in uerſicu.& generaliter,ubi etiam declarat,quod fere omnia argumenta in iure ſoluuntur,aut per fallaciam æquiuocationis,aut per fallaciam accidentis, aut per fallaciam a dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter,quem uide. quia ponit diuerſos modos ſoluendi argumenta in iure uide etiam Odofredum,& Bald.in prooœmio Digeſtorum, in principio, & Odofredum in l. unica. C. nouo Codice componendo, qui mira quadam dexteritate inſtruunt,omnem argumentandi uim aliquo de tribus modis poſſe repelli,& declinari, ſcilicet per aliter,per aliud,& aliud, & per ſecundum quid non ſimpliciter. Non autem ſunt omnia argumenta unica ſolutione tollenda, ut faciunt imperiti chyrurgi, qui uno collyrio omnium oculos curare nituntur. Ita probat textus in capitu. finali,iuncta ſua vulgari,& familiari gloſ.29. diſtinctio. non enim poteſt unica aliqua uniuerſis morborum generibus ſalubris eſſe medicina,nec ad diuerſa iura una ſolutio, ſed ex cauſa,perſona, loco,tempore, & aliis ſupra commemoratis ſingula ſunt cõſideranda,capitu.ſciendum,& ſequenti, eadem diſtinctione,& l. aut facta, ubi eſt textus notatu digniſſimus, ff. de pœnis, & faciunt notata per gloſſam, & Doctores,in capitul.finali, de tranſactionibus,unde & vulgariter dicitur,diſtingue tempora, & concordabit ſcriptura, l. apud antiquos,C.de furtis,& capit.ſi peccauerit, ſecunda quæſtione prima,cum ſimilibus.

Hinc etiam vulgo dicitur, quod uerba debent intelligi ſecundum materiam ſubiectam, & quod in omni oratione conſiderari debet perſona loquentis, & perſona ad quam ſermo dirigitur,l.ſi uno,in principio,ff. locati, l. plenum,§. equitii,cum ibi nota.per Bartolum,& Baldum,ff.de uſu & habitatione, & c. ſolitæ, de maioritate,& obedientia, qui ſunt textus ad hoc notabiles, de quo uide quod plenius dicam infra in loco a ſubiecta materia.

OCTA-

22 OCTAVO ſciendum eſt,quod † ſtudioſus præcipuè conſiderare debet , an argumentum peccet penes aliquam fallaciam . turpe eſt enim & ignominioſum decipi per aliquam fallaciam,Quamobrem vi circa hoc vtcunq; inſtruaris & reddaris cautior,volo te ſcire, id quod dialectici fallaciam vocant, apud iuriſconſultos cauillationem nominari,

23 quæ(ſi Perotto,& Calepino credimus)eſt† ſubdola ratio, quam conſoli nobis mendacij,vincendi tamen cauſa proferimus.Pro quibus facit,l.ſi calumnietur, in principio,ff.de verborum ſignific. Secundum autem Iulianum Iuriſconſultum,in l.ea eſt natura cauillationis, ff.de verborum ſignificationib. Cauillatio eſt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes ad ea quæ ſunt euidenter falſa , diſputationis productio.Alibi autem gloſ. vocat fallaciam deceptionem, vt Inſtit.de oblig in princip.& in l.cum hi,§. ſi prætor,ff.de tranſact Apud Græcos autem cauillatio dicitur ſophiſma, vt patet ex definitione iuriſconſultorum modo citata,quã reſtituit Alciatus lib. prætermiſſorum 2. circa finem.Porrò

24quia hæc mutatio fit † multipliciter,aliquando in dictione penes ſignificatum , aliquando in oratione penes ſignificatum , aliquando penes accidens, aliquando ex minus ſufficienti inductione, vel conuertibilitate, aliquando a diuiſis ad cõiuncta, aliquando a coniunctis ad diuiſa,aliquando a quid in quale, aliquando a tali ſecundum quid ad ſimpliciter tale,iccirco alia & alia committitur fallacia. Nam quando fit mutatio in dictione penes ſignificatum, committitur fallacia æquiuocationis, vt in illo ſophiſmate , omnis canis eſt latrabilis,ſydus cæleſte eſt canis,ergo ſydus cæleſtæ eſt latrabile,de quo per gloſam in l.quoties in ſtipulationibus. ff.de verborum obligat.& in illo ſophiſmate, quicquid currit habet pedes,de quo per gloſam in l. 2.ff.de officio proconſulis & legati , & vide elegans exemplum apud Aulum Gellium libro primo noctium Atticarum capite 4 & plura exempla per gloſſam in d.l. ea eſt natura cauillationis,& in gloſ.in l.3 ff.de vſucapio. Quando autem fit mutatio in oratione penes ſignificatum,committitur fallacia amphibologiæ,vt in hoc ſophiſmate , quicquid eſt Nicolai,poſſidetur a Nicolao,iſte liber eſt Nicolai ergo poſſidetur a Nicolao:

Digitized by Google

lao:de quo per gl.in d l.quoties in ſtipulat. & in illo ſophiſmate,verum eſt panem comedere canem de quo per glo.in l.fundum cuius,ff.de euictionibus,& per glo.in l.librorum, §.pen.ff.de leg.3.& per gl.in l.ſi ſub conditione, ff.de acceptila.Item & in illo,Cato iniuſte criminatur, incertum eſt enim,an ipſe ab alio criminetur,an ipſe alium.de qua fallacia amphibologiæ etiam commemorat gl. in l.cum filium, C.de mothcio.teſtamen.& in l.& ſi ex modica . ff.de bonis liber. & ſæpe alibi. Habet autem locum hæc fallacia amphibologiæ,quandocunque propoſitio, vel oratio variè poteſt intelligi,ſiue id veniat ex diuerſa ratione diſtinguendi,ſeu (vt noſtri loquuntur) punctuandi, ſiue alia ex re.Exemplũ primi,vt in l. nemo Iudæorum, & ibi Alber. de Roſate notat.C.de Iudæis,& in c. 1.iuncta ſua ſingulari gloſſa in verbo,clericum,& ibi Dominicus & alii doctores notant,de tẽpo.ordin. lib 6. & patet in illo verſu, Porta patens eſto nulli claudaris honeſto: ſi punctum colloces ante, vel poſt dictionem nulli,prout fecit Abbas Robertus,qui propter hoc fuit priuatus abbatia ſua vt refert Alber. de Roſate in dictionario,in uerbo punctus,& indicat ille notiſſimus uerſiculus,Vno pro puncto caruit Robertus Aſello,ideſt,monaſterio, quod vocabatur aſellus : patet etiam exemplum ibi, Interficere reginam bonum eſt timere nolite , Collocando punctum ante uel poſt uerbum timere: & illic, ibis redibis non ſubiicieris: diſtinguendo ante uel poſt dictionem non, quod fertur a genio quopiam,fuiſſe dictum domino Florẽtiæ,qui in hoc confidens iuit ad bellum & ſuccubuit.Exemplum ſecundi,vt in l.vxores,in fine, iuncta glo.ff.de his qui notan.infam.& in d l.cum filium, iuncta gl.cum alijs ſupra citatis . Porrò huiuſmodi fallaciis vti ſolent dæmones dum reddunt oracula,unde refert Albericus de Roſate in d.l.nemo Iudæorum , quod dæmon quiſpiam domino Alberto, Scoto domino ciuitatis Placentiæ ſciſcitãti de ſtatu ſuo reſponderit hunc ad modum , Domine ites ſecurus , inimici tui ſuauiter intrabunt terram & ſubiicientur domui tuæ : qui inſtar innocentis,qui credit omni verbo capitulo,innocens,22.q.4.intellexit verba,vt ſonant, cum dæmon ad hũc modum ſenſerit,domine ites ſecurus,inimici tui ſua vi ter

id eſt,

id eſt,tribus,intrabunt tetram,&ſubijcient ut id eſt,ignem domui tuæ:atque ita euenisſe Albericus teſtis eſt. Ad eundem modum poteſt diuerſimode intellige reſponſum illud Cræſus perdet Halim tranſgreſſus maxima regna, nam verbum perdo, nunc pro deſtruo,nunc pro amitto ponunt. Id verbum cum ille pro deſtruo dictum arbitraretur, deceptus eſt,ſecundum hiſtoriographos.Item videmus, & in illo ambiguo reſponſo,dato Epirotarũ regi Pirro.Dico te Aeacida Romanos vincerẽ poſſe, cuius facit mentionem glo.in l.veteribus.ff.de pactis. & in l. ambiguo:ff.de rebus dubiis. Proinde fatui ſunt,qui talibns ambiguis reſponſis credunt. Quando autem fit mutatio penes accidẽs, ut quia ex duobus accidentibus diuiſim ſumptis,infertur aliquid coniunctim ſecundum accidens, tunc committitur fallacia accidentis,vt in hoc exemplo,Iſta aſina eſt mater,quæ eſt vera, quia habet pullum, & eſt tua, quæ etiam eſt vera , quia tu es dominus,ergo eſt mater tua, & in hoc exẽplo Titius eſt albus & eſt Monachus , igitur Titius eſt albus monachus;licet enim multa prædicere diuiſim,quæ non licet coniungere,ut bene declarat Ioannes Andreæ per plurima quotidiana exempla,in pulchra & quotidiana quæſtione, in regula, ſine culpa in 12,col.de regu. iur. lib.6.in Mercurialibus:& meminit Paulus de Caſtro in lege poſſideri. §.primo,digeſtis de acquirenda poſſeſſione. Quando autem fit mutatio ex minus ſufficienti inductione, vel conuertibilitate , tunc committitur fallacia conſequentis , de qua infra in loco a partium enumeratione, & in loco a communiter accidentibus,& in loco a genere &ſpecie,ubi reperies exempla.Quãdo autem fit mutatio a diuiſis ad coniuncta uel econtra, tunc committitur fallacia compoſitionis uel diuiſionis, ſecundum quod oratio aliqua compoſita eſt uera , & diuiſa falſa:uel econtra. Si enim compoſita eſt uera,& diuiſa,falſa?tunc committitur fallacia diuiſionis:Si vero in ſenſu diuiſo eſt uera,& in ſenſu compoſito falſa,tũc committitur fallacia compoſitionis.de qua per glo.in d.l.quotiens,in ſtipulationibus,& ibidem per Ioan.de Imo.& per Panor.in c. ad apoſtolicam,de regularibus,& per glo.in l.manumiſſiones,& ibi Alberic.de Roſate;ff.de iuſtitia,& iure,& per gl.

in l.2.

in l.fi.ff.de condictio.institutionum,& per glo.Institutis de libertinis,in principio,& per glo.in l.ubi fideiusso.ff. de solutionibus,& per Bal.& Salice.in l in exercendis.C.de fide instrumentorum,vbi referunt argumentum quod faciebat filius patri de ouis, cõmittendo fallaciam diuisionis. Eius etiã meminit Zasius in d.l.in ratione.§ quod vulgo,ante finem,& idẽ Zasius in illa quæstione, an filii duorum fratrũ succedãt patruo in stirpes,an in capita,& docto.sæpe alibi; Quando autem fit mutatio a quid in quale,tunc committitur fallacia figuræ dictionis secundum dialecticos, vt in illo sophismate,quicquid heri emisti,hodie comedisti, carnes crudas heri emisti, ergo hodie comedisti carnes crudas:& habes aliud exemplum in l.1.iuncta gl. ff. de regula Cato.& idem uidere poteris in pluribus aliis exemplis positis per gl.in l.quæ de tota.§.incertæ,& in l.uendicatio.ff. de rei vendica.& in l.debitor.§.fi.ff.de lega.2.licet gl.in d.l.quæ de tota.§.incertæ.& in d.l.vendicatio.& in d. l.posteri.§.1.& ibi Bar.Pau.de Cast. & Alex. non satis circunspecte dicant,q ibi committitur fallacia accidentis, quia fit mutatio a quid in quale ſm eos, & idem dicit Ioan. de Imo.in d.l.debitor.§.fi.Sed incircunspecte, & male dicunt mea sententia:nam quando fit mutatio à quid in quale, ut in exemplis positis per gl.& doct.in passibus supra commemoratis,tunc committitur fallacia figuræ dictionis ſm dialecticos,& nõ fallacia accidentis,& ita etiã reperio sentire Ia.de Ra.& Albert.de Rosate in d.§.incertæ,& Io. And.in reg.in generali,circa finem,de reg.iur.lib.6. in Mercurialibus,& Zasium in loco supra proxime allegato, & ita se habet rei veritas. Quando autẽ fit mutatio a tali ſm quid ad simpliciter tale,tunc committitur fallacia à dicto ſm quid ad dictum simpliciter,vt in hoc exẽplo, Homerus uiuit ut poeta,ergo Homerus uiuit. de qua fallacia habetur in l. fi. dictum.§.in stipulatione. ff.de euictionib. & de ea ponuntur plurima exempla in l.pen.in 1.gl.& ibi Ang.ff. de iustitia & iure,& vide vnũ exemplum per gl.in d.l.ea est natura cauillationis,& per Odofredum, & Baldum in proœmio digestorũ, & de ea meminit Bal. in d.l.apud antiquos, C. de furtis,& Zasius ubi sup. Hinc etiã nõ ualet hæc,consequentia,delegatus papæ est maior ordinario in causa sibi com-

missa,c.sane 2,de officio delegati:cum similibus;ergo delegatus Papæ est maior ordinario. Imo committitur fallacia a dicto secundum quid ad dictum simpliciter,secundũ Barbatiam in rub.de offi.deleg.in 3.& 4.col. Huc etiam faciũt notata per gl. quam ordinariam vocant,in c, constitutionẽ, de regularibus:lib.6,& not.per glo.in regula quæ a iure:de reg iur.eod.lib. & de hac re videre poteris latius infra in loco de tanquam. Hæc gratia exempli pro iuuenibus qui dialecticam non didicerunt , dicta sufficiant de his octo fallaciis communioribus ac frequentioribus.

NONO studiosos admonitos volo , vt in disputatio-
25 nibus † cauti sint,ac circumspecti: diligenterque caueant, ne aduersarium vagationibus elabi sinant,sed si sentiant illum alio se diuertere,quam prępositum erat,dicant ciuiliter, Amice aut bone mr quod ais impertinens est,uel,nihil aduersum, vel ista quid ad Bacchum,uel nihil ad rem,aut, quorsum hæc? Itẽ,uideo quod dicas,quid uelis dicere non video?aut quippiãeiusmodi, pro quo faciunt iura vulgaria dicẽtia articulos impertinentes non esse admittendos,l.nõ hoc. C.vnde cognati,l.neque natales: C. de probationibus: & cap.in præsentia,eodem titu.cum similibus: Vnde refert Hieronymus in epistola ad Pammachium aduersus errores Ioannẽs Hierosolymitani , veterem narrare historiam:
cap. Quod cum quidam diserte diceret,ferreturque impetu,ac volubilitate verborum , causamque omnino non tangeret, prudens auditor,& index,Bene,inquit, bene sed quò istud tam bene. Estque sũmopẽ cauẽdum, ne aduersarius dum argumentum diluere non potest,eludat tantum:imo præhensandus est is ,qui cum disputãs:ne elebatur hac techna.Præ-
26 ter † hæc summa cura caueat disputans , ne iracundia, vel stomachatione incalescat,quia per hoc facile perpelli posset ad confitendum,uel negandum,quod confitendum,vel negandum nõ erat:nam,vt inquit Cato:Impedit ira animum: ne possit cernere verum: id etiam Fabius monet,qui ait bonum altercatorem vitio iracundiæ carere debere , quod nullus rationi magis obstet affectus,quodque extra causam ferat , & Cicerone teste nihil considerarẽ potest : Quæ res non in disputationibus tantum periculosa est:nam & index qui innocentem quem puniri non debuerat,calore iracun-

diæ

dix inductus condemnauit, capite plecti iubetur, aut certè in insulam deportari: ut est tex. singularis in l. lex Iulia, in fi. ff. ad leg. Iul. repetundarum: & hinc recte dicit tex. in l. 2. C. de custodia reorum, quod iudicibus immodice sæuientibus freni temperies est adhibenda: sic etiam dominis in seruos sæuientibus lex frenum iniicit, vt eos iustis conditionibus uendere cogantur, l. 2. ff. de his qui sui, uel alieni. iuris sunt & instit. eo. tit. & idem de dominis temporalibus sæuientib. in subditos, quia potest eis propter hoc auferri iurisdictio, iuxta singulariter notata per Bar. Bal. & doct. in d. l. 2. proxime allegata, & idem volunt Bal. & Aluarotus in §. quicunque aduocatiam, de pace tenenda, in vsibus feudorum, & Ludou. de Roman. in consi. 523. & Iacobinus in suo singulari libello de homagiis, in antepen. col. & Franciscus in suo libello feudorum parte 6. q. 1. Male enim imperando imperium summum amittitur, vt dicit Minus ille cælebris: & propter iniustitiam transferuntur regna de gente in gentem: Ecclesiastici 10. cum concordantiis: idem etiam reperio in viro nimium sæuiente in uxorem, iniicitur. n. ei frenum, vt propter nimiam eius sæuitiam authoritate ecclesiæ fiat separatio quantum ad thorum attinet, vt est tex. singularis in c. literas. & ibi Panor. & cæteri canonum doctores notant, de restit. spol. sic & pater filium quem male contra pietatem affecit, cogitur emancipare & successione filii priuatur, l. fi. ff. si quis a parẽ, fuerit manu. & l. si lenones. C. de episcop. audien: quod uide, ut memoria teneas.

27 DECIMO† studiosos iuuenes admonendos censeo, vt humiles sint, c. humilis, de maior. & obed. & non arrogantes: c. hoc habet. 46. dist. utque non præsumantur iudicare de lege perspecta, l. in ciuile. ff. de legibus, alioqui periculũ est, ne illis usu ueniat, quod de Petro quopiam Baliardi referunt gl. & Odofredus in l. quinque pedum. C. finium regundorum, is iactitarat se ex omni lege habere posse sanũ intellectum: At cum proponeretur ei enarranda dicta lege quinque pedem, tametsi uix undecim uerba continens, rubore suffusus nescire se fassus est: de cuius legis intellectu aliquid ponit Alciatus in lege quidam ignauiæ. C. de decurionibus, libro 10. & Aymarus Rivallius, lib. secundo, historiæ iuris ciuilis, in illa l. 12. tabul. si quis sepem, ubi uide

Imo vidi ego hominem magis impudentem, ingenioſum tā men,qui in quodam cœtu auſus fuit effutire, quod nō pro poneretur ei caſus a iure deciſus,quin enarrato ſibi caſu ex tempore diuinaret eius deciſionem : cui cum per me qua- tuor duntaxat eſſent enarrati caſus vulgares a iure deciſi, puta caſus lege cum auus,ff. de condictio. & demonſtr. ca- ſus lege Stichum,qui meus erit:ff.de legat.1. caſus.l.ſi Ti- tius.§.ſi ff.de leg. 2.& caſus.l.cum fundus,§.ſeruum tuum imprudens, ff. ſi cer.pet. Nec in vno quidem rectè diuina- uit,& cum videret libris apertis ſe tota erraſſe via,confuſus abiit, & poſt hoc modeſtior redditus eſt, deditque operam iuri,ſed non ita profecit,vt legimus de Seruio Sulpitio in l. 2.§.iuris ciuilis ſcientiam, in verſi. Seruitius autem Sulpi- tius,ff.de orig.iu.Non enim nouerat bonus ille vir,iuris ſtu dium rem vſque adeo laborioſam , & ſubtilem eſſe,vt quis etiam poſt perlectum iuris corpus paratū admodum ſit aſſe cutus :& tum demum ignorantia tuam deprehendat, eū ad ſcribendum de iure calamum arripuerit : id quod & de ſe atteſtatur Seneca, dicens ſe priuſquam ſcriberet ſuā igno- rantiam ignoraſſe,vt refert Io. And. in ſalutatione Gre go- riana,in nouella,cui congruit,quod eſt apud Gellium lib.1. c.2.huc etiam pertinet,quod Petrus de bella pertica Bur gundus ſubtiliſſimus doctor,referente Paulo de Caſtr,in l. Meuio,in princ.ff.de leg.2.dixit ſe octies legiſſe Infortiatū, neque tamen vnquam intellexiſſe illam l.Meuio,niſi cū no uiſſime eam legeret,cuius etiam nouiſſimum intellectum Bar.Bal.& omnes poſteriores approbant , reiectis omnibus aliis lecturis gl.Huc etiam pertinet,quod Bar.in l.in actio- nibus ,in fi. ff.de in litem iurando,dicit ſe nunquam intelle xiſſe materiam illius legis,niſi cum nouiſſime eam legeret: huic etiam congruit,quod Philippus de Regio antiquus & maximus legum doctor,referente Paulo de Caſt. in l.pater Seuerinam,in princip.ff.de conditio. & demonſtr.ob nimiā arrogantiam,quia pollicitus fuit, ſe uelle reſpōdere ad quod libet,in materia vltimarum uoluntatum , arguente Baldo confuſionem maximam paſſus eſt.Debet ergo ſcholaſticus, in iure proficere uolens,eſſe humilis,& non arrogans,ac lō- go tempore diſcere & indefinenter, ſtudere,& ſibi aut ſuo ingenio non nimis confidere , ne ſit miles antequam tyro,

aut

aut magiſter antequã diſcipulus,c.ſic viue,& c.ſi clericatus 16.q. 1.c.officii,& c.cum in magiſtrum,de elec. & c.relatũ, 37.diſt: cum ſi. Peſſimus enim,vt habet prouerbium,quiſque ſui ipſius eſt magiſter, teſte Hieronymo ad Dextrum in lib. de Eccleſiaſticis ſcriptorib. Qualis.n. erit ædificatio diſcipuli,ſi magiſtro ſe putet non indigere, vel ſi magiſtro ſe putet eſſe maiorem? certe nulla.8.c.1.qualis,& ibi gl. dicit, quod quidam diſcipuli in hoc decepti nimis feſtinant ad cathedram.Nec debet ſcholaſticus de lege(vt diximus) iudicare,niſi tota lege perſpecta,d.l in ciuile, qui nonnunquam finis reſtringit, aut alioqui declarat principium,l.ſi cum fundus,cum ſua gl.ff.de uer. ſig.poſteriora.n.aperiunt præcedentia,& econtrario,l.qui filiab.in prin.& l. ſi ſeruus plurium,§ ſi cum utrobique notatis,ff.de lega.1. & l.quiſquis,in prin.cum gl.ff.de leg.3.& l.non eſt nouum, cũ duabus ll.ſeq.ff.de legib.cum ſi. Porro quemadmodum accidit
2 interdum† vt ſequentia declararent præcedentia: ita non raro fit,ut poſteriora priora prioribus,derogent.l.pacta douiſſima,C.de pact.& l.ſi mihi.§.in legatis,ff.de lega.1. cum ſimilibus:in dubio tamen cauda non eſt ſeparanda a capite, ſed debet lex plura habens capita uniformiter intelligi, camaiores,iuncta gloſ. & ibi Panor.notat,de baptiſmo, & facit l.iam hoc iure,cum ſua materia,ff.de uulgari, & pupillari ſubſtitutione. Et ſemper ſibi perſuadere debet ſcholaſticus,q̃ legis condendæ authoritas ſibi data nõ eſt, ſed q̃ authoritas etiam eius,qui doctoris inſigne adeptus eſt, duntaxat,probabilis eſt,nõ neceſſaria iuxta not.per gl. ordinariã, ut uocant,iuris canonici,in c.1.de poſtulatione prælatorũ, & per gl.iuris ciui.in l. ſi de interpretatione,ff.de legi. & in l.1.& ibi Odofr.& doct.C.eo.ti.Et præcipue caueat,ſtudioſus,ne proprie innitatur prudentiæ,contra conſilium Salomonis,Prouerb. 3.& c.ne innitaris,de conſtitutionibus,ſed beatum Bernardum in ſequendo, ſemper minus ſenſui ſuo quam alterius credat. Item maxime abſtineat a facili reprehenſione aliorum,iuxta conſilium Salomonis,Prouerb. 18.& Eccleſ. 11.& tranſumptiue in cap.eorum,11.quæſt.3. Hinc Ioannes Faber in prooemio Inſtitutionum ſcholaſticum exhortatur,ne ſit nouarũ opinionũ inuentor,nec aliorum facilis reprehẽſor,de qua re uide quæ elegãter ſcribit

BIBLIOTECA ROMA

Hoſtienſis in principio, ſuæ aureæ ſummæ, ubi ponit decẽ temerarias reprehenſiones modo, & omnino caueat, nẽ vocem propriam ignoret: ſitque præcipuè diligens ſcholaris in videndo, & ponderando allegationes, quas dabo, nec credat mihi, uel cuicunque alteri quid dicenti, ſed uideat ſuper quo fundetur dictum, ſi uelit ex hoc libello noſtro quicquam fructus conſequi.

29 Intelligentia enim † dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, ut eleganter dicit tex. in c. inteligentia, de ver. ſig. neque. n. ſermoni res, ſed contra rei ſermo ſubiectus eſt, vt in eo. c. & dictum doctoris debet intelligi ſecundum legem quam alleg. ut vult Bar. in l. non ſolum. § ſi liberationis uerba. ff. de lib. leg. & doct. ſæpe alibi. unde lege, uel canone nõ probante id ad quod allegatur, remanet nuda authoritas allegantis, & uerificatur illud vulgare prouerbium, Collapſa ruunt ſubductis tecta columnis, c. qualiter & quãdo, ſecundo de accuſationib. & illud, Erubeſcimus cum ſine lege loquimur, d. §. conſideremus. Ex hoc autem quod allegationes ſtudioſus diligenter uidebit, & excutiet, triplicem con
80 ſequetur † fructum. Primo enim certior fiet de ueritate allegationis. Secundo melius intelliget quod dicitur. Et tertio id melius memoriæ commendabit, cui conſonat quod in ſimili dicit gl. reputata ſingularis, in §. igitur, in proœ. Inſtitu. Et hactenus quidem præfati ſumus ea, quæ ad locos intelligendos uiſa ſunt neceſſaria. nunc ad ipſos locos accingemur.

SVMMARIA IN LOCVM AB ORDINE.

1 *Ordinis uis tum in diſcendo: tum in docendo.*
2 *Loci ab ordine argumentum frequens in libellis: iudiciis: contractibus: & ultimis uoluntatibus.*
3 *Ordine uerborum non attento: talis ordo præſumitur: qualis eſſe debet. 4.*
4 *Libellus in quo potorem: uel æſtimationem ſuſtinetur.*
5 *Copula & quandoque inducit ordinem, & non coniungit contra eius propriam naturam.*
6 *Ordinis neglectus, ſeu præpoſteratio uitiat actum: & reddit eum nullum quando datus eſt pro forma.*

Ordo

7 *Ordo eorum quæ in lege, uel canone: aut dispositione alicuius inter uiuos, uel in ultima uoluntate ponuntur ponderandus est, quando ex ordine præsumitur: & colligitur mens & uoluntas disponentis, quod tamen cum limitatione est accipiendum. 8.*
Consuetudo patrisfamilias testantis, contrahentis: aut aliter disponentis prius inspicienda est, quam consuetudo regionis. 3.
9 *Ponderandus: & seruandus est ordo ubi qualitas est causa exaggerandæ executionis: nam tunc ante sententiam debet constare de qualitate, nec sufficeret de ea constare postea.*
10 *Ordinis omissio uel præposteratio uitiat actū, quando ordo est substantialis, etiam si interueniat consensus partium.*
11 *Ordo non curatur ubi constat de intentione legislatoris, uel alterius disponentis.*
12 *Filius cui in dubio potius teneatur obedire, patri an patriæ?*
13 *Prærogatiua arguitur ex ordine fallit nu. 15.*
14 *In Capitaneo deligendo quid attendendum.*

1 AC principio quidem locum ab ordine tractabimus, à quo potissimum auspicari libuit, q ordo †plurimum habeat momenti, tum in discendo, tum in docendo, tum in proferendo, tum in coniecturãdo, tum in prælatione, tum in exequendo, tum in similib. & hinc non sine cã Pau. Apostolus 1. ad Cor. c. 14. in fi. iubet, oĩa honeste, & ẽm ordinem fieri. Habemus igitur in iure locum ab ordine, Cuius, quidem †loci argumentũ frequens admodũ est in libellis, iudiciis, contractib. testis, & vl. voluntatib. id quod annotauit & Bal. in l. conuenticulã. C. de epis. & cle. Quinimo argumentũ ab ordine vsq; adeo interdũ ualidũ, necessarium, & efficax est, ut peruersio, uel præposteratio ordinis reddat actũ nullũ, ut puta ubicunq; constat ordinẽ esse substantialẽ, uel datũ pro forma, ut in mandatis exequendis, aliisq; casib. de quib. infra. Ita sentit Arch. in c. sit rector, 43. dist. & probatur in c. uenerabili, dẽ of. dele. in c. Pisanis, de rest. spol. & in c. cum dilecta, de teser. cum si. de quib. inf. Et de isto argumentãdi modo vltra passus iam cõmemoratos habetur, per gl. & Arch. in c. Metropolitano, 63. dist. & per gl. in c. ut euidenter, 1. q. 1. & in c. alienas, 24. q. 1. Et in c. Si quis iusto impedimento, de elect. lib. 6. & in c. mandato, de præb. eo. lib.

2

Et in c. 1. 20. distin. & in pluribus aliis locis. Porrò formatur hoc argumentum ab ordine multipliciter ad multiplicem effectum, uno modo sic, non attento † ordine uerborum talis ordo præsumitur qualis esse debet, l. si ita quis substituerus, & l. talē, in prin. ff. de hæredibus instituen. & c. cām quæ, ibi hī per Henricū Boicx, & alios canonū doct. de rescrip. Et notant Bar. Bal. & doct. in l. Gallus. §. quidam recte, ff. de liberis & posthu. Nomina. n. & verba transposita idē significāt, l. quidā, & ibi in gl. ff. de peculio, & l. ambiguitates, & l. præposteri, & ibi Cyn. Sali. doct. C. de testamētis, q̄ faciat ad multa. Et gratia exēpli pro instructione iuuenū, per istud in primis sustinetur libellus, in quo fit mentio de exceptione rei, & vnico cōtextu adiicitur replicatio actoris. Exēpli gratia, Dico in libello, te debere mihi 10. ex mutuo, & si tu dicis q̄ feci tibi pactū de nō petendo, dico p̄ replica, q̄ fecisti postea mihi pactū de petēdo, de quo est tex. in l. si cū pater, & ibi not. per Bar. Bal. Sasi. & alios, C. si adu. rē indic. & licet hic videatur peruerti ordo, quia prius debet excipi per reū, quā replicari per actorem, tñ in ueritate non peruertitur ordo, quia licet in ordine scripturę uideatur prius replicari per actorē, qua fit exceptū per reum in ordine tñ iuris, & intellectus vī prius excipi, & postea rēplicari, secundum Bal. in d. l. si cū pater, qui ad hoc allegat d. l. talem. Dicta tamen practica non videtur tuta nec bona secundum Pau. de Cast. in d. l. si cum pater, per viuas rationes, de quibus ibi per eū. Item secūdo per istud sustinetur libellus, in quo concluditur, & petitur, Titium cogi, & condemnari ad soluendum 10. licet enim prius videatur peti executio, quā condemnatio, quod fieri non debet, quia ab executione non est inchoandum, l. 1. C. de executione rei iudicatæ, & l. si cū nulla. ff. de re iudicata, cum similibus, Tamen si bene consideretur, hic est præposteratio uerborum magis q̄ intellectus. Primo enim videtur petitū condemnari quam cogi, quia sic se habet ordo rationis secundū Bal. in d. l. conuenticulam. Et volunt Bar. Ang. Alex. & doct. in l. 2. prius. ff. de vulg. & pupil. & idem Bar. in d. l. Si cum nulla, & idem Bar. Bal. & doct. in d. l. 1. & Ang. in d. l. Gallus. §. quidā recte, in princip. & idē Ang. & Ioan. de Imo. in l. nec enim. ff. de solutio. & Pan. in c. 1. in 14. col. de litis contest.

& idem

& idem Pan.in c. olim cauſam per illum tex. de cenſib. Et Bar.in d.l.quidam,& Bald.in §.quibus, in 1.conſtitutione Codicis. Et idē Bald.in l. edita, in repetitione Paduana in 23.col.C. de edendo. Et Pet.de Anch.in ca.nihil obſtat,de verb.ſig.q̄ fac vt memineris. Hinc etiam eſt,q̄ ſubſtinetur
4 † libellus,in quo ſimpliciter peto rē, vel æſtimationē,quia ſemper videor petere illud,quod de iure poſſum petere,& eo ordine & modo,quo de iure permittitur. Ita dicit Spec. tit.de oblig.& ſolut.§.ſequitur,verſi. Et quid ſi libellus. Et ſequitur Bal.in l.ſancimus.j.C.de ſacroſan. eccle. Et Iaſon in §.Item Seruiana,in fi.Inſtitutis de actionibus, ubi hoc multum commendat. Securus tamen eſt, petere rem ſi extat,alioqui æſtimationē. hinc etiā eſt,quod quando plures perſonæ,inter quas eſt ordo charitatis non abſtractus à ratione debiti naturalis, ad inuicem ſubordinātur in aliqua diſpoſitione,per copulam,& non concurrunt ſimul,nec faciunt ſibi partes per cōcurſum,licet hoc videatur de natura copulæ,ſed ueniunt ordine ſucceſſiuo, text.eſt notabilis iuncta glo.in d.l.gallus.§.quidam recte,vbi de hoc uide latius per Bar.Bald.Ange.& doct.& præcipue per Ioan.de Imo. Et per Bal.in l.liberti libertęq;, in 4.col.in verſ.quæro igitur primo,C. de operis libertorū,vbi reperies pulchra exempla. Et per Salicetum in l.2.in 17. C. de iure emphy. Vide etiam ad hoc bonum text.& ibi Io.de Platea in l.1.in fi.C. de priuilegiis eorum qui in ſacro palatio mili. lib. 12. Et vltra hæc,eſt pulcher tex.in §.quinimo,& ibi Bal. & Auaro.in tit.Epiſcopum uel Abbatem,& in c.1.§. filia vero, & ibi etiam Bal.de ſucceſ.feudi, in uſibus feudorum Regulariter autem de natura copulæ,& eſt coniungere & copulare, vt videbimus infra in loco a natura copulæ. Quod au-
5 tem † in caſibus iurium proxime citatorum copula, & inducit ordinem,& non coniungit. eſt contra propriam naturā,ratione ſubiectæ materiæ, cuius ratione, & aliæ multæ improprietates admittūtur a iure, vt plene uidere poteris infra in loco a ſubiecta materia. Valet etiā hic arguēdi modus ab ordine, ad hoc q̄ in actione hypothecaria procedit libellus non præmiſſa excuſſione. niſi opponatur de præpoſteratione ordinis ante litis conteſtationē,ita not.Bal. in d. l.cōuenticulā,quod eſt notabile pro intelligētia,aucto.hoc

ſi de-

si debitor C.de pignori. Quæ vult,nõ posse agi hodie actione hypothecaria contra tertium possessorem, nisi prius excussio principali debitore, vt hoc procedat si excipiatur ante litis contestationem,alioqui valet processus, Et idem eadem ratione dicendum puto in beneficio ordinis competente fideiussori,auct.præsente C.de fideiuss. & in auct. de fideiusso.in princ.coll.1. cum sua singulari gl. vt nisi ante litem contestatã proponatur hæc exceptio de præpostera tione ordinis,valeat processus non excussio principali contra fideiussorem habitus,qui hoc nõ opposuit. Et ratio est,quia istæ sunt exceptiones dilatoriæ,quæ ante litem contestatã debet proponi c.pastoralis,de exceptionibus,& l penult.C. eod.titu.cum similibus.Et ita reperio uelle Bar.in l.3.ff.de exceptionibus,& Ang.in l.decem ff.de verbo.oblig. Et Pet. & Cynum in l.exceptionem,in 7.q.C. de proba.Et per Bar. Ang. & Sal.in d.auct.hoc si debitor,& Pau.de Cast.in l.fin. ff.si cer.pet.Et ista est veritas quicquid sentiat glo.in d.l.3. circa finem,quæ communiter reprobatur. Et si plene uis instrui de materia d.auct.præsente,vide Hipolitum de Marsiliis in Rubrica de fideiussoribus,in 4.5.& 6.col.cum pluribus sequentibus,vbi reperies plures notabiles,& singulares limitationes ad d.auct.præsente, ad quem quia ab omnibus habetur remississe sufficiat.Si etiam uis plenè instrui in materia excussionis,quæ est frequens,& quotidiana in practica.Vide omnino Angelũ & Iasonẽ in §.itẽ si quis in fraudem,Institutis de actionibus. hinc etiam est , q; vbi in instrumento reperiuntur plures actus successiue celebrati,sẽ per præsumitur ille actus præcessisse,qui reddit actum validum. Et ergo si in instrumento reperitur primo loco scriptum,donationẽ fuisse factã a patre filiofamilias:deinde in eodẽ instrumento contineatur,filium fuisse emancipatũ debemus cõuertere ordinem scripturæ,vt teneat & valeat dispositio,quia donatio facta a patre filio in potestate constituto regulariter non valet a principio , sed indigẽt confirmatione per mortẽ,& sic potest a patre reuocari,l.2.C. de inof.donatio.cum si.Ita singulariter decidũt Cy.Bal.Ang. & Io.de Im.in l.cum in testamen.§.1.per illum text. ff.de hæredib.instit.& sequitur Alex.de Imo.in d.l.2.§.prius , & idẽ Alex.in l. diuortio,in prin.in 2.col.ff.sol.ma.& Ias.in l. si.cir-

ſi. circa finē C.de edicto diui Adriani toll.q̃ manda memo riæ.Valet etiã hic arguendi modus ad hoc q̃ licet ante om nia debeat opponi exceptio declinatoria fori,l.finali.C. de excep.& ca .inter monaſterium, & ibi habetur pulchre per Panormitanum,& doctores Canonũ de re iudicata,tamen ſi in eadem ſcriptura primo quis opponit contra actorẽ,pu ta q̃ ſit excommunicatus maiori excommunicatione & ſic non admittendus ad agendum,capit.intelleximus,de iudi- ciis,& c. pia, de exceptionibus, lib. 6. & ſecundo opponat contra iudicem,& eius iuriſdictionẽ,videtur exceptio con tra iudicem primo oppoſita ſecũdum ordinem intellectus. ita ſingulariter dicit Bart.in l.quidam conſulebant, circa fi nem.ff. de re iudicata,& ſequitur Bal.in d.l. exceptionem, in 3.col.Et idem Bald.in d.§.quibus,& Ioan. de Imol. in l. ſi ita ſcriptum in princip.ff.de lega.1.& Alex.de Imo. in d. l.2.§.prius.& Felin. in d.c. inter monaſterium,in 4.colum. in verſicu. 1.declaratio,vbi ſingularirer dicit hoc procede re etiam ſi non fiat proteſtatio : cautius tamen eſt hanc ex ceptionẽm declinatoriã fori primo , & per ſe opponere uel adiicere proteſtationem,quod manda memoriæ. nam fre- quenter contingit in practica. Secundo , argumentum ex
6 hoc loco poteſt formari cõtrario modo ſic.neglectus,† uel præpoſteratio ordinis uiciat actum & reddit eum nullum, de hoc ſunt plures tex.notabiles,& in primis in d.c.cum di lecta,in d.c.piſanis,in d.c.venerabili,& in d. l. 2.§. prius in prin.Item in l.prolatam,cum ibi notatis per gloſſ.Bar. Bal. & doct. C.de ſenten.& interlo.omni,iudi.& in ca.fina. cum ibi nota.per glo.Præpo. & Philippum de appellationibus , & in c.quia propter.de elect.& in l.hac cõſultiſſima in prin cipio,C.qui teſtamenta facere poſſunt,& in l.a diuo Pio.§. in uenditione. ff. de re iudicata, ſecundum intellectum Ioannes Gloſatoris approbatũ,ibidem per Ioan. de Imo.& Alex.& per Felin.in c.quod ad conſultationem, de re iudi cata,ſecundum quorum opinionem executio ſententiæ eſt nulla,ſi non ſeruetur ordo traditus in d. §. In uenditione, quibus quidem ego ſubſcribo, etiam ſi non ignorem Bart. & plures alios in d.§. in vẽditione,diuerſum ſentire,quod vide vt memineris.Neq; eſt quod mireris,præpoſterationẽ ordinis actum viciare in caſibus dictarum ll. & Canonum

nam

nam illic ordo videtur datus pro forma, omissio autem formæ vel solennitatis viciat actum alioqui validum futurum vt dixi supra, & dicam latius infra, in Loco a defectu formę. Quin & ordo est figura substantiæ cuiusque rei, vt eleganter dicit Bald. in præclaro consilio suo schismatis, posito in Rubrica C. si quis aliquem tetta. prohi. & scire quid facias, nescire autem quo ordine facias, non est præfectæ cognitionis, vt alicubi dixit Ambrosius, & post hinc Bal. in principio constitutionis digestorum. Itaque patet, quòd magni momenti est ordo, cum eius neglectus, seu præpostera tio multis in casibus reddat actum nullum, Iuribus præallegatis, in quibus habentur plurima quotidiana exempla: hinc etiam præpostera petitio non procedit, textus est notabilis, in lege, vt debitum, C. de hære. actio. & possent adduci alia, quæ hic consulto omitto. Tertio, argumentum ex
7 hoc loco potest formari aliter sic. Ponderandus † est ordo eorum, quæ in lege vel canone, aut dispositione alicuius inter viuos, vel in vltima voluntate ponuntur. Quia ex ordine præsumitur, & colligitur mens, & voluntas disponentis, leg. quotiens in principio, vbi est tex. notabilis ponés casum quotidianum ff. de vsufructu, l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideicommissarijs libertati. l. qui soluendo 2. ff. de hæredi. instit. & Autentica hoc amplius, C. de fideicommissis, & in corpore. unde sumitur, cum similibus tex. Ange. & Ioan. de imo. in d. l. qui soluendo. dicunt quòd ex ordine verborum designatur ordo intellectus, & inducitur prælatio in his quæ non possunt applicari, nisi vni ex nominatis, & declaratur ordo charitatis, vt sic præsumatur quis charior sit, vt ibi latius per eos. Et idem vult Bal. in l. 1. C. de ædicto diui Adriani tollendo, sic, etiam ex ordine datarum inducitur prelato, siue sit diuersitas datæ in diebus, siue in horis, vt est gl. notabilis in ca. si duobus, & ibi doct. notant, de rescrip. lib. 6. & gl. magistralis. in c. si soli. de cõcess. præb. eo. lib. Et est casus singularis in cap. ex parte. 1 de officio delegat. per quem textum decidunt quotidianam quæstionem Paul. de Cast. et Ioan. de Imol. in l. si domino. ff. de legatis 1. quam uide per te. Et idem ante eos voluerunt Bar. et Bal. ibidem, licet nõ meminerint d. c. ex parte, et idem vult Panor. in c. ex parte, et idem Panor. et Felyn. ca. pastoralis §.

quoniam,

Digitized by G

quoniam,de reſcrip. quod nota.hinc etiam Felyn. in d.c.cũ dilecta.poſt Angel.per eum relatũ cõmemorat, quòd cum Vrbanus Papa promiſiſſet fratribus Minoribus,quòd ex tribus per eos nominandis vnum crearet Cardinalem, & tres nominaſſent non recto ordine,ſed in figura ſphærica,ne videlicet poſſet agnoſci, quis eorum eſſet dignior, Reſpondet eis Vrbanus perquam lepide. Ordinem peruertiſtis fratres,& ego ordinem peruertam:& neminem ex illis tribus per Minores nominatis creauit Cardinalem,ſed generalem,ordinis.cui conſonat,quod eleganter ſcribit Caius lib. Inſtitutionum primo,ti.2.circa finem,cum dicit,non debere libertatem datam ſeruis in teſtamento generaliter,vel in circulo,vt qui primus,qui poſterior nominatus ſit, agnoſci non poſſit,cum ordo conſtitutus ſeruandus ſit, ſecundum eum.Hinc etiam eſt,quod prius inſpicienda eſt conſuetudo patris familias teſtantis contrahentis,vel aliter diſponentis,quam conſuetudo regionis:quod euidenter ex ordine literæ probatur legibus infra ſcriptis, primo in l. Si ſeruus plurium.§.fi.ibi.Ante omnia ipſius patris familias conſuetudo,deinde regionis in qua verſatus eſt,exquirenda eſt.ff. de leg. 1.Secũdo in l.hæredes palam.§.Si quid poſt,in fine, ibi ex cõſuetudine patris familias vel religionis.ff. de teſtamentis,cum ſimilibus:& ita in pulchra q. reperio velle Ange in l.2.ante finẽ.C.de iure Emphy.1.& idem vult. Ludo. de Roman.in ſuis ſingularibus ſingula.

D.C. LXXVIII. licet ſit corruptus.Hinc etiam rectè dicit Dyn.Ang.Bal.& Io.de Imo.in præallegata l.Si ita ſcriptum & Bar.in l.qui duos,illo eod.titu. Quod ſi miles habens duos equos, legauerit vnum eorum fratribus Prædicatoribus,& alium fratribus Minoribus,& vnus eorum ſit longè preciſior altero,q; in dubio ſtatres Prædicatores tanquam primò nominati eligẽt.Ex ordine.n.verborum præſumitur voluntas diſponentis,& ordo intellectus,Iuribus præallegatis. Et conſecratione diſt.2.c.in Chriſto patre,& l.hæredes mei.§.fi.ubi eſt tex.ſingularis.ff.ad Treb.Et quod prius eſt in voce,præſumitur prius eſſe in ſenſu.l.ſi cõmunis ſeruus ita,in fine vbi textus notabilis.ff.de ſtip. ſeruorum, & cap. quoniam Abbas,cũ ibi notatis per glo.& doct.canonum,de officio delegati. Et quod prius eſt ſcriptum præſumitur,

prius

prius esse factum, d. §. quibus, ex quo sequuntur multa. Primo, q; si in Registro oppidi reperiatur, q; Titius eadem die rem suam obligauit tibi & mihi, si tua obligatio est prius scripta, præsumitur prius facta, & sic tu debes mihi præferri, per regulam. Qui prior est tempore, potior est iure, de reg. iur. lib. 6. Et ita singulariter volunt Bal. & Pau. de Ca. in d §. quibus, per illum text. & Bal. in l. de rebus, C. de donationibus an. nup. & Iohan. de platea in l. 1. C. de iure fisci, lib. 10. Secundo, ex isto sequitur, quòd si in eodem volumine statutorum reperiantur statuta contraria, quæ non possunt cum distinctione ad concordiam reduci, & iudex siue potestas iurauit seruare statuta, quod debet seruare vltimũ tanquam vltimo factum, & sic corrigens primum. Ita singulariter vul. Albericus de Rosate, in prima parte statutorũ, quæst. 19. post Dyn. per eum relatum, & eidem vult Cyn. in l. 2. C. de testamentaria tute. & Io. And. in c. 1. de iureiuran. lib. 6. in nouella. Et ibi Petr. de Ancho. cum quadam tamẽ limitatione hoc etiã expresse firmat idem Petr. de Ancho. in repeti. c. canonum statuta, in 14. q. principali, de constitutio. & Bar. in repetitione l. omnes populi, in 3. q. principali, in fi. ff. de iustit. & iure, & Paulus de Cast. in d. §. quibus. Tertio ex isto sequitur, quod leges trium vltimorum librorum Codicis, corrigunt leges contrarias, si non possunt cum distinctione ad concordiam reduci: & non corriguntur ab eis, cũ sint posteriores in ordine, & sic præsumitur vltimò factæ: & ita repetio expresse velle Iohan. de Platea in l. litibus, in fine C. de agricolis & censitis, lib. 11. Hoc tamen volo te singulariter annotare, quòd dicta theorica, Quod prius est
8 scriptum, præsumitur prius esse factum, debet † limitari, nisi sic interpretando actus principalis præcedens in ordine redderetur inualidus; qui si fingatur sequi, erit validus, & vterque actus sortietur suum effectum. Tunc etenim debemus conuertere ordinem scripturæ, vt valeat dispositio in vtroque casu, vt dixi supra. Casum habes & exemplum in d. l. cum in testamento. §. 1. Iunctis ibidem nominatis per Cyn. Bal. Iohan. de Imo. & docto. Quartò, ex isto inferri potest, quòd in desponsatione primo debet interrogari sponsus, & deinde sponsa. Ita dicit glo. in l. 2. in princip. ff. de adoptio. Et probatur in c. licet, de sponsa. duo. & in c. penul. de

sponsa-

ſponſalibus,ex ordine verborum illorum textuum, & hoc notant Ioan.And.& Panorm.in d.c.penul.& ita communiter ſeruatur apud nos.dicit tamẽ ibidem Panormita.quòd forte expedientius eſſet,ſponſam primo interrogari, propter inſtabilitatem,& inconſtantiam mulierum,& ita ſeruatur Paduæ,& ibi refert Ioannes And.ſed non eſt uis in hoc, quomodo ſeruetur,quia iſtud non eſt de ſubſtantia matrimonij,ſecundum Panormita.& bene,in d. c. penul. & ergo præpoſteratio ordinis in illo caſu vitiat. actum. Quartò,ar-
9 gumentum ex hoc loco poteſt formari ſic. Ponderandus† & ſeruandus eſt ordo, vbi qualitas eſt cauſa exaggerandæ executionis,nam tunc ante ſententiam debet conſtare de qualitate,nec ſufficeret de ea conſtare poſtea tex.eſt notabilis in l.in delictis.§.ſi detracta. ff. de noxa.actio.& facit lex: nõ ignotat,& ibi.Baldus. C.qui accuſare non poſſunt quod mãda de moriæ, quia facit ad multa, vt videre poteris ex hic quæ dicam infra, in Loco ab effectu eorum, quæ ſimul requiruntur ad eſſe.Sed quia iſti tres vltimi modi argumentandi,contrariantur his,quæ dicta ſunt ſupra in prima argumentandi formula,Ideo pro intelligentia huius materiæ, & concordia præmiſſorium, iurium volo te duo quædam
10 pulchra ſcire. Primus eſt,quòd ſi conſtat ordinem† eſſe ſubſtantialem,vel datum pro forma,omiſſio vel præpoſteratio ordinis viciat actum,& ſic procedit ſecundus modus arguendi,& d.l.prolatam.& d.l. 2.§. prius,& d.c.ſi. & d.c. venerabili,& d.c.cum dilecta,& d.c. Piſanis, & d.c.quia propter,& d.l.a diuo Pio.§.in venditione,& præallegata l. hac conſultiſſima: quarum legum & canonum caſus, memoriter teneas mente, quia ſunt ſingulares. & quotidiani, & iſtud eſt adeo verum, quod etiam ſi interueniat conſenſus partium, non validatur actus, quia pactus priuatorum iuri publico non derogatur,l.ius publicum.ff.de pactis.Ita dicit gl. notatu digna,in c.de caſus,de officio delegati, approbata per doctores limita tamen eam prout limitatur per glo. & doctor.in l 2.C.communia vtriuſque iudicij,quæ ſingulariter dicit,quòd licet conſenſus partium non poſſit operari, vt valeat in vim pacti,& idem volunt Pan.& Felyn. in d.c. de cauſis,quod notat ſin autem conſtat ordinem non eſſe ſubſtãtialem,nec datum pro forma,tunc non curatur ordo,

&

& sic procedit primus modus arguendi, & iura illic allegata.hanc Theoricam ponit glosia quam vocant ordinariam, in cap.penul.de purga.canon.& sequitur Ioannes. de Imo. in d.lege.2.§.prius,& Dd dus in titu.quid prece.debe,an investi. vel fidelitas,in vtibus feudorum,& in dubio illud non cẽsentur esse de ordine substantiali vel formali, quod omissum parat leue præiudicium,secus si patet graue præiudicium,lege prima in fine cum ibi notatis.ff.de ventre inspiciendo,& per hoc dicit Bartolus in lege secunda, §. prius, quod omissio signis crucis non viciat inuentarium,licet ius illud requirat lege finali,Codice de iure deliberãdi:de quo vide plenius per Ioannẽ de Imola. Alexan.& docto.in d.lege secũda §.prius,& per Bartolum & Iasonem in lege cum hi.§.si prætor.ff. de transactionibus,& aliquid per eundem Bar.in l. nec ei.§.fina. ff.de adoptio.Sed quia hæc doctrina non est sufficiens ad concordandum omnia iura in hac materia ordinis seruandi vel non seruandi citata, idcirco volo te scire secundo,quod in hac materia datur alia doctrina,
31 hæc videlicet,quod ubi † constat de intentione Legis latoris vel alterius disponentis,tunc non curamus de ordine,d. l.nec enim,& est casus pulcherrimus in c.authoritate Martini,de concess.præben.lib.6. & in capit.penul.de præbẽdis eodem libro,& sic procedere potest primus modus arguendi.Sed vbi de intentione disponentis non constat, tunc ex ordine in dubio præsumimus affectionem eius & mentem, & ergo inspicimus ordinem d.l. quotiens in princip.& d.l. generaliter §.quid ergo, cum aliis iuribus supra allegatis, ita dicunt Dynus,Angel.& Ioann.de Imo.in d.l.nec enim, & Odofredus, Alberic.de Rosate,& doct. in prima constitutione digestorum,& idem Odofredus, & Albericus in l. vnica C.de nouo Codice componendo, & ita procedit tertius modus arguendi,& iura illic allegata. Et etiam quartus modus arguendi,& iura illic allegata: & potest assignari ratio, quia in incertis non incertis locus est coniecturis,ut eleganter dicit tex.in l.continuus.§.cum ita,in fine, ff. de verbo. obligat. sed nec hæc doctrina est perfecta, nisi addatur tertium membrum:videlicet,Aut cõstat ordinem datum esse pro forma,& tunc seruandus est ordo,vt in iuribus supra late, adductis,& sic procedit secundus modus

arguen

arguendi. Recollige ergo ex dictis duabus doctrinis simul iunctis, talem distinctionem. Aut constat, idem datum esse pro forma aut non: & si non, aut constat de mente legis latoris vel alterius disponentis, aut non: & in quolibet membro dic, vt dixi supra, quod insculpas memoriæ pro concordia multorum iurium diuersimode loquẽtium, Et per præ
12 missa deciditur quæstio illa quotidiana, Cui † teneatur filius in dubio potius obedire patri, an patriæ, & licet prima facie videatur quod patri, per l. veluti. ff. de iustitia & iure, ex ordine literæ illius l. cõtrarium tamen est verum, per tex. singularem in l. postliminium. §. filius, in fi. ff. de captiuis & postliminio reuersis, vbi elegantissime Paulus Iurisconsultus inquit, disciplinam castrorum antiquiorẽ fuisse parentibus Romanis, charitate liberorũ cui astipulatur etiam Vlpianus Iurisconsultus in l. j. §. generaliter, & ibi gl. not. ff. de ventre in possessio. mittendo, & Cicero in officij, & Varius Max. de disciplina militari, & alibi. hinc etiam consonat elegantissimũ verbũ Scipionis Africani Legatis Antiochi Regis Asiæ, & Siriæ, pacem petentibus, & filium Africani captum pro peculiari dono ferẽtibus, datis in hũc modum. Priuata beneficia a rebus publicis, segregata esse, alioq; esse patris officia alia patriæ iura: quæ non liberis tãtis, verum etiam vitæ ipsi præponantur. Proinde gratum se munus accipere, priuatoq; impendio munificẽtiæ Regis respõsurum: q; ad bellum pacemq; pertineat, nihil neque gratiæ dari, neque de iure patriæ decidi posse, & cętera. vt elegantissimè refert Iustinianus lib. 31. cum ergo hæc quæstio clarè sit decisa in d. §. filius; & in lege minime, in fine. de religio. & sumptibus fune. & in locis supra cõmemoratis, non est attendendus ordo literæ, dicta lege veluti de qua quæstione. vide amplissime per Albericum de Rosate in d. lege veluti. quia tamen hæc materia seruandi ordinis, uel non seruandi est multum longa, & Brocardica (vt vocant) videre poteris de ea latius per Cy. & Salicetum in dicta lege posteri, & per Bart. in d. l. 2. §. prius. vbi hanc materiam melius tractat quàm alibi, & plenè per glo. Io. And. Antonium de Butrio. Ioan. de Imo. Henricum Boick, Felin. & alios Canonum interpretes, in dicto capitulo cum dilecta, & per eũdem Henricum Boick in d. cap. causam quæ, & in eam ad-

audientiam 1.de præſcriptis,& plenè per Bald.in l.ſi duas, in principio.ff.de excuſa,tuto.& per eundem Bald.in dicta lege ambiguitates, & pulchre per eundem in §.ſed ſi inſtituto,Inſtitutis de vulgari ſubſtitutione, & per Iohannem de Platea,in lege vnica,C.vt digni.ordo ſeruetur libro 12. Vide etiam per Angelum in §.inordinatum,in verſicu. etenim,in Authen.de hære.& falcidia,colla. 1. & per Ioan. de Imola.in d.l.ſi communis ſeruus,& per Io.Fabrũ in §.ante hæredis,Inſtitutis de legatis,& per Bald.in dicta lege prolatam,& in dicta lege vt debitum,& per Rodolphum Agricolo.lib.3.de inuentione dialectica, capite 6.7.8.9.& ſequentibus,in quibus locis reperies de multiplici ordine,& quando ſeruandus eſt ordo, & quando non. Item quando præpoſteratio ordinis vitiat actum,quando non. Quinto argu
13 mentum ex hoc loco formatur aliter ſic. Ex † ordine arguitur prærogatiua,ita notat glo.notabilis,in cap. quorundam, in verbo prædicatorum,de elect.lib. 6. Et ibi Dominicus,& Philip.Franc.dicentes, quod illi religioſi ſunt præferendi in proceſſionibus,& alijs.qui primo fuerunt approbati,& confirmati per Eccleſiam,arguendo ab ordine literæ dicto capitulo quorundam,vt ibi arguit glo.& illam glo. ad hoc notat Panor.in cap.Nicolao,in princ. de appellationibus,& idem Pan.in c.ſedes, de reſcriptis,& in c.auaritiæ de præbendis,in quibus locis multum commẽdat d.gl.Ego autem pro adduco tibi plures alias gl.videlicet gl.in c.fin.in verbo prædicatores,de pactis,lib.6.& glo.in clementina vnica,in verbo regum,de baptiſmo,& glo.in cap. bene quidem, in verbo Mediolanenſis, 96.diſtinct. & gloſſ.in l.ſi fundum ſub conditione.§ his verbis.ff. de legatis 1.quam ad hoc applicat Albericus de Roſate,in prima parte ſtatutorum,quæſtion.172.in pulchra quæſt.facit text.in cap.nimis praua,de exceſſibus prçla.in Tuſcia tamen Minores vadunt ante Prædicatores,quia ita eſt conſuetum,ſecundum Bal.in l. obſeruare,in §.antequam.ff.de officio proconſulis & legati. Et iſto arguendi modo vtitur Cynus, & poſt eum Paulus,de Caſt.in l.3.C.de ſumma Trinitate,& fi.Cathol.vbi ex ordine dictæ literæ colligunt, dignitatem clericatus eſſe maiorem dignitate militari,de quo articulo vide pulchrè per Panor.& poſteriores in d.cap.Nicolao, & per omnes in cap.ſolitæ,

litæ,de maio.& obedien.Isto argumento etiam vtitur Hosti.in summa,in titulo qui filij sunt legi. in §. qualiter & a quo, ad probandum , quòd Papatus seu sacerdotium maius est Imperio,vt ibi videre poteris per eum, & per Petr. de Ancha.in repetitione,canonicum statuta,in prima oppositione,de consti.& per Panorm.in cap.nouit, de iudicijs. Isto argumento etiam vtitur Bald.in l. vnica,C.de Iustiniano Codice confirmando, vbi ex ordine dictæ literæ dicit, quod milites sunt præferendi doctoribus, de quo articulo tamen vide latius ibi per Paul.de Cast. & doct & pulchrè per Angel.Ioan.Fabrũ& doct.in procœmio institutionum,& per Bald.in procœmio digestorum,in vltima quæst. & latissime per Signorolum de Homodeis,in consilio suo 23. incipien.In nomine comini,&c.& per Alex.de Imola.in repetitione legis Centurio,in 2.& 3.colum. ff.de vulgari & pupillari substitutione,& per Felyn.in cap.clerici, ante finem de iudicijs. Isto modo arguendi vtuntur etiam Bald. & Saly. in constitutione habita, C. ne filius pro patre, vbi ex ordine dictæ literæ dicunt quòd prius obediendum est Deo, quàm Cæsari.& ergo si Cæsar mandat quod est contra cõ scientiam,non est obtemperandum ei,neque in pace,neque in bello,secundum eos ibidem, de quo vide quod habetur in Actis Apostolorum cap. 4. Deo oportet obedire magis quam hominibus,& pulchrè per canonistas, in cap. sicut 3. de iureiurando,& in cap.qui resistit. 11. quæst.4. & in cap. quid culpatur.23. quæst.1.& in cap.domino guerram,in tit. hic finitur,lex,deinde consuetudines regni incipiunt,in vsibus, feudorum. Isto argumento, etiam vtitur Cæpola, ad pulchrum effectum in consilio suo 13.vt videre poteris per
14 eum.Hinc etiam dici potest.quòd † in capitaneo deligendo,potius incipienda est fide,& diuturnæ obseruationis industria,literataque militiam. quam probitas,& sternuitas. ita probat textus in lege proximos 2. in principio, arguendo ab ordine literæ,C.de proximis sacrorum scriniorum, libro 12. & ita reperio velle Cœpolam in suo notabili tractatu de imperatore militum deligendo,post medium.Hinc etiam est,quòd arguendo ab ordine literæ,cap. fundamenta. §.proinde de elect.lib.6.Princeps præcedere debet Ducem,Marchionem,& comitem,& ita singulariter concludit

glo.in cle.vnica, in verbo regum, & post eam Ioannes de Imola.& Panorm.ibidem: & sicuti dixit,Principem debere præcedere Ducem, Marchionem, & comitem: ita etiam Dux præcedere debet Marchionem & Marchio Comitem, arguendo ab ordine verborum Rubricæ,quis dicatur Dux. Marchio,comes.In his tamen obseruanda est consuetudo, quæ est optima legum interpres,l.si de interpretatione. ff. de legibus,quod tene menti: Item per istum arguendi modum dicit Henricus Boick in prin.compilationis Gregorianæ,quod doctores cæteris paribus sunt præferendi scholaribus.& illic ex ordine literæ,cap.cum in cunctis, in princ, de elect.ibi morum grauitas,& literarum scientia,& ex ordine literæ l.magistros,C.de profess.& medicis,lib.10.ibi moribus primum demum deinde facundia. Dicit idem Henricus,mores esse præponendos scientiæ,& hoc idem ante eum voluerunt Ioan. de Fan. & Archi.in l.ex multis 1. quæst 4.per illum tex.quòd not.illud tamen quod supra dixi,scilicet ex ordine argui prærogatiuam,debet † limitari quadrupliciter. Primò,vt hoc procedat, quando duo narrantur per ordinem in aliqua constitutione circa honesta & laudabilia,seu circa actus virtuosos. Tunc enim ex ordine arguitur prærogatiua,vt dictum est: nam dignior censetur præponi secus autem,ubi duo enarrantur circa turpia, vel vbi aliqui notantur de aliquo vitio.Tunc. n.a vilioribus, & magis infectis est incipiendum,hoc probatur in d.cap.auaritiæ,iuncta suprascriptione,& ibi hoc no.Panorm.& doct. & idem Pan.in d.cap.sedes.& Felyn.in d.cap.cum dilecta, etiam si non ignorem,apud Rhetores diuersum fieri ex aggerandi causa.Secundò hoc limitatur verum,nisi ex præcedentibus,& sequentibus aut alijs coniecturis,colligi possit contrarium,vt pulchrè declarat Cæpola in d. suo consilio 13.& Præpositus in cap.cum ad verum,in solutione quarti argumenti,96.dist.Tertio istud limitatur verum in dubio, & quando aliud non reperitur in iure dispositum.seu decisum,aliàs secus,ita sentit gl.notabilis,in c.1.de iuramento calumniæ lib.6.& ibi clarius Philipus Frãcus.Quartò istud limitatur verum, nisi ordo sit positus gratia exempli. nam tunc non curatur ordo,tex.est in c.decernimus de iudicijs, vbi præmittitur Abbas Episcopo,& Episcopus Archiepisco-

po:&

Digitized by Google

po: & ibi Cardinalis. & Io. de Imo. hoc not. & Fel. in d. c. cũ dilecta quem omnino vide. Quod si vltra ea quæ diximus videre libeat plura pulchra in materia prælationis seu præcellionis, vide Alex. de Imo. & nouissimos, in l. cũ quid. ff. si cert. pet. & Dominicum, in c. Epicoſpos, 17. dist. & Felyn. in Rub. de maiorit & obedi. vbi plenè inuenies, ad quos brevitatis gratia te remitto, quia non intendo extra propositum vagari. Apparet igitur ex præmissis, & argumentum ab ordine interdum esse probabile tãtum, interdum etiam necessarium, & interdum inefficax.

SVMMARIA LOCVM AB ORDINE:

Rubricarum.

1 *Argumentum ab ordine rubricarum probabile est frequens & utile.*

2 *Illa censentur digniora quæ præcedunt.*

3 *Fideicommissarius vniuersalis decedens post mortẽ testatoris ante aditam hereditatem an transmittat hereditatem ad hæredes.*

4 *Iuramentum non calumniæ statim post litem contestatam præstandum est.*

LOCVS AB ORDINE RVBRICARVM, SEV TITVLORVM.

1 POST tractatum in genere Locum ab ordine, non incongruè subnectemus eum, quem ab ordine Rubricarum, seu titulorum vocant, a quo sumptum argumentum † probabile est, frequens, & vtile, fundatum in l. 2. ff. de statu hominum, vbi & Bald. hoc notat, de hoc etiam habemus tres gloss. vna est in Rubrica. ff. de eo per quem factum erit, quam ibi commendat Bartol. Ias. & doctores, & Bald. in lege prima illius tituli: alia glossa, est in §. pœnales, in versiculo, item aduersus, institutis, de actione, Tertia est in capitulo primo de

Digitized by Google

iura calumniæ lib.6.hoc etiam not.Bar.in l.1.in 2.notabili. ff.ſi cert.pet.Et iſto argumento in quotidiana quæſt.vtitur Pau.de Caſt.in conſi.161.in antiquis:incip.In præſenti cauſa.Eius etiam meminit Bal.in Authé.generaliter, C.de epiſcopis & clericis,& doct.ſæpe alibi.Et iſte arguendi modus ab ordine Rubricarum,ſeu Titulorum, ſeruit ad multa. & inter alia per iſtum arguendi modum dicit Bar.in l. ſi quis ſub conditione,in j.col.ff.de teſtamentaria tutela,q̃ ex ordine titulorum poſitorum in ff.C.& inſtitutis, probatur,q̃ tutela teſtamentaria præfertur legitimæ & legitima datiuæ.Secundò,iſte arguendi modus ſeruit ad probandum,q̃ tutor confirmatus a Iudice,cuius datio facta in teſtamento non valebat,cenſeri debet teſtamentarius,& q̃ præferri debet legitimo,& ita diſputando tenuit Mar.Silla. & eum ſequitur Bal.in d.l.2.& Bar.Iaſ. docto.in d. Rub.ff. de eo per quam factum erit,& idem Bar.in l.1.ff. de peculio , & in l. idem Labeo.ff.re.amot.& in l.1.ff.de confirmando tutore, & Cy.in d.l.2.C.de confirmando tutore,& Pan.in c.ex parte,vlti.de appell.& Alex.de Imo. & Iaſ.in d.l.1.ff. ſi cert. pet.& idem Iaſ.in Rub.ff.de verb.obli.qui omnes mouentur ex ordine titulorum, in ff.& C.poſitorum. Primo enim ponitur Rubrica de confirmando tutore, & poſtea titulus de legitima tutela. Tertiò,iſte arguendi modus ab ordine
a Rubricarum facit ad hoc quod illa † cenſeantur digniora quæ præcedunt,ad quod allego duas gl.Vna eſt in §.fi.Inſtitutis.de iure natu.gen.& ciuili.Altera in §.cunque,in verſ. aliam vero,inſtitutis de bon.poſſ. iunctis ibidem ſingulariter not.per Io.Fabrũ& bene facit ad hæc d.l.2.ff. de ſta.homi. & quæ diximus ſupra loco proxi.Quartò,iſte arguendi modus facit ad aliud videlicet q̃ in cauſa conuentionis, & reconuentionis,quando reus oblato libello per actorem, in continenti offert libellum ſuum, vtique ſimul dandæ ſunt inducię deliberatoriæ,primo tamen in ordine ipſi reo,ſecũdo ipſi actori,& prius reſpondebit reus.ita notabiliter poſt glo.& doct.dicit Pan. in c.1.in 4. col. de mutuis petitionibus quod dicit probari ex ordine titulorum. nam primo ponitur titulus de libelli oblatione,quæ fit ab actore: ſecundo de mutua petitione,ſeu recõuentione,q̃ fit a reo. in tit. de mutuis petiti.Et tertio ſubijcitur tit.de litis cõteſtatio.

& ſic

& ſic ſitlitis cõſtatio poſt libellorũ productionẽ, ſecũdũ eũ. Quintò iſte arguẽdi modus facit ad aliud, videlicet q̃ por rectio libelli eſt de actis, & de proceſſu iudicij, & ita tenet Pau. de Caſt. in Rub. C. de in ius voc. ex ordine titulorum in ff. poſitorũ, de in ius voc. & de q̃dendo. de quo vide ibi latius per eum & doctor. Sextò, iſte arguendi modus facit ad
3 deciſione illius ſubtilis quæſtionis. An † fideicommiſſarius ff. vniuerſalis decedens poſt mortem teſtatoris, ante aditam hæreditatem tranſmittat hæreditatem ad hæredes, & Bar. ex ordine Rubricarum in ff. & C. poſitarum, cõcludit q̃ ſic, in l. cum filio, in vlti. col. ff. de lega. 1. Septimò, ex ordine, & diuerſitate titulorum. ff. de rei vendi. de publicana in rem actione, & ſi ager vect. vel Emphyteo. peta. Bal. Ang. & Iaſ. in §. ſed iſte inſtitutis ne actio. dicunt & concludunt, q̃ publicianiſta non habet vtile dominium, ſed duntaxat quaſi dominium, quia iuriſconſultus non ſine miſterio ordinatè poſuit dictos tres titulo, in quorum primo tractatur de directo dominio, in ſecundo de quaſi dominio, & in tertio de vtilẽ dominio. & ita tene, quicquid variando diuerſis in locis ſentit gl. Octauo, per hunc arguendi modum dicit Bar. in l. imperium. ff. de iuriſ. om. iud. quod ille qui præeſt prouinciæ, habet merum imperium qui autem præeſt vniuerſitati non facienti prouinciam, ſed ciuitatem, de iure non habet merum imperium, licet quandoq; ex priuilegio, conſuetudine, vel præſcriptione aliter contingat qui vero præeſt uniuerſitati non facienti ciuitatem, ſed caſtrum, vicum vel municipium, ſi caſtrum, vicus, vel municipium, ſubeſt alteri ciuitati, nullam habet iuriſdictionẽ, ſi autem caſtrum, vicus, vel municpium, nõ ſubeſt alteri ciuitati, tunc habet eãdem iuriſdictionem, quam habet defenſor ciuitatis, & hoc vltra iura per eum allegata probat ex ordine titulorum in Cod. poſitorum. de off. Rectoris prouinciæ, De Defenſoribus ciuitatum, & de Magiſtratibus municipalib. vt ibi latius per eũ quod not. Nono, per hunc arguendi modum dicuntur Pan. & Barbatia in Rubrica de iure calumniæ, q̃ ſtatim † poſt litem conteſtatam, præſtandum eſt iuramentum
4 calumniæ, de quo vide ibi latius per eos. iſtius Loci ab ordine Rubricarum meminit etiam Odofr. in Auth. quas actiones, C. de ſacroſan. eccl. ad vnum effectum, quem vide

per te. Sic etiam, quando in aliqua Rubrica ponuntur plura capitula, licet arguere ab ordine contentorum seu positorum in Rubrica, vt not. glos. in §. si quis igitur vult caute, in verbo non minus tribus, in Authé. de instruct. cau. & fide, collatio. sexta, & præter hæc ad multa alia potest induci hæc argumentatio ab ordine Rubricarum, quæ breuitatis gratia omitto. Hoc tamen volo te non ignorare, quod iste modus arguendi ab ordine Rubrica procedit in dubio, & quando aliud non reperitur in iure dispositum seu decisum, alias autem secus. ita sentit glossa notabilis, in d. c. de iuramento calumniæ lib. 6. & ibi clarius Dominicus & Philippus Franciscus, quod not. & vnde dicam infra in Loco a Rubro.

SVMMARIA IN LOCVM.
a definitione.

1 *Cui conuenit definitio, conuenit & definitum.*
2 *definitio conuertitur cum suo definito, igitur est bona. Cui non conuenit definitio, nec conuenit etiam definitum.*
3 *Definitio non conuertitur cum suo definito, igitur non est bona.*
4 *Definitio & Descriptio quomodo inter se differant.*

INSVPER habemus in iure Locum a definitione, à quo sumptum argumentum nedum est probabile, sed & necessarium, lege prima, §. dolum, & ibi Bartol. notat. ff. de dolo, lege fina. adiuncta sua gloss. ff. de verborum significat. vigesimaseptima, quæstione secunda, in princi. & c. dudum 2. post principiū de elect. & est utilissimum propter rerum cognitionem, quæ definitione explicatæ lucidissimè cuique apparét. Nemo enim melius rem noscere videtur, quam qui quid ea sit breuiter & aptè possit explicare, secundum Rodolphum Agrico-

Digitized by Google

Agricolam, Vnde rectè Cicero in officijs admonet, disputa tionem à definitione semper debere proficisci, vt intelliga tur quid sit id, de quo disputatur. formatur autem duplici-
1 ter. Vno quidem modo affirmatiuè sic. Cui † conuenit de-
2 finitio, conuenit & definitum, vel sic definitio †conuertitur cũ suo definito, ergo est bona. Secundo formatur negatiuè hoc pacto. Cui non conuenit definitio, nõ conuenit etiam
3 definitũ: vel sic, Definitio † non conuertitur cũ suo defini-to. igitur non est bona probatur in dictis iuribus. Et facit. l. omnis definitio, cum ibi notatis per glo. ff. de regulis iuris. Ratio autem huius est, quia essentialis definitio, debet eua cuare definitum secundum genus, & substantiales differen tias, & absoluram rei naturam explicare: alioqui nõ est bo-na, vt bene declarat Barto. in l. j. ff. de testamentis, & Aulus Gellius Noctiũ Atticarũ li. iiij. ca. 1. & magistraliter Alcia-tus Paradoxorum lib. 6. capite 9. vbi concludit, non satis esse, definitionem generaliter procedere, idque contra Ac-cursium, Panormitanum, Aretinum, Decium, & alios: quẽ omnino vide, Et idem clarissimè vult Rodolphus, idipsum declarans per exempla. hoc autem argumento vtitur gl. In stitutis de oblig. in principio. & gl. in l. j. ff. de capitis dimi-nutione, Et glosa in l. scripturæ, C. de fide instr. & gl. in l. 1. in verbo aliorum in fine. ff. quod cuiusque vni. notat & gl. in Rubric. extra de summa Trinitate & fide Catholica, & ibi tangitur per Panormitanum Ioannem de Imola & alios interpretes Canonum vtitur hoc argumento & Ioãnes An dreas in Regula actus legitimi, & in Regula possessor. de regulis iuris lib. 11. in mercurialibus. Eo etiam vtitur Bar-tolus in repetitione l. Si is qui pro emptore, in prima quæ-stione principali. ff. de vsucapionibus, & idem Bar. in l. im-perium, ff. de iurisdictione omnium iudicum, & Bald. in l. maximũ vicitũ, C. de liberis præteritis, & Iason Institutis de actionibus in princ. Isto argu. etiam vtitur Pau. de Castro in consilio 19. in antiquis, incipiente Præsens dubium vide tur determinari, Et idem Paul. de Castro in l. 1. in princip. ff. de legibus. Et Alexander de Imola in l. 1. ff. de acquiren da possessione. Et cardinalis Panormit. & alij in rubrica de iudicijs. Et Vincentius de Paloetis in pulchta q. in consi-lio quodam, quod est inter consilia Alexander. cxxvij. in

quarto

quarto volumine,& Bald.Salice.& docto.in Rubrica, C.de proba.& Barto.& docto.in l.unica,C.de senten.quæ pro eo quod interest proferũtur,in definitione interesse, & doctores in pluribus aliis possibilis, quos entrare magis esset laborioſum,quam ſubtile,vt in ſimili dicit gl.in l. 1.ff. ſoluto matrimonio & in l.in honorariis.ff.de actionibus & obligationibus. Et hinc rectè dicit Bald.in d.l.maximum vicium.
4 quod definitio † essentiam, descriptio vero rei intelligẽtiã claudit.Cui satis consonat id quod notat glos. in dicta l.1. in fine ff.de legibus, & patet ex descriptione definitionis, quæ à Cicerone & aliis traditur hunc in modum. Diffinitio est,quæ id,quod definitur explicat quid sit. vel sic.Definitio est earum rerum,quæ sunt eius rei propriæ, quam definire volumus, breuis circumscripta quædam explicatio, vel,vt vult Rodolphus, oratio qua quid sit res explicatur, vel vt ait Boetius, oratio ſubſtantiam vniuſcuiuſq; ſignificans,vel vt alii volunt,definitio est oratio explicans, naturam seu conditiones naturales rei. Amussis enim proprietatis est definitio,& totius exactę ac methodicæ disputationis,ceu fundamentum quoddam.Ex quo patet, quod definitio à descriptione eo differt,quia definitio quid sit res indicat,descriptio uero, qualis sit res velut inſpiciẽdam ante oculos ponit, quod manda memoriæ. & vide quod dicam infra Loco proximo,qui huic perquam affinis est.

SVMMARIA IN LOCVM AB ETYMOLOGIA.

1 Nomen à quo removetur & vigor,titulus & effectus.2.
2 Etymologia dat verbis proprium ſignificatum.
3 Etymologia unde.
4 Eccleſia qualibet collegiata poteſt dici conuentionalis.
5 Senſus,non verba,ſpectandus.
6 Etymologia,alluſio,& derivatio differunt.
7 Nomina propria imponuntur ad beneplacitum.
8 Argumentatio ab etymologia nominis appellativi quando procedat.num.9.
10 Communis uſus loquendi, etiam in ſtatutis præfertur cuicunq; d.ſpoſi-

Digitized by Google

dispositioni legali.

11 *Propria significatio unde sumatur.*

12 *Nomen habere non mereris. si re priuaris.*

14 *Scholarium priuilegio non gaudent non studentis, licet intrent scholas.*

15 *Cui conuenit aliquid, huic etiam conueniet coniugatum seu derivatum.*

16 *Argumento a coniugatis vtuntur interdum Iurisconsulti.*

COMMODE sub sequitur nunc Locus ab Etymologia, seu à uerbi vel nominis, quem alii ab allusione, alii à deriuatione appellant, licet non recte, à quo ductum argumentum, est, probabile, vtile, & multum frequens. Et formatur negatiuè hoc modo

1 A quo † remouetur nomen remouetur & uigor, titulus, & effectus. l. a nullo. Et ibi Odo. & Bald. nota. C. de feriis l. diurnos. iuncta glosſ. C. de frumento Alexand. nota. libro vndecimo, & l. finali, & ibi Bald. & Salicetus notant C. de inofficioso testamento. Formatur & affirmatiuè, sed hoc non procedit generaliter, vt infra declarabimus. Neque mirũ alicui videri debet, bonum esse argumentum à nomine

2 seu etymologia, quia † etymologia dat uerbis proprium significatum, quando definitio non repugnat, l. notionem. §. instrumentorum, in verb. propriè, l. quibus præcipua, l. tugurii, l. vt Alphenus, & l. pupillus. § territorium, cum utrobique notatis per glossam. ff. de uerborũ significationibus, & capitulo forus, eodem titulo & textus cum glosſa in §. finali in titulo. per quos fiat inuestitura, in usibus feudorũ, & ibi Aluarotus notat, & vult notabiliter Bartolus in repetitione leg. omnes populi, in sexta quæstione principali, in uersicu. quæro unde sumatur ista propria significatio. ff. de iustitia & iure, & idem Bart. in l. liberorum, in versicu. 2. Principaliter est videndum. ff. de uerborum significationibus, & in l. prima. ff. de testamentis. Est enim Etymologia resolutio uocis in proprium in effectum rei, quæ demostratur, secundum Baldum in cap. 1. §. si quis de manso. in vltima colum de cõtrouersia inuestituræ, in usib. feudorum. & describitur hoc modo. Etymologia est explicatio uocabuli,

buli per alia magis nota, vt cum hæredi petam dicimus eũ, qui hæreditates alienas petit & captat. aut assiduum, qui dat æra. aut pecuniosum, qui pecorum magnam copiam possidet. Sic, Iurisconsulti volunt, testamentum dictum esse, quasi testationem mentis. mutuum quasi de meo tuum fiat: furtum a furuo, id est, nigro vel atro de quo per Paulum Iurisconsultum in lege prima. ff. de furtis, & per Aulum Gellium Noctium Attricarum libro primo cap. 18. & per Alciatum libro Disputationum primo, cap. 20. item postliminium a limine, & post. §. si ab hostibus. insti. quibus mo. ius Pa. po. solutur. item possessionem dictã putant, quasi pedum, uel verius sedium positionem, & in hac postrema opinione est Alciatus dicto libro Disputationum primo capite primo, & propriè omnes recentiores. Dicitur
3 autẽ † Etymologia ab etymõ græce, quod latine significat verum, & logos, quod rationem significat, uel vt alii volũt. locutionem: ideo Etymologia latine ueroloquium dicitur, quia etymologiando uerum eloquimur rei originem, secũ dũ Angelum & Ioan. de Imol. in lege. 1. ff. de acqui. possess. & Albericum in dictionario, quod indubitatam fidem habet, si Calepino credimus, verum Cicero in Topicis, quem refert & sequitur Fabius libro primo oratoriarum institutionum, capite 10. & Boetius in topica Ciceronis, Etymologiã uocant notationem, quia notam facit rem, de qua prædicatur, quod & Erasmo placet dicẽtis, etymologiã uim uocis indicare, idem etiam vult Rodolphus Agricola, Aristoteles autem symbolum nominat, alii uero uim intuiti originationem uocant, & de hoc argumento ab etymologia in pluribus habetur locis, vt putá in lege secunda. § appellata, & ibi Bartolus, Salicetus, Alexander, Iason, & doctores notant. ff. Si certum petatur, & institutis, quibus modis re cõtra. obligatio. in principio. & in d. l. 1. Et ibi Bartol. & Ang. notant. ff. de furtis, & in lege, primo ff. de pactis, & institutis de testamentis, in principio, & ibi. Angel. & in l. 1. §. & ibi Bar. ff. de tutelis, & institutis eodem tit. & in leg. decernimus in fine, & ibi glo. C. de episcopis & clericis, & in l. defensores 2. & ibi notatur per glo. C. de defensoribus ciuita. & per Bar. Ange. Io. de Imo. Rapha. Alex. & alios, in d. l. 1. ff. de acquir. poss. & per. Bart. Bald. Io. de Imo. Alex. & alios.

alios, in Rubrica,ff. ſoluto matrimonio, & per Panormita. Ioannes de Imola, & Canoniſtas, in capit. cum ſecundum Apoſtolorum, de præbendis, & per eundem Panorm. Felt. & alios in ſalutatione Gregoriana, & per eundem Panor. in c.primo,circa finem,de iudicis,& per eundem in c.quãuis de verborum ſignific. De iſto etiam habetur, in ca.placuit 1.& 2.16.quæſt.1.& in cap.priuilegia,& ibi Præpoſitus 3.diſt. & in cap.cleros, & ibi Dominicus & Præpoſitus notant:21.diſt.& in lege Diuus,& ibi glo.ff.de bonis damnatorum,& in l.prima,& ibi etiam gl.C.de officio præfecti vrbis,& in l.3.& ibi Ioannes de Imo.notat:ff. de damnoinfecto, & in lege ita vulneratus, & ibi Alberic. notat:ff.ad legem Aquiliam, eius etiam memini gloſ.in l.1.§.quibus.ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, & gl.in lege conſenſu, ff. de actio.& oblig.& glo.in l.1.ff.de officio præſidis,& ſæpe alibi,& iſto argumento ab Etymologia vtitur Io.And. in regula.Non eſt ſine culpa,& regula.Cui licet,& in regu. Nemo poteſt ab impoſſibile,de reg iuris,lib.6.in mercurialibus, & Panorm.in cap. cum te ab B.in 3.colum.de re iudicata.& idem Panormit.in ſua eleganti diſputatione incipiente Epiſcopus,& quidam Rector,& Angel.in conſi.288. incipiente viſo themate, & Petrus de Ancho.in repetitione regulæ Acceſſorium,in 2.q.principali,de reg.iuris,libro 6.& Bal.in proœmio,ff.veter. in 3 colum.in uerſic. & certè ſcias,& Salyc.in l.1. C.de his qui parentes,vel filios occiderunt.& Bald.in pulchra,q.in conſilio 59. primæ partis,incipiente. In Chriſti nomine,licet eleganter,& cap.circa principium,& idem Bald.in d.§.ſi quis de manſor. Vbi per hoc decidit notabilem,q. quæ ſuo tempore fuit agitata, quem omnino vide, laudabis enim hominis ingenium.Eius etiam meminit Alciatus Paradoxorum libro enim ſecũdo,capite vltimo,& Cepola in conſilio 24.& Barto.in l.is apud quem in ſecunda eius lectura:C.de edendo,& Hoſtienſis in ſumma de pœniten.& remiſſio.§. ſecundo,verſic quis ſit effectus contritionis .Hoc argumento utitur etiam Panorm.in cap,nobis,in 3. notabili de iure patronatus, vbi per hoc dicit,qđ quicquid ſit de conſuetudine,de iure,&ex etymolo
4 gia vocabuli,quælibet † eccleſia collegiata poteſt dici con-
uentualis, quia hoc uerbum conuentuale proportionabile

eſt

eſt omnibus collegiatis. Nam ſicut dicit conuentualis à conueniendo, quia ibi conueniunt ſic collegiata à colligendo, quia ibi colliguntur. Iſto argumento à vi nominis ſeu ab etymologia, vtitur etiam Rota in pulchra, & quotidiana, q. deciſione 450. alias eſt deciſ. 1. de deſponſat. impuber. in nouis, vbi vide. Iſto argumento aut nominis, vtuntur etiam Hoſt. Dominicus, Pet. de Ancho. & alij, in cap. pro humani, de homicidio libro 6. dicẽtis, quod iniuſtitia aufert nomen boni, & religioſi principis, vnde ſi caret nomine, carebit, & re & allegant d. l. a nullo. Eo etiam vtuntur doct. in infinitis aliis paſſibus, quos conſulto omitto. Hoc tamen volo te ſcire, quod licet Bald. in l. conuenticulam: C. de epiſcop. & clericis, ponat alluſionem, & etymologiam pro eodem, ac alluſionem & deriuationem, ut diuerſa, & licet Ange. & Io. de Imo. in d. l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. & glo. ibidem, & in d. l. tugurii, quos ſequitur Angel. de Aretio Inſtitutis de teſtamentis, in principio, dicant etymologiam, alluſionem, & deriuationem eſſe ſynonyma, in qua opinione etiam aliquando fui, mihi tamen latius cogitanti pro nunc uidetur ue-
5 rius, quod hæc tria † etymologia, alluſio, & deriuatio, ſunt penitus diuerſa, quod & ſentit Zazius, in declaratione, l. ſi non ſortem, §. libertus, ff. de condictione indebiti. Etymologia enim, uerbi ueritatem notificat, ut ſupra declaraui. Alluſio autem a uoce uerbi radicatur, ueritatem rei principaliter non reſpiciens, ſed in ea ſpectatur, ut alluſio non ſit probabiliter abhorrens ab ipſo uocabulo, vt lapis, quaſi lædens pedem, & ſic de ſimilibus. Deriuatio uero licet ab etymologia non multum differre uidetur, Quia ut etymologia ex ui nominis trahitur, ita deriuatio ſimilitudine uocabuli continetur. Inter ea tamen hoc intereſt, quod etymologia expoſitionem uerbi ad ueritatem facit, vt ex ſupra dictis patet, Deriuatio uero expoſitionem uocis non facit, ſed cognito ea a quo quid deriuatur, ſtatim in cognitionem deriuati deducimur, ut ſi ſciamus, quid ſit iuſtitia, ſtatim cognoſcimus, quis iuſtus, quid iuſtum, & quid iuſte fiat, & ſimiliter cognito, quid ſit prudentia, ſtatim cognoſcemus, quis prudens, & quid prudenter factum. Vnde quæ deriuata dicimus, Cicero, Boœtius, Rodulphus, Agricola, & alii coniugata vocant, propterea quod cum eiuſdem ſint,

generis

generis, ipſa vocis ſimilitudine ſunt unum ſunt inuicem de-
uincta, ut eſt ſub ſapientia, ſapiens ſapere: & ſub iuſtitia, iu-
ſtum iuſtus, iuſte: & ſub homine, humanus, humanitas, &
humanum, ut eleganter apud Terentium: Homo ſunt, hu-
mani a me nihil alienum puto, de quo latius per Rodol-
phum Agricolam, & alios. Porro, ut aliquanto pleniore ha-
beas notitiam huius quotidiani articuli, in quo doctores di
uerſimode loquuntur, poteris dicere ſecundum Albericũ
de Roſate in d.l. Tugurij, & in prima conſtitutione Dige-
ſtorum, §. diſcipuli, poſt Iac. de bel. corruptè ni fallor per
eum relatũ, hoc modo. Aut mens cum nomine concordat,
aut diſcordat. Primo caſu argumentũ à nomine eſt proba-
bile, & neceſſarium, ut ibi cum concordantiis. Secũndo ca-
ſu, quando mens diſcordat à nomine, tunc diſtingue: aut
mens eſt certa, & tunc argumentum à nomine non eſt ne-
ceſſarium, nec probabile, lege ſecunda, circa finem. C. de
6 conſtitu. pecun. & l. tabernæ, ff. de uerborum ſignific. quia
ſenſum † non uerba ſpectamus lege 3. §. conditio. ff. de adi-
men. lega. cum ſimilibus: aut mens eſt dubia, & tunc in du-
bio argumentum à nomine eſt probabile, non neceſſariũ,
d lege à nullo, & præallegata lege decernimus, cum ſimili-
bus: & faciunt notata per glo. & Archid. in cap. forte, 23. q.
4. quod nota: vel poteris dicere aliter, diſtinguendo hoc mo
do. Aut quæritur an valeat argumentatio ab etymologia
nominis proprii, aut quæritur an valeat argumentatio ab
etymologia nominis appellatiui. Primo caſu dicas, quod ar
gumentatio non procedit, tex. eſt notabilis iuncta glo. in le
ge fi. circa finem, ff. ad municipales, & ita dicunt Bartolus,
Bal. Iom. de Imo. Alex. & alij in d. Rubrica, ff. ſoluto matri
monio. vbi per hoc inferunt ad deciſionem pulchræ, & quo
tidianæ quæſtio. & in hoc conueniunt omnes Doct. tam Iu
ris Pontificij, quam Ciuilis. Ratio autem iſtius eſt, quia no
7 mina † propria inponſitur ad beneplacitum, lege ſi quis in
fundo uocabulo, ff. de legatis primo, & poſſunt mutari, quã
docunque, ceſſante tamen l. 1. cum ibi notatis C. de muta-
tione nom. unde non ſequitur, talis vocatur Bolognetus,
vel Bonifacius ergo eſt bonis: vel vocatur Peruſinus vel
Aretinus, ergo eſt de Peruſio vel de Aretio: vel vocatur Iu
ſtinianus vel Iuſtinus, ergo eſt iuſtus, vel vocatur Solomon,

ergo

Digitized by Google

ergo eſt ſapiens : vel vocatur Angelus , ergo eſt miſſus,vel vocatur Accurſius, ergo occurrit contra tenebras iuris ciuilis,ſicut Accurſius gloſſator iuris ciuilis, extollendo nomen ſuum dicit ſe feciſſe,in lege,§. ſi ſub conditione,uer. ſi in danda.ff.ad Trebel.de quo uide latius per Ant.de Butrio,& alios:in d.ſaluta.Gregoriana.Circa iſtud tamen volo te ſcire duo quædam.

Primum eſt. quod apud ſuperſtitioſos ex bono nomine bona oritur præſumptio: & conuerſo,ex turpi nomine oritur ſiniſtra ſuſpitio,eo quod homines modica fide præditi, credunt eiuſmodi nomina à prauo euentu impoſita,ac proinde fit,ut tales uitent:in qua quidem opinione fuiſſe coniugem ſuam Ioan. And.ait,in d. cap. cum ſecundum Apoſtolum,nam illam dixiſſe refert, deligenda eſſe nomina pulchra,ac plauſibilia,etiam ſi emenda eſſent.Ideoq; quibuſdã peculiariter arrident hæc nomina,Deodatus, Deus dedit, de quibus in cap.3.& in cap. tanta, iunctis ſupraſcriptionibus de ſimonia,& illud, Quod vult Deus de quam in d.capit.1.de iudiciis.& eiuſmodi. Secundum eſt,quod licet nõ procedat argumentatio ab etymologia nominis proprii ad effectum,qui cauſatur ex etymologia,ut dicit tamen à nomine proprio ad probandum perſonam procedit argumentatio in teſte,quia ex nomine probatur perſona, lege ad recognoſcendos, C. de ingenuis manumiſſis,cum ſimilibus, vt ſi dico quod ille qui commiſit maleficium eſt Titius,cõtra quem inquiritur,quia ſic uocabitur & nominabitur.Ita vult Bald.in d.l. conuenticulam, in penult. colum. Hoc tamen credo limitandum , ut procedat , quando aliæ coniecturæ concurrunt vt ſtatura corporis , figura ueſtium,color crinium,uel faciei,& ſimiles . Alias æquiuoca dubia eſt hæc probatio , quæ ſit per identitatem nominis proprii,
8 quod nota.Secundo caſu,quando quæritur,an ualeat † argumentatio ab etymologia nominis appellatiui,ſubſtingue Aut uocabulum non habet definitionem aut habet.Primo caſu ab etymologia uocabuli ſumitur propria ſignificatio, & per conſequens licitè arguitur ab etymologia, ut dixi ſupra. Secundo caſu,quando reperitur definitio,tunc iterum ſubdiſtingue. Aut etymologia conuenit cum definitione, aut non.Primo caſu , bona,& ualida eſt argumentatio ab

etymologia

etymologia,per ſupradicta.Secundo caſu,quando etymolo gia diſcrepat definitione,ſ ſunt opiniones inter doctores, quibuſdam ſimpliciter dicentibus, quòd tunc argumentatio nõ valet,ſiue formetur affirmatiuè,ſiue negatiuè : inoſtandum eſt potius definitioni,quã etymologiæ, quia definitio euacuat definitum,ſecundum genus,& ſubſtantiales differentias,& debet eſſe cõuertibilis cũ ſuo definito, alias non valet,l.1.§.1.ff.de dolo,& vult Bar. in d. lege prima ff. de teſtamentis;& idem Bar.in d.l.omnes populi,verſ.quæro vnde ſumatur,vt dixi ſupra loco proximo. Non ſic etymologia,quæ nihil aliud eſt, quàm qualicunque vocis deſcriptio,nominis interpretatio,ſiue notatio, vt dixi ſupra: ſed habita deſcriptione vocis, vel interpretatione nominis: quæ ſit per etymologiam,nondum habemus certam, & perfectam notitiam rei,quam proximè contemplamur definitionẽ rei,vt dixi ſupra Loco proximo: ergo, &c. & hæc eſt communis opinio doctorum,& iuris ciuilis,& Põtificij, eſt quę vera ſi bene,& ſyncerè intelligatur. Alij† autem diſtinguũt,an formetur affirmatiuè,an negatiuè.Si affirmatiuè, dicunt non valere: ſin autem negatiuè, dicunt ſimpliciter valere:quia tunc non offenditur definitio,ſecundũ eos.Tertij dicunt,quod negatiuè ſemper valet,ſed affirmatiuè nõ ualet,ſi etymologia contradicat definitioni:ſecus ſi non cõtradicat.& ita concludit Panor.in d.c.cum ſecundum Apoſtolum,& idem Panor.in conſilio ſuo 82.primi uoluminis, in 1.colum. & Franciſcinus in ſuo ſingulari libello feudorum,parte 1,q.7.& doct.ſæpe alibi.Ego autem circa hoc ultimum membrum,quando definitio diſcrepat ab etymologia, pro clariori intelligentia d. articuli concordando opiniones ex ſcriptis doctorum hinc inde ſparſis,dico ſic. Aut argumentum ab etymologia formatur affirmatiuè, aut negatiuè:ſi affirmatiuè,certum eſt argumentum ab etymologia non procedere,unde non ſequitur, de meo factum eſt tuum,ergo eſt mutuum:quia poteſt eſſe donatio: Nec ſequitur,eſt teſtatio mentis, igitur eſt teſtamentum, poteſt enim eſſe codicillus:ratio huius hæc eſt, quia etymologia generalior eſt,quã definitio,& à genere ad ſpeciẽ affirmatiuè,non ualet argumentum,ut nõ ſequitur,Animal eſt ergo homo eſt,ut dicam infra, in Loco à genere ad ſpeciem,

 in

& in hoc omnes conueniunt. Sin autem quærimus, an valeat argumentum ab etymologia negatiuè, tunc iterũ subdistinguo: aut enim sumitur ab essentiali natura uocabili prout sumi debet, aut non. Primo casu valet, imo necessarium est argumentum, d.l.2.§.appellata,& ibi Salice.& doct.exempli gratia, mutuum dr quia de meo tuum fit. unde bene sequitur, de meo non fit tuum, ergo non est mutuum. Item testamentum est testatio mentis, quare recte consequitur, non est testatio mentis, & ergo non est testamentum dicta l.1.ff.de testa. Institutis eo.tit.in prin. Secundo casu, quando etymologia sumitur non ab essentiali natura uocabuli ut debet, sed ab aliquo initio, uel ex ordio, tunc non procedit argumentum ab etymologia etiam negatiuè. Exempli gratia, possessio dr, quasi pedium uel sediũ positio, quia ita fuit ab initio rationalis creaturæ. quare & nunc retinet illud nomen, d.l.j.in prin.ff. de acqui. possess. Non mirum ergo, si non procedat argumentum ab etymologia negatiue, ut declarat Alex.& doct.nouissimi, in d. §. appellata. Et idem obtinet, quando etymologia sumitur ab eo, quod rationabiliter in esse debet nominato, vt Imperator dicitur, ab imperando: Rex, a regendo: Augustus, ab augendo: Pontifex, qua si pontem morum faciens. licet enim hæc cessent, non propterea definit esse Imperator, Rex, Augustus, vel Pontifex, imo est eis nihilominus obtemperandum. vt dicit Panor in d.c.1.de iudiciis,& idem Panor. in c.cum non liceat, de præscrip.per tex. notabilem in c.sacerdotes 2.q.7 & idem vult Pet.de Ancho. in repetitione ca. Canonum statuta, circa principium, de constitu & docto. sæpe alibi, quod bene no. Et idem quando nomen appellatum esset impositum ab euentu, vt patet in Scipione Africano, sic appellato ob uictam Africam, non quia fuit Africanus. Atq; ad hunc modum in c.licet de vitãda, de elect. Diabolus appellatur inimicus homo, quod glo.ibidem eo dictum esse vult, non quod sit homo, sed quia sua suggestione deuicerit hominem. Et idem obtineret, quando nomẽ appellatiuum, esset impositum fictiè vel simulate. textus est singularis ponẽs casum quotidianum in capitulo ut clerici de Regularibus,& ibi omnino uide Panor. Idem etiam esset quãdo etymologiæ repugnaret cõmunis usus loquẽdi

Ita notabiliter dicit Albericus de Rosate in dicta lege secunda.§.appellata, quem sequitur ibi Iason per l.liberorũ, & lege anniculus.ff.de verb.signi.& idem sentit Panor super salutatione Gregoriana in quarta colum. Ratio huius
10 est quia † communis usus loquendi etiam in statutis præfertur cuicunque dispositioni legali,vt declarat Bart. in l. Labeo.ff.de suppellectili legata,& idem Bart.in rubrica.ff. de noui operis nunciatione,de quo dicam latius infra in loco ab opinione vulgi.Non procedit etiam argumentum ab etymologia,quando in ipsa etymologia uerbi datur excessus in aliquo: quod potest cõtingere tribus modis,uel quia etymologia excedit nomen et ymologiatum,vel quia exceditur à nomine,vel quia & excedit & exceditur. Exẽplũ primi,Episcopi dicuntur quasi super intendentes,uel si mauis, consideratores,uisitatores,exploratores, seu custodes. d.c.cleros .Certum autẽ est, quod hic etymologia excedit etymologiatum,vel ut rectius dicam,nomen interpretatũ, quia multi alii ab episcopis sunt super intendentes, visitatores,exploratores,seu custodes. Exemplum secundi, Priuilegium dicitur lex priuatorum.d.c.priuilegia.3.distin.& tamen priuilegium potest esse lex aliorum in dignitate existentium, ut quotidie uidemus. Ecce ergo, q̃ etymologia exceditur a nomine.Exemplum tertii.Rex dicitur à regendo,hic excedit erymologia nomen,quia multi,qui nõ sunt Reges,regunt:sic etiam multi non existentes imperatores, imperant.Item nomẽ hoc casu etiam excedit etymologiã, quia hoc nomen Rex,est sumptum a regno,sub quo includuntur omnes regimen quomodocunque habentes,c.solite,de maiori.& obedien.& habes bonam gl.in clementina vnica de baptismo.Ita singulariter dixit Huguitio, & post eum Præpos.in d.c.priuilegia.& Feli. in salutatione Gre-
11 goriana.Et sumitur † proprium significatum alicuius nominis,uel ex etymologia,vel ex definitione,uel ex authoritate, & semper definitio præferenda est etymologiæ. ut notabiliter dicit Bart.in d.l.omnes populi,in 6.q.principali,in vers.quæro vnde sumatur,vt ibi videre poteris latius per eum,& per eundem Bar.in d. l. librorum, in tertia, & idem vult Socinus in consi. suo primo,in 3.col.Et generaliter,non debemus stare etymologiæ , quando per legem.

vel canonem habemus aliter declaratum, Ita notabiliter di cit Bar. in consil. suo 169. incipiente, Statutum ciuitatis Tu derti. Epilogando dico breuiter, quòd hæc argumentatio ab etymologia indistinctè non procedit in etymologia nominis proprij, ad effectum qui causatur ex etymologia: nec in etymologia nominis appellatiui, quandò vocabulum habet definitionem discrepantem ab etymologia, siue formetur affirmatiuè, siue negatiuè secundum vnam opinionem; vel quando formatur affirmatiuè secundum aliam, nec etiam negatiuè, quando sumitur non ab essentiali natura vocabuli, vt debet, sed ab aliquo initio, seu exordio, vel ab eo, quod rationabiliter inesse debet nominato, vel ab euentu vel a nomine appellatiuo fictè, seu simulatè imposito, vel quando repugnaret communis vsus loquendi, vel quando in ipsa etymologia verbi datur excessus in aliquo, vel quando aliter habemus determinatum per legem vel canonem, vt supra declarauimus. Validum autem, & efficax est hoc argumentum ab etymologia in casibus infra scriptis Primo, quãdo vocabulum non habet definitionem, Secundo quando vocabulum habet quidem definitionem, sed quæ non discrepet ab etymologia, siue formetur affirmatiuè, siue negatiuè. Tertio, quando vocabulum habet definitionem etiam discrepantem ab etymologia, si formetur negatiuè ab essentiali, natura vocabuli, prout sumi debere supra declarauimus, & patet ex iuribus, & allegationibus supra adductis, Ex quo liquet, verum dixisse Vallam elegantiarum lib. 6. vbi pauciſſimis verbis eleganter inquit, sæpe fallacem esse etymologiam; quod conuenit diligenter memoriæ mandare, quia per præmissa limitatur illud Vulgare † dictum. Si re priueris, nec nomen habere mereris. de quo meminit gl. in c. cor. epis. §. q autem 68. dist. vt illud procedat, quando nomen significat substantiam vel qualitatem necessariò inesse alicui subiecto, vt videri potest in casu singulari, l. Lucius Titius. ff. de hdeicommiss. liber. & in casu singulari. l. talc pactum. §. fin. ff. de pactis, & in casu notabili. l. tutelam, cum ibi notatis per Bal. ff. de capitis dimin. secus si nomen significat solam simplicem demonstrationem, vt in exemplis supra positis, & in l. si cognatis, in principio. ff. de rebus dubijs ita notabiliter dicit Bald. in c. vnico circa finem de

vasal-

vasallo qui arma bellica deposuit, in vsibus feudorum. Sic
23 etiam procedit doctrina, quæ habet, q; † ex sola nominatio
ne, vt quia mascul⁹ & fœmina se coniuges nominant, non
probatur matrimonium, licet ex hoc quædã inducatur præ
sumptio, vt habetur in c. illud maximè per Ioan. de Imo. &
Panormi. de præsumptio. & per glos. & docto. in c. dicat alĩ
quis 32. quæst. 4. Iteni per præfatum dictum Bald. verifica-
tur etiam decisio Ioan. de Ligna. in proœmio clementina-
24 rum, vbi dicit q; † scholares intrantes scholas, & non attẽ
dentes, nec studentes nõ debent gaudere priuilegio schola-
rium, item ex eodem dicto iustificatur decisio Bar. in l. sem
per. ff. de iure immunitatis, vbi dicit, quòd illi qui sunt de
collegio alicuius artis, sed artem illam non exercent, non de
bent gaudere priuilegio illius artis: pro quo est tex. in l. quĩ
sub prætextu. & ibi hoc volunt Salycetus, Pau. de Cast. &
doctores, C. de sacrosanct. eccles. Et Panor. in d. c. 1. in fine,
de iudicijs, & Bar. & Ioã. de platea, in l. vnica, per illum tex.
C. de collegiatis & Chartopatris lib. 11. Per hoc etiam iustĩ
ficatur Decisio Guil. de Cuneo in l. neminem, C. de sacro-
sanctis ecclesijs quem sequitur. Ioãnes de platea, in d. l. vni-
ca, quæ habet, quòd impetrantes à sede apostolica, vt fre-
quentãdo scholã possint recipere fructus. beneficiorum in
absentia. prout sepæ uidi, non consequuntur fructus si non
studeant, de quo vide ibidem latius per eos, & per doctores
in c. 2. de priuilegijs lib. 6. Vel poteris dicere aliter magis
succinctè & accurate, segregando hoc ab hoc, i. etymologiã
ab allusione, & à deriuatione: hoc modo, aut sumitur argu-
mentum ab eo, quod per etymologiã interpretamur ad ip-
sam etymologiam: aut econtra, sumitur argumentum ab ip
sa etymologia ad uocem interpretatã. Primo casu valebit
argumentũ affirmatiue, sed nõ negatiuè. sequitur enim, est
mutuum, ergo de meo tuum, d. §. appellata. Est precariũ, er
go precibus impetratum. l. j. & 2. ff. de precario. Negatiuè ve
ro male infertur, non est mutuum, ergo nõ est de meo fa-
ctum tuum, potest. n. esse tuum ex vẽditione per me tibi fa
cta, & traditione subsecuta. §. p traditionẽ, Institutis, de re-
rũ diui. & l. traditionibus, C. de pactis, nõ etiam sequitur, nõ
est precarium, ergo nec precibus impetratum, quia ẽt mu-
tuum precibus impetratur, l. rogasti. ff. si certum petatur

Secundo casu, cum arguitur ab etymologia ad uocem interpretatam, valet argumentum negatiue sed non affirmatiuè. bene enim sequitur, non est de meo tuum, ergo non est mutuum, d.§. appellata. Non est precibus tuis vel alterius tuo nomine impetratum, ergo non est precarium, dicta lege prima, & secunda Affirmatiuè autem non valet, de meo factum est tuum, ergo est mutuum, quia potest esse donatio: vel est precibus impetratum: ergo est precarium, quia potest esse mutuum, vt supra probaui. Præmissa fallunt, quando etymologia, & etymologiatum conuertuntur. Tunc enim procedit argumentatio affirmatiuè & negatiuè, sicut à definitione ad definitum, & econtra, de quo supra loco proximo. Et potest poni exemplum in theologo, philosopho, & similibus. Ab illusione autem uocabuli nullum necessarium potest sumi argumentum, prout allusio proprie, sumitur vt à vera etymologia secernantur, nisi communiter accidentia respicias, tunc enim probabilis est argumentatio, non autem necessaria, vt videre poteris in multis ex iuribus supra in principio huius loci adductis. A deriuatione autem seu à coniugatis, valida est argumentatio, & procedit tum affir-
15 matiuè tũ negatiuè, Cui † enim conuenit aliquid, huic etiam coniugatum seu deriuatũ poterit sociari: & cui non conuenit, nec illud poterit sociari, lege prima §. pactum. ff. de pactis, iuncto cap. pactum de verbor. significa. Vnde si testator legat cognationi, perinde est ac si cognatis legaret, dicta lege Si cognatis, in fine. Similiter bene ualet consequentia, Est tutor, ergo habet ius tuendi: & econtra negatiue bene valet argumentatio, non habet ius tuendi, ergo non est tutor, dicta lege prima ff. de tutelis. Verum si ad actum solum respectum habeas, non valet argumentatio, nec affirmatiuè, nec negatiuè. Non enim sequitur, est tutor, ergo tuetur. non tuetur, ergo non est tutor.
16 Hoc argumento † à deriuatione seu à coniugatis utitur etiam Iurisconsultus, in lege uetus fuit quæstio ff. de vsufructu, vbi hoc modo arguit Brutus iurisconsultus. homo non est in fructu, ergo vsufructuarius in eo vsumfructum non habet. & Cicero in Topicis, & Boetius in Topica Ciceronis, Si compascuus est ager, ergo ius est compascere,

cui

cui consonat lex testratrix. §. plures. ff. si seruitus uendi. Eo etiam vtitur Perrotus epigramate quinto. Si risus gaudium est,ergo videre gaudere. hoc argumento utitur etiam Bald. in l. quod dicitur. ff. de liber. & posthumis. Item in lege eum inter ueteres. C. de fideicommissariis liberta.ubi per hoc decidit,quod occidens partum in utero, non punitur pœna statuti punientis homicidam pœna capitis,quia si partus in utero non est homo, ut probatur in dictis iuribus,& in capitulo quod uero non formatum, & in cap. Moyses,cum seq. 32. quæstione secunda, Ergo in eo non committitur homicidium, de quo articulo uide latius per docto.maximè nouissimos,in dictis iuribus,& in l.Diuus.ff. de extraordina.crimi. & in l. Cicero in oratione.ff.de pœnis.& in l.si mulierem.ff. ad legem Corneliam de sicariis,& per Ioan. de Anania, & alios doctores in capitulo si aliquis,& in ca.sicut 2.de homicid.Eo etiam vtitur Alexander de Imola in consilio 36. secundi voluminis,incipiente,nisi themate, in secundo dubio in fine, ad probandum, quod statutum mandans mercatum à socio initum haberi ratum, de re tantum mobili debere intelligi,mercatus enim à mercede ducitur. mercis autem appellatio ad res mobiles tantum pertinet.l.mercis.ff.de verborum significat. vbi ergo merx non est ibi nec mercatus erit secundum eum per locum à coniugatis,seu à deriuatione. Hoc argumento etiam vtitur Ioan. And. in regula. In iudiciis,de regulis iuris,lib.6.in Mercurialibus,cum dicit si arbiter est iudex ergo arbitrium est iudicium, quem refert & sequitur Petrus de Ancha.in c.decet, de immu. eccle.lib.6. Ex quibus liquet, quam prægnans & vtilis est hic locus,quia uirtualiter in se continet tres distinctos locos,scilicet ab etymologia, ab allusione,& à coniugatis,seu à deriuatione. Licet aliqui dicant,hæc tria, etymologiam, allusionem,& deriuationem esse synonima, sed non benè, vt supra declaraui,quæ omnia commenda memoriæ, tanquam pulchra,utilia,singularia,& quotidiana.

SVMMARIA IN LOCVM A GENERALITATE.

1 *Vbicunque generalitas propter medium habile uerificatur, in quo libet ſua ſpecie generalitas indiſtincte operatur, quãdo autem medium non eſt habile non operatur niſi in quantum poteſt.*
2 *Verba generalia debent generaliter intelligi.*
3 *Clauſula generalis ſequens reſtringitur ad rem et cauſam prius ſpecificatam.*
4 *Species precedens reſtringit genus, ſequens, & nu. ſequenti fallit. num. 9.*
10 *Clauſula precedens eſt maioris, efficacie ad determinationem ſequentium quod ſequens ad determinationem precedentium.*
11 *Generalitas reſtringitur multis modis.*
12 *Quando ſufficit aliquid in genere exprimere, & quando non.*

LOCVS A GENERALITATE.

PRAETEREA reperimus in iure Locum à Generalitate, à quo ſumptum argumẽtum eſt probabile, & frequens, & multum vtile formatur autem multipliciter ad multiplicem effectum, vno quidem modo ſic, Vbi-
1 cunque † generalitas propter medium habile uerificatur, in qualibet ſua ſpecie generalitas indiſtincte operatur. l. emptor. §. Lucius, iuncta glo ff. de pactis. Quando autem medium non eſt habile, non operatur niſi in quantum poteſt. tex. eſt notabilis, in l. ſi de certa. C. de tranſactio. quod eſt notabile ſecundum Bal. in l. cõuenticulam, C. de epiſc. & cle. pro reſtitutionibus, liberationibus ſeu quitanciis, ut vocant generalibus. nam uerba generalia operantur generaliter in pacto propter medium habile. d. l. Emptor. §. Lucius, iuncta ſua gloſ. quam reputat ſingularem Io. de Imo. in cap. j. de tranſacti. Sed verba generalia tranſactionis non operãtur niſi in litibus, de quibus erat quæſtio propter medium inhabile, preal. l. ſi de certa, ſecundum eum. quod an verum ſit, ſub iudice lis eſt. vt videre poteris per doct. in lo-

co

cit supra allegatis Secundo argumentum ex hoc loco a ge-
2 neralitate formatur, aliter sic. Verba generalia † debent ge-
neraliter intelligi, l. fi. in fine. C. de dotis promiss. & l. 1. §. ge
neraliter. ff. de legatis præstan. cum similibus. Et hic est, q
nemo potest compelli, facere quitancias, uel liberationes
generales, quia sunt captiosæ. Ita singulariter dicit Bart. in
l. cum Aquiliana per illum tex. ff. de transac. Et pro hoc di
cto est tex. singularis in l. 3. §. per contrarium. Et ibi Bal. no.
ff. de contrario iudicio tutelæ. Et idem vult Bal. in l. pactũ
in 16. q. C. de coll. Et Salicetus in l. sicut datam, in fine. C.
de liberali causa, & Iason in d. l. Si de certa, quod est diligẽ
ter memoriæ mandandum, quia quotidianum. Tertiò argu
mentũ ex hoc loco à generalitate, formatur aliter sic Clau
3 sula † generalis sequens restringitur ad rẽ, & causam prius
4 specificatam, uel ad idem sic: Species † præcedens restrin
git genus sequens, & de isto sunt plures text. notabiles & fa
miliares, & primo de isto est tex. notabilis ponens casum
quotidianum in d. l. Si de certa: Secundo de isto est text.
pulcher, ponens casum quotidianum in l. fina. §. cui dul
cia, secundo responso. ff. de uino tritico, oleoq; legatis. Ter
tio, de isto est tex. notabilis ponens casum frequenter oc
currentem inter mercatores. in d. l. emptor. §. Lucius secũ
dum uerum, & communem intellectum. Quarto de isto
est text. notabilis, in l. legatorum. §. 1. & ibi Bar. Bal. & Pau.
de Cast. notant. ff. de legatis secũdo. Quinto de isto est tex.
pulcher in c. sedes de rescrip. & ibi Panor. Io. de Imo. Fe
linus & alii notant. Sexto, de isto est tex. valde notabilis in
clem. 1. §. 1. de præbendis. Item septimo, de isto est tex. no
tabilis in l. iubemus, & ibi Bal. in l. notabili notat, C. ad Vel
leianum. Et octauo de isto est text. ualde notabilis in cap.
qui ad agẽdũ, in prin. de procura. lib. 6. Et hinc singulari
ter dicit Innoc. in c. ex literis, de iure patronatus, quod si
5 dono † alicui uillam, & omnia iura quæ in eam habeo, non
ueniunt iura spiritualia, quia nõ sunt æqualia expressis,
sed illa generalitas debet restringi ad témporalia, propter spe
ciem temporalitatis præcedentẽ, q dictum summæ placet
Panor. in d. c. sedes, in 1. colum. ad quod etiam facit, quod
talia sub subiecta, qualia prædicata. demonstrant. De quo
latissime dicam infra in Loco à nomine dignitatis, ubi
vel

vel appellatiuo: & quod exceptio declarat, seu restringere regulã. De quo latè dicã intra loco ab exceptione ad regulã. Hinc etiam singulariter dicit Bal. in l.a procuratore, C. mãda. q; si Baro vendat mihi prædia, in quibus cõsueuerat habere quasdam domos, ad colligendum pedagium, vel habeat ibi fureas, per quas significatur merum imperium, & dixit q; vendebat mihi prædia, & omnia iura quæ ibi habebat. per hoc tamen non videtur vendidisse, vel in me transtulisse ius colligendi pedagium vel merum imperium, quia dicta verba generalia debent referri ad ea, quæ sunt de natura rerum venditarum, secundum eum & allegat notata per Innocen. in dicto ca. ex literis, quod tene menti, quia vi de facto. Et per dicta iura dixi alias in q. facti, cum esset dispensatum cum quodam Hispano, vt quæcunque, quotcunque, & qualiacunque præstimonia, seu præstimoniales portiones, aut simplicia beneficia etiam pontificalia, aut mĩ sitationes nuncupata seu nuncupatas, in ciuitatibus & diocesibus regnorum Castellæ, & Legionis consistentia, & quã primum in 20. suæ ætatis anno constitutus fuerit, vnum beneficium curatum, & cum in ætate legitima constitutus fuerit, duo beneficia curata quæcunque, seu alias inuicem incompatibilia, obtinere possit, q; vigore dictæ dispensationis non potuit obtinere beneficium curatum, consistens extra dicta regna Castellæ & Legionis, nam dicta verba generalia quæcunq; debebant restringi per præcedentia, iuribus supra allegatis, vt sit sensus, quod quamprimum in 20. suæ ætatis anno constitutus fuerit, obtinere posset vnum beneficium curatum, & eum in legitima ætate constitutus fuerit, obtinere posset duo beneficia curata quæcunque, consistentia videlicet in ciuitatibus & diocesibus dictorum, regnorum, propter præcedentia & prius specificata, quæ qualificant & restringunt sequentia: vt docuimus iuribus supra allegatis, & quia hoc patitur ratio recti sermonis, & quia
6 f materia impetrationis beneficiorum & dispensationis cõtra ius est odiosa, ambitiosa, & restringenda, cap. quamuis, de præbend. lib 6. & cap. q; dilectio, & ibi Innocen. Panor. & alij docto. de consang. & affinit. Et quia gratia seu dispẽsatio potest operari suum effectum in ciuitatibus & diocesibus dictorum regnorum. Et quia si Papa voluisset dispẽsare

fare cum illo,vt posset obtinere beneficia curata extra dicta duo regna,potuisset adijcere hæc paucula verba,vbicunque consistentia,sicut adiecit plura alia,per quæ voluit ipsum admitti ad beneficia curata:siue essent curata,quia parochiales ecclesiæ:vel quia perpetuæ vicariæ: vel quia dignitates,quibus imminet cura animarum, etiam si essent electiuę,&c.quod quia non fecit,non præsumitur hoc voluisse,c.ad audiẽtiam, de decimis,cũ similibus imo fortius credo,quòd etsi Papa adiecisset dicta verba,vbicunq; consistentia,adhuc tamen propter præcedentia,illa verba deberent restringi,dummodo tamen consistant intra dicta duo regna,propter subiectam materiam,quæ in se odiosa est,vt
7 dixi:& quia † generalitas relata ad locum, restringitur ratione subiectæ materiæ,c.vt animarum.§.1.de cõstit.lib.6. Et notat glo.in l.1.ff.eo quod certo loco, & in l. si duo, in principio,in verbo vbique. ff. de constituta pecunia. Et faciunt elegãter notata,per Petrum de Anchara.in consilio suo centesimo sexagesimotertio, incipiente in Christi, &c. Visis & diligenter inspectis,&c.& facit glos.singularis,in c. si proponente,cum ibi notatis per Panor.& alios,de rescriptis. Et ita fuit iudicatum,per recolendæ memoriæ D.Martinum Cuick Officialem Cameracensem,in fauorem Ecclesiæ sanctæ Gudilæ Bruxellensis; quod memori teneas mente,quia est pulchrum & subtile.Sed quia istæ Theoricæ videntur sibi contrariæ,idcirco pro concordia,vt quælibet earum saluetur, dicas hoc modo regulare est, quod in omni
8 †dispositione generalitas restringitur ad intellectum iuris communis,vt patet in l.quæro.§.inter locatorem. ff. locati,in l.vt gradatim.§.1.ff. de muneribus & honoribus, in l. 2.C.de noxalibus acti.in c.super eo,de officio delegati, in c.pastoralis,in principio de appella.& in c.cum dilectus, & in c.ad audientiam,de clericis non residentibus, qui sunt tex.ad notabiles? imò nullum verbum est adeo vniuersale, q̃ ex consideratione debitarum circunstantiarum non debeat ciuiliter intelligi & limitationem recipere,secundum Oldradum in consilio suo 148.circa finem.Ad hæc faciunt & notata per glos.in l.finali,C.sine censu vel reliquis.& notata per gl singularem,in l. fi.§.in computatione in fine C. de iure deliberandi,& notata per Bar.in l.1.ff. quod vi aut clam.

clàm. Et ſimiliter reſtringitur generalitas, ne ſequatur abſurdum, vel abſonus intellectus, vt dicam ſatis latè infra in Loco abſurdo. Itẽ ſimiliter reſtrigitur generalitas ad prius
9 ſpecificata per ſupradicta. Patitur tamen hæc regula plures notabiles fallentias. Primo.n.fallit, quando illud de quo quæritur cohæret, vt cõnexum diſpoſitioni præambulæ, tũc enim verba generalia extenduntur, vt illud comprehẽdãt, glo. eſt ſingularis, in c. accuſatus, in verbo iudicari, de hæreticis libro 9. quam ſequitur Pau. de Caſtro, Alexan. Iaſon & alij doctores in dicta l. ſi de certa. Et Angel. & Ioan. de Imola, in l. qui Romæ §. duo fratres. ff. de verborum obligationibus & Felynus in d. c. ſedes, & Iaſon. in l. 1. C. de tranſact. quem omnino vide. Secundo dicta regula fallit, quando illud de quo quæritur eſt acceſſorium illius rei, vt ſunt fructus vel pœna, l. 2 in principio ff. ſi quis cau. & l. fina. ff. de eo quod certo loco. tunc enim verba generalia extendũtur, vt illud acceſſorium comprehendant. Ita notabiliter vult Bartolus in lege Aurelio. §. Caius, circa finem. ff. de liberatione legata, & Salycetus, Paulus, de Caſt. Alexander, Iaſon, & doctores, in d. l. ſi de certa. Tertio fallit dicta regula, quando illud de quo quæritur eſt appenditium, quia ad illud verba generalia extenduntur, tex. eſt notabilis ſecundum verum intellectum, in lege ſi cum tibi, iuncta gloſ. finali. ad finem, & ibi Bar. Bald. Paul. de Caſtr. & doct. C. de iudicijs, & volunt Pau. de Caſtro, Alexand. & Iaſon, in d. l. ſi de certa. & idem Alexand. in l. licet, C. de iudicijs. Quarto fallit dicta regula, quando generalitas non poteſt reſtringi ſalua ratione recti ſermonis, vt quia verba ſunt nimis generalia & ampla, Et generaliter intelligẽdo verba, nulla ſequitur abſurditas, nec repetitur ſpecialis diſpoſitio in contrarium vel præcedens reſtrictionem ſuadens. tunc enim habent locum iura ſupra allegata, dicentia: generaliter dicta generaliter debere intelligi. vbi autem poteſt. fieri reſtrictio ſalua ratione recti ſermonis, vel vbi concurrit aliquod de præmiſſis, tunc eſt reſtrictio facienda, teſtibus iuribus ſuperius adductis, iuncta lege Plancius in fine. ff. de auro & argento lega. & hoc modo debent concordari prædictæ Theoricæ, quæ prima facie videntur multum inter ſe pugnare: hoc tamen volo te ſcire, quod etiam quando verba non poſ-

ſunt

sunt restringi salua ratione recti sermonis, quia sunt nimis ampla, seu generalia, tamen in quatuor notabilibus & quotidianis casibus, non intelliguntur generaliter, vt iacét, nec extéduntur secundum corticem verborum, sed restringuntur propter æquitatem, quæ subest. Primus casus est, quando † arguitur dolus alterius. verba enim generalia non extenduntur ad occultatá, dolo alterius partis: tex. est notabilis ponens casum quotidianum in l. tres fratres. ff. de pactis. Secundus casus est, quando allegatur, & deducitur ignorãtia, verba enim generalia, non extendũtur ad ignorata, tam in genere, quam in specie l. licet cesset dolus partis aduersę vt est tex. notabilis in qui cum tutoribus, versi. ei qui. ff. de transactionibus, & in lege mater decedens. ff. de inofficioso test. Diximus autem notãter, tam in genere, quam in specie quia incogitata in specie, cogitata tamen in genere bene extenderẽtur, est casus iuxta veram interpretationem in l. sub prætextu 2. C. de transact. & ibi Pau. de Cast. & doct. idemque Pau. de Cast. in d. §. Lucius. Tertio, verba generalia nõ extẽduntur ad supervenientia de nouo. vt est tex. in d. lege qui cum tutoribus, in fine, quod procedit etiam si iuramentum interuenit, tex. est hac de re non inelegans in c. cum inter P. cui subscribit gl. ibidem, & canonum interpretes, maxime Anto. de Butrio, & Ioã. de Imo. de renun. vbi per illã tex. singulariter dicũt, quod scholasticus Licentiatus vt vocant, qui iurauit non capere insignia Doctoratus alibi, quam in loco vbi fuit examinatus, potest alibi capere insignia Doctoratus, si ibi de nouo examinetur, vel si in primo loco insignia Doctoratus capere non potest propter pestẽ ibi vigentem: nec per hoc est per iurus, quia ex noua causa assumit ibi Doctoratũ, secundum eos. Debet. n. intelligi iuramẽtum & quæuis alia dispositio, rebus sic se habentibus, vel in eodem statu manentibus, c. quemadmodum, cum ibi notatis per gl. & doct. de iureiu. & l. quod Seruius, cum ibi notaris maximè per Alex. & Iasonẽ. ff. de condictione cau. da. cau. non secuta, & faciunt huc, notata per Bal. in l. fi. C. de non nume. pecu. & notata per eundem Bal. in l. clari. C. de fideicommissis, notata per eundem Bal. in c. cum M. Ferrarisiẽsis per illum tex. de cõsti. & quod fortius est, istud procedit ẽt si diceretur ĩ instrumẽto, quod talis renũciat omni iuri, qđ

habet

Digitized by Google

habet vel habere ſperat;nam illa verba,habere ſperat, debent intelligi & reſtringi,ſcilicet ex cauſa de præſenti : ita ſingulariter dicunt Bar.Ange. Pau. de Caſt. Iaſon & doct. alii in d.l.qui cum tutoribus,& idem Bart. & alii in d.l. qui Romæ §. duo fratres,& Feli.in c.ſi diligenti, de foro competenti,& Alex.& Iaſon in d.l. quòd Seruius, quod manda t memoriæ,quia eſt valde ſingulare.Quartò, verba generalia non extenduntur in dubio,ad ea quæ dependent ex teſtamento,quia ſuper iure competenti ex teſtamẽto non valeat pactum nec tranſactio quantuncunque generalis, niſi viſis cognitiſque verbis teſtamenti, vt eſt tex. ſingularis & familiaris in l. de his.ff.de tranſac.& vult notabiliter Io. de Imo.in d.c.1.de tranſac.& eſt de mente Cepolæ,in cautela 218.& tractatur pleniſſimè de hoc per Alexã. de Imo.in conſ.11.ſecundi voluminis,incipiente in Chriſti, &c. viſo ac vt oportet cõſiderato,&c. De qua materia, ſi plenius vis inſtrui. vide vltra paſſus ſuperius commemoratos Bart. in l.quæſitum.§.ſi.ff.de fundo inſtructo, & ea quæ dicam infra in loco a ratione legis ſtrictæ ſeu limitata ad reſtrictionem ipſius legis vbi declarabo, an & quando ex vi rationis debeat & poſſit reſtringi lex vel canon,& quomodo intelligatur dicta regula,Generaliter dictum, generaliter debet intelligi. Vide etiam ea quæ dicam infra in Loco a genere ad ſpeciem,& in Loco a toto ad partem. vide etiam textũ cum ſua notabili glo.in l.ſi ſeruitus.ff.de ſerui.vrbano. prædiorum:& textum cum gl.in l.ſi cum fundum. ff. de verb. ſign.& tex.cum gl.in c.cauſam quæ,de reſcriptis, vbi reperies,quod interdum ſequentia reſtringunt præcedentia, & quod econtra præcedentia interdum reſtringunt ſequentia,& quod interdum præcedentia augent ſequentia: vide etiam textum,gloſam,& Bar,in l.quiſquis.ff.de legatis iij. & eundem Bart,in l.auia,in principio. ff. de conditionibus
10 & demonſtr.vbi reperies:quod †præcedens clauſula eſt maioris efficaciæ ad determinationem ſequentium, quàm ſequens ad determinationem præcedentium, quem refert & ſequitur Matthæus Matteſſelanus, in notabili cl. reputans hoc ſingulare. vide etiã Pan.in c.ex parte, de ſponſa. vbi in caſu quotidiano declarat ſequentia reſtringi per præcedentia:vide etiam ad propoſitum quinquaginta modos,

qui-

quibus arctatur siue restringitur generalitas, magistraliter collectos per Ioannem Monachi, Philippum Francum, & Io And. in Mercurialibus, in regula In generali, de regulis iuris lib. 6. & lõge plenius per Ludouicum de Roma, in sua aurea repetitione, l. si vero. §. de uiro. ff. soluto matrimonio uide etiã eleganter notata per Bal. in d. l. fi C de non numera. pecu. & notata per eundem, in lege. sed & si quis. §. quæsitum, in prima oppositione. ff. si quis cautio & notata per Io. And. & alios, in c. veniens, de iureiurando, & notata per Panor. & doct. in c. quintauallis, in 19. colum. cum seq. de iureiurando, & notata per eundem in ea cum uenissent de institution. uide etiam elegantem tex. in l. creditor. §. Lucius. ff. mandati, & tex. pulcher, in l. si libertus ita iurauerit. Et ibi Alb. ff. de operis libertorum, & bonam gl. in clementina sæpe, in uerbo defensiones legitimæ, de uerb. sig. & glo. in l. promittendo, in principio. ff. de iure dotium, & glo. in l. sed si compromissum, in fine. ff. de arbitris, & gl. in l. qui autem, in fine. ff. de constituta pecu. & in lege emancipati. ff. de adop. & Barto. Alexan. Iason, & docto. in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nuncia. in quibus locis reperies

11 † generalitatem multifariam multisque modis restringi, quod facito ut memineris. Postremo illud te admonitum

12 uolo, quod non sufficit † aliquid exprimere, uel proponere in genere, quando quælibet species contenta sub genere non operatur illum effectum, ad quem exprimitur uel proponitur. Ita eleganter uult glo. notabilis, iũcto tex. in c. pia, super uerb. specie, de except. lib. 6. & est pulcher text. in cap. in præsentia, ubi & Panor. notat. de probatio. & uult singulariter Bart. in consilio suo lxv. iucipiente. Factum tale est. Petrus Nicole, cuius meminit Alexand. de Imo. in consilio suo 112. tertii uoluminis, incipiente Viso superiore themate, & Ang. in § furat. in 12. col. Institutis de actionibus, quo in loco dictum illud summopere probat. quæ omnia memoriæ mandabis, tanquam pulchra, singularia, utilia, & quotidiana.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIA IN LOCVM.
à genere ad ſpeciem.

1 *A quocunque, remouetur genus remouetur & qualibet eius ſpecies: non contra. 2.*
3 *Genus & ſpecies cum toto & parte quomodo differant.*

LOCVS A GENERE AD SPECIEM.

EST & alius non infrequens in iure Locus, à Genere ad Speciem, ex quo ductum argumentum nedum eſt probabile, ſed etiam neceſſarium, hoc autem pacto licebit formare.
1 A quocunque † remouetur genus, remouetur quælibet eius ſpecies, tex. eſt notabilis in l. ſi cauſa cognita, iuncta glo. ſuper verbo, peremiſti, quam ibidem ſequitur Bart. Bal. Pau. de Caſt. & alij docto. C. de tranſactio. Eſt & bonus tex. in §. vulgo, Inſtitutis. de ſucceſſ. cogna. & bonus tex. in l. fina. circa princip. C. de vſuris rei iudicatæ & bonus tex. in l. 1. §. quod autem Prætor, in fine. & ibi Odofredus notat, ff. de aleatoribus. Item bonus tex. in c. nam cõ cupiſcentiam vbi eum ad hoc ponderat Ioã. de Imo. de cõſtitu. & tex. cum gloſ. in l. 1. in fine. ff. de ſuis & legi. hæred. Pertinet huc quoque tex. in l. fundi in fine, iuncta glo. ff. de fundo inſtructo. Item tex. in l. 1. C. ne fiſcus rem quam vendidit euincat, libr. 10. Ad hæc tex. elegans ſecundum primã lecturam gl. in l. iuris gentium. §. ſed ſi fraudãdi, vbi & Bar. Bald. Alberi. & alij notant. ff. de pactis. Porrò hoc argumento Bald. vtitur in repetitione. l. cum mulier in 12. colum. ff. ſoluto matrim. Præterea & in d. §. ſed ſi fraudandi, vbi hoc inducit ad quotidianam quæſtio. item in capit. 1. de prohi. feu. alie. per fęde. circa finem principii, vbi dicit quod ſi mulier prohibetur per ſtatutum donare, non poteſt etiam donare cauſa mortis, quia à quocunque remouetur genus, neceſſe eſt & quamlibet eius ſpecie remoueri, vt ibi per eum
2 Econtra† verò a remonitione ſpeciei ad remotionem generis, argumentum non procedit, tex. eſt notabilis in l. duob. §. ſi quis iurauerit, & ibi Barto. notat. ff. de iureiurando, & idem volunt glo. Bar. Bal. & doct. in d. §. ſed ſi fraudandi, nõ enim,

enim ſequitur, non eſt homo, ergo non eſt animal. Imo committitur fallacia conſequentis ſecũdum dialecticos, & hoc inducit Bal. ad pulchram quæſtionem in d. §. ſed ſi fraudãdi, quem omnino vide, hoc tamen fallit, quando eſſet tale genus quod ſaluaretur in vnica ſpecie. Ita notabiliter dicit Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſcopis & clericis, argumento notatorum in cap. gratum, de poſtula. præla. & in l. ſicut in fine. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, in quibus locis notatur, quòd ius collegij poteſt conſeruari, & retineri per vnum; licet per vnum ab initio non poſſit collegium, vel vniuerſitas l. Neratius Priſcus, cum ibi nota. per glo. ff. de verbor. ſignif. & viderunt prædeceſſores noſtri in quodam canonico Mechlinienſi, qui fundauit Zellariéſes, vt conſtans habet fama, & patet per inſtrumenta publica: huius exemplum aliquanto clarius Phœnix eſſe poteſt, quæ eſt auis grandis ſicut aliqua, & nunquam reperitur eodem tempore niſi vna, viuitq; quingentos annos, Deinde facit ſibi nidum de rebus ac lignis odoriferis, in quo moritur, & ex eius carnibus, vt quidam volunt naſcitur uermis, qui paulatim adoleſcit in demortui Phœnicis formam. Alii dicunt quod ponat ſe aduerſus radios ſolis, & alarum plauſu excitato igne, cõburatur vna cum nido, eque cineribus illius uermiculus, oriatur, qui tandem creſcat ad magnitudinem ac formam Phœnicis exuſti, de quo vide pleniſsime Plinium naturalis hiſtoriæ lib. x. capite 2. & Ouidium Metamorpho. lib. xv. Et per Eraſmum in Chiliadibus ſuis adagiõ, Phœnice rarior, per Perrotum & Calepinum ſuis in locis, ac in ſymbolo Ruffini, & in epiſtola ad Præſidium quæ magno Eraſmo teſte, falſo aſcribuntur Hieronimo. Inter ſeruntur tamen per eum tomo 2. fol. lxi. & lxix. Vide etiam de Phœnice per Io. An. Io. de Imo. & docto. alios, poſt gl. in c. quoniam Abbas, de officio delegati. Illud etiam certum eſt, quod argumentum à genere ad ſpeciem procedit etiã affirmatiue, habito reſpectu, ſeu conſideratione ad hoc, quod ſub genere comprehenditur ſeu continetur ſpecies, vnde ſi uxori à uiro legata ſunt, ea quæ eius, cauſa parata ſunt, etiam empta eius cauſa cenſebuntur legata, vt eſt text. in lege item legato, §. item intereſt. ff. de legat. 3. Non autem procedit argumentum à genere ad ſpeciem

affirmatiuè per modum conſequentiæ, unde non ſequitur eſt animal, ergo eſt homo; uel eſt pàratum uxoris cauſa, ergo eſt uxoris cauſa emptum. d. §. Item intereſt, cum ſimilibus, ut dicam latius infra loco proximo. Poſſet etiam poni aliud exemplum, poſitum per Ciceronem & Boetiũ in Topicis, utputa uir legauit uxoris omne argentum, ergo & pecuniam numeratam uidetur legaſſe, quia numerata pecunia argentum eſt. Sed hoc exemplum mihi nõ placet, quia contrarium eius optima ratione decidit Vlpianus iuriſconſultus in lege. Quintus Mutius. 2. §. 1. ff. de auro & argen. lega. & facit l. cum aurum, in princ. illo eo. ti. quod nota. Et uide quod dicã infra in loco à toto ad partẽ. De multiplici autem acceptione generis, & de obligatione generis quia longus eſt tractatus, & ab inſtituto noſtro alienus, uide per Bar. & alios in lege. 2. §. mutui datio. ff. ſi certum petatur. Et per eundem & alios in l. Meuius. §. duorum. ff. de legatis 2. Et eleganter, ac magiſtraliter per Zaſium, in principio ſui libelli, cui titulus iuris ſingulares. Illud autem nõ eſt obliuioni tradendum, quod licet genus, & ſpecies cum toto, & parte ſimile quiddam habeant, in hoc ſcilicet, quemadmodum genus ſpecies ſuas comprehendit, ita totũ intra ſe partes ſuas complectitur in tribus tamen differũt ſecundum Boetium in Topicis. Et uult Rodolphus Agricola lib. de inuẽtione dialectica primo capite 5. primò, quod conſtitutionem, ſeu in eſſe productionem. nam ad explendam generis ſubſtantiam, non utiq; ſpeciem ad eſſe natura illius expoſcit. Et eſt enim animal, licet non ſubſiſtat aſinus uel bos, ſed ad conficiendam totius ſubſtantiam, unamquãque partium nec eſſe eſt adhiberi, Non enim eſt domus, niſi ſint fundamentum, tectum, & parietes. Secũdò, quoad cõſeruationem, deſtructionem, uel interitum. Deſtructo. n. genere, nullæ remanent ſpecies, ut ſupra dixi, Sed deſtructo uel interempto toto, plerumque partes remanent: ut domo deſtructa, remanent parietes, & fundamentum. Tertiò, quo ad prædicationem, quia genus de ſpeciebus ſuis prædicatur ſeu affirmatur, ut eſt homo uel aſinus, ergo eſt animal ſed totum de partibus non prædicatur, ut non ſequitur, eſt paries, ergo eſt domus: & ſic de ſimili. b. quod nota. Et uide quod dicam infra loco proximo, & in loco à toto ad partẽ.

SVM-

SVMMARIA IN LOCVM:
A SPECIE AD GENVS.

1 *Posita specie necessario ponitur genus, quod præest illi speciei, sed non econtra.*
2 *Speciei ad positionem sequitur positio generis, & non contra.*
3 *Dupliciter aliquid dicitur inesse alteri.*
4 *Exceptio quo sensu dicatur inesse alteri.*
Species semper infert suum genus.

LOCVS A SPECIE AD GENVS.

HVIC subiungendus est Locus à specie ad genus, à quo sumptum argumentum nedũ est probabile, sed & necessarium, id formabitur hoc modo. Posita specie † necessario
1 ponitur genus, quod potest illi speciei, sed
2 non econtra, vel ad idem sic. Ad positionem † speciei sequitur positio generis, verùm non econuerso: tex. est notabilis & pulcher in l. si quid earum §. inter emptum. & in hoc notat glo. Bar. & doct. ff. de leg. 2. & habetur per glo. Bar. Bal. Albe. & doct. in l. iuris gentium. §. sed si fraudandi. ff. de pactis. Et per gl. Cy. Bar. Bald. Pau. de Cast. & alios doc. in l. fi. C. de in inter. rest. & per Bal. in l. conuenticulam. C. de epi. & cle. De isto argumentandi modo cõmemoratur etiã per Sal. in l. vnic. in 4. col. C. de raptu virgi. & per Bal. in l. 2. §. creditum. Vbi habes exemplum generis & speciei, creditũ & mu. ff. si cer. pet. & per doct. in pluribus aliis passibus, de quibus breuitatis gratia super sedeo. Itaq; bene consequitur, homo est, ergo animal est, Et, est homo, ergo est animal. Est mutuum, ergo est creditum, sed econtra ad positionem generis nõ sequitur præcise positio vnius speciei: vnde non valet consequentia, animal est, igitur homo est, vel animal, ergo & homo, quia potest esse asinus. Neq; rectè consequitur, est creditum, ergo est mutuum, potest. n. depositum vel cõmodatum esse. hoc tamẽ volo te scire, legũ peritos prope semper genus appellare, id quod dialectici speciẽ uocant,

Digitized by Google

vt homo,bos,asinus:& rursum, quod hi indiuiduum nomi nant,iurisconsultis speciem dici: cuiusmodi sunt Stichus, Titius, Pamphilus, Socrates. Probatur hoc apertissimè in d.l.prima,§.mutui datio.& ibidem per Bartol. & docto. alios, hæc est sententia glos.in §.si generaliter,Institutio. de legatis. Præterea & Ioannis Fabri in §. huius studii. de iustitia & iure,Et opinio eiusdem in §.lex est, in fine,In stitut.De iure natu.gen. & ciuili, & Bartol. in lege legato generaliter.ff.de leg.secundo,& eiusdem in lege Mevius. §.duorum.ff.de leg.secundo,illud etiam nolo te ignorare, quod species inest generi,& etiam genus inest speciei, sed diuersimodè,quare ne decipiaris propter æquiuocationem termini,inesse, aduerte, quod aliquid potest † dici inesse alteri dupliciter, vno modo contentiuè siue comprehensiuè, & hoc modò species inest generali, idest, species continetur seu comprehenditur sub genere, & sic loquitur, dict. §. sed si fraudandi in fine, cum dicit, inest dolo & fraus,secundum primam lecturam glos.& ibi Bar. Bal. & doct.declarant. Sic etiam loquitur l.per seruum. §. 1. ff. de vsu & habita.cum dicit,fructui, & vsus inest: vsui fructus deest,&c. Sic etiam loquitur tex. Instit. de seruitutibus rust.& uerba.prædiorum in prin.cum dicit qui iter habet:actum non habet,sed qui actum habet,iter habet. Adeundem modum loquitur,& l.itē legato. §. Itē interest. ff. de lega.3.cum dicit,paratis.n omnia continentur quæ ipsius usibus fuerūt designata,&c.ita etiam loquitur.l.si chorus in prin.ff. de leg.tertio, Sic etiam in toto pars continetur,idest, comprehenditur,l.in toto.ff. de regu.iuris, &. regula,in toto & ibi Dynus de regul.iuris, libro sexto., &. regula,plus semper,cum sua notabili glos.eod.tit.& libro.
4 Sic etiam † exceptio inest regulæ, idest, comprehenditur seu continetur sub regula, quod declara, ut bene declaratglos.in rubrica, de regu.iur. lib. 6. & ibi per Dynum & Philippum Francum, & per glos. Albericum, & doctor.in l.prima. ff. de regul. iuris. Et generaliter generalibus, uel magis communibus, specialia, uel minus communia insunt, idest, continentur seu comprehendun tur, leg. semper in generalibus specialia insunt. ff. de regul. iuris. Secundo modo aliquid dicitur inesse alteri.

non

Digitized by Google

non contentiuè seu comprehensiuè vt dixi, sed illatiuè, positiue, consecutiuè seu per consequentiam. quia eo posito infertur siue consequitur aliud, & hoc modo genus vel magis commune inest speciei, vel minus communi. quia posita specie, ponitur genus, & posito minus cõmuni, ponitur magis commune, vt homo est, ergo animal est Petrus est, ergo homo est: est emptum, ergo paratum. Sicque de similibus. Et sic loquitur lex inter agnatos iuncta gl. ff. vnde legitimi. cum dicit in agnatis, & cognati continentur, sic etiam loquitur dicta lege si quid earum. §. inter emptum. cum dicit & responsum est in empto paratum in esse, &c. & ibi optima gl. Et ut breuiter omnia complectar, species † siue minus commune semper infert suum genus, vel magis commune per positionem, illationem, seu consequentiam, vt si est homo, est animal: si est vxoris causa emptũ, est ipsius causa paratum, d. §. inter emptum. cum dicit, & responsũ est in empto paratum inesse, supple, per consequẽtiam. species autem siue minus commune nõ infert suũ genus, vel magis commune per continentiam, quia non sequitur, Empta vxoris causa sunt Titio legata, ergo parata sunt ei legata p allegato. §. item interest, ibi, Vnde non continebuntur emptis solis legatis, quæ alia ratione paterfamil. acquisita ei destinauit. econtra autem genus, siue magis commune, infert suam speciem, vel minus commune per continentiam: vt si vxori legata sunt a viro, quæ eius causa censetur legata. d. §. item interest, ibi paratis enim, &c. sed genus, vel magis commune non infert speciem, vel minus commune per consequentiam, quia non sequitur, est animal, ergo est homo, potest enim asinus esse, nec etiam sequitur, est paratũ, ergo est emptum, quia potest esse alio modo acquisitum. Et hoc pauciſſimis verbis dicit Vlpianus iurisc̃ōsultus in d. §. inter emptum, ibi, in parato non continuò emptum contineri, supplere per consequentiam, sed per continentiã sic, ne contradicat, d. §. item interest. Sic etiam totum est in parte prædicamentali per consequentiam, quia posita parte prædicamentali ponitur totum. Notanter autem dixi prædicamentali, quia posita parte integrali, non ponitur totum integrale, vt dicam latius, infra loco proximo sed totum etiam prædicamentale non est in parte per conti-

nentiam,d.§.intereſt.ibi,unde non continebunt, &c.econtra autem pars ſubiectiua,ſeu prædicamentalis eſt in toto contentiua.i.comprehenditur in toto d. regula in toto præalleg.regula,plus ſemper,ſed nõ eſt in toto illatiuè,ſeu poſitiuè per conſequentiam ut dixi: Et hinc glo.in d. §. interemptum,rectè dicit, quod totum eſt in parte, ſecundum quid,quia nõ ſimpliciter totum eſt in parte intelligendum ſemper de parte prædicamentali,ſed duntaxat per conſequentiam,non per continentiam,vt modo dixi. quod uidè vt inſideat memorię,quia poſſes alias facile decipi per fallaciam dicto,ſecundum quid ad edictum ſimpliciter, & uĩde quod dixi ſupra loco proximo, & quod dicam infra loco proximo & ſequenti.

SVMMARIA IN LOCVM.

à toto ad partem.

1 *Locus à toto ad partem procedit ſecundum quid & non ſimpliciter.*
2 *Iuris quod eſt de toto quoad totum,idem iuris eſt de parte quoad partem,& nu.ſeq.& 7.*
3 *Peregrini & uiatores ſi decedant itinerando ſepeliuntur in ecclęſia parochiali.*
4 *Citatio eſt pars & fundamentum proceſſus.*
5 *Argumentum a toto ad partem ualet.& quando non procedat. num.7.*
6 *Intellectus.l fiſcus.ff.de iure fiſci.*
8 *Nepos an proferatur patruo in regno.*
9 *Totum infert quamlibet ſuam partem.*
10 *Totum multipliciter dici.*
11 *Toto poſitio uel conceſſo,poſita cenſetur qualibet eius pars.*
12 *Negatio propoſita uel poſtpoſita ſigno uniuerſali alterat eius naturam: & facit eam aquipollere ſuo contradictorio.*
13 *Negatio prapoſita & poſtpoſita ſigno uniuerſali faciunt eam aquipollere ſuo ſub alterno.*
14 *Argumentatio a toto in quantitate, ſeu numerabili ad partem argumentatio quomodo procedat.*

LOCVS

Digitized by Google

LOCVS A TOTO AD PARTEM.

sis in locis diuersas posuerũt notabiles decisiones, è qb. ad instruẽdos iuuenes aliquot referã. Et in primis p hãc theoricã dicit Bal. ĩ l. 1. §. sed excipiũtur in fi. ff. de ferijs, q si ita tutũ inducat ferias messium, vel vindemiarũ, & ꝓcedat vltrius faciẽdo quasdã exceptiones, nullæ aliæ exceptiones in uẽtæ a iure admittẽtur: sed stabimus ꝑcise statuto, qa exceptio in qbusdã vĩ firmare regulã in cæteris, iurib. supra citatis, facit hãc lege tribunus. §. fi. ff. de testamẽ. mili. Hinc ẽt dicit idem Bald. in l. ita nobis pudor. C. ad legem Iuliã de adulte. Quòd si statutũ mãdat exequi instrumẽtum nulla exceptione obstãte, nisi solutionis, qđ nullæ aliæ exceptiones poterint opponi, qa exceptio firmat regulã, de quo vide ibi p eũ, & plene per Bar. in lege 1. ff. quod vi aut clam, & p Ioan. de Imol. Pau. Felyn. & alios interpretes canonum, in c. ex parte 2. de officio delegati, & pulchrè p Salyc. in d. l. ita nobis pudor, & plenissimè p Io. de Imo. ĩ l. fi. ff. a qb. appellare nõ licet iquos oĩno vide. Hinc ẽt dicit Lud. Rom. in cõsilio suo 271. incipiẽte, vis tota, q ĩ vẽditione terræ sãcti Lucidi facta p Ladislatum regẽ Hũgariæ, veniũt Gabellæ & iura exiture q̃ sunt regalia: ex quo in vẽditione q̃dã regalia sunt specificata, & postea q̃dã excepta, q̃ exceptio firmat regulã ĩ nõ exceptis casib. iurib. adductis supra: qđ mãda me
3 moriæ, ista tñ Theorica Exceptio firmat ꝓregulã in casib. nõ exceptis, trib. modis limitat̃. Primo, vt ꝓcedat in casib. non exceptis sub regula tñ cõprehẽsis, alias secus qa licet exceptio firmat regulã in casib. nõ exceptis sub regula cõprehẽsis nõ tñ dilatat, nec ampliat regulã, vt faciat sub ea cõprehẽdi, q̃ de sui natura nõ cõprehenderetur exceptione non tex. habes exẽplum ĩ l. generali. §. vxori, & ibi declarat Bar. ff. de vsufruct. legato, ubi si testator legat vxori vsumfructũ
N. oĩum q̃ sunt in domo excepto argẽto, ista exceptio nõ facit vt videat̃ legasse venalia, q̃ sunt in domo. Vnde nõ venit frumẽtum, qđ est in domo causa vẽdendi, vel alia venalia, qa talia nõ videnẽ esse in domo, nec cõprehẽderenẽ exceptione nõ facta: De quo plenè Iasonẽ p post alios i l. j. C. de ver. sig. Pro isto ẽt est alius tex. notabilis in l. Lucius. §. plurib. & ibi Bar. Ang. et Io. de Imo. notãt. ff. ad Trebellianũ, de hoc ẽt est pulcher tex. in c. in nostra, & ibi Pan.no. de sepulturis. est & bonus tex. ĩ l. Pau. respõdit, ff. de usuris, si subtiliter põderetur.

ret.Et iſtud ſentit Bar.in pall.l.1.in fi.ff. de reg.iur.Et Philippus Frācus in rubrica de reg.iur.lib.6.& Ludo.de Romin conſilio ſuo 379. incipiente Circa primum & Alberico de Roſate in prima parte ſtatutorum quæſtione 68. vbi per hoc decidit pulchram quæſtionem. Et Felyn. in cap. 2. de reſcriptis, & idem Felyn. in capit. quoniam frequenter in princ.vt lite non conteſtata,quem omnino uide, quia plurīma bona,& quotidiana exempla adducit , etiam ſi minus ordinatè procedat , meo quidem iudicio , ad quem breuitatis gratia te ab lego . Iſtud etiam uult Ioan. de Imo.in c.ad audientiam,de cle.non reſiden.& habetur pulchrè de hoc per Alex.de Imol.in conſil.28.primi volu.incipiente Redemptoris &c.viſis & accuratè ponderatis, &c.in ſecundo dubio,vbi per hoc ſingulariter dicit,quod conductor,qui ſuſcepit in ſe periculum caſuum fortuitorum, aliquibus expreſſis,& duobus caſibus fortuitis duntaxat exceptis,ſcilicet belli,& peſtis generalis,non tenetur de caſu ſic citatis inſolitæ,quæ communi opinione hominum nunquā viſa fuit.Etiam ſi interuenit iuramētū,quia licet exceptio dictorum duorum caſuum fortuitorum firmet regulam in caſibus non exceptis,ſeu regula comprehenſis . non tamen ampliat regulam,vt faciat ſub ea comprehendi , quod alias exceptione non facta de ſui natura non comprehēderetur, Sed ſic eſt,quod ſub generali renunciatione caſum fortuitorum non comprehendebatur caſus ſiccitatis extraordinariæ,& nunquā viſæ,vt eſt tex.digniſſimus,qui memoriæ dīligenter commēdatur,in l.fiſtulas.§.frumenta.ff.de contrahen.empti.Et notatur per Bar.in l.4.§.quæſitum. ff.ſi quis cautio & per eundem in l.Seio.§.medico.ff.de annuis leg. Ergo exceptio illorum duorum caſuum non ampliat illam uniuerſalem renunciationem : de quo uide ibi latius per eum,quia magiſtraliter loquitur.Et idem repetit ipſe Ale. in conſ.31.ſecundi voluminis,quod uide ne excidat memoriæ eſt.n.ſingulare & quotidianum,ſeruiens ad deciſionem ſimilium caſuum,quotidie occurentium. Ne quid tamen erēs, operæpreciū eſt ſcire,quòd tunc uerum eſt exceptionem non ampliare regulam,quando eſt de cōprehenſis ſub regula , & quando operatur in ipſo excepto , ut eſt in caſu dicto.§.uxori,in caſu Alexander de Imol.& ſimilibus,

3 Secus autem est,quando † exceptio non est de comprehen sis sub regula:& nisi ampliaret regulam , redderetur inutilis , & nihil operaretur. tunc enim bene ampliat regulam . Exemplum in casu quotidiano,Constituo te procuratorem meum ad omnia negotia , quæ ego gerere possem præsens,præterquam ad transigendum:& sic excipio casum requirentem speciale mandatũ, qui casus requirens speciale mandatum,non erat comprehensus sub regula, seu sub mãdato generali.c. qui ad agendũ in fine de procuratorib.lib. 6.] perhanc enim exceptionem videor tibi dedisse mandatum ad omnes alios casus requirens speciale mãdatum, excepto casu trãsactionis.Huius ratio est quia exceptio aliter non esset de regula,prout esse debet.vt dicã infra.Et quod fortius est , ista exceptio alias redderetur inutilis, & nihil operaretur. Semper autem debet fieri interpretatio , ut actus ualet,& uerba aliquid operantur,l.quotiens.ff. de uerbo obligati.& l.si quando,in princ.ff.de leg.1.Ita singulariter voluit Lappus,Dominicus,& doct.in d.cap qui agendũ. §.1.quibus sul scribunt Alexander de Imola & Iason in lege fin. ff. quod quisque iuris in alium statut. & est opinio Io.de Imol.in d.l.fin.in 6.col. ff. a quibus appel. non licet: quod tene menti.Hinc etiam singulariter dicit Bal. in c. 1. N. in 2.columna per quos fiat inuestitura , in usibus feudorũ, q licet regula sit , quod princeps confirmando generaliter priuilegia , non censeatur confirmare priuilegia , quæ sunt contra ius. tamen si princeps confirmaret generaliter priuilegia,& exciperet unum,quod esset contra ius , talis exceptio facit , ut princeps intelligatur confirmasse omnia alia priuilegia quæ sunt contra ius,ad hoc exceptio sit bona, d. l.tribunus,§.fin.q memineris:facit enim ad decisionẽ simĩlem casum, Neq; quicquam te moueat authoritas Petri de Qv. Ancharano asseuerantis contrarium in rubrica de regul.iuris lib.6.quia ad eius motiua patet solutio ex supradictis,& ex notatis per Alexandrũ& Iasonem in dicta lege finali. ff. quod quisque iuris in alium statuit.Præmissa autem intel-
4 ligo,quando exceptio † non comprehensa sub regula , non est notoriè inepta, sed deintentione disponentis, & constituentis regulam dubitatur,propter adiectam exceptionem & verisimiliter creditur largè locutus,& omnia compræh-

disse

dissse propter exceptionem : vt in exemplis supra recitatis, & in alio exemplo posito per Dominicum in dicto cap. quã ad agendum.§. 1. Et in exemplo posito per Io. de Imol. in præall.l.fina.ff.à quibus appel.non licet Et in exemplo quotidiano posito per Philippum Corneum in cons.suo 57.primi uoluminis:quem vide.Secus autem crediderim, quando exceptio esset notoriè inepta,nec esset coniecturę locus quia tunc uera,& in commutabilis est dicta theorica, quod exceptio nõ ampliat regulam,nec mutat uim regulæ,& ita intelligo procedere dictum Bal.in prȩall.lege in his, vbi dicit quod si statuto caueatur, quod de omni maleficio sine sanguine possit fieri cõcordia,excepta percussione quadrelli cum sanguine: si fiat concordia de percussioneligni cum sanguine,non ualebit,quia licet exceptio firmet regulam, non tamen eam ampliat : vnde cũ regula nihil disponat de percussione sanguinolẽta,isse casus cẽsetur relictus dispositioni iuris cõis:& sic cõcordia non ualebit in præiudiciũ fisci,Nec mirũ, quia hoc casu exceptio non cõprehensa sub regula est notoriè inepta. Ita ét intelligo procedere notata Paul.de Castr.in præall.lege in his:Vbi dicit,q; si statutum *f.* disponat,q; de omni instrumento continente summam centum librarum soluatur gabella,& registretur,alias non ualeat excepto instrumento procurationis, valebit nihilominus instrumentum legitimationis,non soluta gabella, secũdum eum,nec mirum,quia statutum non põt verificari, nisi in materia reducibili ad certâ summã,& sic exceptio nõ comprehensa sub regula,est notoriè inepta, quare non est mirum q; non ampliat regulam,vt faciat eam extendi ultra terminos eius.Ita etiã intelligo procedere notata per Io.Baptistam de sancto Seuerino,in repet.l.omnes populi, circa col.120.ff.de iust.& iure. vbi dicit,se respondisse in quodã casu,dictante statuto,q; habentes pacem ab occiso, sint se- *k.* cure per decem annos,quibus exactis, soluant omni anno duos solidos,pro qualibet libra suæ condemnationis, exceptis furibus homicidis & assasinis.quidam condemnatus ad pœnam capitis,propter incisam vineam,habuit pacem,dubitabatur,an debebat gaudere beneficio dicti statuti,& dicit se respondisse.quod non,quia regula dicti statuti loquitur de condemnatis in pecunia,vel in materia reducibili ad pe-

cuniam,illã aũt condemnatio capitis non eſt talis ergo &c. Nec debet obſtare illa exceptio ſtatuti,cũ ſit notoriè inepta & diligenter manda memoriæ,ſubtile.n. eſt,& quotidianũ, & poſſes facile decipi ſi non perpenderes nam doct. nedum intricatè,ſed & variè loquuntur,vt videre lieet in locis ſupra commemoratis. Illud aũt certum & indubitatum eſt, quod † exceptio non ampliat regulam, quando ex hoc ſequeretur correctio iurium,vt ſentit glo. in d. l. fin. ff.quod quiſq; iuris,& ibi expreſſius Alex.& idem ſi abſurdũ reſultaret,ſecundum eundem Alex.in conſ.ſuo 106.5.volum.incipiente,viſis,in 2.col.& ſic reſolutiuè loquendo in uno ſolo caſu, exceptio ampliat regulam,ſ.quando non eſt de cõprehenſis ſub regula.Et niſi ampliaret regulam, redderetur inutilis & nihil operaretur,ut in exemplis ſupra poſitis & ſimilibus,quod nota.Secundo,dicta theorica, Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis limitatur,ut procedat,niſi alius ſit caſus ab eadẽ regula alibi exceptus, quia quoad illum conſimilem caſum alibi exceptum, exceptio non firmat regulam,tex.eſt notabilis in cle.exiui de Paradiſo.§.deinde,& ibi Cardinalis notat,de verb.ſign.& eſt pulcher tex.cum ſua gl.in l.ſerui nomine ff.de uſuca.& in l. 1. §.per ſeruum corporaliter.ff.de acquirenda poſſeſſione, & elegans tex.cum ſua notabili gl.in l.obæs,C. de prædiis minorum ſine decre.non alie.& ſimilis tex. cum gl.in d.l. ita nobis pudor,in quibus iuribus ſingulariter probatur hoc procedere,etiam quando in l. vel canone exceptiuè loquente,haletur dictio taxatiua,quod nota,& quod fortius, eſt hoc procedit etiam,ſi uerba taxatiua eſſent geminata. Ita ſingulariter decidit Alex.de Imol. in conſ. 130.quarti noluminis,incipiente,In cauſa in 2.colum.de cuius taxatiua natura,ſi plenius uis inſtrui,uide quod dicam infra in Loco à natura dictionum taxatiuarum.Et hinc eſt, quod licet plures tex.dicant, quod coniunx autoritate eccleſiæ nõ poteſt dimitti,niſi propter fornicationem,dicto dominus,& dicto cap. 2.de coniugio lepro.&c.porro,&c.ſignificaſti, de diuortijs,cum ſimilibus,tamen per hoc non eſt negandum, quin poſſit fieri ſeparatio quoad thorũ,propter aliũ caſum expreſſum in iure,puta propter nimiam ſæuitiam uiri,contra quam mulieri idoneę caueri non poteſt, de quo eſt tex.

ſingula-

ſingularis in c.literas,& ibi Panor.& docto.notant,de reſtitutione ſpoliatorum,& idem repetit Panor.in ca.primo de diuortiis,& ſæpe alibi : quod nota , quia quotidianum eſt in practica,& ſæpius habui de facto,cum eſſem officialis recolendæ memoriæ,domini Henrici,& Bergis Epiſcopi Cameracenſis digniſſimi.Tertio dicta theorica , Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis,limitatur.vt procedat in caſibus non ſimilibus exceptis, In caſibus autem ſimilibus exceptis licet etiam non reperiantur alibi ſpecificè exexcedti à iurerexceptio non firmat regulam.tex.eſt notabilis in c.cum dilecta,& ibi hoc notat Panor. de conſtr. vtili vel inutil:& eſt glo.in l.1. C.de condictione indebiti. & gl. notabilis in l.fina.ſuper verbo,voluerit, C. de reuocan. dona.& hoc vult Bar.& alii docto.in l.j.ff.de offic.eius cui mãdata eſt iuriſdi.cum loquuntur de impedimento infirmitatis:& Alexan.de Imol.in l.certi condictio,§. ſi numos. ff. ſi certum peta.& Angel.Ioan.de Imola.& docto.in l.1.§. ſi is qui.ff.ad Tribellianum , & Antonius Corſetus in ſingulari ſuo 90,& doct.ſepe alibi,de quo vide quod plenè dicam infra,in Loco à ratione legis larga,ampla,ſeu generali,ad extenſionem ipſius legis,in 2.caſu principali.Imo quòd fortius eſt,ſicut caſus exceptus à iure,extenditur ad conſimilem caſum,propter identitatem rationis,vt dixi : Ita etiam caſus exceptus à ſtatuto,extenditur ad conſimilem caſum, quando ſtatutum diſponit in materia iuris.tex.eſt notabilis in dicto c ad audientiam,& ibi tex.hoc notant Panor.& Ioan.de Imol.& Antonius Corſetus, in ſingulari ſuo 307. & idem vult Panor.in c.inter alia,de immunitate eccleſiarum.vbi per d.c.Ad audientiam dicit , quod quandocunq; noua conſtitutio loquitur in materia iuris cõis,& alios caſus excepit.nõ per hoc firmat regulã in nõ exceptis cõtra ius cõe antiquũ ,imo in caſibus nõ exceptis ſuppletur à iure cõi:quod tene memoria,ad multa. n. valet . Nam in primis per iſtud defendi poteſt opinio Petri de Ancha. in d.c. inter alia , qui aſſerit, quod ius ciuile nouiſſimum , volens
6 homicidas † & adulteros poſſe à templis extrahi.§. ſed neque,in Authen.de manda.prin.collatione 3.non eſt correctum per d.c.inter alia,quod excipit ſolum duo caſus quia ex quo d.cap. inter alia,expreſſe non corrigit, debet unum

ius

ius ſuppleri per aliud, ſecundum eum: de quod vide ibi latè per Panor.qui fauorabiliter loquitur pro eccleſia.Si tamen in hoc cõſiſtat fauor eccleſiæ,quod malefactores tueãtur contra iuſtitiam quæ ſummum bonum eſt. Et finaliter tenet cõtrarium eius,quod Pet.de Ancho.ſed quid iuſtius induerit arma,lector ex hinc inde allegatis perpẽdat. & ex his quæ habẽtur Exodi 21. Numeri 35. Deuteronomii 19. Ioſue 20.& Matthæi 21.Item ex his quæ habentur & notãtur per gloſ.Io.de Anania,Feli.& alios in cap.1. de homici. & per Archi.in c.ſicut antiquitus 17.q.4.& per Pe.de Ancho.in conſil.158.incipiente, Ex narratis in facto,& per eũdem in repetitione regulæ,Ea quæ fiunt à Iudice, de regulis iuris lib.6.& per Panor.in c. at ſi clerici, de iudicijs, & per Io.Petri de Ferrariis in practica ſua,in forma inquiſitionis ſuper verbo,hæc eſt quædam inquiſitio,colum.11.& reuera cgeret deciſione Cæſarea,Itẽ p illud vide ego decidi
7 vnã arduam q.ortum † ſumentem ex tractatu pacti inito,inter Sereniſſimum & glorioſiſſimum Imperatorem Maxemilianum ex vna parte, & Flandros cum adhærentibus ex altera,in quo nominatim excipiebantur aliquot, qui nõ debebant in emenda Imperatori ſoluenda contribuere,ex eo quod ſecuti fuerant partes Imperatoris,& cum fieret executio contra quoſdam Flandros ſpecialiter non exceptos,q. etiam ſecuti fuerant partes Imperatoris,ipſi ſe oppoſuerũt, ſuſtinentes ſe non teneri,ex eo quod ex partibus ſteterant imperatoris.Obiiciebatur autem cõtra eoſdem,quòd erãt Flandri,& ſic comprehenſi ſub regula,nec erant excepti, & exceptio firmat regulam in non exceptis:ſed ipſi replicabãt & dicebant,quòd eadem ratio vigebat in ipſis,quæ in exceptis, & maior:cum ſubſtinuiſſent partes imperatoris vt excepti,& plura pertuliſſent dãna,quàm alii excepti,& quòd illa fuit mens diſponentis,& quòd aliter intelligẽdo ſequeretur abſurdum: & dicebant quòd exceptio firmat regulã in caſibus diſſimilibus exceptis,ſed nõin caſib. ſimilib. exceptis: & ita fuit iudicatum in magno conſilio Cæſaris, me præſente:quod manda memoriæ. Tertio iſtud poteſt indu-
8 ci ad hoc,quòd licet † arbitri iuris nõ eligantur,niſi in caſibus in iure expreſſis,vt vult Ioan.An.in c.pia, de exceptio. lib.6.in nouella,& ſequitur Panor.in c.paſtoralis, in princ.

de

de reſcrip.qui ſecundum eos ſunt tres,quorum primus eſt, quando Iudex delegatus allegatur ſuſpectus,vt in c. ſuſpitionis,de offic.delegati,in c.cum ſpeciali ; de appellatio. in c.legitima,eod. titu lib.6.& in l.cum ſpecialis . C. de iudicijs.Secundus, quando eſt quæſtio de reuocatione reſcriptorum,vt in d.c.paſtoralis,in princ. Et tertius,quando Epiſcopus habet cauſam contra clericum ſibi ſubditum,c.ſi clericus 11.q.1.tamen idem erit in caſu ſimili,prout eſt caſus, quem notat gl. ſingularis in c.ſtatutum,in princ.ſuper verbo copia,de reſcriptis lib.6.Puta quando eſt contentio inter partes litigantes coram iudice delegato ſuper hoc,an locus ſit inſignis vel non: & pōt addi alius caſus quotidianus inductus per ſtatuta multorum locorū.quibus cauetur ; q̄ cauſæ inter conſanguineos debeant compromitti,& ſic pro tribus caſibus notatis per Io.And.Panormit.& doct. in quibus eliguntur arbitri iuris,habes quinque in quibus caſib. volo tc tenetur pro regula,quod à ſententia talium arbitrorum iuris poteſt appellari, c.ab arbitris,& ibi bona glo. de offic.deleg.lib.6.& præalleg.l. cum ſpecialis , & ibi hoc vult Bart.licet à ſententia arbitri compromiſſarij,qui ex voluntate partium aſſumitur,non poſſit appellari,leg. 1. & ibī Paul.de Caſtro,& docto.C.de arbitris.De hoc tamen vide latius per Ioan.de Imola in c.quintauallis,de iureiūrando , & per eundem in c.cum dilectis.de arbitris.Et de pluribus aliis notabilibus differentis inter arbitrōs iuris, & arbitros compromiſſarios,vide per gl.Ioan.de Imo.Panorm.& alios canoniſtas in dicto c.ſuſpitionis,& quod obiter dicā quod licet à iure ſint expreſſi tres caſus,in quibus neceſſariò sūt vocandi abſentes canonici,quos enumerat gloſſ: ſingularis omnibus nota in c.2.ſuper verbo ipſorum,de teſtibus lib. 6.tamen debent vocari etiam in alijs caſibus,vbi eſt ſimilis ratio,maximè quando agitur de arduis negocijs.Ita notabiliter vult Innocen.in c.2.de nouis operis nunciatione, & ſequitur Panorm.in c.cum omnes,de conſtitu.Quinto iſtud poteſt induci ad hoc,quò licet iure ſint ſpecificatæ duntaxat 14.cauſæ,ex quibus pater poteſt exhæredare filium , q. ponuntur in §.cauſas,in Aut.vt cum de appel. cognoſcatur coll.8.& eas enumerat gl.in d.c.quintauallis:tamē idē erit in aliis cauſis ſimilibus vel grauioribus . Ita notabiliter di-

cit

cit Pan.in d.c.Quintauallis, & ibi ſubſcribũt alii docto. ibi dem ſcribentes,& Aluarot.& Præpo.in §.prædictis , in tit. quæ fuit prima cauſa beneficij amitten.in vſibus feudorũ . Vbi eſt bonus tex.& Angel.in l.lex Cornelia,in prin.ff. de iniuriis,& Hippolitus de Marſilijs ſingulari 78. & Alexan. de Imola in l.ſi quis id quod, in 4. columna. ff. de iuriſdictione omnium iudicum,& idem Alexander in conſilio ſuo 203.ſecundi voluminis,incipiente.. Super themate & dubiis:& de hoc pleniſſimè per Iaſonem in Authen.non licet. C. de liberis pręteritis vbi concludit, quod filius proditor patriæ poteſt per patrem ex eo capite exhæredari.quod nota.Sexto iſtud poteſt induci ad hoc,quod licet in iure exprimatur certæ cauſæ ſuſpitionis,propter quas poſſit recuſari iudex,quas enumerat Ioannes Andreas in dicto capitulo legitima,in nouelli:tamen idem erit in aliis ſimilibus cauſis,de quo uide pleniſſimè per Philipp. Præpo. & alios in capitulo poſtremo , de appellat . Septimò iſtud poteſt induci,ad hoc quòd licet in iure enumerentur certæ cauſæ ingratitudinis,propter quas poſſit reuocari donatio perfecta inter viuos,dicta leg.finali,Cod. de reuocatio . donatio.vbi text.utitur dictioue taxatiua,ibi,ex his tantummodo cauſis,&c.tamen idem erit in ſimilibus caſibus, habentibus eandem vel maiorem rationem,licet ibi non enumerentur,vt eſt glo.notabilis in dicta l.finali, ſuper verbo voluerit,quæ ſingulariter dicit,quòd ſi donator inops factus non alatur per donatarium , poteſt reuocari donatio & illam gl. Salicetus ibi dicit eſſe ſingularem, & eam ibi ſequitur Cynus quod memineris,eſt enim frequens & quotidianum.Octauò,per iſtud poteſt ſaluari gl.ſingularis in c. omnes cauſationes,32.c.7.ſuper verbo Sodomita . quæ vult , quod propter crimen Sodomiticum poteſt fieri ſeparatio matrimonii quantum ad thorum, ſicut propter fornicationem:de quo articulo tamen vide latius per Panorm. & doctor.in c.2.de diuortiis,& per eundem Panorm.in c.maritus.de adulteriis.Nonò iſtud poteſt induci ad hoc quod licet procuratio ſolum debeatur Epiſcopo uel ſuperiori in caſibus à iure expreſſis , ut ſingulariter determinat Vincentius in capitulo cum ſit,'de ſimonia: , tamen idem erit in ſimilibus caſibus , Ita notabiliter dicit : Panormitan. in

N.

d.c.

d.c.cum sit,& ibi hoc sequitur Ioannes de Anania. non. n. possunt omnes iuris articuli lege complecti, sed de similibus ad similia est procedendum,l.non possunt & l. nam vt ait Pedius.ff.de legibus,& d.c. cum dilecta : quod manda memoriæ. Secundo argumentum ex hoc loco formatur sic.

9 Exceptio † est de regula,glo.est notabilis in d.rubrica de regulis iuris,lib.6.& ibidem etiam Dyn.& Bar.in l.si eum. §.qui iniuriarum,ff.si quis cautio.alias non esset exceptio. Nam sicut species detrahitur de genere,ita exceptio de regula,& sic sub illa cõtinetur,sicut pars in toto. Nihil enim ab alio excipitur,nisi sub illo contineatur:quod est intelligendum uerum,quoad uim comprehensiuam,sed nõ quoad iuris determinationem,d l.in his,& l. quod uerò, iũcta gl. & habetur plene per gl.& Philippum Francum in dicta rubrica.Licet enim exceptio de sui natura comprehendatur sub regula,tñ uitiat regulam in casibus exceptis,ut dixi sup. Et sic non est eadem determinatio seu dispositio in casu excepto & in regula,iuribus supra alleg. & hoc modo concordantur opiniones. Ioannis,& Placentini, de quibus per gl.in d.l.in fi.ff.de reg.iu.fm Albe.ibidẽ & plenius per Dy.in d.rub.de reg.iu.lib.6.& faciũt ea q̃ dixi supra ĩ loco à specie ad genus,& in loco a toto ad partẽ,& isto argumẽto ad hunc effectũ utitur Panor.contra Antoniũ de But.in salutatione Gregoriana,in 4.col.ad probandum, q̃ scholaris ex mora in studio per decennium , ꝑsumitur ibi morari nõ causa studii,sed causa sortiendi domicilii,inducẽdo l.2. cum ibi notatis.C.de incolis lib. 10.ut ibi ꝑ eũ, de quo articulo uide plenè per Bar.in l.lex Cornelia. §. si tamen.ff. de iniuriis. Hoc argumẽto utitur & Panor. in rubrica de obseruatione ieiuniorum ad probandum, q̃ tempore quadragesimall solum semel comedendum est in die, inducendo,c quadragesima,de consecratione,dist.5.ut ibi per eũ: quem omnino uide,quia pulchrè loquitur. De hoc tñ articulo uide omnino Car.in c.cõsiium,§.cũ aũt, de obserua. ieiuniorum.Isto argumento utitur etiam Panor.in c.quod super his,in 3.notabili de uoto,ad probandum, quod uiuẽtes ex proprio artificio possunt dici inopes, per illum text. ut ibi per eum.Vtitur etiam hoc argumento Io.de Imo.in c.2.in prima colum.de fide instrumentorum,ad probandũ, quod

Biblioteca S.M.ª Joaquina de Vivó

quod omnis ſcriptura publica eſt authentica,ſed non econ tra,inducẽdo illum tex.vt ibi per eum:quin & Lappus Dominicus,& doct.vtuntur hoc argumento in d.c.qui ad agẽ dum.§.1.Ioannes de Imo.in d.l.fi.ff. a quibus appellare nõ licet. Et Alex.de Imo.& Iaſon.in d.l.fi.ff.quod quiſque iuris,ad illum notabilem effectum , quod exceptio,ut ſit bona & aliquid operetur,etiam ampliat regulam, de quo dixi ſatis amplè ſupra. Iſto argumento ad notabilem effectũ utitur etiam Iaſon in lege cunctos populos, in ſecunda lectura,in 18.colum.C.de ſumma trinitate & fi.catho.& idẽ Iaſ.in §.æquè. inſtitu.de actio,& Pau.de Caſt.in l.cogi.in 2.col.C.de petitio.hære.& Cyn.in l.legem.C.de pactis,Et Dy.Io.Fa.Ang.Iaſ.& alii in §.ſic itaque,inſtitu.de actio,& docto.in pluribus aliis paſſibus:quos commemorare magis eſſet laborioſum quam ſubtile. Illud tamen nolo,te ignorare,quod,vt iura iuribus concordentur,admittitur impropriatio. vt exceptio fiat non ſpecialiter à præcedentibus , ſed in genere.Ita notabiliter dicunt Card.& Pan.in ca.conſultationibus,de officio delegati. quod nota. Tertio argu-
10 mentum ex hoc loco formatur aliter ſic. Exceptio † declarat,arctat,ſeu reſtringit regulã,adeo,quod locus exceptionis arctat locum regulæ,text.habes,& exemplum in d.l. nã f. quod liquidè.§.fin.in fine ubi eſt caſus ſingularis,quod ſi lego alicui omnem penũ , excepto uinõ quod habeo Romæ. per hanc exceptionem uideor ſolum legare pœnum quam habeo Romæ, & non quæ eſt in aliis locis , & ſic exceptio declarat,reſtringit,& arctat regulam. Eſt etiam de hoc bonus tex.in l.ſi cum fundum.ff.de uerb.ſign. & eſt hoc adeo uerum quod exceptio reſtringit regulam,ut nõ ſolum hoc procedat,quando legatum per hoc reſtringitur , ut in caſu d.l.nam quod liquide.§.fi,& in d.l.ſi cum fundum, ſed etiã quando in totum annihilaretur. tex. eſt notabilis in l. ſi ita legatum,in prin.Et ibi Ioannes de Imo.notat.ff. de lega.1. Et iſto argumento utitur Oldra.in conſi.ſuo 133. incipiente,factum tale eſt. Deminus Vticẽſis,ubi poſt multa adductam per eum pro intellectu d.l.nam quod liquidè.§. fina. ſingulariter decidit, quod in recognitione facta per dominum Vticenſem,in faũorem epiſcopi Vticẽſis , per hæc verba,recognoſco tibi Vticenſi epiſcopo quicquid habeo in ci

uitate

uitate Vticenſi,exceptis domibus quæ ſunt in loco vulgari ter nuncupato,Viguaria nam comprehenditur iuriſdictio, quã habet in hominibus habitantibus in ciuitate Vticenſi, nam huiuſmodi exceptio facta de domibus,& ſic de rebus corporalibus,reſtringit generalitatem recognitionis ad res corporales d.l.nam quod liquidè.§.fi.inducendo ut ibi per eum quam deciſionem manda memoriæ diligenter, utilis eſt ad deciſionem ſimilium caſuum quotidie occurrentium:& idem reperio uelle Bal.in c.1.in 5.colum.in tit.de capita.qui curi. vendidit,in vſibus feudorum, & Iacobinũ in ſuo ſingulari libello feudorum, in illis uerbis, dictique maſculi promiſerunt, &c. in 5.colum.quos uideto.Iſto argumento utitur etiam Ioannes de Imola in lege filio præterito,in 20.colum. ff. de iniuſto rup.irritò ue teſtamen. ad probandũm quod Aut.ex cauſa.C.de libe. præte. non habet locum in poſthumo præterito,inducendo ut ibi per eũ. Hoc argumento utitur etiam Ludouicus de Roma,in repetitione Auth. ſimiliter,in 19.ſpeciali,pie cauſæ circa ultimas uoluntates, C.ad legem fal.ad probandum,quod filius familias de conſenſu patris poteſt teſtari ad pias cauſas de his bonis, in quibus pater habet vſumfructum ipſe autem proprietatem,inducendo ut ibi per eum. Et idem reperio ſentire Alexand.de Imola per hunc arguendi modum in l. ſenium,in 2.colum.C.qui teſta.face.poſſunt iſto argumento vtitur etiam Ludouicus de Roma in conſ.108.incipiente,Circa id quod quæritur:ubi per hoc decidit, quod ſtatutum prohibens rei propriæ alienationem, niſi conſors requiratur, cũ præfixione termini ab eodem ſtatuto præfixi ad emẽdum ſi uelit,ſolum habere locum in alienatione uoluntaria,& non in neceſſaria,vt ibi latius per eũ,& eo vtuntur docto.in pluribus aliis paſſibus,quos nihil opus eſt cõ-
11 memorare. Procedit autem iſte modus arguendi in † dubio, & quando veriſimiliter aliud non fuit de mente diſponentis: ubi autem ex tali reſtrinctione ſequeretur aliqua abſurditas,vel conſtaret aliud fuiſſe de mente diſponẽtis, vt quia verba regulæ ſunt multum ampla, & exceptio ſeu qualitas exceptioni abiecta,& regula non habet inter ſe cõformitatem,tunc regulæ per exceptionem nõ reſtringitur, & per conſequens tunc dicta argumentatio non procederet,

Digitized by Google

ret,argu.l.ſcire oportet.§.aliud. ff.de excuſationib. tutor& & lege continuus.§.cum ita,in fi.ff.de verb.obl.Ita notabiliter dicit Io.de Imo.in d.l.filio præterito, in 21. col. & eſt de mente Philippi Cornei in conſilio ſuo 225. tertii uoluminis.vbi multum laborat circa intellectum d.lege nam q liquide.§. fi.ad quem breuitatis gratia te remitto. Hinc ẽt ſingulariter dicit Bal.in d.lege omnes populi,in 12. col. q ſtante ſtatuto,quod omnes artifices poſſent eſſe priores,vel ſcabini,præter nobiles ciuitatis Peruſii,artifices comitatus poterunt eſſe priores ſeu ſcabini: quia quicquid non excipitur remanet ſub iudicio regulæ, ſecundũ eum:ad quod allegat l. Titiæ textores.ff.de lega. 1. & lege hæc oratio remanet ſub iudicio regulæ , ſecundum eum: ad quod alleg. l. Titiæ textores.ff.de leg.primo,& lege hæc oratio.ff.ſi ingenuus eſſe dicatur,& eum ſequitur ibidem Ioãnes Baptiſta,& Fely.in d.ca.quoniam frequenter, & Petr. de Anch. in d.rub.de regul.iuris lib.6. quod memori teneas mente. Poſtremo circa præmiſſa uolo te notare,& memoriæ commendare quatuor pulchra,& quotidiana dicta. Primum, q † potior eſt cauſa illius,qui habet regulam pro ſe:habet.n. aduerſarius neceſſario oſtendere rationem,quare in illo caſu regula non debeat ſubſiſtere: & ſic ſemper pronunciandum eſt pro illo, qui habet regulam pro ſe,niſi aduerſarius doceat apertè per caſum legis illud de quo eſt quæſtio eſſe ſpecialiter exceptum: ita notabiliter vult Bald.in c.1. in 2.col.de alienatio.iudicii mutan.cau.facta,& eſt gl. notabilis in dict.rubt.de regulis iuris lib.6.circa finem, & ibi hoc volunt Dyn.& Philippus Fran.eſt etiam bona glo. in l.omnis definitio.ff.de reg.iuris.iſtud etiam aperte vult Salycetus in l.ſi fundum,in fi.C.qui potiores in pignore habeantur,dicens,quod à regula non recedit , niſi de contrario doceatur. & hinc eleganter dicit Bald.in l.ſi tutor, in fi. C. de ſeruo pignori dato manumiſſo, quod regulæ ſunt tenaciter cuſtodiendæ , niſi in contrarium appareat diſpoſitio ſpecialis.& allegat d.l.omnis definitio. idem vult & Ludo. de Roma in repetitione di[illegible] Authen. ſimiliter in 5. col. Hinc etiam eleganter dicit Innocen.in c.2, de dilatio, quẽ ſequitur Bar.in l. 2.in 1.colum.ff. ſi quis in ius uocatus nõ ierit,quod quando generaliter nõ competit iuriſdictio in aliquos,

aliquos,ſed ſolum in certis caſibus,illi caſus ſunt exprimẽ di in citatorio,aliàs citatus non tenetur comparere: & hoc dictum refert & ſequitur Franciſcus de Aretio in l.in illa, in 6.columna.ff.de verbo obliga.quod eſt notatu dignum, quia quotidianum in practica.Et facit ad præmiſſa tex. pul cher in c.venerabilibus.§.poteſt quoque,de ſenten.excom. lib.6.& tex.in l.ſuus quoque.§.puto.ff.de hęredi.inſtitu.& ampliſſimè notata per Felyn.in cap.quod ad conſultationẽ in 11.colum.& in c.ſicut,in 9.colum.de ſenten. & re iudi. hinc etiam Sal.in repetitione lege quod te,in penu.colum. ff.ſi cert.petat.repræhendit illos,qui negligunt regulas,,& caput implent caſibus ſingularibus,& peregrinis: & ſubdit ſingulariter,q; ignorare leges regulares,& communes,eſt la ta culpa: ſed non,ignorare leges regulares,& exorbitantes, per gloſſ.in d.l.quod te,& idem vult ipſe Salycet, in repe- titionis lege quod Nerua,in penulti.col.ff.depoſiti.& Ioan. An.ſuper data Sexti in mercurialibus,de quo vide plenius per Zaſium,in declaratione d.l.quod Nerua,vbi plene repe ries de lata culpa & eius effectu:ad quem te remitto. Se cũ do volo,te ſcire , q; ſi in lege,vel canone reperiatur dictio
13 †plerunque.ex hoc donatatur,q; lex vel canon ponit regu lam,& q; regula ita ſe habet.Ita notabiliter dicit Bar.in l.j. per illum tex.ff.de tute.& ratio.diſtra.& Salyc.in l.fi.C. de vſufructu,& idem Saly.in l.iubemus.2.in fine, C. de ſacro- ſanct.eccle. & probatur in lege iuris generis gentium,§.pa- ctorum,in verſ.plerũque enim.ff.de pactis,& in l.qui duos. ff.de legatis 3.& in l.tutela.ff.de tutelis,& in l.cum virum C.de fideicõmiſſis,& in §.fi.Inſtitu.de legiti.patrono. tute la,& in l.nã ſalutem.ff.de officio præfecti vigilũ,cũ ſimilib. & idem eſt,qñ in l.vel canone ponitur dictio ſemper, qa dĩ ctio ſemper ex ſui natura denotat caſuũ, regularitatem, ut probatur in l.1.& ibi Saly.notat C.quomodo & quando iu- dex,& in lege ſemper in ſtipulationibus.ff.de regulis iuris, & in l.ſemp in cõiunctionib.ff.de ritu nuptiarum,cum ſimi
14 libus.Vbi autem in l.vel canone reperitur dictio† interdũ, vel dictio aliquãdo,aut ſimilis,denotarur illud eſſe caſuale, & regulam eſſe in contrarium.ita ſentit gl.in l. legitima.ff. de pactis,& notat Bar.in l.nec ei.§.fin.in princip. ff. de ado ptionibus,& probatur in l.admonẽdi.ff.de iureiu.& in l.in-

terdum.ff.de condictione indebiti, cum ſimilibus. Tertiò
15 volo te ſcire,quod magnaꝫ eſt differentia inter verbum generaliter,& verbum regulariter, quia primum non recipit fallentiam,ſed ſecundum ſic,vt vult Panor.in d.c.quoniam frequenter,in primo notabili,& idem Panor.in c.venerabilem de electione:dicens hoc eſſe vel notandum, propriè enim non eſt regula, quæ non patitur exceptionem.Immo ineptum eſt,regulam non fallere, ſi æquitas ſubſit: vt vult. glo.notabilis in Aurem, vt ſine prohibitione matres debitrices,& creditrices,ſuper verbo eſtimauimus,in principio,
16 col.7.Quarto volo te ſcire, q; vbi exceptio † ponitur poſt plures caſus,& non poteſt de iure adaptari niſi ad unum illorum tantum debet ſic intelligi,vt excipiat ſolum ab illo caſu,cui eſt adaptabilis: de hoc habes glo.notabilem in ca. 1.in verbo niſi,& ibi Dominicus & Philippus Francus eam ad hoc ponderãt, & valde commendant, de præſcriptioni. lib.6.Quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia ſingularia,& quotidiana.

SVMMARIA IN LOCVM a Defectu formæ.

1 Forma dat eſſe rei,& conſeruat eam in eſſe.
2 Non ſeruata forma data lege vel ab homine, corrupti actus & quomodo procedit nu.3.& ſeq.
4 Nihil omittendum ex ſolemnibus.
5 Deficiente cauſa neceſſaria ſeu ſubſtantiali deficit affectus.
6 Geſta contra formam quando ſunt nulla. & quando non,& qualiter cognoſcitur aliquid eſſe de forma actus.
7 Omiſſio forma vel ſolennitatem ,quando vitiat actum quando non,& an vitiat ipſo iure vel ope.exceptionis.
8 Ignorantia iuris quando non excuſat militem,ruſticum vel mulierem.

LOCVS A DEFECTV FORMAE.

IN Signis etiam in iure locus eſt à defectu formæ,à quo ſumptum argumentum nedum eſt probabile,verum etiam neceſſarium Formatur autem dupliciter ad duplicem effectum,
2 Vno modo ſic Forma † dat eſſe rei, & conſeruat

uat eam in esse: vnde digressio de vna forma in aliam dicitur rem mutare, licet eadem materia persueret: & ergo solutionem rei sic immutatæ non sequitur liberatio. text. est notabilis in l. Iulianus. §. sed & si quis, & ibi Bald. notat, ff. ad exhibendum, & pulcher textus in lege mulieris. §. primo ff. de verborum significat. & hoc fortius locum habet, si forma substantialis deficiat ab initio, quia scilicet nunquam intervenit, capitulo tua nos. in fine de sponsalibus, capitulo detrahe prima quæstione prima & lege si is, qui quadringenta, §. quædam. ff. ad legem falci. vbi text. formaliter dicit neque ullum balneum, aut ullum theatrum, aut stadium fecisse intelligitur: qui ei propriam formam, quæ ex consummatione contingerit, non dederit. hoc argumento autem vtitur Ioannes Andreas in regula, Non est sine culpa in pulchra quæstione de regulis iuris libro sexto in Mercurialibus, & doct. alibi præsæpe. Secũdo argumentum ex hoc
2 loco formatur aliter sic. Non seruata † forma data à lege vel ab hominẽ corruit actus de primo est textus notatu dignissimus in capitu. quia propter, & ibi canonum interpretes attingunt de electione, & in capitulo fine exceptione 12. q. 2. & in c. 1. de rebus eccles. non alienan. libro 6. & in clement. primo eodem tit. & in lege cum hi. §. si prætor, & ibi per legum docto. ff. de transact. cum similibus, De secundo est text. notabilis in capitulo cum dilecta, de rescriptis, in c. pisanis, de restituti. spolia. Et in c. venerabilis, de officio delegati, qui tex. semper allegantur ad hoc, quod ubi solẽnitas substantialis omittitur, vel forma non seruatur, actus qui geritur nullo respectu aliquid operatur. maior. n. est defectus formæ, quam materiæ, vt est glo. notabilis in l. si vnus. §. si acceptilatio, & ibi Paul. de Cast. no. ff. de pactis, & est bonus tex. in l. certa forma, & ibi Ioan. de Platea notat, C. de iure fisci, libro 10. Quod est verum, etiam si exercens actum, in quo requiritur certa forma, dicat, quod vult actum valere, prout melius valere potest. & sic, si non valet quod ago, vt ago, non valet, vt non valere potest, quando defectus est in forma. tex. est notabilis i c. vnico, & ibi Dominicus & Philippus Frãcus id notãt, de postula. prælato. lib. 6. de quo artic. vide plene per Bart. Ioãnem de Imo. & nouissimos in l. 1. §. si quis ita ff. de verb. obligat. & per Panorm.

& canoniſtas in capitulo cum ſuper,de officio deleg.& non nihil per Angel.in §. final. Inſtitu.de adoptionibus , & per Bald.in lege non codicillum,C.de teſtamentis, & iſto caſu quando à iure,vel ab homine datur certa forma. paria ſunt agere directè cõtra,vel citra text.eſt notabilis in cap. prudentiam,& ibi hoc notat Panormi.in quarto notabili,de officio delega.& Alberi.de Roſate in l.conſtitutionibus.ff.ad municipales, & Fely.in capitulo cauſam,quæ,in 2. colum. de re iudicata:& idem Fely. in d.c. cum dilecta,dereſcript. in 17.colum.in verſiculo,amplia primo.Sed vbi non datur
3 certa forma,eſt differentia † vtrum agatur contra vel citra aut præter,vt per Panorm.& doct. loco quem ſupra diximus:quod facito,vt memineris,facit enim ad multa. Et gratia exempli pro inſtructione iuuenum imprimis ex iſto capite infringitur alienatio rei eccleſiaſticæ facta, forma non ſeruata,d.clement. 1.& ibi Cardi.& docto.notant. & habetur in dicto capitulo ſine exceptione,& in d.c.1. Hoc tamẽ intellige, niſi eccleſia velit alienationem ſubſiſtere , & ſic hoc caſu contractus poterit claudicare:Ita ſingulariter volunt Ioan.Andreas Ioan.de Imol.Panor.& docto. in capitulo primo de his quæ fiunt a prælat. ſine conſenſu capituli: quod tene menti.Item ſecundo per hoc infringitur alienatio rerum immobilium minoris,facta ſine decreto,dummodo pecunia non probetur verſa in vtilitatem minoris,l.magis puto.§.ne paſſim.ff.de rebus eorum, lege vtere, & lege ſi prædium.§.emptor,& toto titulo,C.de prædijs mino. ſine decre.non alien.quod tene menti, quia conſuluit ardua quæſtione. Hinc etiam dicit Innocent.in capitulo cum dilecti, in prima colum.de electione.quòd in confirmatione actus, quæ fit per ſuperiorem ſequitur cauſæ cognitio , alias confirmatio non valet,per dictam legẽ cum hi.§. ſi prætor, & dicta,lege magis puto.§ ne paſſim. De quo dicto Innocentij eſt hodie tex.expreſſus in capitulo fina.de electio libro 6. Hinc etiam eſt, q; ubi ad ſubſtantiam actus requiruntur plura ſolennia, ſi vnum deficit, omnia ex integro ſunt agenda: ſecus ſi actus ſint diuerſi. Ita dicit Innocentius, & ſequuntur Hoſtienſis , Ioannes Andreas,Antonius de Butrio , & alij doctores in capitulo primo de ſacramentis iteran.vel non,& Angel.Iaſon, & doctor.in dicta lege cum

hi.§.

hi.§.si prætor,& est bonus textus in d.cap.pisanis,& ibi hoc uolunt Ant.de Buttio. Io.de Imo.Panor.& doct. Omissio enim formæ mandati in qualibet,uel minima parte, uiciat
4 totum processum,vt ibi probatur.Nihil † enim omittendū est ex solennibus.l.diuus.ff.de in integrū restitutio. & bene faciunt notata per Card.in cons.suo 17.in 1.dubio. Hinc etiam est,quod preteritio filii facta à matre sine incertione causæ legitimæ,hodie reddit testamentum nullum,ex quo non est seruata forma iuris nouissimi, de quo in §. aliud quoque capitulum in Authentica vt cum de appellat. cognoscat.collati.octau.ita in specie concludit Alexander de Imola in Authē. non licet,in 3.colum.C.de liberis præter. & Bald.in consi. 2.primæ partis,in fine.An autem hoc locū habeat in testamento militis prætereuntis filium incertione causæ,sunt opiniones inter doct. communis tamen opi- C
nio habet,quod sic.de quo uide pleniſſime per Iasonem in l.sicut certi. C. de testamento milita. Vbi etiam reperies, idem esse hodie in præteritione filii emancipati sine insertione causæ legitimæ : De quo habes gloss. singularem, in §.exhærēdatos,in Authent.de hæred.& falci.colla.1. quod not.Hinc etiam est,quod si filio non relinquatur legitima, vel aliquid loco legitimę titulo institutionis,testamentum parentis hodie est nullum.ex quo non est seruata forma legis, vt patet in d.§.aliud quoque capitulum, cum ibi notatis per glossam.Bar. & doct.& ita in specie determinat Io. de Imol.in cap. Rainutius de testa. & est cōmuni- opinio, C
à qua in iudicando non est recedendum,vt volunt Cy. Salic.Ful.Iason,& doct.in Auth.nouissima.C.de inoffic.test. quos vide.Et quemadmodum dixi,corruere actū deficien
5 te forma seu causa formali.Ita etiam † deficiente causa necessaria seu substantiali,deficit effectus:ut est casus notabilis in l.1.iuncta gl.& ibi Bal.Salic.& doctores notant.C.de cōdictione ob causam.Quæ autem resultet utilitas ex causa efficiente,& finali,docet Rodolphus Agric.lib.de inuentione dialectica 1.capit.16.circa finem & tangam obiter infra in loco ab effectu , & in loco a uirtute finis, vbi, uide,
6 de hoc tamen articulo,quando † gesta contra formam sunt nulla,& quādo non:& qualiter cognoscit̄,q; aliquid est de forma actus,vide amplissime & magistraliter p Feli. in d.c.

Digitized by Google

cum dilecta, vbi pleniſſime hos duos articulos quotidianos examinat. Vide etiam eundem Felin. poſt Panor. in c. quoniam frequenter, in prin. ut lite non conteſtata, vbi exquiſitè inuenies, quando † omiſſio formæ, uel ſolennitatis uitiat actum, & quando non: & an uiciet ipſo iure, vel ope exceptionis. Vide etiam Bal. in repetitione l. 1. in 2. col. in uerſic. nunc venio ad quæſtiones. C. de ſacro ſanctis eccleſiis, & eundem Bal. in l. cum quis, in 4. col. in verſi. quintro ſic probatur in verſ. 6. probatur ſic, C. de iuris, & facti igno. & Ange. poſt alios per eum relatos in §. ſi debitori circa finem Inſtitutis de legatis, & Alciatum paradoxorum lib. 5. c. 16. & Frãciſchinum in ſuo ſingulari libello feudorum par. 1. q. 6. in verſ. ſed circa præmiſſa cum duabus col. ſequentibus: Et Zaſium in libello ſuo, cui titulus, intellectus iuris ſingulares capit. ſubſtantialia, & naturalia contractuum, quæ ſint &c. & per gl. & doct. in l. pacta. conuenta. ff. de contrah. emptio. & vendi. Vbi plenè reperies, quomodo inter ſe differant eſſe de ſubſtantia, de forma, de ſolennitate, uel de natura actus: ad quos remiſiſſe ſufficiat, Porro vnum hoc uolo, te non ignorare, quod licet error, vel ignorantia iuris excuſet mulierem, & ruſticum, quando non potuerunt conſulere peritiores, tamen hoc fallit in omnibus his, quę ſunt inducta pro forma actus, vel quę cõcernunt rigorem iudiciorum inductum ob publicam utilitatem. Et hinc eſt, quod ſi
7 mulier † uel ruſticus faciat teſtamentum, & non adhibeat
8 tot teſtes, quod de iure requiruntur, & alia quæ ſunt inducta pro forma teſtamenti, dato quod omitteret per errorem, vel ignorantiam iuris, & quod non potuiſſet conſulere peritores. non propterea excuſaretur mulier, uel ruſticus, imo actus eſſet nullus: vt eſt glo. ſingularis in l. ambiguitates, C. de teſtamentis. & facit lex nemo poteſt, cum ibi notatis. ff. de legat. 1. Et eodem modo, ſi mulier uel ruſticus non producat inſtrumenta, vel probationes intra tempus præfinitum a lege, ſtatuto, vel à iudice, non excuſatur propter errorem, vel ignorantiam iuris, ex quo illud reſpicit rigorem iudiciorũ. Ita ſingulariter dicit Bal. in l. iuris ignorantia, C. qui admitti. ad bon. poſſeſ. poſſunt ſequuntur ibi Paul. de Caſt. Fulgo. Ludouicus, Alexander Iaſon, & doctor. & Salyc. in l. penul. C. eod. tit. & idem ſentit Bart. in l.

1.§.nunciatio,circa finem.ff.de noui operis nuncia.Dicit tamen Salyc.in l.1.C.de iuris,& facti igno.multum singulariter,q; similes,vel rusticus non potuit consulere peritores, & lapsum sit tempus,intra quod debuit facere suas probationes,q; ista est iusta causa restringendi in integrum: & sequitur Ias.in prædallegatis lege iuris ignorantia: & itaquotidie uidemus practicari per requestas ciuiles, vt vocant. Quando autem mulieres,vel rustici potuerunt consulere peritores & non consuluerunt,certum est,quod non excusatur,etiam in non inductis pro forma, nec obtigore m iudiciorum.Ita dicit in gl.in d.l.iuris ignorantia:& est ratio, nam vt ibi dicit Bal.sicut mulieres & rustici vadunt ad siluam pro lignis & ad ciuitatem pro indulgentiis: ita etiam debent adire aduocatos & iurisperitos pro consiliis. Illud etiam commenda memoriæ, q; præfixio formæ viciat actũ, cum traditur à principio attributæ potestatis & iurisdictionis. Vbi autem post ipsam concessam aliquid in eius exercitio seruandum statuitur, eius omissio non reddit,quod geritur nullum. Ita dicit gl.singularis in cle.1.in verbo,inhibentes,de iure patrona. quam ad hoc notat,& põderat Pet. de Anch.in cle,1.in fi.de sequestr.possess. & fruct, & Alex. de Imo.in l. vniuersa,in apostolis ad Bar.C. de precib. Imperatori offeren.quibus adde singulariter notata per Bar. in d.l.vniuersa,& singulariter notata per Pano.Felyn.& alios canonistas in c. 2.de testibus,& singulare dictum Bar. in l.1.in 2.col.ff.de testamen.& notata per eundem Bar.in l.cũlex.ff.de fideiusso.cuius meminit Fely. in d.ca.2.quæ omnia tene memoria tãquam pulchra,vtilia,singularia,& quotidiana.Et vide,quod dixi supra iu loco ab ordine,& quod dicam infra in loco ab expressio ad tacitum. *Nota.*

SVMMARIA IN LOCVM:

a verisimili.

1 *Argumentum a verisimili ad quid valeat.& per tot.*
2 *Ex vsu vel consuetudine viuentis præsumitur voluntas eiusdem merentis.*
3 *Illud habetur pro dispositio vel contento quod verisimiliter fuisset*

Digitized by Google

dispositum vel consentum, si disponens vel consentiens de hoc fuisset interrogatus.

4 *Qua non prosunt singula, multa iuuant.*

5 *Efficacior probatio requiritur, ab illo, qui vult probare id, quod non est verisimile.*

6 *Semiplenam probationem habenti non semper defertur iuramentum in supplementum probationis.*

7 *Talis quisque presumitur esse, qualis est habitus quem gestat.*

8 *Priuilegium clericorum est triplex, scilicet personæ, rerum & fori & an de iure humano sine huiusmodi priuilegia clericorũ an vero de iure diuino.*

9 *Intellectus capitulo quanquam de censibus lib. 6.*

10 *Experimentum verorum sermonum est vt concordent cum rebus sensatis vel verisimilibus.*

11 *Quod est alienum a verisimili, est quadam falsitatis imago.*

12 *Non est facile credendum illud quod facile fieri non potest.*

13 *Due presumptiones quarum vna non preponderat, inuicem se confundunt.*

14 *Due presumptiones an sint pares, vel an altera sit potentior, & qua quando dubitatur, bonus iudex habet arbitrari.*

15 *Donatio Constantini an sit facta, & si sit facta, an sit valida: & an possit reuocari: & num seq.*

16 *sumptionum materia tractatur & nu. seq.*

17 *Presumptionem iuris & de iure non admittere probationem in contrarium limitatur qua dupliciter.*

18 *Presumptio iuris differt a fictione iuris.*

LOCVS A VERISIMILI.

1 EST ET A Verisimili Locus apud legum, & canonum conditores Cuius † argumentum & probabile est, vtile, ac multum frequens, vt patebit infra. Ad plurima autem valet. Primo quidem valet ad coniecturandũ mentem, & voluntatem testatoris. text. est notabilis ponens casum quotidianum in l. cum auus. ff. de condi. & demonst. Et in l. cum acutissimi. C. de fideicõmissis, & in l. generaliter. § cum autem, C. de institutione & substitutione, sub conditionibus factis. Et textus notabilis ponẽs casũ singularẽ & quoti-

quotidianum in lege ex facto.§.si quis autem susceperit.ff. ad Trebell.& tex.singularis in leg.hæredes mei.§.cum ita, illo eodem tit.& tex.notabilis in leg.sed & si susceperit, §. si libertis.ff.de iudiciis:& pulcher text. in leg.ex facto.ff.de vulgari,& pupillari & tex.singularis ponens casum quotidianum in cap.requisita, de testamen. & pulcher text. ponens casum,qui frequenter potest contingere,in l.Titius.§. Lucius Titius.ff.de liberis & posthum.& text.singularis in l.si matre.C.de inofficioso testaméto. Illud autem certum est,
2 quod ex † usu uel consuetudine uiuentis presumitur uolũtas eiusdem morientis,ut est tex.cum glo.in l. Titia. §. qui Marco.ff.de annuis legat.& in lege.Sempronio.§ finali.ff. de usufru.leg. Secundo ualet ad coniecturandum mentem, & uoluntatem contrahentium,l.in obscuris.ff.de regulis iuris,& regula,Inspicimus,de regulis iuris lib.6.cum utrobique notatis per glosſ.& docto.& est textus singularis iuncta glo.in l. si unquam.C.de reuocan.donatio, & in c.finali,iuncta sua singulari glos.17.quæst.4. & textus , familiaris ponens casum quotidianum in lege,quæro.§.inter locatorem ff.loca.& tex.notabilis iuncta sua singulari glosſ.in l.tale pactum.§.fina.ff.de pactis,& pulcher text.in l.si extraneus. ff. de contradictionibus,causa data.cau.non secuta,in quibus
3 iuribus habetur,quod illud † habetur pro disposito , quod uerisimiliter fuisset dispositum,si statuens,seu disponẽs hoc fuisset interrogatus,quod procedit secundum Bal.Paul.de Castr.& alios in d.l.tale pactum.§.fi. siue aliquid statuatur per modum conuentionis,siue per modum legis municipalis,siue per modum rescripti:quod est memoriæ diligenter commendandum . Tertio ualet ad conuincendum quem de malitia,proteruia,seu delicto,text. est notabilis in cap. scribam,& in c.quia uerisimile , iunctis notatis ibidem per Panor.& docto.de præsumptionibus. Huc facit & regula , Semel malus,cum sua magistrali glosſ. de regulis iuris lib. 6.& tex.in l.si hi qui,& in Authen.si quis ei,C.ad legem Iuliam de adulteriis.Circa quod omnino uide , quod dicam infra in loco à tempore ad tempus.Quarto ualet ad transferendum onus probandi in aduersarium: tex. est notabilis iuncta gl.in l.ex persona,& in lege siue possidetis, & ibi Baldus,Paul.de Castr.Salycetus,& docto,notant C.de probationibus

Digitized by Google

tionibus,& in l.circa.ff.eodem titulo.Quinto valet ad corroborandum probationem minorem numero,tex. eſt notabilis in l.ob carmen.§.finali.ff.de teſtibus,& in c.noſtra eodem ti.Veriſimilitudo.n.multum attenditur in probationibus,lege cum de ætate.ff.de probatio.& licet interdũ præſumptio reſultans ex veriſimili non ſit adeo efficax, vt releuet ab onere probandi in totum, coadiuuat tamẽ aliam probationem:iuxta notata per gloſſ. notabilem in lege ſecunda in verbo,legitimis.ff.de excuſatione tutorum & facit capitulo cum cauſam,cum ibi notatis de probatio. Quæ †. n.
4 non proſunt ſingula,multa iuuant: Iuribus præallegat. & l. inſtrumenta,cum gloſ.C. de probationib. de quo articulo tamen vide latius per Barto.in l. 1.§. idem Cornelio. ff. de quæſtio. Sexto valet ad aggrauandum probationem. Efficacior † enim probatio requiritur ab illo, qui vult probare id
5 quod non eſt veriſimile: tex.eſt notabilis in lege non eſt veriſimile,in princ.ff.quod metus cauſa & pulcher textus cũ gloſſa in d.c.quia veriſimile , cum ibi notatis per Innocen. Panormitanum Felinum & alios. Cuius effectus eſt valde ma
6 gnus,quia licet † regulariter habenti ſemiplenam probationem, deferatur iuramentum in ſupplementum probationis. iuxta nota per gloſ.& doctores in l.admonendi.ff.de iureiurando & in l.in bonæ fidei, C.de rebus cred.& in c. fin. de iureiurand.In hoc caſu tamen habenti ſemiplenam probationem pro ſe,non defertur iuramentum in ſupplemẽtũ probationis:ita dicit gloſſa valde notabilis in dicta l. nõ eſt veriſimile,quam ibi commendat Bal.& eſt de mente glo.in §.præterea,in tit.quid ſit inueſtitura, in vſibus feudorum. & ibi Bal. Aluarot. & Præpo.hoc firmant. Septimò valet ad derogationem fidei, quæ aliàs ceſſante non eſt veriſimilitudine adhiberetur inſtrumento, l.ſcripturæ,iuncta gl. C. de
7. fide inſtrum. Exempli gratia, produco duo inſtrumenta de eadem data,vt vocant,in quorum altero continetur , quòd emi rem,in altero continetur quòd fuit mihi donata: neutri ſtatur,quia non eſt veriſimile,de quo Bal.ponit tria alia & notabilia exempla , in dicta l. ſcripturæ, in 2. & 3. colum.quem ſuaſerim vt videas. Octauò valet ad præſumendum metum,text.eſt not.in c.1.de his quæ vi metúsve cauſa fiunt,vbi arguitur à veriſimili,quod mulier iuuenis infamem

tem paruulum habens, non ſponte, ſed metu compulſa votum caſtitatis emiſit. Nonò valet ad proferendum ſententiam, ſi præſumptio eſt violenta: text. eſt notabilis in c. aſſerte, de præſumptio. & habetur tertiò Regum 3. ca. vbi Solomon, duabus mulieribus altercantibus, tulit ſentétiam pro vna contra alteram: quia ipſa noluit paruulũ diuidi per medium, vt altera deſiderabat. vide & gloſ. ſingularem in c. inſinuatum, & ibi Panor. & doct. de ſimonia Quod tamen intellige procedere in cauſa ciuili: ſecus in criminali, in qua probationes debent eſſe luce meridiana clariores ad condẽnationem, l. ſciant cuncti, & ibi Paul. de Caſtr. hoc notat C. de probatio. Et vult Innocen. in dicto ca. quia verisimile. & Panorm. in d. c. atferte, de quo vide latius per eundem Panorm. & alios in c. tertio loco de probatio. & per Alexand. de Imola in conſilio ſuo 2. ſeptimi voluminis, vbi reperies ſingulariter, quòd ubi agitur de pœna ultimi ſupplicij, nõ ſufficit delictum eſſe probatum per præſumptiones iuris, uel indicia uehementia. De quo tamen uide latius per eundem Alex. in l. abſentem, in apoſtillis, ad Bartolum ff. de pœnis, & quod dicam infra. Decimo ualet ad arguendum diſpenſationem uel priuilegium de ſurreptione, tex. eſt notabilis in c. 2. de filiis præsbyt. lib. 6. & in c. 2. de decimis, eod. lib. Vndecimo ualet ad ſuſtinendum iura, & alias diſpoſitiones à correctione, c. eccleſia 2. de elect. & cle. exiui de paradiſo. §. de inde, & §. rurſus. & ibi Card. notat de uerb. ſign. & l. non ad ea iuncta gl. ff. de cond. & demonſtr. cum ſimilibus. Duodecimo ualet ad excuſandum officiarium laicum, bona fide capientem clericum in habitu ſeculari repertũ, & ad excuſandum laicũ ab incurſu excõmunicationis ſi percutiat clericũ, quẽ tale ignorauit, ſed laicũ probabiliter eſſe putauit propter habitum quem gerebat. Ita notabiliter uult Panorm. in c. ut fame, de ſentent. excõmunicatione & Bald. in lege ſi qua per calumniam, C. de epiſcopis & cleticis. Et docto. ſæpe alibi. Talis † enim quiſque eſſe præſumitur, qualis eſt habitus qui geſtat, capitulo ſi iudex laicus de ſentent. excommunicatione libro ſexto & capitulo ſi uero ſecundo. cum ibi notatis per gloſ. & doct. eodem titu. in antiquis. Non enim contempſit diſciplinam, qui ignorauit militem. leg. ſi ignorans, cum ibi nota. ff. location. Circ

quod

8 quod volo te incidēter aduertere, clēris principaliter † trib competere priuilegia, vnum quod appellant priuilegiū personæ, vigore cuius iniiciens dolosè manus violentas in eos, incurrit ipso facto sententiam excommunicationis maioris, a qua regulariter absolui non potest nisi à summo Pont. c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. quòd priuilegium indubitanter est de iure humano, quia introductum est per Innocentiū II. vt patet ex supra scriptione dicto c. si quis suadente diabolo: & in hoc omnes conueniunt, nec reperi contradicentem. Aliud est priuilegiū, quod appellāt priuilegiū rerum, vigore cuius clerici sunt exempti à muneribus, collectis, & contributionibus sordidis, extra ordinarijs, & superinductis, l. placet. C. de sacrosanct. eccles. Et hoc priuilegium communiter dicitur esse de iure diuino, pro quo est tex. iuncta gl. in c. quanquam, de censibus lib. 6. & in c. non minus, de immun. eccles. Aliter tamen in hoc videtur sentire D. Hieronymus in commentario suo super Matth. 117. cum viros ecclesiasticos de arrogantia notādo in hoc quòd tributum soluere recusāt, inter alia dicit, Dns noster & secū dūcarnē scdm spiritum filius regis erat, vel ex Dauid stirpe generatus, vel omnipotentis verbū patris, ergo tributa qua si regnum filius non debebat, sed qui humilitatem carnis assumpserat, debuit adimplere, omnem iustitiam, nosque infelices qui Christi censemur nomine, & nihil dignum tanta facimus maiestate: ille pro nobis, & crucem sustinuit & tributa reddidit, nos pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filijs regis a vectigalibus immunes sumus. Et idem videtur ibi sentire. Erasmus in adnotati. & apertius Alberi. de Rosate in dictionario suo, in verbo pedagium, in ver. an pedagia, circa finem: vbi dicit se non videre vnde processit æquitas ecclesiæ, de qua in d. c. quanquam, & in cle. præsenti, eod. ti. nisi quod eorum volūtarijs cōstitutionibus se priuilegiauerunt ad libitum, Et subdit, se credere, quòd si pedagium fit iustè & ex iusta causa institutū, quod clerici teneantur, quemadmodum Christiani Saracenis, vt ibi videre poteris per eum. & ad idem tendunt verba Ioā. Petri de Ferrarijs in sua practica, in forma actionis realis, super verbo iure dominij vel quasi in uers. 3. est modus acquisitionis, & in uers. habes ergo ex præmissis. Et si quis hanc opi-

nionem

nionem contra cõmunem diſputatiuè ſuſtinere uellet,poſſet ad contraria reſpondere,& primò ad id,quod originaliter habetur Geneſis 47.& translatiuè in dicto c.non minus & in gl.d.c.quanquam.quòd nihil aliud ibi habetur, quam quod tempore Pharaones ſacerdotes non cogebantur uendere poſſeſſiones,quas receperãt à Pharaone rege,quia ſtatuta cibaria ex horreis publicis eis præſtabantur: & ſic non erant conſtituti in illa neceſſitate uendendi prædia ſua, in qua alij conſtituti erant:& ſic ex conſequenti ceſſabat cauſa ſoluendi quintam partem frugum . Et ergo notanter ibi tex.dicit,quod terra ſacerdotalis libera ab hac ditione fuit. Nõ autem dicit,ut alibi refertur,quòd Pharao ſacerdotes & poſſeſſioneseorum in priſtina libertate condimiſit. Secundo ad illud Eſdræ 6.c.relatum per gl in dict.c.quanquã reſpondere poteſt,quod illic aliud non habetur quàm quòd Artaxerſes rex declarauit miniſtris ſuis cuſtodib. arcę publicæ,quos hodie financiarios appellamus,ꝙ nullã poteſtatem habeant imponendi miniſtris,aut ſeruitoribus domus Dei,& ſic perſonis,uectigal,tributum,uel annonas, Ex quo inferri nõ poteſt,iure diuino prohibitum, rebus clericorũ , urgẽte neceſſitate reipublicæ,ita bene clericos ſicut laicos concernente,onus aliquod imponi non poſſe.Imo in cõtrariis optimè facit l.iubemus nullã nauẽ,cum ibi ſingulariter notatis,per Bal.& Paul.de Caſt.C.de ſacro. eccl. & ꝙ dicã inf.in loco a perſona ad locũ,Vel ſi mauis,poteris dicere ad utrũq; , quod ita illic permiſerunt reges ex cauſa . Ex quo argui non poteſt,id eſſe diſpoſitiuè iuris diuini. Reſtat reſpondere ad dict.c.quanquã,ubi † Bonifacius 8. ſuo tẽpore
9 Pont.Max.clarè & apertè aſſerit,eccleſias,perſonas eccleſiaſticas,& earũ,nedum iure humano,uerùm etiam diuino, à ſecularium perſonarum exactionibus eſſe immunes . Ad quod difficilis uidetur reſponſio uerum tamen ſi ad perſonam loquentis reſpiciatur,iuxta c.ſolite, de maio. & obed. reſponſio eſt facilis:quia ibi loquitur Papa,& in cauſa propria undè ei non eſt ſtandum,lege omnibus.C.de teſtib.maximè cum de grandi præiuditio tertii agitur, puta reipubl. Imperatoris , & ſuorum ſubditorum laicorum , qui ex hoc plus grauarentur,ſi res clariorum tempore neceſſitatis non contribuerent.per theoricam Inno.ab omnibus approbatã

in

in cap.inquisitioni, de senten. excommun. Iunctis notatis per Bartolum.Ioannem de Imo.& alios in l. ab omnibus, in principio ff.de leg.1. Præterea quamquã affectus fuerit dictus Bonifacius viij.suo tempore Põt.Max,erga clericos cõtra laicos,ac ad temporalem iurisdictionem,si quoquo modo licuisset,vsurpandam:docet vulgatum c. clericis de immunita.eccle.lib.6. propter ipsius exorbitantiam postea in consilio Viennensi reuocatum & d.cap, si iudex laicus &c. vnicum de cler.coniug.illo eo. lib. Et alia quæ historiæ de eo testantur,quæ non refero. Et præterea his omnibus cessantibus,alia est responsio,ut scilicet dictum eius in d. cap. quamquã procedat capiendo ius diuinum largè, pro iure canonico,iuxta ea quæ habentur in cap.nimis, de iureiur. & per Archi.Dominicum,Felyn.& alios in cap. humanum genus 1.dist. Quiacertum est,iure ciuili & sic humano,tribuum ecclesiæ & clericis immunitatem. d.leg. placet,cum pluribus ll.& seq.& Authen.Item nulla communitas. C. de epis.& cler.& etiam de iure canonico d.cap.quanque, cum similibus, De iure aũt diuino stricte sumpto, pro eo quod in sacra pagina continetur,puta in veteri,& nouo testamento,omnino aliter videtur per supradicta, & per ea quæ habentur Matthæi 12.Marci 12.Lucæ 20. & ad Roman. 13. sed hoc non firmo,quia communis opinio,ut dixi est in cõtrarium;à qua in dubio non est recedendum, & sanctæ matris Ecclesiæ determinationi standum est, cui in hoc & in alijs humiliter me submitto. Tertium est priuilegium, quod appellant priuilegium fori, uigore cuius clerici. non possunt regulariter coram iudice seculari conueniri, uel ab eo iudicari.Et hoc priuilegium secundum communem opinionem etiam est de iure diuino,ut vult Rota, decisione 840.in antiquis,& habetur per Panor.Felin.& alios in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ,de constitu.& alibi. De hoc tamen vide,quod dicam latius infra,in loco à milite armatæ militiæ ad militem celestis militiæ,ante finem.Posset & ad infinita alia expressis,& aliis iuribus colligibilia induci hæc argumentatio à uerisimili;quæ enumerare magis esse laboriosum quam subtile.Ideo omitto.Hoc tamen infigemento, quod † exprimentum uerorum sermonum est, vt concordent cum rebus sensatis,uel uerisimilibus lege milites

verſ.oportet.C.de quæſtio.nam ut dicit Bal.in lege prima
11 in 3.colum. C.de ſeruis fugitiuis , Quod eſt † alienum a
ueriſimili,eſt quædam falſitatis imago , quibus conſonant
notata per Felyn.in c.auditis. in 12. colum. de præſcriptio.
12 Nec eſt facile credendum † illud quod facile fieri non po
teſt c.ſi diligenti in fine,& ibi Io.de Imo. notat de præſcri-
ptio.Et procedit hæc argumentatio à ueriſimili,niſi contra
veriſimilitudinem allegatam addicatur , & probetur tale
quid , per quod huiuſmodi præſumptio ueriſimilitudinis
tollatur,quo facto ceſſat huiuſmodi argumentatio à ueriſi
13 mili.Vbi enim † duæ ſunt præſumptiones,quarum una nõ
præponderat alteri,tunc inuicem ſe confundunt : ubi autẽ
altera eſt potentior,tunc fortior tollit debiliorem, c.tramiſ
ſæ,cum ibi not.per glo,Panor.& docto,qui filii ſunt legit.
& c.per tuas,cum ibi not.de probatio.c.Michal.cum ſuo ſin
gulari glo.de filiis præsbyterorum,lege eum qui probabi-
lem,& ibi Bal.& Paul.de Caſtr.notant, C.de epiſ. & cler. l.
tranſactionem,cum ibi not.per Bart.Paul.de Caſt. & doct.
C.de tranſactio.& d.l.ſi extraneus , cum ibi notatis per Ia-
ſonem,& habetur pulchre per Bal.Salyc.doct.in d. lege ſi-
ue poſſidetis,& per omnes in l. ſuus. ff. de in integrũ reſti.
14 † In dubio autem iudex habebit arbitrari , an ambæ præ-
ſumptiones ſint pares,uel in altera ſit potentior,& quæ ita
notabiliter dicit Panorm.in c.cum inter R.ſeniorem de ele
ctio.Et habes exemplum quotidianum per Hypolitum de
Marſilius in l.1.§.diuus.ff.ad legem Cornel. de ſicar. quod
tene memoria , quia ualet ad multa,ut uidere poteris per
Præpoſitum in c. conſtantinus 96. diſt. ubi per hoc ſoluit
multa argumenta Laurentii Vallenſis , impugnantis dona-
15 tionem † Conſtantini tanquam fictam & mentitam, fun-
data in ueriſimili: ſed quis iuſtius induerit arma Lauren-
tius,an Præpoſitus ſuo tempore Cardinalis Alexandrinus,
ex hic inde per eos adductis facile uidere poteris. Et ultra
gloſas iuris canonici,& ciuilis paſſuſque communes,in qui-
bus tractatur hæc materia donationis,ex qua Papa Impe-
rium in plures uendicat,uidere poteris per Platinam in ui-
ta Silueſtri,& in uita Adriani primi, per Sabellicum in Rap
ſodijs,per Volaterranum in chronicis. Et per Bald. in lege
penultima,in penult.colum.in verſi.item non ſic, C.de exe

cutio-

Digitized by Google

cutione rei iudicatæ,& per eundem Bald.in præludiis feudorum,in prima diuiſione,vbi dicit,quod niſi hæc donatio proceſſiſſet à fide catholica ſicut proceſſit, non potuiſſet Imperator caput Imperii Romam ex mero iure Imperialis officii à cæteris membris mutilare: quia capitis truncatio non eſt pars quota,ſed tota:& dicere quod Imperator ſeipſum mutilet, hoc eſt,membra imperii à ſe amputat, eſſet ſpecies fatuitatis:Imo facere aliquem ſibi parem vel ſuperiorem,qui poſſet facere rebellare Imperium, eſt impoſſibile:quia lex regia contradicit,ſecundum eum. Et idem ſẽtit Signorolus de Homodeis in conſ.26.Idem etiam uidẽtur de mente Alberici de Roſate in l. bene a Zenone in x. colum.C.de quadriennii prę ſcrip.vbi inter alia dicit, ſe audiuiſſe à magnis uiris,tunc auditam fuiſſe uocem dicentẽ, hodie ſeminatum eſt venenum aſpidum in eccleſia Dei, & hoc reperiri in antiquis authenticis ſcripturis, Et quendã literatum virum tempore Bonifacii viii. prophetaſſe in ſuis ſermonibus. Per eoſdem paſſus, & gradus,per quos eccleſia aſcendit in temporalibus,per eoſdem deſcenſuram ad extremam paupertatem Silueſtri,Imo plus dixit Pius in dialogo,vt refert Felyn.ſuo tempore auditor rotæ in c. ſolite, de maior.& obedien.uidelicet ſe mirari,miſeros legiſtas diſputare de ualitudine eius,quod nunquam fuit. Et ultra alios exactiſſimè de hac donatione diſſerit Antonius de Roſellis in libello ſuo de poteſtate Imperatoris,& Papæ: ſed de iſto non uidetur hodie quouis modo dubitandum, quia Papæ & ſucceſſoribus ſuis prouiſum eſt in hac parte. cap. fundamenta,de electio.lib.6.& cle.vnica,de iureiuran. quibus textibus, & deciſioni eccleſiæ ſtandum eſt, ſecundum Panorm.in cap.per uberabilem, qui filii ſunt legiti. Et dicere contrarium, eſſet percutere caput ad montem Murellum, ut dicit Bald.in tit.qui feudum dare poſſunt,in
166.colum.Poſſet tamen reuocari hæc † donatio per aliquẽ Imperatorem probum & potentem,ut dicit Ioan. Petri de Ferrariis in practica ſua,in forma reſponſionis rei conuenti, in verbo præſcriptionis,column.8.cum non conueniãt pſalterium,& cythara,nec datum ſit à Chriſto nec a B.Petro, quod Pontifices poſſidere debeant talia,ſed quod eſt Cæſaris reddatur Cæſari,& quod eſt Dei,Deo.Et maxime pro-

pter

pter ſcandala,diſſentiones,& bella quæ ex hac euenerunt, & ventura ſunt,niſi Deus prouideat: quia eccleſia,& Italia non quieſcent, quandiu eccleſia poſſidebit ciuitates & caſtra,ſicut nec hactenus quieuit,ſecundum eum. Porrò de hac donatione nihil olim habebatur in antiquis decretis,vt in hac re grauis eſt autor Antoninus ſuo tempore Archiepiſcopus Florentinus,nunc etiam inter ſanctos relatus, in ſuis chronicis parte prima ante finem.Et Ioan.de Imo.rubrica.ff.de verb. oblig.in 2.col.Nunc autem de ea habetur in d.c.Cõſtantinus,quod licet ſit palea,& pro palea illic inſeratur,multum tamen grauē attulit eccleſiæ.Ex quo in immenſum creuerunt eius opes.Et profectò gratulãdũ eſt felicitati eccleſiæ,ſi mõ in hoc ſita eſt felicitas,quę cultrix,& altrix iuſtitiæ non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe vel in alterum,ut inquit textus elegans in §. inde poteſt præſumi,in ti.de alienatione feudi,in uſibus feudo.Et quæ eſt vltimũ,ac ſupremũ remediũ oppreſſorũ,vt dicit ibi Bal. Nil mirum ergo,ſi permittente,vel diſponẽte Deo,dicta donatio facta ſit,per quã quotidie ſubueniri poſſit oppreſſis. Nec videtur poſſe ſubſiſtere de iure,quod de reuocatione dictum eſt,tum quia perfecta donatio inter viuos.reuocari non poteſt,iuribus vulgaribus:tum etiã,quia priuilegiũ per laicum conceſſum non ſubdito,vel eccleſiæ,eſt irreuocabile vt habet.theorica Innoc.in c.nouit,de iudicijs:approbata ibid.per Pan.& alios,& per eundem Pan.in c. inter alia, in 9.col. de immunitate eccle.Et idem in pręſtatione fauorabili eccleſiæ,vt habet theorica Bartol. in lege priuilegia. C.de ſacroſanct.eccle.ab omnibus penè & legiſtis,& canoniſtis approbata:& multo minus poterit reuocari, ſi d. donatio Conſtantini dicatur fuiſſe remuneratoria, vt firmat text.in d.capitulo fundamenta, & ſubſtinet Præpoſitus in d.capitulo.Conſtantinus. Et Barto.in Authent. quomodo oportet epiſc.& cleric.in princ.coll.1.quia donatio remuneratoria non poteſt reuocari, etiam propter ingratitudinem ſuperuenientem,ſeu ſubſequentem,vt eſt tex. iuncta ſua ſingulari gloſ.in l.Si patet.§.primo.ff.de donatio.Et ponit pro conſtanti Ludouicus de Roma.in ſuis ſingularibus, ſingulari 519.& docto.ſæpe alibi.Et faciunt ea quæ habentur & notantur in leg. Aquilius Regulus,illo eodem titulo

tionibus,& in l.circa.ff.eodem titulo.Quinto valet ad corroborandum probationem minorem numero,tex. eſt notabilis in l.ob carmen.§.finali.ff.de teſtibus,& in c.noſtra eodem ti.Veriſimilitudo.n.multum attenditur in probationibus,lege cum de ætate.ff.de probatio.& licet interdũ præſumptio reſultans ex veriſimili non ſit adeo efficax, vt releuet ab onere probandi in totum,coadiuuat tamẽ aliam probationem:iuxta notata per gloſſ. notabilem in lege ſecunda in verbo,legitimis.ff.de excuſatione tutorum & facit capitulo cum cauſam,cum ibi notatis de probatio.Quæ †. n. 4 non proſunt ſingula,multa iuuant: Iuribus præallegat. & l. inſtrumenta,cum gloſ.C. de probationib. de quo articulo tamen vide latius per Barto.in l. 1.§. idem Cornelio. ff. de quæſtio.Sexto valet ad aggrauandum probationem.Efficacior † enim probatio requiritur ab illo, qui vult probare id 5 quod non eſt veriſimile: tex.eſt notabilis in lege non eſt veriſimile,in princ.ff.quod metus cauſa & pulcher textus cũ gloſſa in d.c.quia veriſimile , cum ibi notatis per Innocen. Panormitanum Felinum & alios.Cuius effectus eſt valde magnus,quia licet † regulariter habenti ſemiplenam probatio 6 nem, deferatur iuramentum in ſupplementum probationis. iuxta nota per gloſ.& doctores in l.admonendi.ff.de iureiurando & in l.in bonæ fidei, C.de rebus cred.& in c. fin. de iureiurand.In hoc caſu tamen habenti ſemiplenam probationem pro ſe,non defertur iuramentum in ſupplemẽtũ probationis:ita dicit gloſſa valde notabilis in dicta l. nõ eſt veriſimile,quam ibi commendat Bal.& eſt de mente glo.in §.præterea,in tit.quid ſit inueſtitura, in vſibus feudorum. & ibi Bal.Aluarot. & Præpo.hoc firmant.Septimò valet ad derogationem fidei, quæ aliàs ceſſante non eſt veriſimilitudine adhiberetur inſtrumento, l.ſcripturæ,iuncta gl. C. de fide inſtrum.Exempli gratia, produco duo inſtrumenta de N. eadem data,vt vocant,in quorum altero continetur , quòd emi rem,in altero continetur quòd fuit mihi donata: neutri ſtatur,quia non eſt veriſimile,de quo Bal.ponit tria alia & notabilia exempla , in dicta l. ſcripturæ, in 2. & 3. colum.quem ſuaſerim vt videas. Octauò valet ad præſumendum metum,text.eſt not.in c.1.de his quæ vi metùsve cauſa fiunt,vbi arguitur à veriſimili,quod mulier iuuenis infamem

tem paruulum habens,non ſponte,ſed metu compulſa votum caſtitatis emiſit. Nonò valet ad proferendum ſententiam,ſi præſumptio eſt violenta:text.eſt notabilis in c.aſſerte,de præſumptio.& habetur tertiò Regum 3.ca. vbi Solomon,duabus mulieribus altercantibus,tulit ſentẽtiam pro vna contra alteram:quia ipſa noluit paruulũ diuidi per medium,vt altera deſiderabat.vide & gloſ. ſingularem in c.inſinuatum,& ibi Panor. & doct.de ſimonia Quod tamen intellige procedere in cauſa ciuili:ſecus in criminali , in qua probationes debent eſſe luce meridiana clariores ad condẽnationem,l. ſciant cuncti,& ibi Paul.de Caſtr.hoc notat C. de probatio.Et vult Innocen. in dicto ca.quia verisimile. & Panorm.in d.c.afferte,de quo vide latius per eundem Panorm.& alios in c.tertio loco de probatio . & per Alexand. de Imola in conſilio ſuo 2.ſeptimi voluminis , vbi reperies ſingulariter,quòd vbi agitur de pœna ultimi ſupplicij , nõ ſufficit delictum eſſe probatum per præſumptiones iuris , vel indicia vehementia.De quo tamen vide latius per eundem Alex.in l.abſentem,in apoſtillis,ad Bartolum ff.de pœnis,& quod dicam infra . Decimo valet ad arguendum diſpenſationem vel priuilegium de ſurreptione,tex.eſt notabilis in c.2.de filiis præsbyt.lib.6.& in c.2.de decimis , eod. lib.Vndecimo valet ad ſuſtinendum iura,& alias diſpoſitiones à correctione,c.eccleſia 2.de elect.& cle.exiui de paradiſo.§.de inde,& §.rurſus.& ibi Card.notat de verb. ſign. & l.non ad ea iuncta gl.ff.de cond.& demonſtr.cum ſimilibus.Duodecimo valet ad excuſandum officiarium laicum, bona fide capientem clericum in habitu ſeculari repertũ, & ad excuſandum laicũ ab incurſu excõmunicationis ſi percutiat clericũ,quẽ tale ignorauit,ſed laicũ probabiliter eſſe putauit propter habitum quem gerebat. Ita notabiliter vult Panorm.in c.ut fame, de ſentent. excõmunicatione & Bald.in lege ſi qua per calumniam,C.de epiſcopis & cle
7 ricis.Et docto. ſæpe alibi. Talis † enim quiſque eſſe præſumitur,qualis eſt habitus qui geſtat,capitulo ſi iudex laicus de ſentent.excommunicatione libro ſexto & capitulo ſi vero ſecundo.cum ibi notatis per gloſ.& doct.eodem titu. in antiquis. Non enim contempſit diſciplinam , qui ignorauit militem. leg. ſi ignorans, cum ibi nota. ff. location. Circ

quod

8 quod volo te incidẽter aduertere, clẽris principaliter ſ trib competere priuilegia, vnum quod appellant priuilegiũ perſonæ, vigore cuius iniiciens dolosè manus violentas in eos, incurrit ipſo facto ſententiam excommunicationis maioris, a qua regulariter abſolui non poteſt niſi à ſummo Pont. c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. quòd priuilegium indubitanter eſt de iure humano, quia introductum eſt per Innocentiũ II. vt patet ex ſupra ſcriptione dicto c. ſi quis ſuadente diabolo: & in hoc omnes conueniunt, nec reperi contradicentem. Aliud eſt priuilegiũ, quod appellãt priuilegiũ rerum, vigore cuius clerici ſunt exempti à muneribus, collectis, & contributionibus ſordidis, extra ordinarijs, & ſuperinductis, l. placet. C. de ſacroſanct. eccleſi. Et hoc priuilegium communiter dicitur eſſe de iure diuino, pro quo eſt tex. iuncta gl. in c. quanquam, de cenſibus lib. 6. & in c. non minus, de immun. eccleſ. Aliter tamen in hoc videtur ſentire D. Hieronymus in commentario ſuo ſuper Matth. 17. cum viros eccleſiaſticos de arrogantia notãdo in hoc quòd tributum ſoluere recuſãt, inter alia dicit, Dñs noſter & ſecũdũ carnẽ ſecũdm ſpiritum filius regis erat, vel ex Dauid ſtirpe generatus, vel omnipotentis verbi patris, ergo tributa qua ſi regnum filius non debebat, ſed qui humilitatem carnis aſſumpſerat, debuit adimplere, omnem iuſtitiam, noſque infelices qui Chriſti cenſemur nomine, & nihil dignum tanta facimus maieſtate: ille pro nobis, & crucem ſuſtinuit & tributa reddidit, nos pro illius honore tributa non reddimus, & quaſi filijs regis à vectigalibus immunes ſumus. Et idem videtur ibi ſentire. Eraſmus in adnotati. & apertius Alberi. de Roſate in dictionario ſuo, in verbo pedagium, in ver. an pedagia, circa finem: vbi dicit ſe non videre vnde proceſſit æquitas eccleſiæ, de qua in d. c. quanquam, & in cle. præſenti, eod. ti. niſi quod eorum volũtarijs cõſtitutionibus ſe priuilegiauerunt ad libitum, Et ſubdit, ſe credere, quòd ſi pedagium ſit iuſtè & ex iuxta cauſa inſtitutũ, quod clerici teneantur, quemadmodum Chriſtiani Saracenis, vt ibi videre poteris per eum. & ad idem tendunt verba Ioã. Petri de Ferrarijs in ſua practica, in forma actionis realis, ſuper verbo iure dominij vel quaſi in uerſ. 3. eſt modus acquiſitionis, & in uerſ. habes ergo ex præmiſſis. Et ſi quis hanc opinionem

nionem contra cõmunem disputatiuè sustinere uellet,posset ad contraria respondere,& primò ad id,quod originaliter habetur Genesis 47.& translatiuè in dicto c.non minus & in gl.d.c.quanquam.quòd nihil aliud ibi habetur, quam quod tempore Pharaones sacerdotes non cogebantur uendere possessiones,quas receperât à Pharaone rege,quia sta tuta cibaria ex horreis publicis eis præstabantur: & sic non erant constituti in illa necessitate uendendi prædia sua, in qua alij constituti erant:& sic ex consequenti cessabat causa soluendi quintam partem frugum . Et ergo notanter ibi tex.dicit,quod terra sacerdotalis libera ab hac ditione fuit. Nõ autem dicit,ut alibi refertur,quòd Pharao sacerdotes & possessioneseorum in pristina libertate condimisit. Secundo ad illud Esdræ 6.c.relatum per gl in dict.c.quanquã respondere potest,quod illic aliud non habetur quàm quòd Artaxerses rex declarauit ministris suis custodib. arcę publicæ,quos hodie financiarios appellamus,ꝙ nullã potestatem habeant imponendi ministris,aut seruitoribus domus Dei,& sic personis,uectigal,tributum,uel annonas, Ex quo inferri nõ potest,iure diuino prohibitum, rebus clericorũ , urgẽte necessitate reipublicæ,ita bene clericos sicut laicos concernente,onus aliquod imponi non posse.Imo in cõtrariis optimè facit l.iubemus nullã nauẽ,cum ibi singulariter notatis,per Bal.& Paul.de Cast.C.de sacro. eccl. & ꝙ dicã inf.in loco a persona ad locũ,Vel si mauis,poteris dicere ad utrũq; , quod ita illic permiserunt reges ex causa . Ex quo argui non potest,id esse dispositiuè iuris diuini. Restat re-
9 spondere ad dict.c.quanquã,ubi † Bonifacius 8.suo tẽpore Pont.Max.clarè & aperte asserit,ecclesias,personas ecclesiasticas,& earũ,nedum iure humano,uerùm etiam diuino, à secularium personarum exactionibus esse immunes . Ad quod difficilis uidetur responsio uerum tamen si ad personam loquentis respiciatur,iuxta c.solite, de maio. & obed. responsio est facilis:quia ibi loquitur Papa,& in causa propria undè ei non est standum,lege omnibus.C.de testib.maximè cum de grandi præiuditio tertii agitur, puta reipubl. Imperatoris , & suorum subditorum laicorum , qui ex hoc plus grauerentur,si res clariorum tempore necessitatis non contribuerent.per theoricam Inno.ab omnibus approbatã

in

in cap.inquisitioni, de senten. excommun. Iunctis notatis per Bartolum.Ioannem de Imo.& alios in l. ab omnibus, in principio ff.de leg.1. Præterea quamquã affectus fuerit dictus Bonifacius viij.suo tempore Põt.Max,erga clericos cõtra laicos,ac ad temporalem iurisdictionem,si quoquo modo licuisset,vsurpandam:docet vulgatum c. clericis de immunita.eccle.lib.6. proprer ipsius exorbitantiam postea in consilio Viennensi reuocatum & d.cap. si iudex laicus &c. vnicum de cler.coniug.illo eo. lib. Et alia quæ historiæ de eo testantur,quæ non refero. Et præterea his omnibus cessantibus,alia est responsio, ut scilicet dictum eius in d. cap. quamquã procedat capiendo ius diuinum largè, pro iure canonico,iuxta ea quæ habentur in cap.nimis, de iureiur. & per Archi.Dominicum,Felyn.& alios in cap. humanum genus 1.dist. Quiacertum est,iure ciuili & sic humano,tribuum ecclesiæ & clericis immunitatem. d.leg. placet,cum pluribus ll.& seq.& Authen.Item nulla communitas. C. de epis.& cler.& etiam de iure canonico d.cap.quanque, cum similibus, De iure aũt diuino stricte sumpto, pro eo quod in sacra pagina continetur,puta in veteri,& nouo testamento,omnino aliter videtur per supradicta, & per ea quæ habentur Matthæi 12.Marci 12.Lucæ 20. & ad Roman. 13. sed hoc non firmo,quia communis opinio,ut dixi est in cõtrarium;à qua in dubio non est recedendum, & sanctæ matris Ecclesiæ determinationi standum est, cui in hoc & in alijs humiliter me submitto. Tertium est priuilegium, quod appellant priuilegium fori, uigore cuius clerici. non possunt regulariter coram iudice seculari conueniri, uel ab eo iudicari.Et hoc priuilegium secundum communem opinionem etiam est de iure diuino,ut vult Rota, decisione 840.in antiquis,& habetur per Panor.Felin.& alios in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ,de constitu.& alibi. De hoc tamen vide,quod dicam latius infra,in loco à milite armatæ militæ ad militem celestis militiæ,ante finem.Posset & ad infinita alia expressis,& aliis iuribus colligibilia induci hæc argumentatio à uerisimili;quæ enumerare magis esse laboriosum quam subtile.Ideo omitto. Hoc tamen infigemento, quod † exprimentum uerorum sermonum est, vt concordent cum rebus sensatis,uel uerisimilibus lege milites

verſ.oportet.C.de quæſtio.nam ut dicit Bal.in lege prima
11 in 3.colum. C.de ſeruis fugitiuis , Quod eſt † alienum a
ueriſimili,eſt quædam falſitatis imago , quibus conſonant
notata per Felyn.in c.auditis. in 12. colum. de præſcriptio.
12 Nec eſt facile credendum † illud quod facile fieri non po
teſt c.ſi diligenti in fine,& ibi Io.de Imo. notat de præſcri-
ptio.Et procedit hæc argumentatio à ueriſimili,niſi contra
veriſimilitudinem allegatam addicatur , & probetur tale
quid , per quod huiuſmodi præſumptio ueriſimilitudinis
tollatur,quo facto ceſſat huiuſmodi argumentatio à ueriſi
13 mili.Vbi enim † duæ ſunt præſumptiones,quarum una nõ
præponderat alteri,tunc inuicem ſe confundunt : ubi autẽ
altera eſt potentior,tunc fortior tollit debiliorem, c.tramiſ
ſæ,cum ibi not.per glo,Panor.& doct.qui filii ſunt legit.
& c.per tuas,cum ibi not.de probatio.c.Michal.cum ſuo ſin
gulari glo.de filiis præsbyterorum,lege eum qui probabi-
lem,& ibi Bal.& Paul.de Caſtr.notant, C.de epiſ. & cler. l.
tranſactionem,cum ibi not.per Bart.Paul.de Caſt. & doct.
C.de tranſactio.& d.l.ſi extraneus , cum ibi notatis per La-
ſonem,& habetur pulchre per Bal.Salyc.doct.in d. lege ſi-
ue poſſidetis,& per omnes in l. ſuus. ff. de in integrũ reſti.
14 † In dubio autem iudex habebit arbitrari , an ambæ præ-
ſumptiones ſint pares,uel in altera ſit potentior,& quæ ita
notabiliter dicit Panorm.in c.cum inter R.ſeniorem de ele
ctio.Et habes exemplum quotidianum per Hypolitum de
Marſilijs in l.1.§.diuus.ff.ad legem Cornel. de ſicar. quod
tene memoria , quia ualet ad multa,ut uidere poteris per
Præpoſitum in c. conſtantinus 96. diſt. ubi per hoc ſoluit
multa argumenta Laurentii Vallenſis , impugnantis dona-
15 tionem † Conſtantini tanquam fictam & mentitam, fun-
data in ueriſimili: ſed quis iuſtius induerit arma Lauren-
tius,an Præpoſitus ſuo tempore Cardinalis Alexandrinus,
ex hic inde per eos adductis facile uidere poteris. Et ultra
gloſas iuris canonici,& ciuilis paſſuſque communes,in qui-
bus tractatur hæc materia donationis,ex qua Papa Impe-
rium in plures uendicat,uidere poteris per Platinam in ui-
ta Silueſtri,& in uita Adriani primi, per Sabellicum in Rap
ſodijs,per Volaterranum in chronicis. Et per Bald. in lege
penultima,in penult.colum.in uerſi.item non ſic, C.de exe

cutio-

cutione rei iudicatæ,& per eundem Bald.in præludiis feudorum,in prima diuisione,vbi dicit,quod nisi hæc donatio processisset à fide catholica sicut processit, non potuisset Imperator caput Imperii Romam ex mero iure Imperialis officii à cæteris membris mutilare: quia capitis truncatio non est pars quota,sed tota:& dicere quod Imperator seipsum mutilet, hoc est,membra imperii à se amputat, esset species fatuitatis:Imo facere aliquem sibi parem vel superiorem,qui posset facere rebellare Imperium, est impossibile:quia lex regia contradicit,secundum eum. Et idem sétit Signorolus de Homodeis in cons.26.Idem etiam uidetur de mente Alberici de Rosate in l. bene a Zenone in x. colum.C.de quadriennii prescrip.vbi inter alia dicit, se audiisse à magnis uiris,tunc auditam fuisse uocem dicentẽ, hodie seminatum est venenum aspidum in ecclesia Dei, & hoc reperiri in antiquis authenticis scripturis, Et quendã literatum virum tempore Bonifacii viii. prophetasse in suis sermonibus. Per eosdem passus, & gradus,per quos ecclesia ascendit in temporalibus,per eosdem descensuram ad extremam paupertatem Siluestri,Imo plus dixit Pius in dialogo,vt refert Felyn.suo tempore auditor rotæ in c. solite, de maior.& obedien.uidelicet se mirari,miseros legistas disputare de ualitudine eius,quod nunquam fuit. Et ultra alios exactissimè de hac donatione differit Antonius de Rosellis in libello suo de potestate Imperatoris,& Papæ: sed de isto non uidetur hodie quouis modo dubitandum, quia Papæ & successoribus suis prouisum est in hac parte. cap. fundamenta,de electio.lib.6.& cle.vnica,de iureiuran. quibus textibus, & decisioni ecclesiæ standum est, secundum Panorm.in cap.per ueberabilem, qui filii sunt legiti. Et dicere contrarium, esset percutere caput ad montem Murellum, ut dicit Bald.in tit.qui feudum dare possunt,in
166.colum.Posset tamen reuocari hæc † donatio per aliquẽ Imperatorem probum & potentem,ut dicit Ioan. Petri de Ferrariis in practica sua,in forma responsionis rei conuenti, in verbo præscriptionis,column.8.cum non conueniãt psalterium, & cythara,nec datum sit à Christo nec a B.Petro, quod Pontifices possidere debeant talia,sed quod est Cæsaris reddatur Cæsari,& quod est Dei,Deo.Et maxime pro-

pter

pter ſcandala, diſſentiones, & bella quæ ex hac euenerunt, & ventura ſunt, niſi Deus prouideat: quia eccleſia, & Italia non quieſcent, quandiu eccleſia poſſidebit ciuitates, & caſtra, ſicut nec hactenus quieuit, ſecundum eum. Porrò de hac donatione nihil olim habebatur in antiquis decretis, vt in hac re grauis eſt autor Antoninus ſuo tempore Archiepiſcopus Florentinus, nunc etiam inter ſanctos relatus, in ſuis chronicis parte prima ante finem. Et Ioan. de Imo. rubrica. ff. de verb. oblig. in 2. col. Nunc autem de ea habetur in d. c. Cõſtantinus, quod licet ſit palea, & pro palea illic inſeratur, multum tamen grauè attulit eccleſiæ. Ex quo in immenſum creuerunt eius opes. Et profectò gratulãdũ eſt felicitati eccleſiæ, ſi mõ in hoc ſita eſt felicitas, quę cultrix, & altrix iuſtitiæ non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe vel in alterum, ut inquit textus elegans in §. inde poteſt præſumi, in ti. de alienatione feudi, in uſibus feudo. Et quæ eſt vltimũ, ac ſupremũ remediũ oppreſſorũ, vt dicit ibi Bal. Nil mirum ergo, ſi permittente, vel diſponẽte Deo, dicta donatio facta ſit, per quã quotidie ſubueniri poſſit oppreſſis. Nec videtur poſſe ſubſiſtere de iure, quod de reuocatione dictum eſt, tum quia perfecta donatio inter viuos. reuocari non poteſt, iuribus vulgaribus: tum etiã, quia priuilegiũ per laicum conceſſum non ſubdito, vel eccleſiæ, eſt irreuocabile vt habet. theorica Innoc. in c. nouit, de iudicijs: approbata ibid. per Pan. & alios, & per eundem Pan. in c. inter alia, in 9. col. de immunitate eccle. Et idem in preſtatione fauorabili eccleſiæ, vt habet theorica Bartol. in lege priuilegia, C. de ſacroſanct. eccle. ab omnibus penè & legiſtis, & canoniſtis approbata: & multo minus poterit reuocari, ſi d. donatio Conſtantini dicatur fuiſſe remuneratoria, vt firmat text. in d. capitulo fundamenta, & ſubſtinet Præpoſitus in d. capitulo. Conſtantinus. Et Barto. in Authent. quomodo oportet epiſc. & cleric. in princ. coll. 1. quia donatio remuneratoria non poteſt reuocari, etiam propter ingratitudinem ſuperuenientem, ſeu ſubſequentem, vt eſt tex. iuncta ſua ſingulari gloſ. in l. Si patet. §. primo. ff. de donatio. Et ponit pro conſtanti Ludouicus de Roma. in ſuis ſingularibus, ſingulari 519. & docto. ſæpe alibi. Et faciunt ea quæ habentur & notantur in leg. Aquilius Regulus, illo eodem titulo

de donatio. Hinc Bald. in c. intellecto, de iureiuran. de hac donatione loquens, dicit esse somnia, quicquid dicitur cõtra statum vniuersalis ecclesiæ, à qua dependet imperium & vniuersalis orbis, secundum eum, Et paucis interpositis dicit, patere validitatem eius ex eo, quòd ecclesia in parte vtitur illa donatione: ipse tamen idem Bal. in 1. constit. digestorum, videtur velle quòd † dicta donatio sit reuocabi-
† lis, cum post longam disputationem, quam facit de validitate dictæ donationis, finaliter dicit, qđ quicquid sit, ex quo imperator non reuocat, valet saltem ex lege Augustinus. allegans ad hoc lege apud. §. 1. ff. de manumissio. Quam opinionem si quis tenere voluerit, poterit respondere ad allegata supra in contrarium. Et primò ad id, quo dicitur perfecta donatio inter viuos reuocari non potest: vt illud procedat, quando donans habuit plenissimam facultatem donãdi, nedum in præiudicium suum, sed etiam in præiudicium successoris sui, qualis non est imperator, qui assumitur per electionem. c. venerabilem, de election. & c. ad apostolicę in fi. de re iudicata lib. 6. & nihil facere potest, quod tendat in graue preiudicium Imperii, & successorum, sicut nec Papa, vt dicam infra in loco a plenitudine potestatis, ubi recurre re. Non obstat etiam secundum, quod dicitur, priuilegium concessum ecclesiæ, uel non subdito, non posse reuocari, qa licet Inno. suo tempore Papa, & sic testis suspectus hoc dicat, & plures canonistæ abbates, & Cardinales, nonnulliq; legistæ laici in temporali iurisdictione Papæ, uel matrimonio Petri, ut uocant, legentes hoc sequantur, & contradicere non audeant; id tamen non procedit, quando per priuilegium conceditur iurisdictio. Ita singulariter in his terminis dicit Franciscus de Aretio in d. c. nouit, & eum sequitur ibi dem Felin. Et ante eos hoc uoluit Bal. in l. qui se patris. C. unde liberi. & sentit Dominicus de Sancto Geminiano, in c. 1. in 4. col. de constitut. lib. 6. & consonat notata per Bal. in d. c. intellecto, & notata per eundem in extrauaganti de pace constantiæ, in verbo successorum nostrorum, & notata per Iasonẽ in præludiis feudo. in prima diuisione. Et notata per Fel. in c. 1. de probatio. & notata per eundem in c. ad audientiam, de præscript. Et idem in his terminis nulla circuitione usus nult Ant. de Rosellis loco prædicto in col.

61. &

61.& seq.quod ut sentit.Alber.de Rosate in d.l.bene à Zenone,in 3.col.Item illud dictum Innoc.non procedit,quando prinilegium ex post facto enormiter læderetur concedẽtem prçter eius intentionẽ,quia tunc tollitur ipso iure,aut saltem potest reuocari c.suggestũ de decimis,secundũ Aretinum,& Fel.in d.c.nouit. & Bal. in d. l. qui se patris.Non obstat etiam tertium de remuneratione, quia fundamentũ dictæ allegationis à Laurentio Vallẽsi,& alii negatui: & dato,quod de hoc constaret,tamen dicta allegatio est dubia. quando per priuilegium datur iurisdictio remunerationis gratiã:ut dicunt Are.& Fel.in d c.nouit,nec ex hoc concludi,ualere donationem tam immensam in enorme præiudẽcium Imperij & successorum,cum nec donatio remuneratoria immensa,per ecclesiam alicui facta ualeat,l. iubemus nulli,in princ.C.de sacrosanctis ecclesiis:ergo idem dicendum uidetur in donatione immensa facta per Imperatorẽ, cum Ecclesia,& Imperium æquiparentur l.fin.C. de sacrosanct.eccl.Imo fauor Imperii,uel reipublicç prçfertur fauori ecclesiæ,Authẽ.sed & permutare,& ibi Sali,notat,C.illo eodem ti. Cui consonant illud Valerii de pietate erga patriam.Euersa domo interdũ reipub. status manere potest: Vrbis autem ruina omnes penates secundum trahat necesse est.Poterit ergo,ni fallor,reuocari dicta donatio per successorem. Nec uidetur consultum electo in Romauorum regem, præstare iuramentũ in forma dict. cle.unica secundum Antonium de Rosellis loco prædicto,quẽ omnino uide.Nec obstabit successori reuocare uolenti iuramentum prædecessoris,& pro se,& successoribus præstitum:quia illud ex parte iurantis est personale,& non ligat successorem etiã hæredẽ: Vt singulariter decidit Pan. & ante est Host. & communiter doct.in c.ueritatis,de iureiu.& Ioan. And. in c.fi.de sepult. & Bar.in Autentica quod obtinet, C. de probation.& Antonius de Rosellis loco prædicto,& doctores sæpe alibi.Quòd si præstitum iam sit iuramentum sernãdum erit,nec illi contraueniendũ,secundum Antonium de Rosellis & alios locis prædictis.sed de hoc plus satis.Porrò quoniam hoc argumentum a uerisimili ‖fundatur super
38 præsumptionem,uolo te scire,quod duplex † est præsumptio,scilicet hominis,& iuris:& quodlibet membrũ subdiui-

ditur,vt infra videbis. Præſumptio hominis dicitur illa cuius effectus non eſt in iure expreſſus,ſed in iudicis vt boni viri arbitrio dimiſſus,lege minor.25.annis ex aſpectu.ff. de minori.& lege vtrum.ff.de don.inter vir.& vxo. cum ſimilibus. Et iſta eſt duplex,quia alia eſt temeraria, quia ratione caret:Et iſta proprie non eſt appellanda præſumptio , quia caret effectu, & a iure repellitur,nec animum iudicis mouere debet.ſecunda quæſtione prima capitulo primo & 6. q.1.c.oues,& c.licet Heli,de ſimonia. Ideo vanæ voces populi non ſunt audiendæ lege in conſiſtorio alias incipit decurionum,& ibi glo.quæ in hoc arguit Pilatum. C. de pœnis.Alia autem eſt non temeraria,quæ eſt applicatio animi cuius libet boni viri ad id,quod ex facto probato eſt valde veriſimile.Exẽplum patet in eo,qui dicitur furioſus.& non ſanæ mentis:quia ex geſtis & ſermonibus eius preſumitur, vt notatur in l.nec codicillos.C.de codicillis , & in l. quidã in ſuo.ff.de conditio.inſtitut.& in c.ſina.de ſucceſſio.ab inteſtato,& in c.legimus 93.diſt.cum ſimilibus . Poteſt etiam poni exemplum in d.c.afferte , & iſta præſumptio eſt ſufficiens ad informandum iudicem, vt ſecundum eam pronunciet,iuribus ſupra allegatis.Præſumptio autem iuris ſimiliter eſt duplex,quia alia eſt iuris tantum, alia eſt iuris , & de iure.Præſumptio iuris tãtum dicitur illa ſuper qua iuriſlator animum applicat ex veriſimili , transferendo onus
39 probandi in aduerſatium . Et huius † præſumptionis effectus eſt,vt ex ea is contra quem eſt præſumptio condemnetur,niſi per eum probetur contrarium per aliquam legitimam ſpeciem probationis.Præſumptio enim legis eſt liquida probatio,donec appareat de contrario. Et hinc ſingulariter diclt gloſſ.in l.ſi tutor petitus,C.de pericu. tutorum , approbata ibidem per docto . quod probationes legum liquidiſſimæ ſunt,& illam gloſſ. ad hoc reputat ſingularem Ioann.de Imol.in l.in tempus.§.1.& in l. ſi ita quis hæres . ff.de hæred.inſtitut. Et de iſta præſumptione iuris tantum, habetur exemplum in dict.leg.ſiue poſſidetis,& in leg.ſi pactum,& in leg.ſi chyrographum , & in leg. cum de indebito.ff.de probationi.& in leg.Labeo, & in leg. poſtquam . ff. de pactis:& in leg. final. Cod. de pignoribus, & in leg.quicunque. Cod. de apochis publicis libro decimo vbi eſt caſus

ſus quotidianus, & ſingularis. Habes etiam de hoc exemplum in lege cum de in rem verſo. ff.de vſuris, iunctis ibidem ſingulariter notatis per Salyce.in repetitione. Et de iure canonico habes exemplum de præſumptione iuris tantum, in præallega.capitulo Requſitis, & in pluribus alijs locis. Præſumptio autem iuris & de iure dicitur illa,quę inducitur a iure & ſuper ea ſtatuitur,vt ei ſtetur. Et hniuſ præſumptionis iuris, & de iure,effectus eſt magnus: quia in contrarium non admittitur probatio: ex quo ſequitur, quòd ex tali Præſumptione is contra quem eſt præſumptio condemnatur, & quod fortius eſt condemnatus non appellat: quia habetur pro confeſſo,& conuicto, qui non appellat,lege,ſecunda C.quorum appel.non recipi.ita ſingulariter dicit Bald.in d.l.ſi hi qui, per illum tex. quem refert & ſequitur Hippolitus de Marſilijs in ſingulari ſuo 126. qne omnino vide. Et de iſta præſumptione iuris,& de iure, ponitur exẽplũ de iure ciuili in l fiha.C. arbitrium tutelæ. itẽ aliud exemplum in lege antiquæ, C. ad Velleĩ, & vtrobique notatur per gloſſ. Item habes aliud exemplum in dictã Authentica. Si quis ei, & ibi Cyn.& Salycet.notant. Item aliud in d.l ſi hi qui,& item aliud in Authen. ſed iam neceſſe,in fine,C.de dona.ante nuptias:aliud non minus elegans in §. Sancimus in Authen.de hæredi.& Falcid.coll.1. Item & aliud in lege a diuo Pio §.ſi pignora,& ibi Ioan.de
39 Imo.& alij notant.ff. de reiud. De iure† autem canonico ſuut plura exempla vnum eſt in cap. is fidem, de ſponſali- ff.
bus.de eo qui ſponſam de futuro cognouit carnaliter: nam præſumitur in eã tanquã in vxorẽ conſenſiſſe,& nõ admittitur probatio in contrarium. item aliud exemplum habetur in ca.de illis,& in cap.per tuas, de conditio. appo. de eo qui cognouit ſponſam conditionalem.nam ius præſumi N.
tur purum conſenſum,& ſtatuit pro matrimonio ſeruandũ, & ſic copula carnalis:tunc operatur duo,nam primo de ſpõ ſalibus conditionalibus facit ſponſalia pura. Et ſecundo illa ſponſalia pura facit tranſire in matrimonium.d.c.de illis, & ibi Panorm.notat. Sic etiam copula inducit duo impedimenta,vt declarat.Præpoſi.in c.ad audientiam.de ſponſalibus quod not.item aliud exemplum habetur in c.ſignificauit.de eo quis duxit in matrimonium,quam polluit per

adulterium,& in c.insuper qui matrim.accusa.posſ.& in c. ad id quod & in c.veniens.2.de sponsal.de ea quæ fuit in-
N. uita tradita viro,quæ propter carnalem copulam subsecutam,vel longam cohabitationem, præsumitur consensisse. circa quod uidere poteris latius per Bald.in d.c.quia verisimile,& per eundem Bal. in rubrica extra de præsumptio. & per Saly.d.l.siue possidetis,per Bar.in tractatu præsumptionum,per Ioannem de Platea,in dicta lege quicunque, & per gl.& Felyn.in capitulo quanto,de præsumption.& p Speculatorem in tit.de præsumptio.§. primo in quibus locis reperies ad sacietatem,vnde & ex quibus causis oriantur seu inducantur præsumptiones,ad quod remisisse sufficiat.Sit ergo cautus aduocatus,vt videat,an præsumptio iuris sit pro clientulo suo,an contra eum:& secundum hoc faciat articulos continentes factum, ex quo oritur præsumptio iuris,quod est necessarium,lege si adulterium cum incestu § incestum,& ibi Bartol.& Angelus.ff.ad legem Iuliam de adulter.nec clienculum suum oneret superflua per
20 probationē. illud tamen † quod dixi supra, scilicet quòd contra præsumptionem iuris,& de iure non admittitur probatio in contrarium,recipit aliquas notabiles fallentias, & inter aliàs,Primò,vt hoc intelligatur directè per testes, ut dicit glossa singularis in Authētica de equali. dotis. §. primo super verbo priuilegium,collatione septima,sed indirectè bene admittitur probatio in contrarium,vt est gloss notabilis in clement.vnica,super verbo feciſſe,de probatio. & ibi Ioan.de Imo.& docto.notant.illam glos.etiam commendat Panor.in d.c.is qui fidem, Et Dominicus in ca. ferrum, 50.distin.Secunda limitatio est,quòd contra præsumptionem iuris,& de iure admittitur probatio in contrarium per confessionem aduersarij, licet non per alias species probationis,ita dicit gloss.singularis in dicta Authen.de equa. dotis.§.1.super verbo scribat, & vult singulariter Cyn. & post hunc Bar.Bal.Salyc.& alij in d.Auth.sed iam necesse, & Salyc.in d.l. siue possidetis & Pan.& canonistę in d.c. is qui fidem,& Dominicus,in d.c.ferrum,& habetur singulariter per Inno.Ant.de Butrio,Pan.& alios in c.quia pleriq; de immu.eccl.& per Io.de Imo. Alexand. & doc.in l. inter stipulātem.§.1.ff.de verb.obli.& per cępolā cautela 7.& 8.

Et

Et de isto est textus iuncta.glo.in l.1.C.de dolo inducendo prout illum textum ibi inducit Salyc. quem omnino vide. Hoc tamen intellige sanè, nisi subiecta materia suadeat nō stari confessioni, textus est notabilis in c.super eo, qui cognouit consan.vxo.suæ.secnndum Panorm. & doctor. in d.ca. is qui fidem,& Dominicum in præall.cap.ferrum.quod manda memoriæ,quia est quotidianum.Si tamen de facto contra præsumptionem iuris,& de iure sit notorium resultans ex probatione parte non opponente admissa, uel aliàs ex actis, de quorum iuribus parte non opponente est disputatum,cedit præsumptio iuris,& de iure veritati,& notorio ex huiusmodi probatione resultanti. ita singulariter concludit Innocen.in ca.fraternitatis,de frigidis,& maleficiatis,& idem Innocentius in c.cum Bertoldus, de re iudicata,& idem Innocentius in c.cum dilecta, & ibi Antonius de Butrio,Ioannes de Imo. & docto. de rescriptis,& oan.de Imo.Alexan.& docto.in d.l.inter stipulantem.§.1. Hoc etiam vult Panormita.& valde exclamat in c.cum contingat.de officio.delega.& Ludouicus de Roma in consilio suo 350.in 5.colum.& docto.sepæ alibi. Sit ergo cautus ad uocatus,vt nō permittat de viribus sententiæ pro domino suo latę disputari;nec cōsentiat,vt articuli in cōtrariū fiāt, vel probatio aliqua admittatur; sed se opponat dicēs iā iudicatum esse,& amplius quæri non oportere, ne ex hoc, clientulo suo præiudicium generetur & si in contrarium quid fiat,appellet. Et hæc sit tertia limitatio,quam memoriæ commendabis: Et potest dari quarta limitatio, quando res est integra,puta antequam vigore præsumptionis iuris & de iure sit lata sententia,vel concluſum in causa.Et hinc est,quòd valet productio instrumenti facta post terminum datum ad producendum instrumentum, quando nondum est concluſum in causa,vel sententia lata licet præsumptio iuris & de iure sit contra non producentem lapso termino. text. est notabilis in capit. ordinarij iuncta sua singulari gloss.in verbo libere, in fine, de officio ordinarij, libro sexto, & ibi eam ad hoc ponderant Ioannes de Imola. Dominicus, & Philippus Francus & facit decisio Rotæ 147. alias est decisio.secunda de probatio. in antiquis incipiens,nota quod post terminum.& decisio.Rotæ 104. alias

est decisio.nona.de testibus in nouis,incipiens,omnes domini,& vide gloss.ualde notabilem in hac materia in clementi.sepæ, super verbo.Non obstante,de uerborum significationibus quod memineris, quia quotidie occurrit in practica.Vltimò uolo te scire,quod aliud est † præsumptio iuris,& aliud fictio iuris.Nam præsumptio iuris cadit super dubio,incerto,& verisimili, & admittit probationē, in contrariū,intelligēdo ut dixi sup.& ab ea sumitur hoc argumē à uerisimili.Fictio autem est super eo,quod est certum,nec admittit probationem in contrarium, ut patet in fictione postliminij,& legis Corneliæ, ita dicit glossa notabilis in lege,unica.§.accedit,super uerbo,præsumatur,C.de rei vxo. actio.& Felynus in dicto capitulo quanto. & ab ea sumitur argumentum à ui fictionis,omnino distinctum ab isto, de quo dicemus satis plenè infra, in loco à ui fictionis ubi declarabo inter alia per exempla,quod fictio habet locum in 10.prędicamentis Aristotelis:& uide omnino quod dicam infra,in loco à tempore ad tempus, ubi declarabo per exempla,quòd præsumptio iuris cadit in decem prædicamentis Arist.uide etiam notata per Salyc. in repetitione rubricæ.ff.de probatio.ubi reperies plura notãda.Quæ omnia commenda memoriç,tanquam quę frequentissimè occurrunt,& maximo in iudicij usui esse poterunt.

SVMMARIA IN LOCVM ab opinione vulgi.

1 *Res præsumitur sic se habere,uti vulgus opinatur.*
2 *Communis vsus loquendi præfertur propriæ significationi vocabuli nisi seq.& per totum,fallit tamen.nu.5.8.*
3 *Verba non debent sophistice intelligi.*
4 *Intestatus decedere quis propria dicatur.*
6 *Verba quæ alia sapiunt blasphemiam, ex communi vsu loquendi solum sapiunt contumeliam.*
7 *Argumentum ab etymologia non procedit quando repugnat communis vsus loquendi.*

Digitized by Googl

LOCVS AB OPINIONE VVLGI.

NVNC locum ab opinione vulgi, seu vulgari usu loquendi, certissimo rerum magistro, vt inquit Rodolphus Agricola, trractabimus. A quo de promptum argumentum & probabile & frequens, & utile cum primis est. Valet enim ad coniecturandum mentẽ seu voluntatem defuncti, l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fundo instructo. item ad sciendum statũ seu qualitatem rei. Præsumitur † enim res sic se habere, uti vulgus opinatur, l. 1. in verbo circumcolentium. ff. de illuminibus. Hinc dicit gl. in l. vbi adhuc, C. de iure dot. q̃ per opinionem vulgi probatur paupertas, & virum vergere ad inopiam, de quo ibi per Bal. in 8. col. in versi. quærit hic gl. & per Bar. in l. si conitante, in princip. in 3. col. in ver. quæro. ff. solu. matrimo. Hinc etiam dicit glo. in l. licet, C. locari quam sequuntur ibi Petr. Cyn. Ang. & Salice. quod ad sciendum an sit sterilitas, recurrendum est ad opinionem vulgi. Hinc etiam dicit Bal. in l. 2. circa finem, in versic. & scias, C. de rescindenda uenditio. quod estimatio rerũ immobilium melius probatur per uicinos, quã per alios: quia præsumitur scire. & quod ipsi dicunt, communiter præsumitur esse iustum precium: & allegat d. l. 1. & lege, semper in stipulationibus ff. de reg. iuris. Facit etiam iste arguendi modus ad hoc, quod si dubitetur de duobus, quorum vnũ est annexum alteri, quod eorum est principale, & quod eorum accessorium: in dubio id decidi poterit ex opinione, reputatione, in nominatione vulgi, glo. est de hoc singularis in cle. per literas, de præbendis, & ibi eam ad hoc notant Anto. de Butrio, Ioan. de Imo. Pet. de Ancho. & alii. & idem vult ipse Petrus de Ancho. in aurea sua repetitione regulæ Accessorium, in 2. colum. de regulis iuris lib. 6. in quibus locis etiam refert, dominũ suum Bald. in pulchra q. sic consuluisse, quod nota, quia est utile, & potest applicari ad multa. item ualet ad habendum intellectum cuiuscunque dispositionis. verba † enim ambigua debent intelligi, ut opinatur vulgus, & ẽm communem usum loquendi, etiã si repugnet propria significatio: & ergo considerãdum est,

qualiter

qualiter vulgus loquitur, textus eſt notabilis in l. Labeo, & ibi Bart. notat. ff. de ſuppelectili legata, & pulcher tex. in l. vt Alphenus. ff. de verborum ſignificationib. & bonus text. in l. librorum. §. quod tamen. Caſſius. ff. de legatis tertio. & ibi gloſ. eleganter dicit, quod vſus omni regulæ, omnique conſtitutioni in exaudiendis ſermonibus derogat ſolus, quam ibi ſequitur, & commendat Bartol. & poſt eum Albericus de Roſate, quem omninò uide: & bene facit quod notat gloſſ. in capitu. præterea, de verbo. ſignificat. & glo. in c. nonnulli, in princ. ſuper verbo diætas, de reſcrip. & glo. in c. cupientes, in princ. ſuper verbo commodè, de elect. lib. 6. & vtrobique doct. & pro præmiſſis bonus eſt tex. iuncta gl. in c. vnico, & ibi Dominicus de iniuriis lib. 6. & pulcher text. in cap. unico. §. porrò. & ibi etiam Dominicus, de ſtatu regu
3 larium eodem libro. Verba † enim non debent intelligi ſophiſticè, ſed debent capi in ea ſignificatione, quam ſolent rectè intelligentibus generare: & in dubio debet recurri ad communem intelligentiam, textus eſt valde notabilis in c. ex literis. j. & ibi Innoc. Panor. & doct. notant de ſponſalib. Hinc dicit Bal. in extrauaganti de pace Conſtantiæ, in uerſiculo opinioni, in fine. per textum in dicto capitulo ex literis. quod omnis intellectus eſt extraneus, qui non ſonat in auribus vulgi. Hinc etiam dicit idem Bal. in c. fin. in 14. & 15. q. C. de hæredib. inſtit. quod tolerãda eſt improprietas, quam lex, vel communis intellectus tolerat. Et quod cõmunis intellectus alicuius loci, uel patriæ, interpretatur vocabula, & allegat d. §. quod tamen Caſſius, quem omnino vide, quia pulchre, & magiſtraliter loquitur. Imo qđ plus eſt, communis vſus loquendi præfertur proprio ſignificato uocabuli, nedum in diſpoſitione iuris poſitiui, ſeu legibus iuriſconſultorum: ſed etiam in ſcriptura diuina tex. eſt notabilis in capitulo maiores, circa medium, & ibi hoc notat Panor. de baptiſmo, & idem Panormitanus in cap. nam & rex. in & c. Ioſeph, & in capitu. quamuis per illos tex. de verbo. ſignificationi. vbi dicit, quod in interpretatione legis, & cuiuſcunque diſpoſitionis, etiam diuinæ, communis vſus loquendi pręualet propriæ ſignificationi. Et per hunc arguendi modum dicit Bald. in cap. licet. de officio legati, quod ſi ſit Abbas habens monachum, & fratrem carnalem

in

in ſeculo, & quidam tertius relinquat fratri talis abbatiæ A. 10. ducatos, quod tale legatum uidetur relictum fratri ſanguinis, & non fratri religionis: quia ita vulgus intelligit, & illud dictum refert & ſequitur ibi Panormi. Hinc etiam dicit Io. de Imo. in ca. inter corporalia, de transla. præla. per illum text. quod ſi à contrahentibus proferuntur uerba, quæ vnus eorum intelligit vno modo, & alter alio modo, prævalet intellectus habens pro ſe communem uſum loquendi, etiam contra propriam uerborum naturâ: pro quo bene facit d. ca. ex literis ideſt cum ibi notatis. Hinc etiam dicit Oldr. ut refert Bart. in §. cum igitur, in Auth. de non eligen. ſecundo nubentes mulieres, coll. 1. quod quando re linquitur mulieri legatum annuum, donec caſtè uixerit, intelligitur ex communi uſu loquendi, donec non nupſerit, licet uideatur de propria ſignificatione uocabuli, cum & in matrimonio ſit caſtitas ca. Nicena. 31. diſt. & l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellia. de quo uide latius per Ang. in dicto §. cum igitur, & per Ang. de Aretio in §. iuris præcepta, inſtitu. de iuſtitia & iure, & aliquid per Panor. & canoniſtas in cap. vt clericorum, de uita & honeſta. cleri. & per eundem in cap. quod a te, de cler. coniu. & pleniſſime per Ange. in d. §. cum proponeretur. Imò quod fortius eſt, communis uſus loquendi præfertur propriæ ſignificationi vocabuli etiam in materia odioſa, & ſtricta, vt eſt materia ſtatutorum. Ita notabiliter dicit Panor. in cap. per tuas, in 2. colum. de proba. & idem Panorm. in cap. ſecundo in principio de arbitris, item Bartolus Alexander de Imola & Iaſon. in rubri. ff. de noui operis nunciatione & idem Bartolus in l. libellorum. §. ſed ſi aliud. ff. de accuſa. & ibi reperies pulchra exempla, quæ breuitatis gratia libet omittere. Hinc etiam dicit multum notabiliter Cardin. in conſil. 131. incipiente, factum ſic ſe habet quod † licet dicatur decedere inteſtatus proprie ille, qui poteſt teſtari & non eſt teſtatus, ut plene habetur in lege prima, & ibi Bar. ff. de ſuis & legi. hære. tamen etiam in ſtatutis uenit inteſtabilis, vt impubes, furioſus, & ſimiles, propter communē vſum loquendi, & idem vult Paul. de Caſtro. in conſi. ſuo 298. incipiente, propoſito quodā ſtatuto, in antiquis. idem etiam vult ipſe Cardina. in cle. ne Romani. §. ſanc. in 6. q. de elec-

tio.

ctio. vbi dicit,quod in ſtatutis & aliis diſpoſitionibus, habentibus uerba ambigua,attenditur communis uſus loquẽdi de quo articulo quotidiano uide late per Pet.de Anch. Io.de Imo.& Barba.in c.cũ tibi,de teſtam,hinc. etiam dicunt Ange.& Alex.de Imo.in l.ubi autem non apparet. ff. de verb.oblig.q̃ ſi ſtatuto caueatur,quod cauſæ grauiores debeant cõmitti doctoribus optimis,non poterit fieri commiſſio niſi obtinentibus gradum ſupremum in ſcientia,& doctoratu,ad quod cognoſcendum recurretur ad communem opinionem,& famam, & allegant aliqua ex iuribus præal.Hinc etiã ſingulariter dicit Alb.de Roſate in 1.par. ſtatutorum q.84.q̃ in ſtatuto puniente lacerantem ueſtes alterius attendi debet communis uſus loquendi, non propria ſignificatio vocabuli. idem eſt etiam de mente Card. in cle.2.in 5.q.de uita & honeſta.clerico. hinc etiam ſingulariter dicunt gl.& Bar.in l.frugem, ff. de verb.ſign. quod ſi quis promittat decẽ corbes frumenti,intelligitur de nobiliori,ſeu meliori,propter communem uſum loquẽdi,quĩ attendendus eſt hinc etiam dicit ſingulariter Io.And.in c. fundamenta.de electi.lib.6.in nouella, quod licet appellatione nepotis ex proprio ſignificato uocabuli ueniat dumtaxat filius filii,uel filiæ,l.iuriſcõſultus, ff. de gradibus: tñ ex cõi vſu loquendi cõprehẽditur etiã filius fratris,uel ſororis etiã in materia odioſa: ut in caſu d.c.fundamenta. Et q̃ in materia etiã odioſa,vel ſtricta ſeu pænali,puta ſtatutorũ,cõi, vſus loquẽdi præferatur proprio ſignificato uocabuli tenet Bart.in repet.l.omnes populi,in 6.q. principali, in uerſ.iuxta præmiſſa quæro.ff.de iuſtitia & iure,& idem Bar.& Bal.Pau.de Caſt.& doct.in l.non dubium,C,de legibus,& Pau.de Caſt.in l.ſcire leges.ff.de legibus,in quibus locis habetur valde notabiliter, quod licet in dubio nõ ſit recedendum a verbis proprio ſignificato eorum l. non aliter.ff.de legatis 3.& l.j.§.ſi is qui naucm. ff. de exercitòria: Tamen hoc fallit † ſecundũ eos in tribus caſibus Primus eſt,q̃ lex uel diſpoſitio in ſenſu proprio continet ab ſurditatẽ,iniquitatẽ,uel inhumanitatem,lege in ambigua. ff.de legibus,& lege ſcire oportet.§.aliud,& ibi Bal,ff. de excu.tutorum. Semper enim ſic eſt interpretanda lex, ut non cõtineat abſurditatẽ,iniquitatẽ,uel inhumanitatẽ: vt

ibi,

ibi,& dicam latius infra in loco ab absurdo. Secundus est, quando ratio dispositionis repugnat.quæ in dubio est attẽ denda. Tertius casus seruiens proposito est,quando communis usus loquendi esset in contrarium,& idem notabiliter uult Pet.de Anch.in repetitione cap.canonum statuta. in 4.quæst.principali de consti. & Matth. Matteselanus in notabilibus suis,notabili 96.quem uide, quia dedit quæstionem quotidianam.Illud idem,scilicet,quod communis usus loquendi præferatur propriæ significationi uocabuli, etiam in materia stricta,ut statutorum,firmat.Bart. in pulchra q.in l.1.in princ.ff. ad legem falc.& firmat late Ant.de But.Pan.Fel.& alii canonistæ in prin. compilationis Gregorianæ,vbi etiam plus dicunt,uidelicet, quod hoc procedit etiam si statuto caueatur, quod verba statutorum intelligantur,vt iacent,nam illo non obstante, recipiunt interpretationem à communi usu loquendo,secundum eos. Et idẽ si statuto caueretur,quod statuta deberent intelligi ad literam,siue quòd glosari uel interpretari non possunt.Ita dicit Bal.in d.leg.omnes populi,in 10.colum.in uerſic. unde quæro nunquid ius commune,& Fel.loco supra allegato,q; procedit,& habet locum etiam in legibus peritorum,& aliis dispositionibus,conditis etiam à uiris doctis: ita singulatiter decidit Fel. in loco præallegato,ubi egregie,& copiosissime loquitur in hac materia:quod manda memoriæ, quia ex hoc habes nouam limitationem ad legem 3. §. hæc uerba,cum ibi notatis,ff.de negotiis gestis,& ad c.in nostra,de iniurijs:vbi habetur,quod in statutis uerba debẽt capi prorie:quia hoc est uerum, nisi appareat, uerba in statutis posita ex communi loquendi aliud significare, quam præferat proprium eorum significatum, quia tunc ille communis usus loquendi præferri debet,& attendi, per prædicta, & ita reperio expresse uelle. Lanfrancum in repetitione lege si uero.§.de uiro.ff.soluto matri.in materia interpretationis expositiuæ seu declaratiuæ & Salyce,in repetitione l.2.C.de noxalibus actio,& est de mente Bar. & aliorum in d.rubr.ff.de noui operis nuncia.quod tene memoria.Hinc etiam dicit singulariter Bald. in consilio ccccixxvj. tertiæ
6 partis,quod † ex communi usu loquendi uerba, quæ alias sapiunt blasphemiam, solum sapiunt contumeliam: &

hoc

hoc dictum refert & sequitur Alexan. de Imol. in leg.item apud Labeonem.§.ait prætor,in apostolis ad Bar.ff.de iniu riis:& est mente Ange.in leg.his verbis.§. 1.ff.de hæred. in stitu.de quo tamen vide ibi latius per Ioan. de Imol. Hinc etiam hodie nihil necessario infertur à monasterio ad solitudinem, propter communem usum eius vocabuli repugnantem,nam pleraque monasteria nihil minus sunt,quam solitudines,imo plus quam mundum in eis reperies, licet aliud sit de propria significatione uocabuli,ut patet in cap. placuit 1.& 2.x. 6.q.1. Et ergo bene dixerunt Alber.de Ro sate & Iason,in lege 2. §. appellata. ff. si certum petat. non
7 procedere †argumentum ab etymologia,quando repugnat communis vsus loquendi: & dixi supra in loco ab etymologia.Porrò per præmissa uidi ego decidi unam arduam q. matrimonialem,in qua fuit articulatum,& pobatum, uirũ protulisse ad mulierem pudicam,& uirginem, eum ad copulam admittere nolentem,nisi ipsi fidem coniugalem daret, hæc verba: faciamtibi tantum honoris, quantum inferam scandali,vel dedecoris, si me ad copulam admiseris; quæ credens sibi per hoc fidem coniugalem dari, eundem hoc pacto ad copulam admisit fuit etiam articulatum,& probatum, quod ex communi usu loquendi loci seu patriæ hæc verba,faciam tibi tantum honoris quantum inferam scandali vel dedecoris, prolata à viro ad mulierem,quam hoc medio seducit,& deflorat,important fidei dationem: cum extra statum coniugii non possit ei tantum honoris impendere:& fuit iudicatum pro matrimonio, propter significationem, quam recipiunt dicta uerba ex communi usu loquendi loci seu patriæ, & propter copulam,quæ respondet ad omne quare,ut dicunt Ostiensis, & Ioannes Andreas in c.tua nos,de sponsalibus. Pro quo etiam bene facit cap. 1.de adulterijs,& dicto capit.ex literis 1. cum ibi pulchre notatis per Inno.Panorm.& alios,quod memori teneas inẽ te.Debet ergo aduocatus esse cautus, ut articulet,& probet, verba libellata ex communi usu loquendi importare matrimonium,uel sponsalia, quando ex dispositione iuris hoc non important,ut in dicto casu & similibus,& idem in alia materia,nam communis usus loquendi, cum consistat in facto,non præsumitur lege quæcunq; §.fina.ff.de publiciana,

ciana,& ergo debet articulari & probari, ut uult notabiliter Bar. in d. leg. Labeo,& Ange. in princ. Institutionum in rubrica,& Felin. in d. princ. compilationis Cregorianæ, & Anto. de Butrio in repetitione cap. fin. de consuetud. circa finem,quos omnino uide. Debet autem articulari & probari,quod à 10. annis citra,& per totum ipsum tempus in loco, unde est contrahens,uel testator,aut ubi conuersabatur, communis usus loquendi fuit,&c. Nec sufficeret articulari,à 10. annis citra, nisi adderetur, & per per totum illud tempus,secundum Bar. in d. lege Labeo,& Antonius de Butrio ibi supra,uel nisi articularetur à 10. annis, & circa interposita copula,secundum Panorm. in cap. licet causam in 11. notabili,de probatio. & ibi canonistæ,& docto. sæpe alibi,quod nota & quod plus,& notabilius est,debet articulari,& probari,talem communem usum loquendi, tempore, quo dispositio de cuius interpretatione agitur,fuisse in esse productam,& per decem annos ante: alias probatio non reuelaret. Ita singulariter dicit Socin. in l. gallus. §. si eius, in fi. ff. de liberis & posth. non enim potuit testator, uel disponens respectum habuisse ad communem usum loquendi: quia postea emersit,& quemignorauit quod nota,& tene perpetuo menti. Caue tamen,ne decipiaris, quia dicta doctrina,communis usus loquẽdi præferendus est propriæ significationi uocabuli,recipit plures notabiles declarationes,fallentias,seu limitationes. Quarum † una est,quando statutum diceret, quod verba debent intelligi, secundum propriam significationem uocabuli tunc enim non est attendendus communis usus loquendi: quia illo non est propria significatio uocabuli. Ita notabiliter dicit Barto. in dict. leg. Labeo,& Felyn. ibi supra & hoc tene, licet quidam aliter sentiant,dicentes proprietatis,uim,& ius penes usum esse. Secunda fallentia est,quando statuto caueretur,quod uerba debeant intelligi,nullo extrinsecus addito, uel intellecto. Tunc etiam non est attendendus communis usus loquendi,quia ille uenit extrinsecus, cum non sit propria significatio uocabuli,ut statim dixi,& probat late Bart. in dicta leg. Labeo: & ita singulariter uolunt Antonius de Butrio,Panorm. Felyn. & canonistæ in dicto principio compilationis Gregorianæ,& Ludouicus de Rom. in suis singularibus,

ribus,ſingulari 419.incipiente,communis doctrina eſt, ubi dici,ſe per hoc obtinuiſſe Florentiæ in magna q. Tertia fallentia eſt,ut dicta doctrina non procedat quando uerba sũt prolata ab homine illiterato,uel ruſtico : quia tunc intelliguntur groſſo modo,ſecundum qualitatem perſonæ,à qua proferuntur lege ſtipulatio iſta. §.hæc quoque,cum ibi notatis,per glo.& Bar.ff.de uerb.oblig.& eſt glo. reputata ſingularis ſecundum unum intellectum in lege quid ſi nepotes,quę legitur ſub lege ſi quis filiabus. ff. de teſtamento rut.cũ dicit,quod talis dicendi uarietas nõ cadit in idiotã. Quarta notab.fallentia eſt,quãdo uerba ex uulgari translata sũt in latinũ ſermonem,tũc .n.non attento communi uſu loquendi intelliguntur,ſecundum interpretationem iuris. Ita ſingulariter vult Bart.in dict.lege quid ſi nepotes,& ſequitur Paul.de Caſtr.in d.§.hæc quoque,& Alex.de Imola in conſilio ſuo 2.primi uoluminis,& meminit Soz.in dicta lege gallus,§.ſi eius licet quotam non alleget in illa notabiliſſima q.an filius legitimatus inſtituti,& de reſtituendo grauati ſi decedat ſine filiis naturalibus & legitimis,excludat ſubſtitutum. Quinta fallentia,ut d. doctrina procedat,quãdo communis uſus loquendi contrarius propriæ ſignificationi uocabuli,æque eſt apud peritos,& imperitos:ſecus ſi apud imperitos tantum.Ita notabiliter dicit Bald. in cap.1.in 3. col. de ſucceſſione feudi,in uſibus feudorum,& hoc dictum refert ſequitur Io.de Imola in d.c.cum tibi,circa finem.Nimis enim abſurdum eſſet dicere, quod propter abuſiuũ modum loquendi perſonarum illiterarũ , deberet recedi à propria ſignificatione uocabuli:uel quod communis uſus loquendi cauſari poſſet ab inſenſata uulgi aſſertione,ut inquit Bal.in l.prima.C. de ſucceſſorio edicto : & eſt de mente Felyn.ibi ſupra,ubi reperies per eum in hac materia plura alia utilia,& ſingularia dicta quotidie ſeruientia in practica,quem non refero,quia ab omnibus habetur. Sed breuitatis gratia ad eum te remitto , & ad notata per Ludouicum,de Roma,Alex.de Imo.& Iaſonem in d.rubrica.ff.de noui. operis nuncia. & ad eundem Alex. in d.lege ſtipulatio iſta §. hæc quoque in fi.in quibus locis reperies ad ſatietatem.Quibus adde elegantiſſimum uerbnm Fabij lib.1,oratoriarum ſubſtitutionum cap. 12. ubi ſingulariter

dicit,

dicit, consuetudinem sermonis vocari consensum eruditorum, sicut viuendi, consensum bonorum: alioqui si ex eo q plures faciunt consuetudo nomen accipiat, periculosum dabit præceptum non orationis modo, sed quod maius est: vitæ, secundum eum. Et illud dictum tanquam præclarum refert, & sequitur Budæus in l. princeps, in fi. ff de legib. hoc tamen singulare ductum Fabii declara, & limita, vt dicam infra in loco ab vsitato, seu à solitis, circa finem, vbi uide.

SVMMARIA IN LOCVM.

A SIMILI.

1 *Vbicunque est eadem ratio vel aquitas, ibi debet esse eadem iurisdepositio.*
2 *Ius idem statuitur, vbi est eadem ratio.*
3 *De similibus & connexis idem est iudicium.*
5 *Similia sunt quorum est eadem qualitas.*
Eadem sunt quorum est eadem substantia.
6 *Probatio incumbit ei qui dicit,*
7 *Argumentum a simili rectè sumptum est forte, & proprio cadit etiam in contractibus & nu.* II.
Vbi duo sunt similia, magis simile est eligendum.
10 *Assimulatio quæ fit per legem quando probabilis & necessariæ.*
11 *Argumentum a simili non procedit in decem casibus, quos vide vsque ad fin.*
12 *Optimus modus tollendi argumentum à simili est per dationem instantiæ.*

LOCVS A SIMILI.

LOCVS à Simili persuasionibus aptissimus est, vt inquit Boetius in Topicis, & ad explanandum, docendum, ac alliciendum potius, quam ad conuincendum Rodolpho Agricola teste accommodatus. A quo sumpta
1 argumetũ formari potest dupliciter. Vno mõ sic. † Vbicunq;

eſt eadem ratio, vel æquitas, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, lege illud.ff.ad legem Aquiliam,& lege à Titio.ff. de verborum obligatio.cum ſimilibus. Illa enim,quæ in radice,& cauſa conueniunt etiam in effectu,lege de quibus, & ibi Ang.& doctores notant.ff.de legi. Et caſus quos nectit paritas & æquitas, & identitas rationis, nõ ſunt quod iuris diſpoſitionem ſeparandi,dicta lege illud, cum ibi notatis per Bal.& Oldra.& eſt originaliter verbum Cic.in topicis:& iſto argumento à ſimili vtitur glo.in Auth.matri & auiæ,C.quando mulier tutelæ officio fungi poteſt. Et gl.in in l.1.in fin.ff.ſol.matr.& glo.in Aut.Vt hi qui obliga.perhi.ſe habere res mi,in prin.colla.6.l.gl.in Aut.minoris debitor,C.qui dari tuto,poſſunt. Hoc argumento etiam vtitur glo.in pulchra q.in lege ſi conſtante,in princ.ff. ſoluto matri.& in lege vbi adhuc.C.de iure do.Eo,ẽt vtitur gl.in pulchra quæſtione in lege prima & ibi Io.de platea notat. C. de ſicariis,lib.6.& gl.in lege.Si tibi 10.§.quædam,ff.de pactis,Hoc argumento vtitur etiam Iacobinus in pulchra, & quotidiana q.in ſuo ſingulari libello feudorum, in 5. colu. quem omnino vide:Eo etiam vtitur Ang.in §. ferè, Inſtitutis de rerum diuiſione, Vbi per hoc ſingulariter dicit,quòd licet omnes tex.dicentes licere venari,& aucupari in fundo alieno ante prohibitionem domini,nihil dicant de piſcatione in alieno:tamen quia † eadem eſt ratio vtrobique,sẽtit idem iuris eſſe debere,per dicta lege illud, cum diſtinctione tamen,de qua ibi per eum. Iſto argumẽto etiam vtitur Bar.in lege naturaliter,ff.de vſucapionibus vbi per hoc ſingulariter dicit,quod ſicut tempore hoſtialis non currit præſcriptio,ſed dormit.capitulo ex tranſmiſſa,cum ibi notatis de præſcriptionibus. Ita etiam tempore peſtis,vel mortalitatis,ſi ius non reddatur in loco,non debet currere præſcriprio.Et hoc ſequitur ibi Paul.de Caſt. in fine.& Angel. in lege cum notiſſimi.C.de præſcriptione 30.vel xl.annorũ hoc etiam ſequitur & commendat Panor,& canoniſtæ in d. c.ex tranſmiſſa:quod memori teneas mente,quia habui de facto.hinc etiam dicit Io.de Im.in l.ex conſenſu,in prin. ff. de appellatio.quòd ſicut à iudice dato de conſenſu partiũ poteſt appellari,vt ibi:Ita etiam poteſt appellari,à iudice,cuius iuriſdictio eſt prorogata de conſenſu partium, eadem

ratione;

Digitized by Google

ratione?de quo ibi latius per eum,& per doct.in l. episcopa le,& in l.si qui ex consensu,C.de episcop. aud. Hinc etiam procedit argumentum à corporalibus ad incorporalia, qđ enim operatur traditio in rebus corporalibus quoad translationem dominii,hoc idem:operatur cessio in iuribus incorporalibus quoad translationem illius iuris, vt dicit glo. notabilis in l.in solutum.C.quãdo fisc. uel priua.& ibi Bar. Bald.Ang.Sal.& doct. Hinc etiam est,quod licet in lege fi. C.de petitione hære. diuersa ponatur decisio inter legatarios ex una,& creditores ex altera,tamẽ quando legata essent repetita abintestato,ut quia in testamento esset posita clausula codicillaris,idem iuris esset in uno,quod in alio,ut scilicet non præstetur cautio,cum tunc eadem sit ratio in utroque,ex quo legata tunc non possint fieri indebita. Ita singulariter dicit Pau.de Cast.in dicta l.fin.in 2. col. quod nota.Isto argumento à simili etiam sæpe utitur Ioan.And. in regula.Ignorantia,de reg.iur.lib.6.in Mercurialibus ,& Cyn.in lege mater maxime in 3. & 7. q. C. de rei uend.Et doct.in infinitis aliis passibus,quos commemorare magis est set laborioſum,quam subtile. Secundo argumentũ ex hoc
3 loco formatur sic. De †similibus idem est iudicium,c.inter cæteras,de rescript.c.2.de transla. præla.c. cum secundum Apost.in princ.de præbendis cap.in causis de re iudi. ca,2. ibi ad instar,de sponsalib.& matrimoniis.c.dudum, circa finem,de præbend.lib.6.§.rectè,in uers.& huic simile.Instit. mandati,l.non possunt,l.nam ut ait Pedius,l.sed & posteriores,& d.l, de quibus,ff.de legib.& l.1.C.quæ sit longa consue,cum infinitis similibus,in quibus tam legum, quam canonum conditores vtuntur hoc argu.à simili illo etiam utitur gl.in pulchra q.in c.literas,de filiis presbyte. & glos. in l.forma.§.1.ff de censibus,& docto. sæpe alibi. Hinc etiam quotidie arguitur a dominio ad quasi dominium, & econtra.§.sed itte.instit.de actio.& l.1.ff.de pollicitationibus, a quadrupede ad bipedem.l.penul.ff.si quadrupes paupe.feciſſe dica.& a l.scripta ad consuetudinem,d.l.de quibus,in fine cum similibus. Et quod dixi de similibus,idem intelligo de connexis c.translato, cum ibi notatis de constitutio. cum similibus.Et procedit tunc demum istud argumentũ a simili, quando est similitudo in eo, in quo fit compara-

tio,q; ſufficit,licet in alio ſit diſſimilitudo,c.quemadmodũ & ibi Pano. notat in 1.notabili de iureiur.Quando autem duo ſunt ſimilia ſecundum quid,ſed non ſimpliciter: tunc non procedit argumentum à ſimili,ſi in eo in quo fit cõparatio,ſit diſſimilitudo.ita uolunt Archidia.Domi. & Præpoſi.in c.Relatum 38.diſt.Et apertius Pan.Io.de Imo.Feli.& doct.in d.c.translato, & idem Pan.in c.cõſtitutus,in 3.notabili de appellatio.quem omnino uide,& probatur hoc quo ad primum membrum in iurib.ſupra allegatis, & in c. cum dilecta,de confirmatio.uti. vel inuti. Vbi plus ſingulariter probatur,uidelicet,quod etiam caſus exceptus à regula trahitur ad alium caſum ex identitate rationis, ut ibi pulchrè inducit Pan.circa q; omnino uide quod dixi ſupra, in loco ab exceptione ad regulam. Quo uero ad ſecundum membrum probatur in c.per uenerabilem, in uerſ. uerum, ubi pulcher tex.qui filii ſunt legiti.& in c. nuptiarum 27.q. 1. Et in capitulo ſicut urgeri,& ibi notatur per gloſ. primam quæſt.1.Debet autem ſimilitudo ſumi à pari ratione,uel maiori,non autem à minori.Ita notabiliter dicit Bal. in addition ad Speculum,in tit.de diſputa.& allega. poſt principium,& idem Bal.in lege illud,in 2. colum. C. de ſacroſanct.eccleſiis.Et idem Bal.in lege ſi quis non dicam tapere,in prima colum.C.de epiſcopis,& clericis unde † ſimilia ſunt,quorum eſt eadem qualitas. Sed eadem ſunt, quorum eſt eadem ſubſtantia:& nullum ſimile eſt idem,ut vult glo. quæ ad hoc ſemper allegatur in lege,quod Nerua.ff.depoſiti,& eſt ſimiliş gl.in cap. capitulum S.crucis de reſcrip.Et ibi Ioannes de Imola notat.Sed quia ridiculum eſt allegare glo.ubi textus habetur,allego pro hoc tres textus. Vnus eſt in capitulo innotuit,& ibi hoc notat Panorm.in 7. notabili de electione.Secundus eſt in dict. cap.2. de transla.prælat. Et tertius eſt in leg.1. C.de veteri iure enucleando,& hoc eſt,quod vult Ioann.And.in cap.non poteſt,de pręben. lib. 6.in nouella, dicens poſt Boetium in Topica Cicer. quod ſimilitudo eſt rerum differentium eadem comparatio,ſeu qualitas:& huc faciunt notata per Bal. Ang.Ioann. de Imo. & docto.in l.qui liberis in princ.ff.de uulgari,& pupilla. Et hinc eleganter dicit Bald.in l.1 in princip. ff. de iuſtitia & iure,quod ſimilitudo eſt recta adaptatio, quando fit proceſſus

ceſſus ab vno particulari ad aliud particulare per aliquid, quod eſt commune vtrique, puta per eandem rationem l. his ſolis, C. de reuocandis donatio. & lege non ſolum. §. qui primipilũ. ff. de excuſa. tut. qui ſunt tex. ad hoc notabile. Allegans autem ſimilitudinem, habet hoc probare ſaltem coloratè, quia non eſt credendum, nec ſtandum ſimplici verbo
6 allegantis, ſicut ſimplici. verbo actoris, ſed † ei, qui dicit, incumbit onus probandi, lege ei incumbit. ff. de probatio. & c. actor, 6. q. 1. & d. c. cum dilecta. vbi bonus tex. Oſtenſio autem ſaltem coloratè, q̃ aliqua ſunt ſimilia, ſtandum eſt ſimilitudini, niſi diſſimilitudinis ratio reddatur: vnde tunc neganti ſimilitudinem incumbit onus probandi. Ita notabiliter dicit Speculator in d. titulo. de diſputa. & allega. in §. poſt hoc circa principium, & volunt Ioan. And. Pan. Ioã. de Imo. & doct. in c. translato. Debet ergo aduocatus illius cõtra quem allegatur aliqua eſſe ſimilia eſſe vigil, ad oſtendẽdum diſſimilitudinem; prout facit Papa in d. c. per venerabilem, §. verum qui eſt textus ad hoc notabilis. Nec ſufficit allegare aliquam diſſimilitudinem in genere, ſed debet eſſe diſſimilitudo in eo, in quo ſit comparatio, vt bene declarat Panor. in dicto capitulo translato: & ratio huius eſt, quia in materia extenſionis ſatis eſt, quod militet eadem ratio deciſionis, licet etiã aliquo reſpectu minor ſit ratio in caſu, ad quem ſit extenſio: tex. eſt notabilis in lege ſecunda §. ex his, iuncto. §. præcedenti, & ibi Socynus in pri. notabili not. ff. de verbo. obligatio. quod tene menti. Nec obſtat, quòd hæc eſt negatiua, quæ probari non poteſt. cap. bone 1. de elect. capitulo quoniam contra falſam, de probatio. & lege actor, C. de probatio. cum ſimilibus: quia illud procedit in vera negatiua, ſed iſta non eſt huiuſmodi, Imo eſt negatiua prægnans includens in ſe affirmatiuam hanc, ſcilicet, q̃ eſt diſſimile, ergo debet probari per negantem, c. ſuper hoc, vbi bonus textus de renunci. & talis negatiua ita bene poteſt probari ſicut affirmatiua, & pariformiter quælibet negatiua, coarctata loco, & tempore: vt ſingulariter declarat
7 Felyn. in capitulo in noſtra, de teſtibus. Et iſtud † argumentum a ſimili, ſi bene ſumatur iuxta modum iam dictum, eſt forte, aliàs autem eſt multũ fragile, claudicãs, vt ita loquar, vno pede; quod ex eo prouenit, q̃a nõ eſt ſimilitudo in eo

in quo fit comparatio. Pro quo vltra iura ſupra allegata facit tex. cum glo. in l. fin. & ibi Pau. de Caſtr. no. C. de inofficio. teſtamen. & tex. cum glo. in l. fina. & ibi etiam Pau. de Caſt. notat. C. communia vtriuſque iudicij. Et generaliter valet hoc argumentum à ſimili, quoties duo à lege, vel canone æquiparantur, tunc enim ſtatutum, vel diſpoſitum in vno, extenditur ad reliqnum, etiam in pœnalibus, vt eſt glo. notabilis in c. ſi poſtquam. §. 1. & §. fina. de election. lib. 6. & in exhorbitantibus à iure communi, vt eſt in glo. in l ſi quis ſeruo perſuaſerit, C. de furtis, & in l. quod vero cõtra.
3 ff. de legi. quod memori teneas mente. † Et procedit hoc argumentum à ſimili etiam in contractibus, l. 3. & ibi Bald. notat. C. de actio. & obligation. & in ſtatutis, & conſuetudinibus d. l. de quibus, & vult Barto. in l. non dubium, in 2. colnm. C. de legi. & Panorm. in d. cap. translato, circa finem, vbi dicit, hoc eſſe notabile, & menti commendandum. Et quod fortius eſt, procedit etiam in maleficijs, & pœnis maleficiorum: Ita notabiliter dicit Bald. in dicta lege ſi quis non dicam capere, circa principium, & eſt tex. melior de iure in c. 1. §. porro, & ſequenti, quem ibi ad hoc not. Bald. & poſt eum Aluaro. in ti. quæ fuit prima cauſa beneficii amit. in vſib. feudo. & eſt glo. notabilis in d. c. ſi poſtquam. §. 1. & §. fina. Vnde dixit notabiliter Bal. in l. 1. C. de interdictis, q
4. ſtante ſtatuto, q percutiens aliquem in platea, puniatur capite, tale ſtatutum habebit locum in eo, qui percutit in palatio dominorum: & ſi ſtatutum punit percutientem in gula, habebit locum in percutientem in mamilla ſiniſtra: quia quoad periculum eſt locus ſimilis, ſecundum eum quod nota. Hoc tamen uolo, te non ignorare, quòd ſimilitudo quandoque eſt probabilis, & neceſſaria, puta quando lex facit aſſimulationem d. l. penul. ff. ſi quadrupes, paupe. feciſſe dicacum ſimilibus, quandoque autem eſt probabilis tantum, puta quando iudex vel aduocatus facit aſſimulationem perſonæ ad perſonam, vel rei ad rem, vel facti ad factum. ita notabiliter dicit Bal. in lege data opera, in ſexta columna. C. quã
5 accu. non poſſ. [illegible] quod † ubi duo ſunt ſimilia, magis ſimile eſt elig endum, allegans notata per docto. in dicta lege de quibus: de quo vltimo vide quod dicam latius infra in loco a ratione legis larga ampla, ſeu generali, ad extẽſionem, ipſius

ſius legis, circa finem. Et per hunc arguendi modum dixi aliàs in quæſtione facti, quòd ſpurius poteſt per partem inſtitui hęres, dummodo grauetur alteri purè reſtituere, fraude ceſſante: quia ſpurio hodie poſſunt, imo debent, per parentes relinqui alimenta, vt eſt textus in capitulo cum haberet, de eo qui duxit in matri, quam pol. per adulte. & ſic ſpurius poteſt hodie aliquid capere à parętibus, ſicut filius naturalis tantum, cui in hoc ſpurius hodie æquiparatur: attenta diſpoſitione iuris canonici, de qua ſupra: cui quidem iuri canonico fundato. in iure naturali, & æquitate ſtandū eſt hodie in vtroque foro, ſecundum Hoſtien. Anton. de Butrio. Panormi. & docto. in d. capit. cum haberet, & Nicolaum de Vbaldis in tractatu ſuo ſucceſſionis ab inteſtato, circa quartam ſpeciem liberorum. modo regula eſt, quòd qui aliquid capere poteſt, licet ſolidum capere nō poſſet, poteſt inſtitui, & grauari alteri pure reſtituere, vt eſt tex. in l. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. ad Trebellian. & exemplificat. ibi gloſſ. in filio naturali, Cum ergo ſpurius hodie poſſit aliquid capere à parentibus, & æquiparetur in hoc filio naturali, d. c. cum haberet, ergo &c. & ita in ſpecie determinant Ang. & Ioan. de Imo. in l. in tempus. ff. de hęred. inſtitu. & idem Ang. in l. 2. C. eo. titu. & Alexand. de Imo. in d. §. hi q. ſolidum. Ex quo patet, q licet deciſio gl. in l. eam quam, circa finem, C. de fideicommiſſis, iuriſdica: tamen doctores ponentes ibidem exemplum de incapace in totum ſpurio, errant per inaduertentiam, habentes ſolum reſpectum ad ius ciuile, vetans ſpuriis à parentibus etiam alimenta relinqui Authentica ex complexu, C. de inceſtis nupt. & in Authen. quibus modis naturales efficiantur ſui. §. fin. collation. 7. & non reſpicientes ad ius canonicum, de quo in dicto capitulo cum haberet, cui ſtandum eſt, vt prædixi: quod nota, q aliquid durę ceruicis hoc capere non potuerunt. Hoc tamen quod dixi ſupra poſt Bal. aſſimilationem† quę fit per legem eſſe probabilem & neceſſariam, intelligo procedere quando eſt facta aſſimulatio per legem in eadem materia, ſaltem in genere: ſecus ſi indiuerſa. item quando eſt facta aſſimulatio, parificatio, ſeu æquiparatio communiter & in generaliter in omnibus: ſecus ſi in uno caſu tantum. quod declara, ut bene declarat Ant. de Butrio in repetitione suop.

finali de consuetud.in sexta fallentia, Lanfrancus in repetitione l.si verò.§.de viro.ff. soluto matrimonio, in 5.conclusione interpretationis extensiuæ:quod nota,quia valet ad multa.& vide quod dicam infra in loco à ratione legis larga,ampla,seu generali,ad extensionem ipsius legis, in 2. casu principali.Caue tamen,ne erres, quia licet hæc argumentatio à simili sit multum frequens,vtilis, & probabilis,
21 tamen non procedit in 10.casibus † Primò enim non procedit in casibus expressis per se in iure.Pone exemplum in capi.primo de solu.vbi successor in beneficio æquiparatur hæredi quoad solutionem debitorum per defunctum contractorum eatenus,quatenus cõtracta sunt in necessitatem vel vtilitate ecclesiæ,non alias:& ratio diuersitatis ponitur ibi per Io.And.Panor.& Io.de Imo.qui cæteris clarius loquitur:non ergo potest indistincte argui ab hærede ad successorem in beneficio,sed solum valet argumentatio in his in quibus à iure æquiparantur,non autem in his in quibus a iure diuersimode statuitur,vel disponitur,vt in casu d.ca. 1.de solutio.& similibus;& ratio istius est,quia casus prouisus & expressus facit silere,& cessare tacitum,l.final. C. de pactis conuen. Argumentum autem à simili venit ex coniectura,vt vult Bal.in d.l.data opera.in 6.colum.sicut argumẽtum à contrario sensu,vt vult glo.& Bal.in l.apud antiquos C.de furtis:nil mirum ergo si cesset,quando contrarium illius,quod fuerat in ferendum per argumentum à simili,est clarè in iure expressum,& decisum:quia in incertis,non in certis locus est coniecturis l.continuus.§.cum ita.ff.de verbo.obligation.Et ad hoc quod argumentum à simili procedat,requiruntur duo extrema habilia.s.extremum, à quo, quod debet esse certũ, & extremũ ad quod, quod dẽt esse dubium.l.in testamento.ff.de conditio.& demonstratio. & l.comparationes.C.de fide instrumen.& vult Bal.in d.l.data opera,& idem Bal.in dict.cap.inter cæteras,circa fi.quod nota.Secundo non procedit,ubi tractatur de legum correctione.ita notabiliter dicit Bald.in d.capitu.inter cæteras, per no.in Authẽ.quas actiones,C.de sacrosan.eccle.& idẽ ante eum voluit Bar.in d.l.non dubium,& Panor.in d.ca. translato,circa fi. In quibus locis dicunt,Idem esse in statutis & cõsuetudinib.per l,de qbus supra alleg.qđ Panormi-

ta,

illic dicit esse notabile,& menti tenendum:de quo articulo quotidiano vide,quod dicam latius infra,in loco à Ratione legis larga ampla,seu generali,ad extensionem ipsius legis,in primo casu principali,ubi reperies satis plenè. Tertiò non procedit,quando statutum imponeret pœnam,habito respectu ad priuilegium alicuius personæ,quia tunc nulla potest fieri extensio : Ita dicit glosa singularis in §. item mixta,super verbo iudicium,Institut. de actione. quam ad hoc notat & valde commendat Baldus in d. §. porro,& post eum Propositus ibidem,& sequitur Felin.in d.capitulo trãslato,& in dicto capitulo.2.de sponsalibus & sentit Bald. in d.cap.inter cæteras,licet dicto glo.non alleget. Quarto nõ procedit quando datur dissimilitudo etiam parua . Ita dicit Anto.de Butrio in repetitione d.cap.finali,in 45.colum. quem omnino vide,& volunt doct.in d.cap.translato, & di
12 xi supra.Optimus † enim modus tollendi hoc argumentum à simili est per dationem instantiæ:hoc probatur in d. capitulo sicut urgeri,& ibi glos.tangit,& est textus pulcher & ibi Panormitan.notat in capitu. cum Marthæ , in ptincipio de celebratione missarum,& bonus tex.in §. pauonum in versiculo.Nec ad rem pertinet,Institutis de rerum diuisione,& institut.de rebus corpo.& in corpo. Et faciunt notata per Panormitan.in capitu.at si clerici,in §. de adulteriis.in 10.column.de iudicijs.Quinto non procedit, quando lex,vel dispositio est odiosa, & in ea est dictio taxatiua ; quia tunc propter similitudinem non infertur ad similem casum odiosum:de hoc est textus iuncta glos.in l. 2.C. de patribus qui filios distraxerunt, Et uult Bald. in d. l. illud,& idem Bald.in l.fi. C.de interdicto matrimo. in noua lectura,& ibi etiam Alberic.de Rosate,& sequitur Felin.in dicto cap.translato,& in d. capitu. 2. de quo uide quod dicam latius infra,in loco a ratione legis larga ampla,seu generali ad extensionem ipsius legis,in 2. casu principali.Sexto non procedit,quando essemus in materia priuationis:qa pœna priuationis non imponitur,nisi lex expressè dicat.glo. est notabilis in cap.finali,de iure patronatus,quam ibi commendat Pan.& est bonus tex.qui non consueuit ad hoc allegari in §. cum igitur, uel sic.sinautem.in Aut.de non aligendo secundo nuben.mulie.collat.1. quem ad hoc ponderat

Baldus

Baldus in Authenti. ex teſtamento in 4. columna, in noua lectura, C. de ſecund. nup. vbi per hoc decidit notabilem q. & ſequitur Felin. in d. cap. 1. & in d. c. translato, licet corruptè alleget Bald. de quo articulo uide Iaſonem in l. 1. C. de tranſactio. Septimo non procedit, quando in diſpoſitione diceretur, quod uerba intelligantur ad literam prout iacent: ita notabiliter dicit Bal. in dicta l. 2. C. de patribus qui filios diſtraxe. & ſequitur Felin. ibi ſupra. Sicut enim tunc non habet locum argumentum à cõtrario ſenſu ut dicam infra in loco à contrario ſenſu, ita nec argumentũ à ſimili cum vtrunque ueniat ex coniectura, vt ſupra dixi. Octauo non procedit, quãdo in aliqua parte læderetur ius naturale: ita notabiliter dicit Bal. in c. 1. ante finem, in tit. An agnatus uel filius ag. in uſib. feudo. ubi per hoc decidit notabilem, & quotidianum q. & eum ſequitur Pau. de Ca. in l. 12. tabularum. C. de legiti. hæred. ubi etiam Bal. in effectu idem dicit, & Feli. ibi ſupra. Nono non procedit, quãdo lex, vel ſtatutum non habet in ſe aliquam rationem, niſi quia ita placuit ſtatuenti: tex. habes & exemplum in l. proſpexit. ff. qui, & a quibus quod optimè declarat Bald. in l. 3. in 2. colum. in noua lectura. C. de iure dotium: quem omnino uide. & ſequitur Fel. ibi ſupra. Decimo non procedit, quando per argumentum à ſimili vellemus extendere, uel trahere legem retro ad præterita: gl. eſt notabilis, in c. detectanda, de conceſſio. præben. lib. 6. quam refert & ſequitur Bal. in c. 1. ante finem, in titu. An maritus ſuccedat uxori in beneficio, in vſib. feu. Et Fel. ibi ſup. Poſtremo uolo, te ſcire, & memoriæ commendare, q̃ argumentum a ſimili, vel ab identitate rationis, non cadit directè in ſenſum teſtis, ſicut nec argumentum à contrario ſenſu: quia iſta conſiſtunt in perſpicacia intellectus, teſtis autem debet deponere de his, quæ percipit ſenſu corporeo. Ita notabiliter dicit Bal. in l. conuenticulam, in fine. C. de epiſco. & cle. ubi recurre. quæ omnia commenda memoriæ, tanquam pulchra, utilia, ſingularia, & quotidiana.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIA IN LOCVM

A PARI.

1 *Argumentum a pari frequens, & vtile.*
2 *Parium eadem eſt natura & potentia.*
3 *Pœna eadem punitur faciens contra mentem legis tantum, quæ faciens contra verba & ſententiam.*
4 *Dominii translatio vbicunq; impeditur, & vſucapiendi cõditio.*
5 *Regula correllatiuorum eſt regula parium.*

LOCVS A PARI.

CONGRVENTER ſubnectitur hic locus a Pari, quem inter alios locos legales ponit Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cler. A quo ſumptum † argumẽtum nedum eſt probabile, ſed fortè, vtile, & valde frequens: tex. eſt notabilis in l. ſi ſocera genero, in pr. in. & ibi gloſ. & Bald. notant. ff. ſolu. mat. & elegans tex. in l. Pomponius ſcribit ſi negotium, in verſi. & quemadmodum, & ibi etiam gl. & doct. notant. ff. de negotiis geſtis, & bonus tex. in l. de quibus circa finem, & ibi Ang. declarat in 6. notabili. ff. de legib. & pulcher tex. in l. ſi de eo. §. fi. & ibi gl. Pau. de Caſt. Ioan. de Imo. & docto. tangunt. ff. de acq. poſſeſ. & bonus tex. in l. 1. §. veteres illo eo. tit. & ibi gl. vulgata dicit, quod aſinus intumeſcit cum videt ſe compare comprehendi. Vnde vulgo de rebus nihil inter ſe diſtantibus dici ſolet, idem Accii & Titii, ut refert A. Gellius lib. 2. Noctiũ Atti. c. 16. Eraſmus autẽ in Chiliadibus ſuis alio detorquet. Et poteſt iſtud argumentum a pari formari tripliciter. Vno modo ſic † Parium eadẽ eſt natura. vel ſic. Parium eadem eſt potentia, & non maior. vel ſic, A pari potentia cauſę, par effectus procedit. iuribus ſupra allegatis. Et iſto argumento a pari vtitur gl. in c. vnico, de ætate & qualita. ordinan. lib. 6. Bald. & Pau. de Caſt. in l. aduerſus, in pulchra q. C. ſi aduerſus rem iudi. Albe. de Roſ. in 2. par. ſtatutorũ q. 2. in pulchra & quotidiana q. & idem Alberic, in quotidiana q. in Auth. nouiſſima,

sima,in 5.col.C.de inoffic.testa.Matthęus Matesselanus in pulcrho casu,notabili suo 191.& meminit gl.in l. nã & postea.§.si is qui temporal.ff.de iureiurando & doctores sæpe alibi. Et dé isto pulchrum ponit exemplum Cicero. in Topicis, & post eum clarius ibidem Boetius. Exemplum autem tale est ex l.12.tabularum. Fundi vsucapiuntur biẽnio,cæteræ uero res anno:de ædibus autem nihil dicit lex: vnde dubitabatur de ædibus,an vsucaperentur biénio,vel anno vti res mobiles:& cõcludunt,quod vsucapiuntur biẽnio:quia sunt res immobiles sicut fundi. subiungentes rationé, quia æquitas paribus in causis paria iura desiderat:
3 q; nota. Hinc etiã est,q; † eadem pæna punitur faciens cõtra mentem seu sententiam legis tantum, qua punitur faciens contra sententiam & verba legis, l. non dubium. C. de legibus. Cuius non est alia ratio, nisi quia facere cõtra verba & sententiam legis , & facere contra sententiam legis tantum,sunt paria,d.l.non dubiũ,& l. contra legem , & l.fraus.ff.de legibus. Sicut econtrario,facere secũdum uerba legis,& fm sententiam,& facere secundum sententiam legis tantum verbis nõ seruatis. sunt paria l.nominis & rei §.verbum ex legibus,iuncta gl.ff.de verb.signifi.& notant. Dyn.& alii in regula,certum,de regul.iur.lib.6. Quod igitur dicitur in vno ex parificatis , merito locã habet in alio, per hunc locum a pari. Hinc etiam est, q; disposita à iure in causa redemptionis captiuorum, locum etiam sibi uendicant in causa alimentorum:quia causa redemptionis captiuorum,& causa alimentorum iudicãtur à pari gl. est notabilis in l.sancimus j.& ibi eam valde commendat Bal. & sequitur Salic.C.de sacrosanct.eccle. Et idem vult gl.12.q.2.in summa,quam refert & sequitur Pau.de Cast.in d.l.sãcimus. Ex quo sequitur primo,quod sicut res ecclesiæ possunt & debent alienari pro redemptione captiuorum : ita etiam pro alimentis pauperum. item ex isto sequitur secũdo,quod sicut in donatione quæ fit pro redemptione captiuorum non requiritur insinuatio:ita nec in donatione quę fit pro alimentatione pauperum. Ex isto etiam sequitur ter
4 tio,quod vbicunque † impeditur translatio dominii facta traditione per verum dominum propter errorem,uel alias, seclusa autoritate iudicis;ibi etiam impeditur vsucapiendi

con-

conditio,cum hæc ſint conuertibilia , & iudicentur à pari, lege,clauibus. ff.de contrahenda emptione:& ita cõcludũt Salic.Pau.de Caſt.Alex.Iaſ.& doct.in l.3.§.ſubtilius,ff.de condict cau.data,cau.non ſecuta:& idem vult Bar.& doct. in l.Pomponius:§.ſi iuſſu.ff.de acq.poſſ.& idem Bart. in l. non ſolum.§.ſi mihi.ff.de vſucaptio.& ita communiter tenetur,quicquid dicat gl.in d.§.ſubtilius,quæ communiter reprobarur:quod nota. Hinc etiam bona eſt argumentatio a diſpoſitis in eccleſiis cathedralibus ad regulares, & econtra, per hunc locum a pari.c.ne pro defectu,de electioni & c.cupientes,eo.tit.li.6. niſi aliter expreſſe deciſum reperiatur,vt eſt tex.cum gl.in c.quanquam de elect.lib. 6. quod nota.Illud autem certum eſt, quod argumentum a pari ſẽ † per procedit in correlatiuis:quia † regula correlatiuorum eſt regula partium l.Iulianus. §. ſi procurator in fin. ff. de actio.empt.quam legem ad hoc notat Bal. in l.cũ te in Gallia,C.ſi cer.pet.Poſtremo volo,te ſcire, q̃ aliquando eſt reperire identitatem rationis inter duo, & tunc procedit argumẽtum à ſimili: de quo ſupra loco proximo quia vbi eſt eadem,vel maior ratio, ibi debet eſſe idem ius,& eadem iuris diſpoſitio lege,illud ff.ad legem Aquilianam, & l.a Titio.ff.de verb.oblig. Interdum autem eſt reperire,paritatẽ potentiæ cauſæ , & tunc procedit argumentum à pari. de quo hic: Interdum autem fit ſimilitudinis, ſeu identitatis collatio,& tunc procedit argumentum à proportione , de quo infra in loco à porportione quod nota: & uide quod dixi ſupra loco proximo,& quod dicã infra in loco à ratione legis larga ampla,ſeu generali ad extenſionem ipſius legis, in 2.caſu principali.

SVMMARIA IN LOCVM a Minori.

1 *Si id de quo minus videtur ineſſe ineſt,& id de quo magis.*
2 *Argumentũ a minori & argumentum a maiori vnde ſumãtur.*
3 *Incrementũ alluuionis an accreſcat & acquiratur emphiteuta.*
4 *Argumentum a minori quando non procedat.*
5 *Propter quod vnumquodque tale & illud magis.*
6 *Quicquid eſt cauſa cauſæ,eſt cauſa cauſati.*

LOCVS

LOCVS A MINORI.

OFferret ſe nunc locus à Minori ſeu fortiori, à quo ſumptum argumentum eſt fortiſſimum frequens, & vtile. Et formatur dupliciter, ſemper tamen conſtructiuè, ſeu affirmatiuè. Vno modo ſic. Si id de quo † minus videtur inelle in eſt, & id de quo magis text. eſt elegans in lege fin. iuncta gloſ. & ibi habetur per Ioannem de platea. C. qui ætate, lib. 10. & bonus text. in capitulo cum in cunctis. in princ. & ibi glo. Io. Andr. Panor. Ioan. de Imol. & canoniſtæ notant, de electione, & text. in lege tertium C. de condict. inde. in lege ſi quando, C. de teſtib. in lege ſi non ſinguli, C. ſi certum petat. & bonus tex. in Auth. multo magis, C. de ſacroſanct. eccl. in cap. ſi dominus, & ibi glo. notant de ſimonia, & in lege prima §. ſed conſulto, & ibi gloſ. ff. de his quæ in teſtamento delentur, & tex. elegans in lege qui pignoris, & ibi Ioannes de Imola notat, ff. de acquir. poſſeſſ. & in §. illud quoque, in Auth. vt determinatus ſit numerus cleric. colla. 1. & in leg. pen. in fi. ff. ſi quis cautio. & in leg. 2. § quædam, iuncta glo. ff. de interdictis, & pulcher text. in capitulo quemadmodum. poſt principium de iureiuran. & in c. inter corporalia in principio, & ibi Ant. de But. notat de translatione prælato, & in cap. quæſta, & ibi Archidia. notat 13. q. 2. & bonus text. in §. filiusfamilias in fi. & ibi Bal. notat, inſtit. quibus, modis ius patriæ poteſt, ſolui. & elegans tex. in c. dilecto, circa fi. de ſentent. excommun. lib. 6. & in cap. quanquam, & ibi Philippus Francus notat de cenſibus eodem libro & in lege unica. §. primo. C. de rei vxoriæ actio, licet glo. ibidem per inaduertẽtiam illud baptizat à maiori, quæ in hoc repræhenditur ibi, per Cyn. & Sálycet. cum curiali quadam ſalutatione, quos omnino uide, ne in eundem errorem iucidas. Et iſto argumento a minori utitur ſaluator noſter Ieſus Chriſtus Matthæi 7. Ioannis 13. & ſæpe alibi, & Paulus Apoſt. 2. ad Corinthios 3. & ad Romanos 5. Eo etiã vtitur gloſſ. in lege 2. C. de patrib. qui fil. diſtraxe. & glo. in Authent. ut non fiant pignorationes §. primo ſuper uerbo formam, in fin. colla. 5. & glo. in leg. unica. C. de mulieribus qui ſeruis proprijs ſe immixcerunt. Iſto argumento etiam uti-

tur Paulus de Caſt. in lege ſi filius, C. de negotijs geſtis, & Petr. de Anchar. in repetitione regulæ Acceſſorium, in 6. quæſtione de reg. iur. lib. 6. Et Philippus Francus in quotidiana q. in rub. de teſta. lib. 6. penul. colum. Et meminit Zaſius in gl. ſua noua ſuper lege triplici. ff. de uerb. ſignificat. Eo etiam vtitur. Ioan. Ant. in regula. In toto, & in regula In parti. & in regula Non eſt obligatorium, & in regula. Non debet aliquis, & in regula Non licet, de reg. iuris libr. 6. in Mercuria. in quibus locis reperies, per hunc arguendi modum plures quotidianas quæſtiones deciſas. Et ſumitur iſte
2 † arguendi modus à minori, ab eo in quo eſt minor ratio, ad id in quod eſt maior ratio: ut patet in iuribus ſupra allega. & ergo recte appellatur à minori, & etiam à fortiori. Argumentum autem à maiori de quo infra loco proximo ſumitur econtra, ab eo, in quo eſt maior ratio, ad id in quo eſt minor ratio: vt videri poteſt in iuribus illic allegandis. Et fundatur iſtud argumentum à minori in illa uulgata regula, Cui licet, quod eſt plus, licet utique quod eſt minus. Et iſtud argumentum à minori eſt fortius, quam argumentum à ſimili, quia quælibet probatio eſt fortior quam illa, quę fit à ſimili. §. ſi vero nullus in Auth. de inſtrumento cautę. & fide, colla. 6. Imo iſtud argumentum à minori eſt neceſſariũ & nunquam fallit, ſecundum Salycet. in lege prima C. de iure emphyteut. & habet locum in ſtatutis permiſſiuis: text. eſt notabilis in lege nec in ea. §. ius occidendi, cum ibi notatis per Bart. ff. ad legem Iuliam de adult. & in lege relegatorum. §. intercidere, & §. ſequent. cum ibi notatis per Barto. ff. de interdictis & relega. & vult Cyn. in lege prima circa finem, C. quæ ſit longa conſuetudo. Vide ſi uigore ſtatuti liceat occidere bannitum, uel adulterium, fortius licebit uerberare, vel vulnẽre, iurib. præalleg. & ſi licet occidere, licet capere ſecundum Bald. in lege ſi. C. de exhiben. reis, ubi magiſtraliter loquitur. Item per iſtum arguendi modum Alber. de Roſate, Angel. et Iaſon in lege de quibus ff. de legibus, et Salycet. in dicta lege prima. C. de iure emphyt. et Anto. de Butrio in repetitione cap. fin. de conſuet. circa colum. 56. decidunt q. illam pulchram, et quotidianã,
3 An † incrementum alluuionis accreſcat, et acquiratur emphiteotæ, nec ne, et poſt multa concludunt, quod ſic, inſtar

vſufru-

vſufructuarij,cui incrementum alluuionis accreſcit,l. item ſi fundi,§.huic uicinus tractatus eſt.ff.de vſufructu,arguẽdo à minori,vt videre poteris per eos.Hinc etiam eſt,quod N. ſi per ſtatutum excludatur filia à ſucceſſione paterna extãte filio maſculo,fortius excludetur neptis : Ita ſingulariter uolunt Bal.Paul.de Caſtr.& Io.de Imo.in l.ſi uero.§.de uiro.ff.ſolut.matri.& idem Bald.in l. quod vero contra ff.de legi.& in l.2.C.de in ius vocando. & idem Bal. & Paul. de Caſt.in l.maximum uicium,C.de liberis præte. Iſtud argumẽtum à minori etiam habet locum in prohibitiua,delictis ſ.& pœnis eorum,l.ſi quis non dicam rapere,& ibi Bal.in 2. notabili notat,C.de epiſc.& cler.nam ſi punitur attentatũ, multo fortius conſummatum,per dictam regulam . Si id de quo minus videtur ineſſe ineſt,& id de quo magis,iurib.ſupra allegatis,& ad hoc ſingulariter facit l.ſi adulterium cũ inceſtu.§.liberto ibi,cuius famæ,multo magis uitæ parcendum eſt ff.ad l.Iul.de adult.cum ibi notatis per Dyn. Bart. Alber.de Roſat.& alios hinc etiam ſingulariter dicit Matthæus Mateſſelanus in notabili ſuo 135.quod non licet occidere uel vulnerare furem nocturnum , pro uitando periculo perditionis rei vilis . Si enim parcitur famæ hominis pro re uili,quia non datur actio de dolo,l.ſi oleum. §. ſi cũ leg.ſeq.ff. de dolo:multo fortius vitæ hominis parcendum erit pro re uili,& allegat d.l.ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto,limitans hoc modo omnia iura permittẽtia fure nocturnum occidi pro euitando periculo rerum , ut ibi latius per eum & hoc dictum refert & ſequitur Iaſ.inſti.de actio. in prin.quod nota . Et iſtud argumentum à minori nedum eſt probabile,ſed etiam neceſſarium in delictis quæ tendũt ad eundem effectum,ſecundum Ioan.And. in regula,odia: de regul.iur.lib.6.in Mercuria.in d.l.ſi quis non dicam rapere: in aliis autem licet poſſet eſſe probabile , non tamen
4 eſt neceſſarium ſecundum eum. Non † procedit tamẽ hoc argumentum à minori,quando id quod minus uidetur, eſt in ueritate maius eo reſpectu,quo ius plus illi exiſtit ex cã, gl.eſt notabilis in cle.fin.ſuper uerbo,defenſor,de rebus ecclefiæ non alien.quam ad hoc ponderat Paul. de Caſt.in d. Auth.multo magis,& idem eſt de mente Hoſt.& Præpoſ. in c.per uenerabilem,qui filii ſunt legitimi:ubi dicunt , q

tunc

tunc procedit illud argumentum à minori, quando minus continetur sub maiori, vt species vel pars, d. reg. cui licet, & aliis iuribus supra in prin. allegatis: alias secus. nam quis potest dare equum magnæ æstimationis, qui non posset dare capram? vt est tex. in §. præterea si quis generaliter, Institu. de actio. item multi possunt maiora, qui non possunt minora, iure, consuetudine, vel priuilegio repugnantibus secundum eos, & idem vult Card. in cle. ne Romani, in 4. oppositione de electione, & idem est de mente Dy. in reg. Plus sẽper, de reg. iur. lib. 6. vbi plura alia reperies exempla. Nõ ꝓcedit etiam hæc argumentatio à minori quando quis agere vellet in exorbitãtibus à iure communi, de permissis, ad non permissa etiam si forẽt minora. Ita notabiliter dicit Ioan. An. in pulchra & quotidiana q. in regula, quæ à iure, circa fi. de reg. iuris lib. 6. in Mercur. Nec etiam habet locũ hic arguendi modus à minori, vel etiam à maiori in pœnalib. identitatis rationem in se non habentibus, nec in ambitiosis de se non pœnalibus: ita dicit gl. notabilis in extrauagãti, Antiquæ concertationi, de voto: & sequitur Hericus Boick in c. coniugatus, de conuersione coniug. quod tenet mẽti. Non procedit etiam hæc argumentatio in casibus, in quibus fallit d. regu. cui licet: ex quibus annotani quatuor, inf. in loco à ratione legis larga, ampla, seu generali, ad extensionem ipsius legis, in primo casu principali circa principium, quos omnino vide, quia declarant hanc materiam. Et generaliter non procedit hæc argumentatio in restringibilibus, ita notabiliter dicit Ioan. And. in addi. ad spec. in ti. de act. & peti. in §. super petitionib. in additione magna circa medium, quem refert & sequitur Paulus de Cast. in consilio 340. incipiente, hæreditas. Secundò istud argumentum
5 à minori formatur aliter sic. Propter † quod vnumquodque tale, & illud magis, d. Authẽ. multò magis, & ibi Bald. & Paul. de Castr. notant, & est bonus tex. iuncta gl. in clem. vnica, in princip. de reliquijs & ueneratione sanctorum, & ibi Card. notat, & bonus tex. in c. cum Marthæ, post principium, de celebra. missa. & bonus tex. in lege ex diuerso. §. j. & ibi Bald. Ioan. de Imo. & Alexand. notant. ff. soluto matrimo. Et isto argumento vtitur Ioann. And. in regula, sine culpa, de regul. iuris lib. 6. in Mercuria. in illa pulchra &

cer habet beneficium, ne cõueniatur ultra, quàm facere po teſt, propter filiam, quia loco parentis habetur, & ei reuerentia debetur, ergo multo magis filia, quæ dotem pro miſit marito, huiuſmodi beneficium, uel priuilegium habe bit, d.l.ex diuerſo. §.1.quæ communiter doct. legunt ſub l. rei iudicatæ, & ibi Cy. Bal. Io. de imo. Alex. & doct. notant, & illud quod reperitur in 2. cauſa multo fortius ẽt reperi-
6 tur in prima: nec mirum, quia omne ius potẽtius eſt in cau ſa, quam in cauſato, † & quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, l. manumiſſiones, & ibi Bal. notat. ff. de iuſtit. & iu re, & idem Bal. plenius in c.1.quib. modis feudum amitta tur, in prin. in uſib. feud. Hinc etiam eſt, quod quia actio ſer ui corrupti utilis filio corrupto datur patri, l. ut tantum. §. 1. ff. de ſeruo corrupto; fortiori ratione dabitur ipſi filio cor rupto, maximè patre abſente, per d. reg. Propter quod unũ quodque tale, &c. & ita decidunt Iaco. de Raue. Pe. de bel la Pertica, Ang. & alii in §. omnes autem actiones, in uerſi. in duplum, inſtituti. de action. quæ omnia commenda memoriæ, tanquam pulchra, utilia, ſingularia, & quotidiana: & uide quod dicam infra loco proximò.

SVMMARIA IN LOCVM.

A MAIORI.

1 *Argumentum à maiori procedit deſtructione, ſeu negatiuè.*
2 *Locum habet in delictis, & pœnis delictorum.*
3 *Fur nocturnus pro re uili occidi non poteſt, cum pro re uili non da tur actio.*

LOCVS A MAIORI.

COMMODVM nunc ſubſequitur locus à maiori, à quo ſumptũ argumentum eſt forte frequẽs, & utile. Et formatur deſtructiuè ſeu
1 † negatiuè tãtũ, hoc modo. Si id de quo magis videtur in eſſe nõ ineſt nec etiã id de quo minus, c. licet uniuerſis, & ibi gl. de teſtib. l. nec ex uera. C.

de acquir.poſſ.& l.1.C.de nego.geſt,licet gl.& Pau.de Ca. ibi dicant,& male,q illic ſumitur argumentum à minori. Vnde ſi tex.non poteſt expugnare caſtrum,ergo nec miles. quod enim non licet maiori,non licet minori, c. ſi ergo, & ibi gl.8.q.1.& c.ſi Paulus,& ibi etiam gl.32.q.5. & notatur per glo.Ioan.And.& Panor.& doct.in c.cum in cunctis, in prin.de electio. & optimè facit lege qui indignus, cum ibi notatis per glo.Albericum,& doct.de ſenatoribus. Et iſto argumento a maiori vtitur Saluator noſter in euang. Luc. 16.in fine,& Pau.Apoſt.1 ad Timotheum tertio c. & Paul. Iuriſcõſultus in l.Iulianus verum debitorem.ff.de condict. ind.ſecundum vnum intellectum illic commemoratum per glo.& doct.Hoc argumento etiam utitur ſummus Pontifex in d.cap.licet vniuerſis,& imperatores Diocletianus, & Maximianus in l.quicũq;,in fi.C.de fide inſtr. & iure haſtæ fiſcalis, lib. 10. Eo etiam vtitur Imperator Iuſtinianus in Auth.vt determ. ſit nu.cle.circa medium,collat.1.& gl.in l. 2.C.in quibus cau.in integ.reſt.nõ eſt neceſſaria.Et Pan.in eleganti ſua q.incipiente, Epiſcopus & quidã rector. & Io. And.in reg.non eſt ſine culpa de reg. iu. lib. 6. in Mercuria lib.in illa q.An teſtis qui non iuratus ſe immiſcuit ferendo teſtimonio,& falſum depoſuit,tenetur pœna falſi & Ioan. de Imo.in l.ſi locer.§.Lucius.ff.ſol.mat.& Bal.in l.fi.§. & ſi præfatam,in pulchra q.C.de iure delibe.& Pirrhus,in l.unica,C.de ſtudiis libera.uerbis Ro.lib.11.& doct. ſæpe alibi.

2 Et iſtud † argumentum à maiori habet locum etiam in delictis,& pœnis delictorum, ſecundum Bald. in l. ſi quis non dicam rapere,in principio,C.de epiſcop.& clericis.Vnde bene ualet conſequentia,ſi non puniatur delictum cõſummatum,ergo nec etiam attentatum:& ſi non licet uulnerare,ergo etiam non licet occidere,ſecundum Bald. loco prædicto.Hinc etiam eſt,quòd libertus, qui non debet lacerare famam patroni ſui,non poteſt eum in adulterio cum uxore deprehenſum occidere:quia cuius famæ, multo magis uitæ parcendum eſt.Ita ſingulare hoc argumento uſus decidit.Papinianus,ſi non fallit inſcriptio, in l. ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto.ff.ad legem Iul. de adul. Hinc etiam

3 eſt, quod fur † nocturnus pro re uili occidi non poteſt. nam cum pro re uili non detur actio famoſa,lege ſi oleum

ff.de

ff.de dolo:multominus ergo poterit occidi arg.d.§.liberto& ita per illum tex.singulariter decidit Matthęus Mateſſelanus in notabili ſuo 135.limitans hoc modo,l.furem.ff.ad l. Corn de ſica.& alia iura vulgaria de pœna furum nocturnorum loquẽtia,de qua tamẽ pœna furum vide magiſtraliter loquẽtem Aulũ Gelium lib.11.Noctium atticarum cap.18. vbi plene reperies.Hinc ẽt eſt,q; ſi per ſtatutum filia dotata nõ ſuccedat patri ab inteſtato,extãtibus filijs maſculis, nec etiã neptis ex filia ſuccedet,p d.reg.Si id de quo magis vr̃ in eſſe non ineſt,nec ẽt id de quo minus : & ita ſingulariter determinat Cyn.poſt Nicolaum Matacelli.in l.1.ante finem C.quæ ſit longa conſuetudo, & refert Aberi.de Roſate, licet videatur vacillare,in 1.parte ſtatutorum,q.9.& hoc firmant Paul.de Caſt.Bal.& Ioan.de Imo.in l.ſi verò. §.de vir o.ff.ſoluto matrimo.& Bald.& Pau.de Caſt.in l.maximum vicium,C.liberis præteritis,& idem Bal.in l.2.in fine,C.de in ius uocando,& in l.quod verò contra.ff.de legibus. Hinc etiam ſingulariter decidit Ioãnes Andreas in additionibus ad ſpeculum,in rubrica de teſtamentis circa finem,q; ſi teſtator habens duos fratres Seium,& Mæuium,Seium inſtituit hæredem, & roget cum,vt ſi decedat ſine liberis,reſtituat hæreditatem Męuio fratri ſuo,vel ſuis hæredibus maſculis,Poſt hoc decedit teſtator,Deinde Mæuius relicto nepote ex filia,& vltimo decedat Seius ſine liberis:quod talis nepos ex filia ad fideicommiſſum non admitteretur,quia filia Mæuij:quæ eſt in gradu propinquiori non admitteretur ad fideicommiſſum,propter illa verba,hæredibus maſculis: ergo moltominus nepos ex filia,q eſt in gradu remotori,admitteretur ad fideicommiſſum,quod cõmenda memorię:& vide quod dixi ſup.loco proximo,& quod dicam infra in loco a pacto ad l.ſtatutum,vel cõſuetudinem. Vide ẽt Rodolphum Agricolam c.25.lib.1.de inuentione dialectica circa finem,cum ſcholis Ioan.Phriſſemij in c.26. N.

SVMMARIA IN LOCVM.

à Proportione.

1 *Argumentum à proportione quomodo formetur.*
2 *Argumentum à ſimili & à porportione quomodo differant.*

Digitized by Google

g Proportioni duæ ſpecies.

h Argumentatio non à proportione quando procedat.

LOCVS A PROPORTIONE.

SVBSEQVITVR conuenienter hic locus à proportione, à quo ſumptum argumentum eſt probabile, frequẽs, & vtile. comparatis enim facilè pertinacuntur rudiores animi: nõ enim facilius quiſquam, quod iam in alio videtur probaſſe nec quiſquam eſt, quod acrius expendere r vim rerum intuerique doceat, quam comparatio, Rodolpho Agricola teſte. Et licebit † formare hoc modo. Vbicũque p maius, minus, vel par, conficitur ſimilitudo procedit argumentatio à propoſitione. Vel ſic, Sicut ſe habet vnum proportionale ad aliud ita, aliud ad reliquum. tex. eſt notabilis Inſtit. quod cum eo, qui in alie. poteſt. eſt in principio, iuncto. §. quæ diximus, eo. tit. & bonus tex. cum gl. in l. ſufficit. ff. de condictio. indebit. & textus notabilis in l. ſi filius familias, & ibi glo. & Bal. ff. ſi cert. petat. & pulcher tex. in l. de quibus, & ibi angelus notat. ff. de legibus. Et iſto arguméto a proportione vtitur. Celſus iuriſconſultus in l. qui quadringenta. ff. ad Trebellianum, & Vlpianus in l. Marcelus, eodé tit. etiã vtitur Iulianus Iuriſconſultus in l. ſi ita ſcriptum, in principio. ff. de liberis & poſthumis, & idem Iulianus, ſi non fallit inſcriptio. in l. ſi quis teſtaméto §. apud Iulianũ. ff. de legatis 1. & Paulus iuriſconſultus in l. Clemens patronus. ff. de hæredibus inſtituendis, & Africanus: inter iuriſcõſultos ſubtiliſſimus, in l. qui quadrigẽta, in principio. ff. ad l. falcid. & idẽ Africanus in l. ſi ita ſcriptum. §. quidam teſtamento. ff. de hæredib. inſtituendis. Eo etiam vtitur Iuſtinianus Imperator, ſi bene perpendamus, in §. de præſcriptione, in Authent. vt ſponſal. largitas, colla. 9. Ex quo. §. ſumpta eſt Authen. quod ſi quis quibuſdam, C. de præſcrip. lon. temporis quod declara, vt dixi ſupra in loco a toto ad partem. Iſto argumento a proportione vtitur etiam Oldradus in conſilio ſuo 121. incipiente, ad primam quæſtionem, in deciſione primæ q. Et Gandinus in quotidiana quæſt. in tractatu ſuo maleficiorũ in ti. de ꝓſumptionibus & indicijs indubitatis. Et

Bal.

Bal.l.binos,C.de aduocatis diuerſo.iudi.& idem Bal in Authen.ceſſante,in prima colum.C.de legit.hæredi.& Iacobinus in ſuo ſingulari libello feudorũ, illis verbis, præſentes & recipientes,in penul.colum.& gl.in cap.primo ſuper verbo,nunquid ergo,æquiparando Angelicum exempto de priuilegijs libro 6.& gloſſ.in cap.auctoritate,ſuper uerbo non exemptos,eodem tit.& libro,& glo. in l. illud.C. de ſacroſanct.eccl.& gl.in l.ſancimus circa principium,C.de donat. quæ agruendo a proportione minori.ſingulariter dicunt,q donatio ad pias cauſas hodie valet ſine inſinuatione vſque ad octingentos aureos:quod nota.Iſto argumẽto etiam vtitur glo.ad alium effectum in lege finali in §. finautẽ a locis C.de iure deliber.vbi vide & de eo meminit Bald.in lege prima in fine ff.de rerum diuiſione,& idem Bald.in lege 1. in tertia quæſtione.C.de reſcind.venditione.Et idem Bal. in Authentica.Sed & ſi quis,in principio:vbi eſt bonus textus C.de ſecund.nuptijs,& Ioannes de Platea in lege finali,C.de comeatu,libro 12.& Bald.in lege ſi emancipati, C. de collatio.& Aulus Gellius Noctium Atticarum libro primo c.1.& meminit gloſſ.in Proœmio inſtitutionum in princip.& glo.in capitulo omnes principes de maior.& obedié-ria.Et iſto argumẽto à proportione ſepe vtebatur.Iaco.Bu. in diſputationibus,vt refert Bal.in d.l.ſi filiusfamilias. Et
2 quia † iſtud argumentum à proportione magnam habet cõuenientiam cum argumento à ſimili, idcirco ibi dicta hic habes pro repetitis:in hoc tamen differunt,quia ibi à ſimilitudine ducitur argumentum,hic vero ſimilitudinis ſit collatio,q̃ collatio dr̃ ,pportio.Nihil.n.aliud eſt ,pportio, quã duarum rerum inuicem facta comparatio,ſeu collatio.Exẽpli gratia,vt ſicut ſe habere magiſter ad ſcholas,ita rector nauis ad nauem;ſed ille debet eſſe ſollicitus, ergo & iſte.& ſicut ille debet eligi meritis,& arte,non fortuito,ita & iſte. Argumentum autem à ſimili ſit ex equiparatione duorum inter ſe:Vnde ſi recte conſideremus , argumentum à ſimili eſt tãquam antecedens,& argum.ad proportione eſt tanquam conſequens.Primo.n.ſumenda ſunt duo ſimilia,& ex illis adinuicem comparatis,quia pariter in alterũ operatur, ſit argumẽtatio ad proportione,hoc modo. Sicut ſe habet filius ad patrẽ,ita ſeruus ad dominũ.Item ſicut ſe habet cura

tor ad adultum,ita tutor ad pupillum, circa adminiſtranda negocia & ſicut ſe habet procurator cum mandato circa negocia gerẽda, ita negociorũ geſtor ſine mãdato. Item ſicut ſe habet translatio dominiꝫ a principio , ita conſumptio ex poſt facto,item ſicut ſe habet promiſſum, in diem certum, ita promiſſum pure cuius ſolutio ex poſt facto dilata eſt in diem certum,item ſicut ſe habet promiſſum in diem incertum ab initio, ita pure promiſſum,cuius ſolutio dilata eſt ex poſtfacto in diem incertum ſubſumendo, & concludẽdo prout rei cõuenit. Ex quibus patet,q̃ inter filium & ſeruũ, inter tutorem & curatorem,inter procuratorem & geſtorẽ inter translationem: dominij a principio, & conſumptionẽ ex poſtfacto inter promiſſum in diem certum,& promiſſum purè, cuius ſolutio ex poſtfacto dilata eſt in diem certum, item inter promiſſum in diem incertum ab initio, & promiſſum purè,cuius ſolutio dilata eſt ex poſtfacto in diem incertum,eſt quædam proportio.d.titu.Inſtitu. q̃ cum eo.in princ.iuncto.§.quæ diximus, eod.titu.& l.ſi curatorem habens,C.de in integr.reſti.mino.& l. 1. ff.de procuratoribus, & l. 1.ff.de nego.geſtis & dicta l.ſi filiusfamilias,& prælle-
3 ga.l.ſufficit,cum ſimilibus. Duæ † autem ſunt ſpecies proportionis,ſcilicet Geometrica & Arythmetica, vt pleniſſimè uidere poteris per Budæum in l.ius ciuile,in 2.& 3.colum.ff.de iuſtitia & iure,ad quem quia ab omnibus habetur breuitatis gratia te remitto. Hoc autem nolo,te ignora-
4 re,q̃ tunc demũm hæc argumentatio † à proportione procedit,quando per omnia eſt proportio:& quando proportionalia ſunt eiuſdem rationis, & conditionis , ſecus autem, ſi ſint diuerſæ:,vel aduerſæ rationis,vel conditionis,& notabiliter dicit Bal.in d.l.ſi emancipati,aliqua enim poſſunt conuenire,& eſſe proportionalia reſpectu effectus,& finalis cauſæ,& tamen non eſſe proportionalia reſpectu initij,obligationis,vel actionis,vt eſt tex.in dicta l.ſufficit,& ibi hoc pulchre declarant Bart.& Pau.de Caſt.Hoc autem extra controuerſiam eſt,q̃ ea quæ conueniant ſecundum formam dicũtur ſimpliciter conuenire:& econtra,ea quæ differunt,ſecũdum formam,& dicuntur ſimpliciter differre,l.Iulianus, §.ſed & ſi quis.ff.ad exhibendum,& dixi ſupra in loco à defectu formæ,quod memori teneas mente.

SVM-

SVMMARIA IN LOCVM

a separatis,&c.

1 *Separatorum separata est ratio,& per totum.*
2 *Beneficium esse meum,aliud est,& aliud esse nihil debitum.*

LOCVS A SEPARATIS, DIFERENtibus,seu diuersis.

SVBNECTAMVS nunc locum à separatis,differentibus,seu diuersis: uel vt alii uolunt,a disparatis: A quo sumptum argumentum est forte,frequens,& vtile. Et formatur hoc modo. Separatorum † separata est ratio, l. fin.& ibi notatur.ff.de calumniatoribus. Vel sic. Ex separatis non infertur de vno ad aliud,d.l.fi.& l.neque natales, C.de proba.cum similibus,de quibus infra. innititurq; cõtrario fundaméto ab illo,quod e loco a simili depromitur: eum illud in identitate,vel maioritate rationis, suum capiat fundamentum:illud uero econtrario ex diuersitate rationis. Nec mireris,si vtrumq; ualidũ sit,& suo Marte procedat,quia ratio in omnibus dominatur,& identitatem,uel diuersitatem iuris inducit, vt plene dicã infra in loco à ratione legis stricta,seu limitata, ad restrictionem ipsius legis & in loco à ratione legis,larga, ampla,seu generali, ad extensionem ipsius legis. Et isto argumento utitur Cynus,in lege à lege, in 3.colum.C.de condict.ob causam,vbi reperies pulchrũ exemplum. Eo etiam utitur Pet.de Ancho. in repetitione c.canonũ statuta,in 1.oppositione,de constitu. in ardua & periculosa q. De isto habes etiam elegãs,& quotidianum exemplum per Ciceronem, & Boetium in Topicis,& per Vlpianum Iurisconsultum in l. Quintus Mutius 2.§.argento.ff.de auro & argento legati. vbi deciditur,ar-
argento omni vxori per testatorem,quod suum esset,legato,non deberi argentum, quod in credito est:& subiungitur ratio,quia illud,quod in credito est, non est suum,nec uen-
2 dicari potest. Sic etiam aliud est, beneficiũ † esse meũ, vel

esse

esse mihi debitum, cle. auditor, & ibi notatur de rescriptis & ergo non est idem iuris est in uno, quod in alio, vt habes tex. singularem in c. si tibi absenti, de præben. lib. 6. Vbi patet, q̃ de beneficio mihi absenti per episcopum collato, nõ tamen per me acceptato, & sic non meo, sed mihi debito, episcopus disponere põt, si tibi contest, me non uelle illud acceptare. sed de beneficio q̃ est effectum meum per acceptationem, episcopus disponere non potest: q̃ est nota dignum. Hinc etiam recte decidunt Imperatores Diocletianus & Maximinianus in d. l. neque natales hanc consequẽtiam non valere, pater fuit ingenuus, ergo & filius eius est ingenuus, vel hanc, Pater gessit honores solis ingenuis permissos, ergo filius eius est ingenuus, cũ nihil prohibeat patrem esse ingenuum, & filium esse seruum, ex quo hęc sunt separata, & per consequens de vno ad aliud non fit recta illatio, nec bona argumentatio positiuè, vel remotiuè d. l. fi. & l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. & l. permisceri, in prin. illo eo. tit. & ibi Io. de Imo. notat, & l. si maritus 1. C. de don. inter virum, & vxorem, & l. Papinianus exuli. ff. de minoribus, qui tex. semper ad hoc allegantur. Hinc etiã quotidie dicimus in practica, q̃ alia ratio reformat pactum l. interposita, C. de trranslact. & non probat hoc esse, q̃ ad hoc contingit abesse, d. l. neq; natales, & l. matrẽ, eo. titu. Nec valet consequentia, quando oppositum consequentis stat cum ueritate antecedentis, l. non hoc. C. unde cognati, & cap. in præsentia de probatio. & præallegatis ll. neque natales. & l. matrem, cum similibus, pro cuius pleniori intelligentia uidenda sunt ea, quæ dixi supra in loco a simili, & quæ dicam infra loco proximo.

SVMMARIA IN LOCVM:

a contrarijs aduersis, &c.

1 *Contrarium eadẽ est disciplina cognito enim vno de contrariis cognoscitur & reliquum.*
Contrariorum tamen nõ est eadẽ dispositio, uno cõtrario. nu. 7.
2 *Priuilegium dignitatis non extinguitur dignitate extincta.*
3 *Actore nihil probãte, an reus teneatur necessario subire iuramentum*

tum ſibi ab actore delatum, uel illud referre.

4 *Filius non poteſt cogere patrem niſi in certis ſpecialibus caſibus. ut ſe poteſtate patria liberet, nec pater poteſt cogere filium naturalem tantum multum redigere in ſuam poteſtatem.*

5 *Quod operatur propoſitum in propoſito, id operatur oppoſitum in oppoſito.*

9 *Statutum licet caueat quod ſoror non ſuccedat fratri non tamen videtur diſponere, quod frater non ſuccedat ſorori.*

10 *Poſito uno contrariorum in eſſe, remouetur reliquum.*

11 *Quod alteri conuenit, id eius contrario non poteſt conuenire.*

12 *Contraria ſunt duplicia.*

13 *Contraria propria non ſunt, quæ ſe compatiuntur in origine, & defectu.*

LOCVS A CONTRARIIS ADVERSIS.

pugnantibus, ſeu oppoſitis.

NON incongruè ſubnectitur hic locus à contrariis, aduerſis, pugnantibus, ſeu oppoſitis. A quo ſumptũ argumẽtũ eſt probabile, forte, frequẽs, & vtile. Et poteſt formari dupliciter ad duplicem effectum. Vno modo ſic, 1 contrariorum eadem eſt diſciplina: cognito.n. uno de contrariis, cognoſcitur & reliquũ l. & ſi cõtra, in fi.ff.de vulg.& pupil. & inſt.de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, in prin.& ibi Io.Fabri,& Ang.& l.1 ff.eo.tit. & ibi Bal. & Alberi.& bonus tex.in §. illud,& ibi gl.inſti. de ſocietate,& inſti.de tutelis, in prin. & tex. notabilis in l. penul. & ibi Bal.C.de ſolu. cũ ſimilibus:& huius loci meminit Bal.in l.conuenticulã,C.de epiſc.& cle. ſi enim diminutio nõ minuit, nec argumentũ auget, ſm eũ,& allegat.d.l.pen.& d.l. ſi contra:Eius ẽt meminit Dynus in reg.poſſeſſor malæ fidei, in prin.de reg.iur.lib 6.Vbi ad declarãdũ, quis dicatur bonæ fidei poſſeſſor, multis modiis declarat quis ſit malæ fidei poſſeſſor.Et eo vtitur Apoſtol.Pau.ad Roma.5.ante finẽ,& ad Galatas.5.circa finẽ, & Vlpianus Iuriſconſultus in l.Iulia.§.ſi procurator.ff.de actio.emptio.& idem Vlpianus in l.adoptiuum.§.patronum inquit.ff.de in ius uocando,&

Caius

Caius iuriſcõſultus in l.nam quẽ.ff.de verb.ſign. Eo etiam utitur glo.in rub.C.de acq.poſſ.& glo.in rub.ff.de acquir. poſſ.ad concordandum d.rubricas.Eo etiam utitur glo. ad notabilem effectum in clem.fin.ſuper verbo,repulſione,de appellation.quam notat & valde commẽdat Franciſ.Aret. in dict.rubric.ff.de acquir.poſſ.quem vide.Iſto argumento etiã multipliciter vtitur gl.in quotidiana q.in l. ſi merces. §.vis maior.ff.locatio.Hoc argumento etiam utitur Pano. in c.fraternitatis,in pen.col.de teſtibus, ad probãdum qui dicuntur articuli antiqui:quod eſt uide ſcire,ut videre poteris per doctores in l. per hanc,C.de tempor. appell. & in d.cap.fraternitatis,& in clem.2. de teſtibus. Eo etiã vtitur Panor.in c.de priore,in 2. notabili de appellationibus , ad probandum quod ſicut punitur non deferens appellationi iuſtæ, vt ibi,& l.quoniam iudices,C.de appel.ita etiã puniri debet deferens appellationi friuolæ & iniuſtæ.c.cum appellationibus de appellationib.lib.6.quia cõtrariorum eadem eſt diſciplina, vt ſupra. Iſto argumento etiam vtitur Henricus Boich in c.Rainaldus in fi.de teſta.ad illum notabilẽ effectũ,q; ſicut fortior eſt diſpoſitio teſtatoris diſpoſitione contrahentis in transferendo dominiũ: ita ẽt ſit fortior diſpoſitio teſtatoris diſpoſitione contrahentis in impediendo ipsã dominij trãslationẽ:vt contrariorũ eadẽ ſit diſciplina. De quo vide ibi latius per eum,& per Cynum in l.ea lege,in 3.col.C. de cond. ob cauſam. iſto argumẽto a cõtrariis vtitur etiam Angel.in l.nõ eſt nouum.ff. de legi. per hoc concludens,q; ſi abbas iurauit nõ infeudare de nouo,poterit nihilominus de feudo ad monaſterium reuerſo eundem uel alterum inueſtire:quia non eſt nouum ſed vetus per locum à contrariis,ſecundum eum. iſto argumento etiam utitur Bal.in conſ. 173.incipiente, in ciuitate, in 3. parte:& idem Bald.in cap.1.circa finem,de mutuis petitionibus,vbi per hoc concludit , quod ſi ex forma ſtatuti exceptio non poteſt probari per teſtes, nec etiam actio,vel replicatio,ut ibi per eum. Eo etiã vtitur Hippo. de Marſiliis in ſingulari 107.ad probandum,q; ſicut infamia non extin
2 guitur extincta cauſa infamiæ:ita etiam † non extinguitur priuilegiũ dignitatis,finita dignitate: cũ cõtrariorũ ſit eadẽdiſciplina,inferẽs ex hoc,q; Iudæus factus, Chriſtianus

non

non pōt admitti ad teſtimonium contra Chriſtianum, nec admitti ad officia publica. c. conſtituit, cum ſua ſingulari gl. 17. q. 4. nec decurio poſtquam deſiit eſſe de curio, poterit torqueri & ſi torquetur, dicit confeſſionem factam in tortura non valere, q; eſt memoriæ commendandum. Et de hoc uide per Lud. de Rom. in ſuis ſingularibus, ſingulari 676. in ſingulari 492. Iſto argumento à contrarijs vtitur ét Paul. de Caſt. in pulchra q. in l. ut uim, quam legit ſub §. ius gentium. ff. de iuſt. & iure, Vbi per hoc dicit, q; ſicut ubi offenſa eſt à iure permiſſa, ibi defenſio eſt denegata, l. ſi ſeruus. in fi. C. de his qui ad eccleſias confu. & l. 2. C. quando licet vni cuique ſine iudice ſe uindicare. Ita econtrario, vbicunque eſt prohibita offenſa, vbi permiſſa eſt defenſio dicta lege ut vim, cui conſonat notata per Bal. in l. fin. in fine, C. de exhibend. reis, vbi ſingulariter dicit, quod ubicunq; licitum eſt aliquem capere, ſi ille reſiſtat, & ex illa reſiſtentia interueniant vulnera, ille qui ibat adcapiendum, non debet puniri, & allegat d. l. ſi ſeruus, dicens ſe id de facto uidiſſe, & idé firmat ipſe Bal in repet. l. 1. in ultima col. C. unde vi, etiam ſi talis occidatur recalc itrando ne ducatur ad iudicem, per dictam legem, ſi ſeruus, quod memori teneas mente, quia eſt q;otidianum in practica. limita tamen quod dictum eſt, dummodo interueniat moderamen inculpatæ tutelæ, iuxta ea quæ habentur & notantur in dicta lege prima C. unde vi. Ita ſingulariterdicit Ioan. de Imola in repetitione lege ex conſenſu. §. finali inpenult. colum. ff. de appellatio. quod nunquam exeat mentem tuam. Hoc argnmento à contrariis utitur etiam Franciſcinus in ſuo ſingulari libello feudorum, parte 3. in verſiculo 28. Quæro in illa pulchra & quotidiana quæſt. An fæmina ſemel admiſſa ad ſucceſſionem feudi, excludatur poſtea per ſuperuenientiam maſculi, quem omnino uide. Iſto argumento à contrariis utitur etiam Iaſo. in lege manifeſtæ turpitudinis. ff. de iureiurand. & idem Iaſo. in repetitione l. admonendi in 32. co-
3 lumn. illo eo. tit. in illa ſubtili quotidiana queſt. an actore † nihil probante reus teneaturneceſſario ſubire iuramentum, ſibi ab actore delatum, uel illud referre, de quo plene per eum ibi, & per Panormit. in capit. fina. de iureiurando, & per Hippolytum de Marſiliis in ſingulari ſuo 83. ad

quos

quos recurre . Hoc argumento à contrarijs etiam utitur Bart.in pulchra q.in l.1.C.de iure emphyt. Hoc argumento à contrarijs utuntur etiam Cardinal.& Ioan.de Imol.in
N. c.relatum 1.de teſtamentis ubi per hoc dicunt , quod ſicut ad ualiditatem legati ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes d.c.relatum.Ita etiam ad reuocationem legati pii ſufficiũt duo teſtes. quia contrariorum eadem eſt diſciplina:& nihil eſt tam naturale,quam eodem genere quodque diſſoluere quo ligatum eſt l.nihil tam naturale. ff. de regul.iuris, & c. 1.eod.ti. in antiquis,& hoc dictum refert & ſequitur Alex. de Imo.in d.rubrica.ff.de acquir.poſſ.Hinc etiam, eſt quod tot teſtes requiruntur ad probandum pœnitentiam, errorẽ, uel obliuiorem:quot requiruntur ad probandum ipſum teſtamentum,Ita notabiliter dicit Bal.in l. fina. in 3. colum. in uerſ.& ſcias,C.de fideicommiſſis,per glo. quam reputat ſingularem in l. cum proponebatur.ff.de leg.2. Et ſequitur Alex.in dicta rubrica. Hinc etiam dicit idem Bald. in præalleg.l.fi.circa finem,quod ſicut in caſu illius,l. hæres rogatus reſtituere fideicommiſſum negans fideicommiſſum fore relictum,cogitur iurare,vel ſoluere,nec auditur uolens ſe tueri ex minus ſolenni uoluntate:ita etiam reuocatio legati poteſt probari per delationem iuramenti fiendam legatario,qui prius negauit legatum reuocatum , quia contrariorum eadem eſt lex,& diſciplina. Et exhoc infert , quod ſi ſtatuto caueatur,quod legatum poteſt probari per duos teſtes,etiam reuocatio legati poterit probari per duos teſtes,per d. leg. cum proponebatur,cum ſua glo.quod nota.
4 Hinc etiam eſt,quod ſicut †filius non poteſt compellere pa
N. trem,ſe de ſua poteſtate patria dimittere,niſi in certis ſpecialibus caſibus,ut habetur & notatur in §.fina. inſti.quib. mod.pat.poteſt.ſol.& in lege ſi lenones. C.de epiſ.audi. ita etiam econtrario,ut contrariorum eadem ſit diſciplina,pater non poteſt filium naturalem tantum inuitum redigere in ſuam poteſtatem,procurando eum per reſcriptum principis legitimari:vt eſt tex.ubi utrumq; probatur in §.generaliter,in Aut.qui mona.ſi.ſui,coll.7.hoc ultimum tamen limitatur ſingulariter verũ,niſi filius occultaret matrẽ ſuam, ne pater eã duceret in vxorẽ;quia tunc poterit filius ét inuitus per reſcriptũ principis legitimari,ut eſt text. in §.ſit igitur,

igitur,in Auth.qui.mo.natu.effi. legit.colla.6.quem unicũ & ſingularem reputat Lud.de Roma in ſuis ſingularibus, ſingulari 230. poſt Angelum illic per eum relatum : quod tene menti . Hinc etiam eſt,quod ſicut † vaſallus non debet copulare amicitiam cum inimicis domini ſui : & ſic contrarium fecerit , poteſt priuari. feudo, ut eſt gloſſ. notabilis in l.liberi,& ibi hoc firmant Bal. Saly. Iaſon,& doct. C.de inoffi.teſtamento & bona glo.in l. 1. §.cum patronus ff.de officio præfecti urbis: Ita etiam non debet habere inimicitias cum amicis domini ſui,uel offendere amicum domini ſui: quia contrariorũ eadem eſt diſciplina. Ex quo ſequitur, q; uaſallus offendens dominũ dñi ſui , & ſic amicũ domini ſui põt priuari feudo:de quo eſt tex. notabilis in c. Imperialem §.illud quoque,& ibi Bal.Iac. Aluero.& doct. notant,de prohibita feudi alienatione per fede.in vſib feudorum.Hinc etiam eſt,quod ſicut ſtatutum non poteſt habilitare forenſem in territorio ſtatuentium aliquid facientem,ut concludunt Bar.Bal.Iaſon, & doct.in l.cunctos populos,C.de ſumma trini.& fide catholica,ubi dicunt,quod licet per ſtatutum huius oppidi permittatur filijs familias teſtari tamen forenſes filiis familias & huc uenientes non poterunt hic ualide teſtari: Ita etiam ſtatutum non poteſt inhabilitare forenſes in territorio ſtatuentium aliquid facientes,quia contrariorum eadem eſt regula,& diſciplina, ſecundum Bar.Bal.Iaſonem,& alios in d.l.cunctos populos unde ſi ſtatuto huius oppidi minor 25.annis non poſſit condere teſtamentum uel facere codicillos,tamen forenſis maior quatuordecim annis hic condens teſtamentum ſecundum ius commune, rite dicetur teſtamentum condidiſſe. Et ſi per ſtatutũ huius oppidi maritus non poſſit relinquere uxori:forenſis tamen hic exiſtens ualide relinquet uxori,& idem in ſimilibus quod nota, quia eſt quotidianum, & facit ad multa . Hinc etiam eſt , quod ſicut tempus non tollit obligationem ipſo iure,lege obligationum fere. §.placet.ff.de actio.& obligatio.Ita nec inducit obligationem,l. ſi certis annis , C. de pactis quia contrariorum eadem eſt diſciplina,de quo per docto. in d. l. ſi certis annis,& in lege cum de in rem uerſo, ubipulchre per Bart. Bald. & Salycet.ff.de uſuris,& per gloſ. & canoniſtas in capitulo per-

uenit

uenit de cenſibus,& in capitulo querelam de electio. Hinc etiam eſt,quod apud quem eſt onus ſeu periculum, apud eundem debet eſſe lucrum,& econtra regula. Qui ſentit, & regula,Rationi congruit,& vtrobique. Dyn. de reg.iur. lib.6.l.vnica.§.pro 2.C.de caduc. tollend.& §. cum autem, Inſti.de emptio.& uendi.cum ſimilibus. Hinc etiam eſt, ꝙ teſtis dicens delictum fuiſſe commiſſum de nocte, & interrogatus qualiter eſt facta dies,dicat neſcio,non probat deli ctum eſſe cõmiſſum de nocte: & idemſi teſtis dicat, quod Titius eſt malę famę,& interrogatus quid intelligit per bo nam famam,dicat neſcio,non probat, contraria enim contrarijs probantur:vt album pernigrum, & optima eſt proba tio quæ fit per ſuum contrarium,ut eſt tex.iuncta glo. in c. ſciendum,8.q.1.nam teſtè Ariſt.2.de cœlo & mundo oppo ſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: ſicetiam contraria cõ trariis curantur c.1.pœnit.diſt.2.& c.legimus de conſecra. diſt.5.de quo per Bal.in d.l.1.ff.de his qui ſui uel alieni iu ris ſunt & per eundem Bal.in l.eam quam,in 6.col.C.de fi-deicommiſſis,ubi hoc argumẽtoà contrarijs utitur,& mul-
6 ta bona dicit.Adſerunt † enim contraria ſeu pugnãtia, ma gno Eraſmo teſte Iumen orationi, & ut Græci dicunt ener giam,id eſt,perſpicuitatem,ſeu euidentiã.Nullus enim cla-rius perſpicit belli mala niſi qui ea cum pacis cõmodis con fert,l.vnica.in prin.C.de caduc. tollen.&ſi nouerimus,quã tum mali ſecum ferat iniuſtitia,quantum boni ſecum ferat iuſtitia,noſſe poterimus,& ſic de ſimilibus. Hinc etiam eſt, quod habitus facit cognoſcere priuationem,& econtra: ut eſt tex.in l.manumiſſiones:& ibi Bal.ff.de iuſtitia & iure,& bonus tex.Inſtit.de libertinas in prin.& ibi Ang.notat.Vnde quando contractus eſt bonę fidei, tunc etiam diſtractus ſeu liberato ab eo contractu eſt bonæ fidei tex.eſt notabilis in l.ab emptione,& ibi Bar.Ang.& doct.id notant. ff.de pactis:& bonus tex.in l.1.C.qñ lib.ab empti. diſcedere,& ibi Bal.& Paul.de Caſt.qui dicũt,ꝙ vbi habitus eſt bonæfidei, ſimiliter eius priuatio,ꝙ eſt valde vtile,vt ibi videre poteris per eos,& per Iaſ.in dicta l.ab emptione.Contrariorũ.n. eadẽ eſt regula,& diſciplina, iurib.prę allegatis.Iſto argumẽto à contrarijs utitur ẽt Bal.in c.ex literis de officio deleg. & idẽ Bal.in repet. l.Aemilus.ff.de minorib.& Zaſius in declaratione,

declaratione,lege quod Nerua.ff. depositi, & idem Zasius in declaratione lege de pupillo.§.si plurium 2.ff.de noui operis nunciatio.& Salicet.in Aut.si quas ruinas,in fine. C. de sacrosanct.eccle.& doct.in pluribus aliis passibus, quos cõmemorare esset infinitum,& magis, laborioſum quam subtile,quare omitto.Circa prædicta tamen uolo te scire, q licet contrariorum eadem sit disciplina, id est doctrina vel
7 notitia,iuribus supra allegatis,contrariorum † tamen non est eadem dispositio; immò contraria: nam contrariorum contrarij sunt effectus,& cõtraria ratio, lege qui accusare ff.accusationibus,& l.fi.ff.de calumniatoribus. Ita notabiliter dicit Bal.in pulchra q.in l.Imperator,in 1.lectura.ff. de statu hominum:& idem Bal.in l.cum mulier, in 31. columna.ff.soluto matrimonio:ubi dicit, quod sicut se habet causa ad effectũ in productione.sic se habet destructio causæ ad destructionem effectus quia par est potentia contrariorum,d.l.ab emptione in fi.& lege fi.§.fi.ff.de legatis 3.&
8 hinc quotidie dicimus in practica, quod † operatur propositum in proposito,id operatur oppositum in opposito, d. l. fi.in fi.& §.plus autẽ,& ibi Ang.& Iason notant Institu. de act.cum similibus.Hoc tamen intellige uerum,quando non est per omnia par ratio in vtroque cõtrariorum:vel quãdo datur inhabilitas personæ:ut in d.l.fi.§.fi.& in d.l.qui accusare,& in lege inter stipulantem.§. sacram. ff.de uerb.obliga.& in §.fin.Insti.de legati. patro. tute,cum similibus;alias autem nedum eadem est disciplina,id est,notitia contrariorum,sed etiam eadem dispositio, ut in d.regu. qui sentit, in d.l.& ff.contra.in d.§.cum autem, & in dicta lege pen. cum similibus: intelligendo tamen, quando de quolibet contrariorum respondetur affirmando,uel de quolibet negando.secus si de uno affirmando, & de alio negando. Ita notabiliter declarat Dynus quem omnino uide in dicta regu.Qui sentit,& ibi Ioannes Andreas in Mercurialibus, & est de Mente Bar.in d.lege inter stipulantem.§.sacram, & de mente Pau.de Cast.in l.qui proprio.§.procurator.ff.de procuratoribus,& de mente Bal.in l.non nudis, in fi. C.de probatio.& de mẽte Cy.in d.l.primo §.p secundo,in vij.oppositione,& de mẽte Io. Fabri,& Ang.d.ti.Inst. de his qui sunt sui, uel alie.iuris, in princ.& faciunt notata per gl.in

d.reg.qui ſentit,& notata per gl.in lege ſecundum naturã ff.de regulis iuris,& notata ſingulariter pet Archi.in c.cum renunciatur 32.q.1.Et hinc ſingulariter dicunt Bal.& Pau. de Caſt.in l. Lege duodecim tabularũ,C.de legit.hæredib. quòd ſi ſtatuto † caueatur,quòd ſoror non ſuccedat fratri, nõ tamen in caſu cõtrario uidetur ſtatutũ diſponere,quòd frater non ſucceedat ſorori,quia non eſt par ratio,ſed contraria,conſeruandæ, ſcilicet agnationis,& illam deciſionem ſequitur Petrus de Ancho.in repetitione c. Canonũ ſtatuta in 14.q.principali,in uerſ.ulterius pono , de conſtitutio. & Alexander de Imola in d.§.ſacram,& Iaſon in lege fi.C. de in dicta vi.Sic etiam ſtatutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris,extãte alio fratre,non excludit ſororẽ a ſucceſſione ſororis extãte alio fatre: ut ſingulariter decidit Pau. de Caſt.in conſilio ſuo 340.incipiente,hæreditas prædicta. Hinc etiam magiſtraliter dicit Franciſcinus in d.ſuo ſingulari libello feudorum,parte 1.q.8.in uerſ.ſed hic cadit pulchra,& quotidiana dubitatio,quòd licet feudo nouo conceſſo alicui cũ clauſula,ut habeatur, & poſſideatur per eũ iure feudi antiqui,cenſeatur per hoc recipere naturam feudi antiqui,præſuppoſita poteſtate concedentis:tamẽ aliud eſt ſi feudum antiquum cõcedatur cum clauſula,ut habeatur iure feudi noui:cum alia,& diuerſa ſit ratio, ut ibi per eum:& ſic non habet locum dicta regula.Contrariorum eadem eſt diſciplina:quem omnino uide. Et hinc rectè dicit per gl.in uerbo,obſeruare , de ſententia excommuni. quod contrariorum non eſt eadem diſciplina,ubi mens,& uerba reſiſtunt,& ad idem tendit gl. ſingularis in extrauaganti ſuſcepti.in uerbo aliis eccleſię oneribus,de elect.cum dicit q̃ dicta regula,qui ſentit , procedit , niſi ex diſpoſitione iuris uel hominis,alius ad ſupportandũ onera ſit aſtrictus, & idẽ uult Bal in l.ſi præſes,in prin.C.quomodo & quãdo iudex, & idẽ Bal.in dict.l.nõ nudus in fi.quod memori teneas mẽte quia per præmiſſa reducuntur ad concordiã multa iura diuerſimodè loquentia,quorum aliqua dicunt , cõtrariorũ eandem eſſe diſciplinam, ut iura in princ. allegata: alia dicunt,contrariorum eandem eſſe diſpoſitionem ut d.l.pe. & præalle.§ſed,& l.fi.C. de fructibus & litis expenſis: alia dicunt , contrariorum contrariam eſſe diſpoſitionem , ut

dicta

Digitized by Google

dicta lege fi.§.fi.cum ſimilibus: Alia autem dicunt,quòd cõ trariorum contra eſt ratio,vt dicta lege fi.de calumniatoribus,cum ſimilibus: Sed concordantur modo prædicto. Hoc autem volo,te ignorare,nullum contrarium eſſe ſine contrario altero,vt bene declarat Chryſippus apud Aulũ Gellium lib.6. capite primo,vbi vide. Secundo argumẽtum ex
10 hoc loco formatur aliter. ſic.Poſito † vno contrariorum in eſſe,remouetur reliquum: textus eſt notabilis in lege ſi inter me,& tex.ff.de exceptio.rei iudicatæ, & in lege Pomponius.§.ſi is,in fine.ff. de procurato. & pulcher text. in lege hæc verba ille aut ille,circa principium ibi,aut dies aut nox eſt.ff.de verbo.ſigni.cum ſimilibus.Iſta enim duo ſunt contraria,ſcilicet,quòd vna & eadem res ſit mea inſolidum, & etiam tua in ſolidum: quia duo nõ poſſunt eſſe domini eiuſdem rei in ſolidum: nec duo poſſunt eãdem rem inſolidum poſſidere,l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum, cum ibi ſingulariter notatis.ff.commodati,& lege tertia §.ex econtrario, cum ibi notatis.ff.de acq.poſſ. Si ego ponitur unum,ſcilicet,quòd res ſit mea,ſequitur deſtructio alterius contrarii,ſcilicet,quòd ſit tua: quia non poteſt eſſe mea,& tua inſolidum, ut dixi. Et ergo ſi per ſententiam pronuncietur, quòd res ſit mea,cenſetur tacitè pronunciatum, quòd non ſit tua,dicta lege ſi inter me & te, & præalle. lege Pomponius §.ſi is,in fi. Vel poteſt formari ad idem,ſic, Quod ali-
11 cui † conuenit,id eius contrario non poteſt conuenire: & habes exemplum quotidianum per Ciceronem,& Boetium in Topicis,uir legauit uxori uſumfructum bonorum ſuorũ *N.* is hbebat uinum,oleum,& alia,quæ uſu conſumũtur: quæritur an illa debeantur uxori.& decidunt, quod non: quia uſusfructus uxori relictus eſt, non abuſus: in illis autem, quæ uſu conſumatur non conſiſtit propriè uſusfructus, ſed potius abuſus, ergo &c. & pro hac deciſione optime facit. §.conſtituitur, Inſtitutis de uſufructu,& lege prima ſecunda tertia quarta,& quinta.ff.de uſufructu earũ rerum,quę uſu,quod tene menti. Iſte arguendi modus etiam facit pro deciſione illius quæſtionis quotidianæ: an delictum commiſſum in aurora,cum alter ab altero diſcerni poteſt, ante tamen ortum ſolis,dicatur cõmiſſum de nocte,uel in die: q̃ expedit ſcire ꝓpter ſtatuta diuerſorũ locorũ, quę grauius

puniunt delicta perpetrata de nocte, quam in die, in qua q. multi multa dixerunt. Et quia materia eſt lõga, remitto te ad nocata per Panor. & alios canoniſtas in capitulo ſi perfodiens, de homi. & ad notata per Bar. in l. aut facta. §. tẽpus. ff. de pęnis. & ad notata plenius per eũdem Bar. & Lud. de Roma in l. 1. §. hoc autẽ ſenatuſconſultũ. ff. ad Silleianum, & ad notata per Bald. & lege Titius. §. Lucius. ff. de liberis & poſthu. vbi pro deciſione huius quæſtionis videtur caſus ſecundum eum, qui illic notat: quod id quod fit de mane in aurora, dicitur fieri de die: & idem eſt de mente Ang. in l. 1. C. de cuſto. reo. per d. l. Titius, ubi recurre. Sic etiam illud quod fit deſcro, dicitur fieri de die, & non de nocte: qñ agitur de pœna imponenda, Vt ſingulariter decidit Gandinus in ſuo tractatu maleficiorum, in ti. de pęnis reorum, in verſ. præterea pone contineri in ſtatuto &c. & Alb. de Roſate, in 2. par. ſtatutorum q. 19. quod nota, quia poteſt frequẽter contingere. Hoc aũt volo tẽ ſcire, quòd quædã non ſunt proprie, & immediatè contraria, ſed potius ſubdiſiunctiua primi generis: quorũ natura eſt, mediũ admittere, d. l. hęc uerba ille, aut ille, in §. ſubdiſiũctiuorũ: & in his licet ad poſitionem vnius contrariorũ ſequatur remotio, ſeu deſtructio alterius: tamen ad deſtructionem unius non ſequitur poſito alterius, d. l. ſi inter me & te, & ibi Pau. de Caſt. notat: licet uideatur fundamẽtaliter nõ intellexiſſe, ut ex infra dicendis patebit. Vnde ſi in his deſtruitur unum contrariorum, quia ſcilicet per ſententiam pronunciatur, rem non eſſe meam: per hoc non ſequitur põſitio alterius contrariorum, ſcilicet, quod eſt tua: nec hoc cenſetur tacitè pronunciatum, d. l. ſi inter me & tẽ, in fin. quia poteſt eſſe tertij: & ſic oppoſitum conſequentis ſtat cum ueritate antecedẽtis. nec probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, lege neque natales, C. de probatio. cum ſimilibus ſupra loco proximo adductis. Sic etiã non ſequitur iſtud non eſſe albũ, ergo eſt nigrum: quia poteſt eſſe glaucum, uel rubeũ. Nec etiam ſequitur, Titius nõ ſedet, ergo ambulat; quia põt accũbere, ſeu iacere, dicta lege hæc uerba ille, aut ille. §. ſubdiſiunctiuorũ & uolunt Cicero & Boętius in Topic. nec etiã ſequitur, non eſt prædo, ergo eſt bonæ fidei poſſeſſor, ut eſt gl. notabilis in lege ſed & ſi legè commiſſoria. §. ſcire; & ibi Pau.

de

de Caſt.notant.ff.de petitio.hære.ſic etiã inter velle & nolle repetitur medium non velle,vt eſt glo.notabilis in l.1.§. ſcientiam.ff.de tributoria:quam glo.declarat Bald.in l.verbum,C.de fideicomm.& Bar.in lege iam dubitari.ff. de hæred.inſti.& Inno.Ioãnes Andre.Card.Panorm & doctor.in cap.prudentiam.§.ſexta,de officio delegati,& faciunt notata per gloſſ.in cap.in ſcriptis,in verbo plene,8.quęſtione 1. Quædam autem ſunt propriè,& immediate contraria, aduerſa,pugnantia,ſeu oppoſita,nec medium admittunt,& in his procedat argumentatio à contrarijs ita bene negatiuè ſicut affirmatiuè.Exempla horum ſi petas,collige ex infra dicendis.Eſſe ſui iuris,eſſe alieno iuri ſubiectum. eſſe obligatum,eſſe liberatum,eſſe viuum,eſſe mortuum, eſſe liberũ, eſſe ſeruũ,& ſic de infinitis alijs in his enim neceſſe eſt,vt ſi vnũ eorũ negetur,alterũ affirmetur:& econtra,ſi unum eorum affirmetur,alterum negetur. pro quo faciunt ea,quæ habentur,& notantur per glo.Domin.præpo.& alios in capitulo hoſpitiolum,32. diſtinct.ubi reperies bonam diſtinctionem,in illo articulo.An uno contrariorum exiſtente bono, reliquum ſit malum,& ecõtra: & notata per Archidia.in dicto capitulo cum renunciatur,& iſtud ni fallor voluit † Balpoſt Iacob.in lege ſi maritus, prima, C. de donation. inter virum & uxor. vbi dicit. quod quædam ſunt ſeparata,ita quod contraria: & tunc per vnum non infertur ad aliud per eſſentiam,ſed bene per excluſionem lege,ſed & ſi pupillus §.ſi inſtitoria,& ibi gloſſ.ff. de inſtitoria. Quædam autem ſunt diuerſa,ita quod non contraria,& iſta ſe nullo modo habent inferre,ideſt,nec eſſentialiter,nec excluſiue,ſecundum eum. Et his poſſumus dare propriam ſedem ſeu locum à ſeparatis,differentibus,ſed diuerſis:de quo dixi obẽ ter ſupra loco proximo. Et hinc dixi notabiliter Bald. in l. vnica,in 8.notabili,& 9.oppoſitione,C.ſi ſeruus extero emẽ. ſe manda.quòd illa proprie dicũtur contraria, quorum finis eſt contrarius,& incõpaſſibilis:illa † autem,quæ ſe cõpatiuntur in origine,& effectu,non ſunt proprie contraria, quibus adde magiſtralem doctrinã Bal.in lege prima,C.de diuerſis reſcrip. vbi pulchre per eum de natura connexorum,ſeparatorum,& contrariorum, quorum fines ſunt diuerſi;ut ibi p eũ.Et ex iſto reſultat aliud,videlicet, q licet

copula velit cadere inter diuersa,vt est glo. in rubrica.ff.de iur.& facti igno.& ibi Bar.& bona gl.ĩ c.querelã,& ibi Pan. de simonia:tamẽ non vult cadere inter cõtraria,seu incompassibilia,& si ponatur inter cõtraria,resoluitur in disiunctiuam,tex.est notabilis in l.si Titio fundus.ff.de vsufruct. lega.Et ibi hoc inducitur per Bartol. ad multas quotidianas q. ad quem remississe sufficiat. Et vide quod dicam infra in loco à natura copulæ.Postremo uolo,te scire & memoriæ commendare, q; licet uno contrariorum posito in esse, remoueatur reliquum:iuribus supra allg.tamen uno contrariorũ posito in potentia,non remouetur potentia contrarij: quia eadem potentia potest se habere ad duo cõtraria, tex. est notabilis in l.1.C.de furtis,quam ad hoc notat Bal.in d. l.conuenticulam.Quæ omnia commẽda memoriæ,tanquã pulchra,singularia,& quotidiana.

SVMMARIA IN LOCVM.
à Correlatiuis.

1 *Correlatiuum quid sit,& unde dicatur.*
2 *Posito uno correlatiuorum,ponitur & Reliquum.*
3 *Statutum vel dispositum,in uno ex correlatiuis videtur etiam statutum seu dispositum in alio.*
4 *Vno correlatiuorum destructo, destruitur,& reliquum.*
Ad remotionem vnius correlatiuorum sequitur remotio alterius.
5 *Petitorium,& possessorium sunt correlatiua.*
6 *Pater,& filius patronus,& libertus sunt correlatiua.*
7 *Lex correctoria vel pœnalis in uno correlatiuorum verificatur in alio,& nu.9.*
8 *Correlatiuorum idem iudicium,& disciplina.10.*
12 *Assassini qui dicantur.*

LOCVS A CORRELATIVIS.

OPPORTVNE nunc se offert locus à correlatiuis.Cuius meminit Bald.in l. conuenticulam,C.de epis.& cle.& docto. sæpe alibi. A quo sumptum argumentum est probabile, forte,vtile, & multum frequens: & procedit constructiuè,& destructiuè,quia in correlatiuis ex natura rela-

relationis,quæ requirit duo extrema in actu, neceſſe eſt, quòd aut vtrũque ſit verum,aut vtrunque falſum,ſecundũ
1 Bal.in d.cõuenticulam.correlatiuum† enim nihil aliud eſt, quam duorum, vel plurium ad inuicem mutua relatio; vel duorum,aut plurium vtro,vtroque repræſentatiuum, com ponitur enim correlatiuum ex dictione con,quæ exponitur pro ſimul,& hoc vocabulo relatiuum,& per conſequens etymologia huius vocabuli correlatiuum,importat idem qđ ſimul relatiuum.argumẽto l.Labeo.§.cõtractum.ff.de verſigni.& l.reos,in prin.ff.de duob.reis. Et dixi notanter, duorum,vel plurium,ad denotandũ, quod correlatiuum ad minus conſtat ex duobus,ſicut ſupra loco proximo dixi de cõ
2 trario.Formatur autem conſtruſtiuè ſic.Poſito† uno correlatiuorum,ponitur & reliquum,gl.eſt notabilis in clem.vnica,in verbo æternaliter,de ſumma trini. & fi.cato. Vt ſi pater eſt,filius eſt,ſi maritus eſt,vxor eſt,ſi venditor eſt, emptor eſt, ſi locator eſt conductor eſt, ſi actor eſt, reus eſt,ſi mandans eſt,mandatarius eſt, ſi ſeruus eſt, dominus eſt, ſi patronus eſt,libertus eſt,& ſic de ſimilibus. Vel poteſt formari aliter conſtructiuè ſic. Statutum † ſeu diſpoſitum in
3 uno ex correlatiuis,videtur etiam ſtatutum ſeu diſpoſitum in alio tex.eſt notabilis in l.finali.C.de iudi.viduita. & in l.fin.ff.de acceptilationi.& in l. 1.C.de cupreſſis,lib.10.cum
4 ſimilibus,Deſtructiuè autem formatur ſic.Vno † correlatiuorum deſtructo,deſtruitur & reliquum,vel ſic.Ad remotionem vnius correlatiuorum, ſequitur remotio alterius tex.eſt notabilis in d.l.fi.ff.de acceptil. quam ad hoc notat Bald.in Authentica,ſi quas ruinas,in ſecunda colum. C.de ſacroſan.eccle.& bonus tex.in d.l. 1. & ibi Bar.& Ioann. de platea notant,& pulcher tex.in in l.finali.C.de in dicta viduita.quam ad hoc notat Bal.in Auth.quas actiones,C. de ſacroſanct.eccle.& idem Bal.in l.nemo martyres, illo eodẽ titul.Quod vt euidentius appareat,aliquot adducam exẽpla quotidiana. Et in primis hinc eſt,quòd vbi non eſt repe rire petitorium, ibi etiam non eſt reperire poſſeſſorium,
5 quia † poſſeſſoriũ,& petitorium ſunt correlatiua, & per hoc deciditur q.illa quotidiana. Aliquis pluribus annis ſoluit mihi par caponum, vel duos ducatos, modo recuſat ſolue re: an mihi competat poſſeſſorium, & ſic interdictum, &

certe non. De qua quæstione vide plene per Cyn. in l. si certis annis, circa fin. C. de pactis, & per Bar. in l. fi. ff. quorum bono. & per Panor. & canonistas in c. peruenit de censibus, & in ca quærelam, de elect. & per Bal. in l. iubemus nulli, in principio, C. de sacrosan. eccl. & per eũdem Bal. in l. hac edẽ tali. §. his illud, in principio, C. de secund. nup. & per Franciscinum in suo singulari libello feudorũ parte 1. q. 6. Hinc etiam est, q̃ sicut pater conuentus à filio emancipato habet priuilegiũ, ne teneatur vltra quã facere potest. Et similiter patronus si cõueniatur a liberto, l. sunt qui in id, cum l. seq. ff. de re iudicata: ita etiam contra, si filius emancipatus
6 conueniatur à patre, vel libertus à patrono: cum† pater, & filius, patronus & libertus, sint correlatiua, & eadẽ sit ratio hinc inde: cum quilibet horũ teneatur alterum egentem alimentare, l. si quis a liberis. §. si vel parens, & l. alimenta, ff. de liberis agnosc. & priuilegium debeat esse reciprocum, l. 1. ff. quod quisque iuris, & ita notabiliter determinant Io. Fabri, Ang. Ias. & doct. in §. sed & si quis, Instit. de actio. itẽ per hunc arguẽdi modum ex natura correlatiuorum dixit Iacob. But. q̃ sicut filius ex filio representat personam patris, & succedit vna cũ patruo in hereditate auí defuncti.
N. §. cum filius, Institu. de hæredita. quæ ab intestato deferun tur, cum similibus, ita etiam auus repræsentat personam filij sui defuncti, & succedit nepoti vna cum matre defuncti, secundum eum, sed contrarium decidit gl. & post eam Bal. in Auth. defuncto, in principio, C. ad Tertullianum, & sequitur Nicolaus de Vbaldis in notabili tractatu suo successionis ab intestato, in secũda parte principali, assignans rationẽ diuersitatis, & quod fortius est, dicit hoc procedere in bonis vndecunq; quæsitis, q̃ tene mẽti. Hinc ẽt est, q̃ lex nouа corrigẽs †
7 in vno correlatiuorũ, puta in vxore, intelligit ẽt corrigere in alio, & sic ĩ marito, tex. est notabilis in prę al leg. l. fina. C. de in dicta uiduitate & ibi hoc notant Bartol. Angelus, Iason. & doctores uolunt Baldus, & Paulus de Castro, & doctores dicta Auth. quas actiones, & Petrus de Ancho. in repetitione capitulo canonũ statuta, in sexta q. principali de cõstitutio. & Ioan. Baptista in repetitione l. omnes populi, in 9. fallentia, ff. de iustitia & iure. Hinc etiam videmus, quod lex corrigẽs in actore, extẽditur vt ẽt corrigat in reo,

reo,ut est glo.in l.per interuallum,ff.de iudicijs,& glos.in Auth.qui semel,in uerbo 30.diernm,& ibi Salice. & doct. C.quomodo & quando iudex præmissa tamen intellige uera,quando eadé est ratio utroque correlariuorũ. Tunc.n.
8 † dispositum in uno ex correlatiuis,uidetur etiam dispositum in alio,iuribus præal.alias autem secus, tex. est notabilis in l. curatorẽ,cũ ibi notatis per glo.Cyn.& doct.C.de interdicto matri.& in l.fi. & ibi Salic.no.C. de rescin. véd. & habetur pulchrè per Iasonem,in l.transigere,in 1. colũ. C.de transact.& per eundem in d.l.fi. C.de in dicta viduita.& hinc singulariter dixit Benedictus de Benedictis. in cons.suo 1.q licet dispensatum sit cum filio spurio, vt possit succedere parentibus suis,tamen vigore huiusmodi dispensationis,non poterunt parentes succedere filio spurio. quia non est eadem ratio dispensandi camparentibus, sicut cum filio spurio;cum ipsi parentes deliquerint , & non ipsi filij,c.nasci 56.dist.propter q non ita facile princeps cũ parentibus verisimiliter dispensasset:vnde cum non sit eadem ratio,dispositum in vno ex correlatiuis, non habebit locum in alio,d.l.curatorem cũ ibi notatis,maxime per Cyn.Hinc etiam est,q licet familiaris domesticus,vel seruitor,nõ possit produci in testem pro dño,l.etiam, C.de testi. econtra tñ dominus pro familiari domestico,vel seruitore bene põt esse testis. ita singulariter dicit Salic. in d. l. ẽt & ratio diuersitatis est. quia primo casu producens potest imperare producto in testẽ:secundo non.& idé in similib.casibus dicẽ põt,q nota, & his consonant notata in additione decisionis quartæ Capellæ Tolosanæ,vbi plenè tractatur materia, d.l.
9 etiã , & quemadmodum lex † nota correctoria loquens in vno correlatiuis,extenditur ad reliquum,vt supra dixi:etiã lex pœnalis loquens in vno correlatiuorum duntaxat,verificatur in alio,& fit extensio de vno ad aliud,quando eadem ratio militat in vtroque correlatiuorum,licet solum de altero correlatiuorum fiat mentio in constitutione,uel lege pœnali. ita notabiliter vult Bar.in præalle.l. fina. per illum tex.ff.de acceptilatio. & idem Bar.Ange.Iason & docto. in d.l.fi.per illum tex.C. de in dicta viduita. & idem Bart. & Io.de platea,in d.l.1.& Barto.& Pau.de Cast.in l. cum lex. ff.de fideiuss.& Ang. institu.de succes.bono.subla.in principio,

cipio,& Bald.in d.l.nemo martyres,& idem Bald.in l. 1.in prin.C.de communi.ſer.manumiſſo,& Salice.in l.3.C.quæ res uendi.non poſſunt,& Fabianus de monte ſancti Fauini in ſuo notabili libello contractuum,in 2.q.principali,circa finem, & Panor. in proœmio decretalium in quibus locis præfati doct.dicunt,quod ſtatutum puniens uenditorem, punit etiam emptorem propter correlationem,quando eadem ſubeſt ratio in utroque : licet in ſtatuto de emptore nulla fiat mentio.& ita conſuluit Bart.ut ipſemet refert iu d.l.fi.C.de in dicta uiduita. & eſt communis opinio legiſta
10 rum,vt dicit Panorm.in ca.quia clerici,de iure patro.In † correlatiuis enim idem eſt iudicium , & eadem diſciplina, vt quod ſtatuitur in vno , intelligatur ſtatutum & in alio, uiribus præalleg.& l.ſi cum dies.§.penul.ff.de arbitris,& l. uetcres.ff.de actio.empt.& l.cũ emptor.ff.de reſcind.uẽditio.Et regula correlatiuorum eſt regula pariu m ſecundum Baldum in l.cum te in Gallia,C.ſi certum peta.De hoc tamen articulo,uide plenius per Domin.& Philippum Francum in c.1.de tempo.ordina.lib.6.& per Panorm.in c.1.de de locato,& per Ial.qui magiſtraliter loquitur in d.l.fin.C. de indict.vid.& per Fabianũ loco prædicto,& magiſtraliter Hippoli.de Marſi.in pulchra q.in l.ſi quis viduâ.ff.de quæſtionibus.Hinc ẽt eſt.q; ſicut ꝑꝑ delictum vaſalli commiſſum in dominũ,vaſallus priuatur feudo,& vtile dominiũ vaſalli conſolidatur cũ proprietate dñi: vt eſt caſus in §.denique,in titulo,quæ fuit prima cauſa beneſic.amitten.in vſibus feud.ita etiam ꝑꝑ delictum dñi commiſſum in vaſallũ, dñs priuabitur directo dominio, & illud conſolidabitur cũ vtili dominio ipſius uaſalli:ita dicit tex.in c.dño omnium te:ſi de feudo controuerſia,in vſib. feudo. & ibi Aluarot. notat.& tex.in c.vnico.qualiter dñs proprietate priuetur, & eſt gl.expreſſa in §.item qui dño,in d.tit.quæ fuit prima
11 cauſa beniſi.amitten.Dominus † enim,& vaſallus ſunt correlatiua,& iudicãtur ꝑ pari,vt eſt tex.pulcher iuncta glo.in tit.de forma fideli.in fi.& ibi Bal.Alua.& doct.iſtud notãt, & valde exclamant:Et ita tempore noſtro practicari vidimus in rege Franciæ quoad comitatum Flandriæ,& Arthe ſij:quod cõmenda memoriæ. Hinc ẽt eſt, q; vaſallus committendo felloniam, vt vocant, vel infidelitatem aduerſus

domi-

dominum, potest deficiente probatione per dominum pronoçari ad pugnam personaliter, nec admittitur per campionē secundū legē longobardorum: ita eadem ratione, pręsuppositā d.l.longobardorum, & eius vigore poterit dominus felonią cōmittens contra suum vasallum, puta eum cucurbitando, vt loquuntur, vel simile quid faciendo, prouocari ad pugnam, seu duellum personaliter, nec admittetur uolens dare campionem, nisi in casibus per dictam legem exceptis. tex. est iuncta sua singulari gl. in c. non est consuetudo, in tit. de alie. feudi paterni, in vsib. feud. & ibi hoc not. Aluaro. & doc. vbi recurre. Hinc etiam dixi alias in q. de facto occurrente, q̄ licet c. pro humani, de homicidio lib. 6. grauiter puniens mandantes hominem Christianum occidi per assassinos, sit pœnale, & exorbitans: & non imponat pœnam assassinis, seu mandatariis, tale turpe mādatum pro pecunia suscipiēntibus, sed duntaxat mandantibus, & fierī procurantibus, debeat ēt quoad pœnam sibi locum vendicare in huiusmodi assassinis, seu mādatarijs, p̄ p̄ naturam correlatiuorum: ita quod prohibitum in vno censeatur ēt prohibitum in alio, iurib. p̄realle. q̄ si est verū, sequitur q̄ cum tales sint a toto populo Christiano perpetuo diffidati, ut habetur in d. c. pro humani, edito in concilio generali, poterunt impune c. pro humriuatum occidi. & occidens, si de hoc accusetur, & eos as fuisse probauerit, absolui dēt sicut in simili dicit Bar. de bannito, quem impnne licet offendere in d .l. omnes populi, & hoc pro indubitato quoad mandantes tenet Dominicus in d. cā. pro humani, circa fi. post Ang. de Peru. in consi. suo 14. Imo plus dicit Dñs videlicet, q̄ clericus tale crimen cōmittens posset per iudicem secularem puniri, absq; alia degradatione, vt ibi latius per eū. q̄ idem sit ipsis mandatariis, seu assassinis, nullibi aperte legi, nisi q̄ Ang. in d. cōs. 14. hoc vī tacitè sentire, nō separādo assassinos a mandatoribus quoad pœnam d.c. pro humani sed eos simul miscendo eum, tn̄ in casu, in quo ipse consuluit grauius punitus fuerit assassinus, q̄ mādatores, & idē sentit Bar. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniuriis, & Salic. in repetitione l. non ideo minus, in fi. C. de accu. Et ita ego, saluo meliori iudicio, putarem in practica obseruandū propter naturam correlatiuorum, & exorbitantiam criminis,

nis,maxime in hac prouincia,vbi quamplures pro obtinenda pecunia,& gratia magnatum, ad talia perpetranda proniſſimi ſunt:licet ſit perquam durum,& licet ſciam,contrarium ſentire Franciſcũ de Aretio ſubtilitatum principem in ſuo eleganti conſi.165.in 10.col. Sed homicida maximè ſic qualificatus,q̃ fecit ſemper expectet.l.3.C.de epiſ.aud. & nihil iuſtius, quam necis artificẽ arte perire ſua,multisq; graſſantibus opus eſt exemplo,l.aut facta.§. fi.ff. de pœnis.

22 De his autem † aſſaſſinis qui homines occidunt pro pecunia,vide aliquid per Bar.in d.l.non ſolũ.§.ſi mãdato,& per eundẽ in l.Cicero.ff.de pœnis,& aliquid per Salicetum in d.l.non ideo minus,& pleniſſimè per canoniſtas in d.c. pro humani. Hoc tamen q̃ dixi,ſupra dominum & vaſallum iudicari à pari:limitatur ſingulariter uerum, quando eadem ſubeſt ratio in vtroq, alias ſecus. Et hinc eſt,q̃ licet uaſallus interficiens aliquem proditoriè,priuetur feudo,& feudum aperiatur dño,quando felonia eum reſpicit, ca.vnico, in tit.an ille qui interfecit fratrem dñi ſui: tamẽ dñs interficiens aliquem proditoriè non priuabitur proprietate ad inſtantiam uaſalli : quia eius non intereſt, nec ſubeſt eadẽ ratio. ita ſingulariter decidit Andr.de Iſernia omnium iudicio in feudorũ materia maximus & poſt eũ Alua. & alii in d.c.unico. Hinc ẽt eſt,q̃ licet uaſallus teneatur dño præſtare iuramentum fidelitatis, non tamen econtra dominus tenetur vaſallo præſtare iuramentum fidelitatis,vt ſingulariter decidit Alua. poſt alios per eum relatos, in d.titu.de forma fideli. ad finem, & Iacobinus in ſuo notabili libello feudorum,in illis verbis,qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis,&c.in 3. col. vbi plures alias ponit diſparitates: & Frãciſcinus in dicto ſuo ſingulari libello feudorum parte 3.in verſi.14.ſingulariter aduerte:quod tẽnementi.Et hoc indicaſſe,abundè ſufficere debet iuuenibus: qui autẽ latius inſtrui uolet in hac materia correlatiuorũ, uidere poterit Baptiſtã de ſancto Blaſio in ſuo ſingulari tractatu correlatiuorum:Vbi reperiet vltra centum caſus , in quibus ſibi locũ uendicat regula correlatiuorum de qua ſupra Reperiet etiam vltra centum fallentias,in quibus diſpoſitum in vno ex correlatiuis non habet locum in alio correlatiuo.Ad quem breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat.

Nota pro Baro na N.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIA IN LOCVM.

AB EFFECTV.

1 *Argumentum ab effectu est probatio sensitiua, & quando procedit, vel non num. 7.*
2 *Ex efficacia effectus arguitur potentia causæ efficientis.*
Exitus acta probat, & effectus denotat causam.
3 *Vulneratus absque longo interuallo decedens præsumitur ex muliere decedere.*
4 *Animus præsumitur ab effectu.*
5 *Vxor dicatur domina dotis.*
6 *Pœna commensurari debet delicto.*

LOCVS AB EFFECTV.

PRAETEREA habemus in iure locum ab effectu, à quo sumptum argumentum est frequens, forte & multum efficax: quia est probatio sensitiua, qua nulla est efficacior. Nam quærere rationem vbi: habemus sensum, est infirmitas, seu debilitas intellectus: ut post Aristotelem & Auerroim dicit Bal. in rubrica ff. de rerum diuisione, in vltima colum. & idem Bald. in l. 1. in 2. colum. C. qui accusa. non possunt: & idem Baldus in lege finali in penultima columna, C. de executione rei iudica. & Angel. in concilio 275. incipiente, Thema super quo concilium petitur tale est circa finem. Et isto argumento ab effectu, utitur imperator Iustinianus in proœmio institutionum, in §. quorum utramque uiam, in versi. & bellicos, & ibi Ang. notat. Isto argumento etiam vtitur Paulus iurisconsultus in l. debitor, & ibi Paul. de Castr. nota. ff. ad trebellia. Isto argumento vtitur etiam summus Pontifex, in cap. ubi periculum, in principio & in capitulo fundamenta circa medium de elect. lib. 6. & de eo pro nunc recordor, gl. quam ordinariam uocant facere mentionem in quatuor locis, Primo in c. quatuor, 12. q. 2. vbi etiam est bonus tex. Secundo in l. 3. C. de sūma Trin. & fid. Cat. Tertio in l. nullus uidetur dolo facere.

Digitized by Google

facere.ff.de regul.iuris:& quarto in l.cuius effectus,illo co. tit.Isto argumento ab effectu vtitur etiam Bart. in repet.l. si is qui pro emptore,in 6.q.principali.ff.de vsucapio,& Al ber.de Rosat.in 2.p.statutorum.q.30.& Bal.in c. 1. in 6.q. in tit.quib.modus feu.amit.in vsibus feudo.& Bal.in cons. suo 136.incipiente,proponitur in secunda par.& idem Bal. in l.si pater puellæ.C.de inoffi.testa.& Salyc.in l.1.in fi.C. quando non peten.partes peten.accrescunt,& doct.in pluribus aliis locis,quæ commemorare magis haberet laboris, quam ingenij,& licet Bal.qui dicebatur omnia scire & nihil ignorare,vt commemorat Lud.de Roma in suis singularibus singulari 379.& Ias.in l.1.in 13.col.C.de sum.Trin.& fi.cath.de hoc loco ab effectu mentionem non faciat, in l. conuenticulam.C. de epis. & cler.vbi ponit plures alios locos legales,non est mirum: quia omnium hãbere memoriam,diuinitatis magis est,quam humanitatis,l.2.post medium, C.de veteri iure enuclean. Et argumentum ex hoc
2 loco potest formari hocmodo. Ex efficacia † effectus arguitur potentia causæ efficientis. Exitus enim acta probat, & effectus denotat causam l.rem non nouam,circa finem, C. de iudiciis,& d.§.quorum vtramq; viam,& præal. c. quatuor,in quibus iuribus ponuntur exempla, & gratia euidẽtioris intellectus,addo aliud exemplum quotidianum, ut si
3 vulneratus †absq; longo intertallo decedit,præsumitur ex vulnere decedere: & sic præsumitur vulnus fuisse letale,arguendo ab effectu, nisi ex aduerso allegetur,& probetur, quod mors secuta est ex adiuncta culpa vulnerati. Ita singulariter determinat Bal.in dicto cap.1.in 6.q. Et sequitur ibi Præpos.idem etiam vult. Ang. de Aret.in suo singulari tractatu maleficiorum super illis uerbis,& ex dictis vulneribus mortuus fuit &c.vbi etiam exemplificat de multiplici culpa vulnerati,ut quia non adhibuit medicum, uel tardè adhibuit, uel adhibuit imperitum,uel ei non obediuit. uel cum vxore aut alia muliere concubuit: & idem uoluit notabiliter Bal.in l.qui occidit.§.fi. ff.ad legem Acquiliã, & idem Bal.in l.si ab hostibus.§.1.ff. solut. matr. & Felyn. in c.præsbyterum,de homicidio:& Hippolitus de Marsiliis in l.nihil interest.ff.ad legem Corn. de sicar.quod commendat memoriæ,quia habui de facto, & potest quotidie occur

rere

rere in practica. Hinc etiam singulariter dicũt Bal. & Ang. post Cyn & Ia. in prima constitutione digestorum, in finalibus uerbis per illum textum quem notant pro argumento
4 ab effectu, quod † animus præsumitur ab effectu, & ergo si statutum dicit, quod si quis studiosè percusserit, puniatur tali pœna: præsumitur studiosè factum, nisi ex aduerso animus defuisse probetur, & allegant Bald. ad hoc, lib. 1. C. ad leg. Corneliam de sicariis, quæ iuncta sua singulari gl. hoc optime probat quod nota. Hinc etiam homo, qui irrationabiliter uiuit & contra decentiam ciuilem, ab effectu potest appellari bestia ut notat gl. in Auth. de monachis, in prin.
5 collatione 1. sic uxor dicitur † domina dotis, & habere possessionem quoad effectum restitutionis, quæ ei fieri debet solut. matri. l. in rebus, C. de iure dotiũ, licet constante matrimoniõ maritus sit dominus dotis quoad effectum uendicationis. l. doce ancillam, C de rei uendic. Et istis dominationibus plerunque utuntur theologi, qui ex similitudinibus uitæ nunc homines porcos, nunc grues appellant: & ad præmissa bene facit. §. sed tu, cum ibi notat. Inst. de hæredi. qualit. & differen. & l. litibus, iuncta gl. in uerbo restituatur, in fi. C. de agri. & sancitis lib. 11. Hinc etiam est, quod ex genere pœna regulariter arguitur maioritas delicti, quia
6 † pena debet commensurari delicto, c. non afferamus 24. q. 1. & in Auth. ut fratrũ filii, in fine, collatione 9. Hoc tamen fallit interdum in casibus, in quibus pro minori delicto maior imponitur pœna propter frequentiam delicti, uel inclinationem hominum ad illud committendum, ut retrahantur: ita dicit glo. notabilis in cap. admonere, 32. q. 2. & gl. in
7 cap. proposito, 27. q. 1. Hoc tamen † nolo te ignorare. quod in his, quæ respiciunt effectum procedit istud argumentũ in his aũt, quæ respiciũt originem, argumentũ ab effectu nõ procedit, ꝙ declara per exẽpla ut notabiliter declarat Bar. in l. constitutionibus. ff. ad municipales, & in l. nec ei. §. fin. ff. de adoptionibus, & faciunt eleganter notata per Pan. in c. de uxore, de sepulturis, ubi recurre. Aduerte etiam quia effectus seu euentus noxius tunc demũ attenditur, quãdo procedit à causis proximis & immediatis: non aũt quando procedit à causis remotis, quæ potius sunt occasio, quã causa immediata, tunc enim euentus, uel effectus non attribu-

tur

tur illi principio remoto, ſed cauſis propinquioribus, l. ſi mulier, iuncta gl. & ibi Alber. notat. ff. rerum amo. & l. ſcripturæ §. fi. ff. ad l. aquiliam, & ſic tunc non procedit argumentum ab effectu. Ita ſingulariter dicit Bal. in d. ſuo conſ. 136. circa finem in pulchro & quotidiano caſu, ad quod etiam eleganter notata per gl. & Henricũ Boicꝛ in c. de cætero, de homicidio: & notata per Hippolitum in d. l. nihil intereſt, & notata per Franciſcum de Aretio in conſ. ſuo 147. incipiente, uiſa conſultatione, in 2. dubio, quod tenemenți. Et hæc de cauſa efficiente, & eius effectu dicta ſufficiant quibus adde ea, quæ dicam infra in loco ab authoritate, circa principium. De cauſa autem materiali cauſante, & cauſata, formali, & finali, uide per gl. & doct. in l. 1. C. per quas perſonas nobis acqui. & ſupra in loco à minori, & in loco à defectu formę, & infra in loco à virtute finis, & aliquid per Bal. in l. 1. in 27. oppoſitione in fine, C. quando non peten. partes peten. accreſcunt. Illud autem certum eſt, quod ad plenam notitiam cauſati, requiritur notitia ſuæ cauſæ, l. 1. in prin. & ibi notatur per Ang. ff. de iuſtitia & iure, uel vbi pẽdet cauſa, pendet & cauſatum, l. ſed & ſiquis. §. interdum. ff. de vſufructu, cum ſimilibus. De virtutibus autem, & operationibus cauſarum vide plenius per Ciceronem, & Boetium in Topicis, ad quos te remitto.

SVMMARIA IN LOCVM AB EFFECTV eorum quæ ſunt, &c.

1 *Quando plura coniunctim requiruntur ad eſſe rei, vel probationis, non ſufficit alterum eſſe, uel probari cum nu ſeq.*
2 *Impetrans reſcriptum, vel offerens libellum tenetur probare cauſam expreſſam in reſcripto, &c.*
3 *Petens ſe admitti ad actum ut talis, debet probare ſe talem.*
5 *Reſponſio qua fit poſitionibus, ſolum refertur ad id, ſuper quo principaliter fit poſitio, & non ad enuneiatiue narrata.*
6 *Actus requiſitus cum aliqua qualitate, non ualet ſine qualitate.*
7 *Clauſulæ illæ liberalia, ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis peto mihi ius dici, &c quos habeat effectus, & nu. 8.*
9 *Iudex non poteſt condemnare ex apta cauſa, quando actum eſt ex inepta.*

LOCVS

LOCVS AB EFFECTV EORVM quæ ſimul requiruntur ad eſſe.

NVNC ſubnectamus locum ab effectu eorũ, quæ simul requiruntur ad eſſe. A quo ſumptum argumentum eſt forte, frequens & ualde utile: & huius loci meminit Bald. in l. conuenticulam, C. de epiſcopis, & clericis dicens eum eſſe notabilem in materia probationis. Et formatur argumentum ex hoc loco hoc modo.

† Quando plura coniunctim requiruntur ad eſſe rei, uel probationis, non ſufficit alterum eſſe, vel probari tex. eſt notabilis in l. vndè etiam illud. §. pen. ff. de itinere actuq; priua. & bonus tex. in l. Fulcinius. §. cũ hoc, & ibi Bar. ff. ex qui. cau. in poſſ. eatur, & pulcher tex. in lege habeat in prin. & ibi notatur per doctores. ff. de inſtitoria, & tex. elegãs in leg. ſi per alium. §. docere, & ibi Paul. de Caſt. & Iaſ. notant. ff. ne q⁹ eum qui in ius vocatur vi eximat, & facit textum in l. 2. §. quod diximus, cum eleganter ibid. notatis per Bartolum & doctores. ff. ſi quis cautio. Et hinc eſt, quòd impetrans reſcriptum, vel offerens libellum, tenetur probare cauſam, vel demonſtrationem expreſſam in reſcripto, vel libello, quãdo intentio impetrantis, vel libellãtis principaliter fundatur ſuper illa cauſa, vel demonſtratione, ita notabiliter dicit Inno. in c. ex parte abbatiſſæ, de priuilegijs, & ſequitur ibi Pano. dicens hoc bene notandum, quia ſæpe venit in practica, & hoc dictum referunt. & ſequuntur Pau. de Caſt. & Iaſon in l. interpoſitus, C. de tranſactio. dicentes hoc perpetuò tenẽdum menti, quia poteſt in facto frequenter cõtingere. Hinc etiam eſt, quod impedito uenire ad certum locum, non ſufficit docere de impedimento, uel quòd impedimentũ ſuberat quare venire nõ poterat, ſed neceſſe eſt, quòd doceat ſe fuiſſe paratum ad eũdum, & quòd iuiſſet, niſi per tempeſtatem, vel aliud impedimentum legitimum impeditus fuiſſet & de hoc proteſtatur: Ita ſingulariter probat text. in d. l. 2. §. quod diximus, & tex. in l. qui commentatus, in prin. ff. de re militari, & utrobiq; id notat Bart. & uolunt notabiliter Inn. Panor. & canoniſtæ in c. extram miſſa, de præſcriptio. & docto. ſæpe alibi: quod tene perpetuò menti, quia eſt quo-

Nota.

§ dianum in practica. Hinc etiam est, quòd petens † admitti ad aliquem actum, vt talis debet probari se talem, alias non admittitur: tex. est notabilis in l. non ignorat, C. qui accusa. non possunt, & ergo volens admitti ad retractum ex vi statuti, vel consuetudinis, vt & tanquam consors, vel agnatus, debet probare se esse talem aliàs non admittitur. Ita singulariter decidit Pau. de Cast. in consil. 69. in antiquus, incipiẽte, super eo vero quæritur: & sequitur Alex. de Imo. in consilio suo 60. 2. voluminis in 4. col. quod tenemenți, quia potest quotidie seruire in pract. Hinc ẽt est, q; si aliquis sit accusatus de percussione cũ sãguinis effusione, vel de percussione facta cum armis, vel de nocte, licet cõtra eũ probetur percussio, si tamen non probetur qualitas libellata, scilicet sanguis effusio, cum armis, de nocte, vel similis, debet reus absolui, quando alia pœna imponitur per statutum pro simplici percussione. & alia pro percussione qualificata, & ad illam concluditur: licet posset nouus processus inchoari super simplici percussione. Ita notabiliter dicit Cy. post Iacobum de Are. in l. 2. C. de probat. & ibi Pau. de Cast. Salyc. & doct. & volunt Ant. de Butr. Ioan. de Imo. Panor. Fel. & alij doct. canonistæ in c. licet causam, de probatio. vbi recurre. Hinc etiam est, quòd constitutio apostolica tollens pactum vel statutũ, non censetur tollere pactũ, vel statutum iuratũ, vel alia qualitate vallatum: & est ratio, quia plus potest hoc tale, quam hoc simplex: de hoc sunt duæ gl. singulares, vna in c. cum non deceat, circa fi. de elect. lib. 6 alia in clc. dubiũ circa finem, super verbo, pacta, de sepulturis & ibi docto. & ita singulariter decidit. Albericus de Rosate in prima parte statutorum q. 16. in fi. & Ludo. de Roma. in suis singularibus, singulari 8. & idem Ludo. in aurea sua repetitione l. si uerò. §. de uiro, in 23. fallentia ff. solu. mat. & Pan. in c. constitutus, de rescr. & doct. sæpe alibi: quod tenemenți. Hinc etiam est, q; lex uel statutum puniens unum delictũ & præsupponens aliud, non includit illum, in quo non uerificatur delictũ præsuppositum quasi qualitate, seu uno ex requisitis deficiente. tex. habes iuncta glo. in l. mancipia, C. de ser. fug. & ibi istud ualde commendat Iaco. Butr. illam gl. etiam reputat unicam & singularẽ in iure Lud. de Roma in suis singularibus, singulari 493. incipiente, statutum: & Sozinus in

consil.

consil. suo 55.in 2.col.ubi omnino uide. Hinc etiam est, q
4 † aliter procedendũ est contra clericũ simplex homicidium uel aliud delictum committentem,& aliter contra clericũ committentem homicidiũ,uel aliud delictũ qualificatũ : ut ualde singulariter & exquisitè deducit Panor.in c.at si clerici,de iudicijs:& Pet.de Ancho.in repetitione regulæ , ea quæ fiunt à iudice,in 12.q.circa fi.& in q.19.de reg. iur. li. 6.& Dominicus:in c.pro humani,in fi.de homicidio eo.lib. & Io.de Ana.& Fel.in c.1.de homicidio,in antiquis,& doc. sæpe alibi:quod tene menti,quia occurrit quotidie in practica:licet per quosdã cœcos iudices ecclesiasticos malè obseruetur.Hinc etiam est,quòd quando positio qualificata, est in parte falsa,potest cum bona conscientia in totum negari,nec incurritur per hoc periurium:ita dicit gl.ualde notabilis in c.2.in uerbo rationabili,de confessis lib.6.& gl. in c.2.in uerbo,sigillatim,de testibus, eodem li. & uult Pano. in c.unico,in col.de plus petitio,subiungens rationẽ : qa uidetur aliud factũ.& idem reperio sentire Io. An.in regu. nullus pluribus,de reg.iur.lib.6.in Mercurialib. & originaliter dictum Speculatoris in ti.de positionibus.§.7.uers.11. ubi etiam singulariter dicit,quod responsio quæ fit positionibus,solum refertur ad id,super quo principaliter sit positio,& non ad enunciatiuè narrata.Vndè si positio habet, q *N.*
mutuauit Titio 10.cuius,tu es hæres!& tu respõdes,credo: per hoc non uidetur confiteri te hæredem Titij , sed solum mutuum:& hoc dictum refert & sequitur Matthæus Matesselanus in notabili suo 34.quod tene mẽti,quia est frequẽs & quotidianum in practica.Hinc etiam est,quòd si ad ualẽ ditatem actus requiritur iuramentum cum tactura scripturæ,si præstatur iuramentum sine tactura scripturæ, non est satis factum dispositioni:de hoc sunt duæ gl.notabiles, una est in c.ut circa,de elect.lib.6.& alia est in cle.1.de hæreticis,quas ad hoc notat Anto.Corsetus in singulari suo 270. Hinc etiam est,q lex,uel statutum ponderat scientiã actus respectu certæ qualitatis,ille nõ dicitur scire,qui scit actũ, & ignorat qualitatẽ.Ista est decisio glo.ualde notabilis in c. concertationi, in uerbo sciuerit, de appell. lib. 6. quam ibi commendat Dominicus,dicens eam notandum pro statutis imponentibus pœnam scienter receptantibus bannitum

& non reuelantibus.nam receptans bannitum, nisi sciuerit illum bannitum esse,non incurret pœnam,ut ibi latius per eum,& idem uult Bar.in l.omnes.2.C.de agri.& censitis li. 11.Et per hæc & alia singulariter dicit Barbatia in ca. cum uigesimũ,de offic.dele.se in contingentia facti consuluisse, quòd cum Bononiæ esset facta constitutio,quòd loquẽs cũ rebelle puniatur pœna mortis,& fuisset inquisitum contra quendã,q̃ fuisset locutus cũ rebelle,quia tamen in illa inquisitione non fuit articulatũ,nec probatum q̃ sciuit illum rebellem,quod debebat absolui,& non condemnari: & hãc decisionem refert & sequitur Ant. Corset. in singulari suo 528.quòd tene perpetuò menti. quia ualet ad multa. Hinc etiam dicit ualdè singulariter Ioan. And.in d.c. pro humani in nouella,se liberasse quẽdã prẽlatũ à pẽna illius c.quod loquitur de Christiano Assasinato. nam erat probatum contra prælatum, quòd fecerat per assasinos occidi quendam hominem:sed quod ille homo assasinatus fuit Christianus, non fuit probatum:& sic non erat probata qualitas requisita per dictum capitulum pro humani: Vnde ille prælatus euasit pœna illius capituli: secundum eum ibidem quod dictum tanquam iuridicum sequuntur ibi omnes docto.posteriores, & Bald. in lege si quis non dicam rapere, in tertia col.C.de episcopis & cle.& doct. sæpe alibi, quod tene menti,quia est singulare quotidianũ.Et ratio istius,& multorum aliorum supra commemoratorũ est:quia ubi requiritur †actus cum aliqua qualitate,non sufficit actus sine qualitate.dicto § cum hoc,cap.ab eo, iunctam glo.de elect.lib. 6. cum similibus: & ubi qualitas est causa alicuius effectus puta pœnæ inferendæ,non sufficit probare factum, nisi præcisè deducatur & probetur qualitas,lege non solum.§. sed ut probari,& ibi pulchrè Bar.ff.de noui operis nuntiatio.l. matrem,& ibi C.de probatio.gl.& Ang.in lege eum actum. ff.de nego.gestis,& Pano.in cap.in præsentia, de probatio. & faciunt notata per Albericum de Rosate in lege spadonem.§.qui libertus.ff.de excusatio.tuto.Imò quod fortius est,si canon uel lex ad perditionem priuilegii,uel incursionem pœnæ requirit duas qualitates, requiritur concursus utriusque qualitatis.gl.est hoc singulariter in clemen.prima. in uerbo,publicè & personaliter, de uita & honest. clerico.

quod

quod tene menti. Sic etiã vbi qualitas est causa delatę iurisdictionis, nõ sufficit adesse factum, nisi adsit qualitas, vt est tex. iuncta sua singula. gl in cap. 1. de offici. delega. lib. 6. & ibi tangitur per docto. & per Innocentium, Panor. & docto. in cap. cum sit generale, & in cap. si clericus laicum, de foro compe. Potest etiam assignari alia ratio in prędictis: quia effectus condemnationis est diuersus propter qualitatem: Vnde nisi fiat detractio qualitatis pendente iudicio, iuxta doctrinã auream l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. actio. non poterit sequi condemnatio: de quo vide plenissimè per Bart. in l. denunciasse. § quid tamen qué legit sub l. qui vxori. ff. ad legem Iuliam, de adulterijs: & latè per Salyc. in lege tutoris, C. ad legem Iuliam, de pulica. vel priua. & per Hippolytum de Marsilijs in singulari suo 187. Et pulchre per Paul. de Cast. & Iason in d. l. si per alium. §. docere. Et per Fel. in c. 2. de rescrip. & per Canonistas in d. c. licet causam, & latissimè per Gandinum in tractatu suo maleficiorum, in tit. de pœnis reorum, in versi vltimo circa materiam. & per Albe. de Rosa. in 2. parte statutorum, q. 44. & Ang. in l. quid ergo. §. pœna grauior, versic. sed si causa. ff. de his notan. infa. Ex cuius dictis habentur, duæ limitatio ad præmissa. Prima est, vt præmissa non procedant, quando per qualitatem non alteratur actio. Secunda est, vt præmissa non procedãt, quando una actio continetur sub alia, quem omnino uide. Vide ẽt Bal. referentė plura motiua pro, & cõtra, in d. l. 2. C. de prob. & in l. si seuerior, C. ex quib. causis infa. irroga. Ex cuius dictis habetur alia, & tertia singularis limitatio ad præmissa, videlicet, q; præmissa procedunt, nisi in libello accusatorio sit posita † illa clausula in libellis poni consueta, super præmissis omnibus, & singulis peto mihi ius dici, & iustitiam ministrari, quæ distinguit qualitatem à facto, ita q; altero probato obtinębitur in eo, secundum eum, quod est menti tenendum, circa quod uolo te scire, quòd dicta clausula, super præmissis omnibus, & singulis peto mihi ius dici, &c. habet alium maximum, & singularem effectũm nam si in libello concludente in possessorio, narratione facta de respicientibus possessorium, & petitorium subiiciatur dicta clausula: tunc probato petitorio & non possessorio, poterit virtute dicta clausula ferri

ſentẽtiã in petitorio. Ita ſingulariter: dicit Io. Calde. & poſt eum Pan. in c. cum dilectus, in 25. col. de ordine cognitio: & Io. de Im. in c. cum eccleſia Sutrina circa fi. de cauſa poſſeſſio. & propriet. & idẽ Ioan. de Im. inl. ſi cum nulla, & in l. in ſumma. ff. de re iudica. & Bal. in l. incerti. circa finem, C. de interdictis, & Fely. in ca. licet heli, circa finem, de ſimonia, & Alex. de Im. in l. 2. §. prius, in fi. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & An. & Iaſ. in §. omniũ, Inſti. de actio. & Socy. in cõſilio ſuo 128. incipiente, iuſtiſſime iudex. in principio, & ergo tu ſis cautus, vt nunquam omittas eã ponere in libello per te conficiendo: quia vidi plures ſuccumbere ob omiſſionem dictę clauſulæ, capta per eos inepta concluſione, qa nõ ſuccubuiſſent, ſi dictam clauſulam in concluſione poſuiſſent: quod ẽt vult Pan. in d. c. cum dilectus, & reputat valde notabile, & tanto magis ſis cautus, quia in bene, & apte formando concluſionem faciliter errat, qui naturam actionis ignorat. Propter quod contingit plures ſuccumbere, l. 1. cum ibi notatis per gl. ſingularem. ff. ſi menſor falſum modum dixerit, & c. examinata, cum ibi notatis per gl. & canoniſtas de iudicijs:

8 Scias tamen † q; dicta clauſula, quantumcunq; vtilis ſit, nõ operatur effectum ſuum, quãdo cõtra generalitatem libelli, in quo dicta clauſula adiecta eſt reperitur exceptum, & petitum fieri ſpecificationem: ita ſingulariter decidit Ale. de Imo. poſt Bal. Ang, & alios per eum relatos in conſil. ſuo 121. primi voluminis, vbi plura bona dicit. Scias etiam, q;

9 † ubicunq; apparet male eſſe actum ex vna cauſa, apparet tamen ex actis q; ex alia cauſa bene potuiſſet agi, non põt iudex condẽnare ex illa apta cauſa: ſed debet reum abſoluere reſeruando nihilominus in ſententia pari ius agendi ſibi cõpetens ex alia cauſa apta: de iſto eſt textum valde ſingularis in l. Bebius Marcellus. ff. de pactis dota. quem tex. ad hoc notat Bal. in Auth. ſed & ſi quis, in bona lectura, circa finẽ, C. de ſecund. nupt. & illum tex. Bal. ſemper habuit in ore, vt refert Ang. in l. Claudius felix. ff. qui potio. in pig. hab. & Ant. corſetus in ſingulari ſuo 159. eſt etiam bonus tex. in d. c. examinata, & faciunt notat. per gl. & doct. in d. l. 1. ff. ſi mẽſor falſum modum dixerit quæ omnia memori teneas mente tanquam pulchra, vtilia, ſingularia, & in practica frequentiſſimè occurrentia.

SVM-

SVMMARIA IN LOCVM. AB ABSVRDO.

1 *Argumentum ab absurdo validissimum.*
2 *Non est asserendum, dicendum, vel faciendum id, aut sumendus ille intellectus, ex quo sequi posset absurditas, inhumanitas, scandalum, vel inconueniens.*
4 *Dispositio generalis siue legis, siue statuti restringenda ad vitandū absurdum.*
5 *Dictio plus, ad quantitatem modicam refertur.*
6 *Verba simpliciter prolata restringi debent ad id quod est rationis, ne sequatur absurditas, vel inhumanitas.*
7 *Regula quod ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus limitatur.*
8 *Absurdum quid sit.*
9 *Aequum illud est cuius contrarium est absurdum.*
10 *Argumentum ab absurdo tollitur, si absurdius sequatur.*

LOCVS AB ABSVRDO.

AB hoc loco, quem ab absurdo, seu à uitatione absurditatis, inhumanitatis, scandali, vel inconuenientis, iurisconsulti appellant † de promptum argumentum est validissimum: cum sumatur à discretione naturali, & huius loci meminit. Bal. in l. conuenticulam, C. de episc. & cle. & idem Bal. in l. Pompo. 2. in 4. colum, ff. de nego. gest. & Ioan. And. in regula, pro possessore, in reg. in toto, in reg. in mora, & in reg. q sentit de regulis iuris lib. 6. in Mercurialib. & Hippolitus de Marsilijs in singulari suo 151. & gl. in l. 1. ff. de quibus rebus ad eum. iudicem catur. Et eo vtuntur tam legum quam canonum conditores, iurisconsulti, & docto. in diuersis locis, vt ex infra dicendis patebit. Et in primis isto argumento ab absurdo vtitur Imperator in lege finali, C. de auro. præstan. & in l. finali. C. per quas personas nobis acqui. & in l. vnica §, pro secundo, C. de caducis tollendis & in l. si quis iusiurandum, & in l. generaliter, C. de rebus creditis, & in §. finali, Institutio. q & ex q-bus causis manum. nō possunt, & sæpe alibi. Hoc argumēto

Digitized by Google

etiam vtuntur canonũ conditores in diuerſis locis, vt pãtet in c.venerabilem,& in c.in geneſi de electio.& in c.ex ore, & ibi Panor.notat de priuil.& in c.ſolite. & ibi etiam Panor.de maioritate & obedientia,& in c.cũ inter, & ibi ſimiliter Panor.notat de exceptio.& in c. quemadmodum, & ibi etiam Panor.perpendit de iureiur.& in c.dudum , & ibi gl. & Domi.not.de præben lib.6.& in c. cum ſatis. de offi.archid.& in c.clericos, de officio vicarij.& ſæpe alibi.Hoc argumento etiam vtuntur iuriſconſulti in diuerſis locis,vt patet in l.1.§.vnde quæritur.ff de publicanis,& in l.nam abſurdum,iuncta l.præcedenti.ff.de bonis liberto.& in l.obſeruare.§.fin.ff.de offi.proconſulis,& lega.& in l.ſi quis ex argẽtarijs.§.fi.ff.de edendo,& in l.ſcire oportet.§.aliud,ibi Bal. not.ff.de excuſa.tuto.& in l.ſiue hæreditaria , in fine. ff.de nego.geſt.& in l.2.§.ſed ſi agant,& in § ſed ſi dubitetur,ibi alioqui.ff.de iudicijs.& in l.Offili.ĩ ver.pone inquit, & ibi gl.perpendit.ff.de leg.3.& in l.furti.§.pactus ne.ff.de his q notant.infa.& in l.eũ qui ędes.ff.de vſuca & in l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquiliam,& in l.Pomponius 1.in verſ.cæterũ. ff.de negocijs geſtis,& in l.aliud.§.fi.ff. de reg. iu. & in l.in ambigua.ff.de legib.& ſæpe alib. Eo ẽt vtuntur doct.in diuerſis locis,& in primis Pan.ad ſingularem effectũ in elegãti ſua diſputatione,incipiente,epiſcopus & quidam rector.itẽ Pe.de Anch.ĩ cõſi.ſuo 179.incipiẽte,1.facie,in pulchro caſu,quẽ refert & ſequitur Fely.in c.fi.in 4.col. de pręſumptio.Eo ẽt utitur Bal,in conſilio 2.primj vol. & idem Bal. in Auth.ſed nouo iure,in fi.C.de epiſ.& cle.ubi ꝓ hoc decidit notabilem,& quotidianam q.quam ego vidi de facto in ecclęſia Nineléſi,& docto.ſępe álibi.ex quibus patet,validiſſimum eſſe argumentum ab abſurdo ad interpretationem cuiuſque diſpoſitionis.Et ꝓcedit argumẽtum ſumptũ ex hoc
N. loco,ẽt ſi nõ allegetur autoritas,vt inquit Pan.in c. iniuſtũ de rerum pẽrmutatione:nec mirum,q a ſumitur a diſcretio
2 ne naturali,vt ſupra dixi.Et formatur hoc modo.† Non eſt aſſerendum,dicendum,vel faciendum id,aut ſumendus ille intellectus,ex quo ſequi poſſet abſurditas,inhumanitas,ſcãdalum,vel incõueniens.Debet enim quelibet diſpoſitio ſic intelligi,ut nulla ſequat̃ inhumanitas,vel abſurditas, q̃ vitãda eſt,iurib.ſup.alleg.& hoc modo,iſto argumẽto vtĩ ſubũ

litę

liter Io. And. in reg. cui licet, de regulis iuris lib. 6. in Mercurialib. contra Archidiaco. ad eliciendum verum intellectũ, c. nemo cõtemnat 11. q. 3. quem omnino vide, quia laudabis ingenium, sat scio. Eo etiam vtitur idem Io. And. in d. reg. in toto, dicens esse bonum modum arguendi. Hinc etiã
3 est, quod † excusatur non ob temperans mandato superioris, quando ex hoc sequeretur absurditas, scandalũ, uel inconueniens. tex. est notabilis in cap. si quando, de rescrip. & in c. cum teneamur, de præbendis, & ita singulariter volunt Cãrdi. Ioan. de Imo. Feli. & docto. in d. c. si quando, & idem Feli. in c. 2. illo eo. tit. & habetur pulchrè per Card. in cons. suo 142. incipiente, Sanctissimus dominus noster Bonifacius Papa, & pulchrè per Ludo. de Roma in aurea sua repetitione l. si verò, §. de viro in septima sallentia. ff. soluto matrimonio quod tene menti. quia est quo tidianum. Et vide omnino, qnod dicam infra in loco à plenitudine potestatis. Hinc etiam est, quod † pro euitanda absurditate, re-
4 stringenda est generalis dispositio. tex. est notabilis in l. 2. C. de noxalib. actio. & in l. vt gradatim. §. 1. ff. de munerib. & honorib. quod habet locum etiam in dispositione statutaria, vt est tex. secundum vnam lecturam in d. l. 2. & vult notabiliter Bar. in repetitione l. omnes populi, in 6. q principali post principiũ. ff. de iusti. & iure sequitur Panormit. in d. c. solite, in quibus locis per hoc decidunt, quod licet statutum generaliter disponat, quod quicunque extraxerit sanguinem in platea, puniatur pœna manus: barbitonsor tamen, qui extraxit sanguinem in platea phleubotomiam faciendo, non punietur pœna statuti: licet ex generalitate verborum comprehendi videatur: nam restringenda est illa generalitas. ne absurdum, vel inhumanum sequatur, Absurdum enim, & inhumanum esset, dicere barbitõsorem pœna statuti teneri, cum in eo, non possit argui dolus: Statutum autem intelligi debet de extrahente sanguinem in platea dolosè, & cum iniuria alterius. & ita etiam vult Barto. in l. non dubium, C. de legibus & idem Barto. in l. prima, in fine. C. de agricolis & censitis libro 11. & Bald. in l. benignus, in princ. ff. de legibus & idem Bald. in l. Gracchus, C. ad legem Iul. de adulte. Verba enim legis non debent captari, leg. penulti. ff. ad exhibendum, quæ est ad hoc

nota-

notabilis: & iſtud eſt verum, etiam ſi præcedat aliud ſtatutum generale, quo cauetur, quod verba ſtatuti intelligãtur pręciſę, & ad literam, ſine ulla interpretatione, ſub maxima pœna. Et iſtud eſt, quod faciebat dubium, & propter quod barbitonſor erat in maximo periculo, dum quæſtio fuit de facto Bononiæ: tamen propter abſurditatem uitandam fuit iudicatum pro barbitonſore: & rectè, vt refert Albe. de Roſate poſt Iaco. Butriga. in l. quamuis. ff. de in ius uoc. & Iaſ. in d. l. non dubium: quod tenc menti. Hinc etiam elegãter dicit Bald. in l. data opera, in 3. col. C. qui accuſ. non poſ. & Pau. de Caſt. Iaſ. & docto. in l. 1. ff. de legib. & idem Pau. de Caſt. in l. 1. C. ubi ſenato. uel clariſ. & in l. 3. C. de epiſ. au. & in d. l. non dubiũ, & gl. in l. & ſi ſeuerior. ſuper uerbo, certis, & ibi Bal. & expreſſus Pau. de Caſtr. C. ex quibus cauſis infa. irrogatur. & Cæpola in cautela 15. & 19. ſecundum numeros meos, q̃ ſtatutũ generalitęr, & indiſtincte diſponẽs, quod homicida pœna capitis puniatur, reſtringi debet ad dolosè occidentem, nec habet locum iu eo, qui per laſciuiã vel petulantiam, aut culpam occidit: & multominus in eo qui ſine culpa occidit: & ſic reſtringitur ſtatutum, vt non ſequatur abſurdum, & idẽ vult Alex. de Imo. in cõſ. 102. tertii voluminis, incipiente, domini redemptoris, &c. ſuper eo de quo quæritur, &c. & Paul. de Caſt. in conſ. 192. incipiente, in Chriſti nomine, amen, in cauſa incarceratorum in antiqui., & Cæpol. in conſi. 30. & Io. And. In dicta regula Poſſeſſore, & habetur latè de hoc per Iaſonem in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. quod tenc menti, quia eſt quotidianum, & vidi ſæpius de facto. Hinc etiam ſingulariter dicit Albericus de Roſate. in prima parte ſtatutorum, quæſtione 173. quod ſtante ſtatuto, quod habens centum in bonis, vel plus, debeat tenere equum, & arma ad cõ
5 modum communis, licet dictio † plus ad modicam quantitatem referatur, l. hæc adiectio plurisve. ff. de verb. ſigni. tamen in dicto ſtatuto non ſic capietur, ne ſequatur abſurditas: ſcilicet quod habẽs 20 milia non teneatur tenere equũ & arma, contra mentẽ ſtatuti: cum ratione diuitiarum huiuſmodi onus imponatur, vt ibi latius per eum, & ſequitur Iaſ. in l. & ſi poſt tres in 2. col. ff. ſi quis cautio. quod eſt memoriæ commendandum, Hinc etiam notabiliter dicit Bal.

in

in Auth.ingreſſi,in 2.col.C.de ſacro.eccleſ. quod ſtãte ſta N.
tuto,quod nemo ex magnatibus ingrediatur palatium, in-
trare tamen poterit medicus, vel artifex neceſſarius pro il
6 lic exiſtentibus,licet ſit de magnatibus. Verba † enim ſimſ-
« pliciter prolata reſtringi debent ad id,quod eſt rationis,d.
l.quamuis,ne ſequatur abſurditas vel inhumanitas, & idẽ
vult Fẽlyn.in d.c.ſolite,in 2.col. multa enim ſunt ſpeciali-
ter inducta contra regulas iuris ad euitandum ſcandalum,
abſurdum,vel incõueniens: vt magiſtraliter declarat Lud.
de Roma in repetitione,d.§.de viro,in 7.fallentia, & in cõ
ſil.ſup 132.incipiente, quoad primum conſultationis arti-
culum,circa finem:& longè plenius Fẽly.in ca. 2.in 2.& 3.
colum.de præſcriptio.quos non refero,quia ab omnibus ha
bentur: ſuadeo tamen quod videas eos, quia ſenties ma-
ximam vtilitatem. Et licet hæc abundè ſufficiant pro iuue-
nibus,non videtur tamen omittendum, quod per præmiſſa
habetur notabilis limitatio ad legem, de precio.ff.de publi-
7 ciana. ubi habetur, † quod ubi lex non diſtinguit, nec nos
diſtinguere debemus: & ad iura dicentia, quod generali-
ter dictum generaliter debet intelligi,dicto cap.ſolite, & l.
1.§.generaliter.ff.de legatis præſtãdi.cum ſimilibus: quia
hoc eſt verum,niſi ſubſit aliqua cauſa,vel ratio reſtringen-
di,puta ſi ſequeretur abſurdum,vel inhumanitas,vt in exẽ-
plis præmiſſis,& vide ſingulariter notata per Lud.de Rom.
in d.ſua aurea repetitione l. ſi vero. §. de viro vbi reperies
55.fallentias ad d.regulam Generaliter dictum, &c. & idẽ
eſt dicendum fortiori ratione, quando propter aliam legẽ
oporteret reſtrictionem facere: quia vna lex declarat aliã,
l.non eſt nouum,cum duabus ſequentibus, & ibi pulchrè
Paul.de Caſt.ff. de legib. & ſtatuta,& conſuetudines reci-
piunt interpretationem reſtrictiuam à iure communi,c. cũ
dilectus de conſuet. & capit. ad audientiam, & capit. cum
dilectus de cleri. non reſiden. & dicta lege ſecunda, C. de
noxalibus actio. quod nota. & vide quod dicam infra in lo
co a ratione legis ſtricta,ſeu limitata ad reſtrictionẽ ipſius
legis, vbi ſuccinctè declarabo, an & quando ex vi rationis
poſſit,& debeat reſtringi lex,vel canon, & quomodo intelli
gitur dicta regula Generalitas debet intelligi, & quemad-
modum dixi ſupra, legem eſſe reſtringendam, ne ſequatur

abſur-

absurdum:ita etiam ecõuerso debet extendi lex etiam cõ rectoria ad vitandum absurditatem: de hoc habes gl. singularem in clemen. finali,dè reseriptis quam ad hoc notat Io. de Imo.in repetitione,dicto §.de viro,quod nota.Ne tamẽ
8 procedas ex ignotis, volo te scire. quod† absurdum dicitur id,quo neque ratio neque æquitas militat : sed ex quo omne malum aptum natum est prouenire. ut exempli gratia capere pecuniam à iudicibus,vel aliis officiarijs pro cõmissa administratione,cui iurisdictio est annexa:quia ex hoc nullum bonum sperandum est, sed infinita expectanda sunt mala,& absurda: & inter alia & hoc delicta remanent impunita,punitur bursa non persona,datur delinquẽdi occasio,& fiunt extorsiones indebitæ, vt specificè declarat tex.in Auth.vt iudices sine quoquo suffragio fiant, collatio.3.& habetur per Panorm. & canonistas in cap. primo & secundo ne prælati uices suas sub annuo censu cõcedãt, & ita aliquando ubi oportuit dixi, sperans proficere posse, & circa hoc vicium quod diũ irrepsit remedium adhiberi: sed operam perdidi & impensam. Item potest poni & aliud exemplum in l.& ex diuerso §. 1. ibi, eodem enim errore &c.ff. de rei vendicat. sicẽ econtra illud est æquum, cuius
9 † contrarium est absurdum,tex.est notabilis in d.l. ita vulneratus,quem tex.ad hoc notat Bald.in l. si quis seruo persuaserit,C.de furtis: vndè rectè dixit glos.in l.diuortio, in verbo alioquin. ff. solut. matrimo. q; ad absurdum sequi-
2 tur aliud absurdum, & glos. in l.a testatore circa finem.ff. de cõdit.& demonst. q; posito q; non expedit, sequitur q;
3 non oportet.Hinc ẽt vulgariter dr, q; impossibile sequitur quodlibet,& quod vno inconuenienti dato, plura sequuntur l.ratas.C.de rescindend.vendit.& ibi id notãt,Cy.Bal. Salyc.Paul.de Cast.& docto.Hinc etiam in sacris literis admittitur argumẽtatio ab impossibili ad impossibile,vt videre licet per diuum Hieronymũ in commentariis super Hieremiam 13 i.ante fi.super illis verbis. Hæc dicit Dominus, Si mensurari poterunt,cæli.&c.Hinc ẽt recte dicit Philosophorũ facile princeps Aristoteles in libro de anima, quod
2 paruus error in principio maximus erit in fine, cui consonat illud vulgo iactatum prouerbium, Nullum malum solum uenire:cuius meminit gl.in d.Authen. ut iudices sine quo-

quoquo ſuffra. fiãt, poſt principium: & non abhorret ab hoc illud pſalmographi, pſalmo xl. Abyſſus abyſſum inuocat, ſecundum intellectum Hugonis ibidem. Hinc etiam rectè dicit tex. in c. principatus 1. q. 1. quod vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. Nec ob hoc diſcrepat illud, quod eleganter dicit Caius iuriſconſultus in l. 1. ff. de origine iuris, Cuiuſq; rei potentiſſima pars principiũ eſt, & ibi gl. non inepte adducit illum verſiculum Horatij, Dimidium facti, qui bene cæpit, habet. Hinc etiam notabiliter dicit tex. in l. 1. in fine, C. de imponen. lucratiua deſcrip. lib. 10. quod ex primordio tituli uel cauſæ poſterior formatur euentus, per quem tex. Bal. in l. 1. §. quod ſi nemo. ff. quod cuiuſq; vniuerſi. nomi valde commendat vnũ ſingulare dictum Bar. poſitum in leg. 4. §. actor. ff. de re iudicat. quem omnino uide. Tollitur † autem iſtud argumẽtum ab abſurdo, ſi abſurdius ſequatur tex. eſt peculiaris in d. l. ita vulneratus, & ibi Alber. de Roſate notat: quod memori teneas mente.

SVMMARIA IN LOCVM.

à Seruo ad monachum.

1 Omnia quæ dicuntur in ſeruis, habet locum in monachis noſtris imperio, & per totum fallit nu 8 s. & ſeq. 12 in 388.

2 Monachus permiſſu ſuperioris poteſt habere quaſi proprium ſecus ſeruus.

3 Seruus ſicut acquirit domino, ſic monachus monaſterio.

4 Actio non eſt intendẽda contra ſeruum aut monachum delinquentes, ſed contra dominum, & prælatum, ſeu abbatem fallit, numero 5.

6 Monachus, & ſeruus non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento.
Item nec iudex 7.

8 Dominus vel abbas non poſſunt ſaſire in ſeruum, uel monachũ.

9 Monachus quoad vltimas voluntates magis aquiparatur filio in poteſtate quam ſeruo.

11 Vaſſallus non tenetur ſalutem domini ſui præponere ſaluti propriæ: quod ſecus eſt in ſeruo.

12 Actiones noxales quæ locum habent in delictis ſeruorum, non habent locum in delictis filiorum familiæ.

LOCVS

LOCVS A SERVO AD MONACHVM.

Occurrit nunc locus à ſeruo ad monachum, à quo ſumptum argumẽtum eſt probabile: frequens,& vtile. traditio eſt ſingularis Innocẽtij in c. cum olim 2.de priuilegiis, ubi late,& magiſtraliter hoc declarat, & ſequitur Bart. poſt eum Salyc.& alij in l.cum fundus. §.ſeruum tuum imprudens,in fi.ff.ſi cert.peta,vbi traditur regula , quod omnia † quæ ibi dicuntur in ſeruis , vendicant ſibi locum in monachis noſtri temporis:quam regulam idem Bar.repetit in pluribus aliis locis,& precipue in l. 1. in principio,& in §. ſi fructuarius,& in l communis ſeruus , ita & in l. ſi ſeruus teſtamento,in fi.ff.de ſtipulatione ſeruorum: in quibus locis Bar. in ſpecie hoc inducit ad multas,& quotidianas queſtiones quas vide per te ipſum.Huius etiam regulæ mentionem facit Bal.in l.fi.ff.de noxali actione:& idem Bal. in l.fi. in fi.C.quod cum eo,& in l.ſeruus,C.communia , de ſucceſſione vbi dicit,quod ſicut ſeruo nemo ſuccedit , ita nec monacho: De hac regula etiam eommemorat Ioannes Andreas in regula,quæ a iure:vbi hoc argumento utitur , de regulis iuris lib.6.in Mercuria.Huius regulæ etiam memi nit Bal.in l. 1.in 6.colum. C.de his quę pœnæ nomine , vbi per eam dicit,quod monachus † permiſſu ſuperioris conniuentibus oculis,poteſt habere quaſi proprium, ſicut ſeruus l.4.ff.de manumiſſo.& idem vult Io. And.in reg.non eſt obligatorium,de reg.iur.lib.6.in Mercurialibus ,circa finem: Iſtam regulam etiam tradunt Bal.Salyce.Iaſon & doct.in l. interpoſitas , C.de tranſactio.vbi per eam dicunt,quod ſicut non valet tranſactio efficaciter inter ſeruum & dominum,vt vbi: ita necvalet tranſactio efficaciter inter monachum,& abbatem,& idem vult Bald.in l.ſi liber,C.de condictio.ob cauſam,& Archidia.in cap. cum paſtoris,2.q.7.& habetur plene per Panorm.in conſ.88.primi uoluminis, incip.facti contingentia ſic proponitur , & per Ioan. Andr. in d.regu.non eſt obligatorium & hinc eſt,quod abbas qui promiſit monacho ſuo dare ſingulis annis certam penſionem , poteſt talem promiſſionem reuocare,niſi fuerit per ſedem apoſtolicam confirmata,quo caſu non poteſt,& ideo ſit cautus

tus monachus, cui promittitur pensio per abbatem suum, ut faciat eam cõfirmari per sedem apostolicam, alias stabit periculosè. Ita singulariter dicunt Io. de Imo. Panor. & doct. in c. nisi essent viri prouidi, de præbendis, quod tene menti, quia est quotidianum, & habui de facto Et pro æqui paratione monachi & serui adduco pro nunc quatuor glo. quarum una est in l. Pedius, & ibi tangitur per Bar. ff. de arbitris, alia est in l. ex pœnalib. ff. de regu. iur. tertia est in c. non dicatis 12. q. 1. & quarta est in l. cum hæredes. §. fin. & ibi tãgitur per Io. de Imo. & Alex. ff. de acq. poss. & plenius per eundem Alex. in l. 1. §. item acquirimus, & in §. per seruum qui in fuga, ubi plura bona dicit illo eo. tit. Istam regulam etiam ponit Panorm. in c. quanto, de officio ordinarii & idem Panorm. in c. penultimo de fideiusso. & docto. tam legistę, quam canonistæ in pluribus aliis locis, quæ commemorare magis esset laboriosum, quam subtile. Hinc vide-
3 mus quod † sicut seruus acquirit domino, Inst. i. de his quĩ sunt sui vel alieni iuris, in princ. & d. §. item acquirimus, cum similibus, Ita etiam monachus acquirit monasterio, etiam si sit fugitiuus, secundum Panorm. in c. quod a te, de cler. coniugatis, & plene per eundem in c. fin. de regularibus, quod intellige, quando iuste acquirunt: alias secus tex. est singularis in l. q; seruus. ff. de acquir. poss. de quo ibi latius per doctores, maxime per Paul. de Castr. & Alexan. & per eundem Paul. de Cast. in l. non solum. §. qui pignori. ff. de usucapio. & uice versa, sicut seruus pręiudicat domino in acquirendis, quia non vult acquirere, l. fi. C. de acquiren. poss. & l. cum proponas, C. de hæred. instit. Ita etiam monachus, seu prælatus præiudicat ecclesiæ in acquirendis, tenetur tamen de suo, si habet, ecclesiæ damnificatæ resarcire damnum. Ita dicit glos. notabilis in capit. quicunque 12. q. 4. & est glo. reputata singularis in cap. fi. 16. quæst. 6. quod & sequitur Panorm. in cap. 1. de in integr. restitut. & idem Panorm. in cap. 1. de dolo & contumacia, & Salycet. in leg. iubemus nullam nauem, C. de sacrosanct. eccles. & Ioan. de platea in lege 2. C de administra. reipub. lib. 11. & in leg. 2. C. de nauib. non excusan. eo lib. & idem dicendum est, si prælatus per negligentiam suam patiatur præscribi contra ecclesiam glo. est singulariter notanda in cap. placuit 2. 16. quæst.

quæſt.3.commendata per doct.ibi, & per Antonium Corſetum in ſingulari ſuo 264. In quæſitis autem ſeruus non poteſt præiudicare domino,nec etiam monachus,uel prælatus eccleſiæ,l.ſeruus,& ibi bona glo. C. de pactis, & vult glo.in d.c.fi.& habetur plene per Hippol.de Marſilijs in ſingulari cxciiij.quod tenementi. Hinc etiam eſt, quod quemadmodum contra ſeruum detinentem aliquam rem † nõ eſt intentanda actio,ſed contra dominum leg.non ſeruum, C.de rei vendicatione.ita nec contra monachum ſed dirigenda erit actio contra abbatem ſeu prælatum, ſecundum Bal.& alios in dicta lege non ſeruum.Sicut enim ſeruus nõ poteſt eſſe in iudicio ciuili neque pro ſe,neq; pro alio:Imo ſunt etiam ſuper tali iudicio lata eſt ipſo iure nulla,& ſi non ſit oppoſita exceptio: ut eſt text. ſingularis ſecundum vnum intellectum in l.ſeruus,& ibi Ang.notat,C. de iudicijs,& in l.fi.C.de noxa.actio.ita etiam monachus non poterit eſſe in iudicio ciuili,neque agendo, neque defendendo: quia pro mortuo habetur,c.placuit 16.q. 1. de hoc tamen vide plenius per glo.Bal.Salyc. & doct. in Auth.cauſa quæ ſit cum monacho,C.de epiſc.& cler.& per glo.& doct. in l. ſi longius.ff.de iudicijs,& per glo.& canoniſtas in c.ex parte,de accuſa.& per Innoc. Panor.& alios in cap. cum Ioan. Andreas de re iudicata,ubi inter alia reperies,quod monachus de conſenſu ſui abbatis poteſt eſſe procurator amici monaſterii,etiam laici.quod dictum tanquam ſingulare refert & ſequitur Lud.in ſuis ſingularibus,ſingulari 278. & Ioannes Andreas.in reg.in argumentum,de reg.iuris libro 6. in Mercurialibus. quo recurre. Hoctamen ſcire debes, † quod ſi ſeruus uel monachus delinquat, & criminaliter intentetur actio, illa intentanda eſt contra ſeruum uel monachum,& non contra dominum,uel monaſterium tex. eſt in lege ſi ſeruus,in fine & ibi Bal.& Salyc.notant. C. de noxali.actio.quod nota.Hinc etiam eſt quod quemadmodum bona acquiſita per ſeruum domino,non auferuntur domino per alienationem ſerui in toto,vel in parte, lege inter antiquam,C.de uſufructu.Ita etiam bona acquiſita monaſterio per monachum, eo tranſeunte ad aliud monaſteriũ, vel eo promoto ad epiſcopatum,non auferuntur primo monaſterio ſecundum Bald.Paul. de Caſtro, & docto. in d. l.

inter

inter antiquam,& de hoc est tex.in Auth.de monachis, in §.si verò relinquens monasterium,coll.1.de quo vide plenissime per Car.Pan.& canonistas in d. c. q̃ a te,& in ca.in presentia de probatio.vbi recurre. Hinc etiam est quod si- N.
¶ cut † seruus non potest esse testis in testamento l.qui testamento.§.seruus.ff.de testamen.cum similibus: itanec monachus,saltem sine licentia superioris:& ita singulariter dicit Io.Fab,in §.testes Institu. de testamen. quod nota quia poteris per hoc infringere multa testamenta: de hoc articulo tamen vide per Io.de Imol. aliter sentientem in l. si paterfamilias in 6.col.ff.de heredibus instituendis,& per glo. & doct.in Authen.si dicatur,C.de testibus. Hinc etiam est, quod sicut domino persequenti seruum suum fugitiuum debet per iudicem assisti, etiam vt fiat inquisitio in domo aliena,leg.1.§.hoc autem senatusconsulto,& l.diuus. ff. de seruis fugitiuis,& l.2,C.eodem tit. Ita etiam dicendum est in prælato persequéte monachum suum fugitiuum, eadem ratione;& ita singulariter dicit Alber.de Rosat.in d.§.hoc autem senatusconsulto,& idem, immo plus vult Bald.in l. si quis curialis,C.de episcop.& cleric. & idem, dicendum est in marito persequente vxorem suam fugitiuam, ut vo-
¶ lunt omnes in d.l.2.quod nota. Hinc † etiam est, quod sicut seruus non potest esse iudex,l.cum prætor. §. non omnes.ff.de iudicijs,&c.sciscitatus,de rescriptis; Ita nec monachus potest esse iudex,& ita decidit glos. in dicta l. cum prætor,in fine,& ibi Angel.& doctor.& uide notata per gl. & doctor.in clement.& si principalis, in verbo per electionem,de rescript. Hinc etiam est, quod sicut seruus potest extrahi de ecclesia,& reddi domino, præstita cautione de non sæuiendo in eum,ut est text.in leg.præsenti.§.sane,C. de his qui ad eccles.confugiunt,& in §.si quis igitur in Authen.de monachis, colla. 1. Ita etiam monachus potest extrahi,& reddi abbati,vel prælato, plus imò voluit singulariter Alberic. de Rosate in rubrica,C. de his qui ad eccle. confugiunt, videlicet quod in locis,in quibus quis potest N.
pro debito capi,sequestrari,vel arrestari ex statuto uel consuetudine, debitores confugientes ad ecclesiam, etiam si sint liberi homines possunt inde extrahi. & idem tenet ipse Alberic. in prima parte statutorum quæstio. xxxix. &

Pet.de Anchar.in c. inter alia,de immunitate eccleſiaſt. & Oldrad.in conſilio ſuo 54.& Ioan.And.in addit. ad Spec.in tit.de immun. eccle, & meminit deciſio Capellę 422. licet non firmet.quod memori teneas mente, quia eſt frequentiſſimum in practica,Item ex iſto ſequitur aliud, uidelicet
3 † quod ſicut dominus non poteſt ſæuire in ſeruum ſuum, d.§.ſane,& l.2.ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iuris,cum ſimilibus:Ita nec abbas,uel prior in ſuum monachum, licet correctio,& cohertio ei ſit præmiſſa,d c.quanto,ubi de hoc late per Panormit. & doctor. quibus adde ea quæ dixi ſupra in euidentialibus euidentiali 9. Hinc etiam eſt, quòd ſicut poteſt ſolui ſeruo,uel filiofamilias,quando obligatio eſt cõtracta cum eis,ut eſt text.in l.ſi unus,in princip.ff.de pact. ita etiam poteſt ſolui monacho, quando obligatio eſt contracta cum eo:ſecundum Bar.Paul.de Caſtro & alios in d. l.ſi unus,& idem uolunt Bar.Bald.& doctor.in l.filius paciſcendo,C. de pactis & idem Bart.in l.quod ſeruus.ff.depoſiti,& in l.quod ſeruus.ff. de ſol. quod nota,& imis ſenſibus repone,quia eſt quotidianum. Hinc etiam eſt quòd ſicut ſeruus non poteſt eſſe arbiter,l. Pedius.§.1. ff. de arbitris, & l.illa uerba arbitratu Lucij Titij,ſecundum, unum intellectum.ff.de uerbor.ſignifi.Ita nec monachus poteſt eſſe arbiter,eadem ratione.Et ita notat glo, in dicta l. Pedius, & ibi Bart. & doct.& habetur late per Ioannem de Imola,Panorm.& canoniſtas in c.quintauallis,de iureiurando,quod nota.Poſſet & ad multa alia induci hæc argumentatio a ſeruo ad monachum,ſed prædicta pro iuuenibus abunde ſuffi
9 ciant.Quatuor tamen nolo eos ignorare. † Primum eſt, argumentationem, hanc à ſeruo ad monachum procedere in contractibus reſpectu acquiſitionis,uel præiudicij,in correctionibus,ſeu cohertionibus, & in iudicijs, quo ad actionem intentandam,Et ita loquitur Innoc. & Panorm. Bar. Bal.& docto.in locis ſuper allegatis,quando dicunt,monachum equiparari ſeruo,Et generaliter omnia iura loquẽtia
X in ſeruo,habent locum in monacho,in his quæ poſſunt adaptari monacho:in alijs autem ſecus,ſecundum Bald.in d.l. ſeruus,C.communia,de ſucceſſio.Et ergo ſecus eſt in ultimis uoluntatibus, quia quoad eas monachus æquiparatur magis filio in poteſtate propter ſuitatem,& legi-
timam,

timam,quàm ſeruo. Ita ſingulariter uolunt Ioan. de Imol. & Alex. in l. 1. ff. de uulga. & pupillari ſubſtitutione, & Iaſon in d. §. ſeruum tuum imprudens, & Bal. in d. l. cum proponas, de qua materia pulchra ſubtili, & quotidiana, quando ſcilicet, & in quibus caſibus monachus æquiparatur ſeruo, & in quibus filiofamilias, uide latius per Ioann. de Imol. præalleg. l. ſi paterfamilias, in 5. colum. cum pluribus in ſequẽtibus, ubi pulchre & magiſtraliter loquitur, & p Alex. in d. §. per ſeruum qui in fuga, ubi plene reperies, & aliq d per Ioan. And. Panorm. Felyn. & canoniſtas in d. c. in præſentia, & aliquid per Bar. & Paul. de Caſtro in l. quicquid ff. de acqui. poſſ. & per eundem Paul. de Caſtro in l. iuſto, in principio. ff. de uſucap. & per Bal. in d. l. cum proponas & per eundem Bald. in l. 2. in 10. colu. C. qui admitti ad bono. poſſeſſ. Secundum, quod iuuenes ignorare nolo, eſt: quod licet diſpoſita in ſeruo regulariter locum habeant in monacho, uel religioſo, ut ſupra declaraui, tamen † quando in altero aliter reperitur à iure diſpoſitum, non ſeruatur hæc æquiparatio. Et hinc eſt, q. licet monachus, uel religioſus non poſſit hodie eligere ſepulturam, c. fin. de ſepultu. lib. 6. ſeruus tamen adhuc hodie poſſet eligere ſepulturam, quia effectus huius electionis cõfertur in tempus habile, puta in tempus, in quo ſeruus abſoluitur à lege domini; quæ ratio licet æque militet in monacho, uel religioſo, tamen quia contrarium in eo hodie eſt diſpoſitum, ut dixi, ceſſat argumentatio de uno ad alium: ita eleganter dicit Pano. in c. de uxore de ſepul. quem omnino uide pro intelligentia illius regulæ, Paria ſunt aliquid fieri, tempore habili, uel rẽpore inhabili, dummodo effectus cõferatur in tempus. habile: de qua regula habes textus in lege in tempus. ff. de hær. inſtit. Et licet contra dictam regulam uideatur textus notabilis in l. ſi minor. ff. de ſer. expor. tu tamen concorda dictos tex. ut ſingulariter per Panor. in d. c. de uxore; uel dic, q. d. l. in tempus, loqtur de incapacitate, uel inhabilitate illius, in cuius fauorem diſponitur, d. auth. l. ſi minor, loquitur de inhabilitate diſponẽtis: uel dic aliter ut per Bal. in l. quod ſponſę, C. de don. ante nup. Quas ſolutiones, quæ ſatis in idem recidunt, nota, quia poſſunt conducere ad multa. Eſt etiam alia regula notabilis. Quod paria ſunt aliquid fieri tempore

inhabili,& prohibito,uel tempore habili,& conferre in tem pus inhabile,& prohibitum de qua eſt tex.in d.l.quod ſpõ ſæ,& ibi hoc inducit Bal.ád deciſ.q.quotidianæ,& de ea ha betur exqſite per Io.de Imo.in l. ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſolut. matr.q̃ vide.Tertium, † quod iuuenes ignorare nolo,eſt: quod licet bona argumẽtatio à ſeruo ad monachum,iuxta moderationem iã dictã,tamen nõ procedit argumentatio à ſeruo ad vaſallum.nam videmus, q̃ ſeruus tenetur iuuare dominium ſuum, & præponere ſalutem domini ſoluti pro priæ,vt eſt tex.in l.1.§.eodem autem tecto, in fi.ff.ad Sille anum & hinc valde commendatur ſeruus Panopianis, qui cum cognouiſſet, milites ad occidendum dominum ſuum veniſſe,commutata cum eo veſte,permutato etiam a nullo, illum poſtico clam emiſit,ſe autem in cubiculũ,ac lectulũ recipit,& ut Panopioné occidi paſſus eſt: commemorat Va lerius Maxi.lib.6.c.8.de fide ſeruorum erga dominos. Sed vaſallus licet teneatur iuuare dominum ſuum,nõ tamẽ te netur ſalutem domini ſui præponere ſaluti propriæ: vt no tabiliter dicit gl in ti.quib.mod.feu.amit. & ibi Bal. in 5.q. & gl.in ti.de alie.feu.pater.in fine,& ibi docto.Nec mirum, q̃ maius ius habet dominus in ſeruũ,q̃ in vaſallum. Quar tum,quod iuuenes ignorare nolo,eſt:quod licet regulariter dicta in ſeruis habeant etiam locũm in filijs familias,l.vt tã tum,in princip.ff.de ſeruo corrup.l.ſi q̃s ſeruo,cum ibi no tatis per gl.& docto.C.de furtis,Inſti.quod cum eo qui in alie.poteſt.eſt,in prin.& l.ſerui & filij,in prin.ff.de furtis,cũ ſimilibus:Hoc tamen locum nõ habẽt,quãdo inter eos eſt diuerſa rõ,vel quando aliter in uno, quã in alio reperitur deciſum.Et hinc eſt,quod † actiones noxales.quæ locũ ha bẽt in delictis ſeruorum,nõ habẽt locum in delictis filiorũ familias:vt eſt tex. in §.fi.Inſti.de noxa.actio. idem ẽt vide re licet in Macedoniano,d.ti.q̃ cum eo qui in alie.poteſta. eſt.§.illud.Hoc ẽt nolo eos ignorare,q̃ quemadmodum lex poteſt concedere monacho facultatem teſtãdi,vt eſt tex.in Auth.ſi qua mulier,C.de ſacroſanct.eccleſi. ita etiã lex po teſt concedere ſeruo facultatem teſtandi:ita notabiliter di cit gl.in d.Auth.ſi qua mulier,de quo articulo vide ibi la tius per doctor.Quæ omnia tene menti tanquam pulchra, vtilia,& quotidiana:& vide quod dicã infra loco proximo.

SVM-

SVMMARIA IN LOCVM à liberto ad uaſſalum

1 *Vaſſallus propter ingratitudinem priuatur feude, & libertus reuocatur in ſeruitutem.*
2 *Libertus propter confœderationem cum inimicis patroni in grauiſſime punitur.*
3 *Libertus liberti mei non eſt meus libertus: nec vaſſallus vaſſalli mei non eſt meus vaſſallus.*
4 *Domini ſicut intereſt non perdere ſubditos, ita & ſubditorum non mutare dominos.*
5 *Ius feudi poteſt in totum cuni ex liberis aſſignari.*
6 *Libertus & vaſſalus propter agritudinem fraude ceſſante exeuſantur a ſeruitio.*
7 *Perſona domini & patroni vaſſallo & liberto honeſta videri debet.*
8 *Dominus & patronus ad requiſitionem vaſſali & liberti non iurant de calumnia.*
9 *Libertus & vaſſalus licitè an occidant patronũ & dominũ adulterãtes: & quid ſtatuto cauente exulem occidi impune, &c.*
10 *Iniuria illata per libertum patrono, & per vaſſallũ domino cenſetur atrox.*
11 *Vaſſalli bonis propter delictum publicatis, feudum non cenſetur confiſcatum.*
12 *Libertus & vaſſallus non tenentur ſalutem patroni & domini proprie ſaluti preferre.*
13 *Clauſula, ſi vaſſallus poteſt ſubintelligitur in iuramento fidelitatis.*
14 *Vaſſallus & libertus tenetur alimenta preſtare domino & patrono egentibus.*
15 *Argumentum de liberto ad vaſſallum non ſemper procedit.*
16 *Vaſſallus & libertus non ſemper equiparatur.*

LOCVS A LIBERTO ad vaſſalum.

INſuper habemus in iure locum à liberto ad uaſſallum, A quo ſumptum argumentum eſt probabile, frequens, & vtile, ut aſſerit Speculator in titu. de feud. §. quoniam, verſicu. 17. & Bald. in l. liberti libertæque, circa finem, C. de operis li-

bertorum,& Alutaro.in ca.fi. de aliena.feudi pater.in vſib. feud.& Iaſon in l.ſi non fortem.§.libertus, circa principiũ. ff.de cõd.ind.& gl.& doct.ſæpe alibi,vt infra patebit.Quod facit ad multa, & inter alia primo ad hoc , q̃ ſicut libertus † ingratus erga patronum reuocari poteſt in ſeruititem:vt eſt tex.in l.2.C.de libertis,& Inſti.de captis dimi.poſt principium cum ſimilibus:ita etiam vaſallus propter ingratitudinem ſeu felloniam,vt vocãt,commiſſam in dominium,priuari poteſt feudo:ita dicit glo. quæ hoc argumento vtitur in d.l. 2.& de hoc vltimo eſt tex.ſi bene põderetur in §.prædictis.in titu.quæ fuit prima cauſa benefi.amit.in vſib.feu. Hoc tamen debet limitari,vt ſit verum,quando ingratitudo cõſiſtit in faciendo,ſeu committendo,puta in offendendo perſonam patroni,vel domini:ſecus ſi conſiſtat in omittendo propter obſequium nõ præſtitum l.ſolo,-cum ſua gl. quæ etiam hoc argumento vtitur,& ibi Bald.C. de liberali cauſa, de hoc tamen vide ibi latius per Saly.qui hunc articulum bene examinat.Si autem videre libeat formam reuocationis in ſeruitutem,qua olim vtebantur patroni, videre poteris Valerium lib. 2.ti. de inſtitutis antiquis, capite de Athenienſibus.Aduerte tamen,q̃ licet vaſallus propter ingratitudinem perdat feudum,non tamẽ perdit libertatem, libertus autem propter ingratitudinem etiam in ſeruitutẽ reuocatur,& ſic perdit libertatem, iuribus præal. Nec mirum,quia vaſalli perpetuo iure liberi,& ingenui ſunt,nec libertatem à domino conſequuntur:liberti autem ex beneficio manumiſſionis à domino libertatem conſequuntur, vt eleganter & verè dicit Saly.in d.l.ſolo: Ingenuitatem tamẽ aſſerere non poſſunt liberti , niſi per principem natalibus reſtituãtur,l.ſed ſi hac.§.patronum.ff. de in ius vocan. quod no. Secundo iſtud facit ad hoc , quod ſicut † libertus faciendo conſœderationẽ ſeu ligam,vt vocãt,cum inimicis patroni ſui,grauiſſime punitur.l. 1. §.cum patronus.ff.de officio prefecti urbis:Ita etiam vaſallus faciẽdo ligam cum inimicis domini ſui,debet priuari feudo.Ita ſingulariter dicit glo.quæ hoc argumento vtitur in d.l.1.§.cũ patronus,& ibi eam ad hoc notant Odofredus,Albericus,& Bald.& de hoc eſt tex.clarus in capitulo vnico, quod teſtes ſunt neceſſarij ad probandum feudi ingratitudinem,& eſt cõcluſio gl.Bal. Saly.

Digitized by Google

Saly.& doctor.in l.liberi,C.de in officio. teſtamen. De quo per Iaſonem in dicto §. libertus, limitando vt ibi per eum,& vide quod dicam infra in loco de tanquam. Tertiò
3 iſtud facit ad hoc,quod ſicut libertus† liberti mei,nõ eſt libertus meus l.Modeſtinus.ff.de verb. ſigni Ita etiam vaſallus vaſalli mei, non eſt vaſallus meus.& ita notat gloſ.quæ hoc argumento vtitur in d.l.Modeſtinus,& glo.in cap.legitur,81.diſt.& ſentit glo.in l.de acceſſionibus.ff.de diuer.& temporalib.præſcriptionibus,quod intelligo,quando eſt vaſallus vaſalli mei ratione alterius rei:ſecus ſi ratione eiuſdem rei,ut habetur in c.imperialem.§. illud de prohibita feudi aliena.per Fede.& ita reperio velle Bar.in d. l.de acceſſionibus,& Bald.in l.1.in 2.columna.C.communia,de legatis;& Bal. Aluaro.& alios in d. §. illud,& de hoc habetur per Frãciſcum in ſuo ſingulari libello feudorum,parte 4.in verſi.noua datur declaratio in materia:quem omnino vide. Quarto iſtud facit ad hoc,quòd ſicut is,cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt,non eſt inuitus tradendus alij, vt ab eo manumittatur,& fiat alterius libertus,quam eius qui rogatus eſt manumittere,vt eſt textus in l.generaliter. §.fin. & in lege inuitus,in princip.ff.de fideicommiſſa liberta. Ita etiam dominus non poteſt in alium alienare,vel transferre
c ius vaſalli,vel feudi inuito uaſallo:Ita dicit gl.ſingularis cõmuniter approbata,quæ hoc argumento utitur in d.l. inuitus & probatur in capitulo 1.§.ex eadem lege,in titu.de lege Corradi,& in dicto capitulo imperialem.§.præterea ducatus,in fi.in vſib.feudo.& utrobique notatur per doct.illic ſcribentes,& per Petrum Iacobi in ſua aurea practica in tit. de cauſis ex quibus dominus debet amittere proprietatem in verſic.item dominus non debet,in additione illic poſita, quæ habet,Azonem ſuper hoc requiſitum conſuluiſſe,non ualuiſſe delegationem,quam rex Franciæ poſt lõgam guerram fecit regi Angliæ de omni iure uaſallagij quod tunc habebat in ducem Britanniæ Arturium contra dicentem, & inuito dicto Arturio.& habetur de hoc per Hoſtienſem, Ioan.Andr.Anto.de Butrio.Ioan.de Imol.Petr.de Ancho. Cardi.Panorm.& canoniſtas in capitulo, dilecti, ubi etiam eſt bonus tex.de maio.& obedi.& per Felyn. in cap. 1.in 3. colum.in uerſ.ſecundo declara.de probatio.& latiſſimè per

eundem Fely.in d.c.dilecti,& per Franciſcinũ in dicto ſuo ſingulari libello feudorum,par.6.q.2.& per Angelum & Iaſonem in §.itẽ ſeruiana.inſtitut.de actio.& per Alexan. de Imol.& alios ſcribentes,in l.2.in princ.ff.ſolu. matr. & per Zaſium in d.§.libertus,ante finem.licet non affirmet.Sicut
4 † enim intereſt domini, non perdere ſubditos:ita etiam intereſt ſubditorum,non mutare dominos ſuos ſecũdum Innocen.in c.auditis,de præſcriptionibus.ꝙ infige memoriæ. Quinto iſtud facit ad hoc quod ſicut reperitur libertus frãcus vt ita dicam,ſeu liber quantum ad operas patrono præſtandas,vt eſt tex.in l.vnica.§.illud etiam,in fi.ibi, ipſe ſibi quodammodo libertus inuenitur,C. de latina libertate tollenda: ita etiam reperitur vaſallus francus,ſeu feudum frãcum,ſecundum Bal.in d. §. illud etiam. quod dictũ refert & ſequitur Iaſ. in præludiis feudorum in ſeptima diuiſione,vbi optimè declarat naturam feudi franci, & Iacobinus in ſuo notabili libello feudorum,in verbo, in feudum in 4. columna,in verſicu.octaua diuiſio,& Franciſcinus in dicto ſuo ſingulari libello feudorum parte prima q.octaua in verſicu. ſecuuda principalis ſpecies feudi:& poteſt poni exemplum de yaſallo franco in comite Hollandiæ, quem imperator appellat hominem ſuum liberum , quod nota.Sexto
5 iſtud facit ad hoc, quod ſicut † libertus poteſt per patronum uni ex liberis aſſignari, lege vt iuriſiurandi.§. ſi liberi.ff.de operis libertorum cum ſimilibus : ita etiam totum ius feudi poteſt uni ex liberis aſſignari vel ei prælegari : ita ſingulariter decidit Bald.in capitulo primo,§.& quia uidimus,circa principium,qui feudum dare poſſunt , in uſibus
6 feudor.ſed contrarium & melius tenet idem Bal.in d.c.imperialem,in 4.col.& hoc ſequitur Io. Baptiſta de ſancto Seuerino in repetitione:cap.1. de feudi cognitio. de quo articulo pulchro, dubio , ſubtili , & quotidiano,vide latiſſimè per Franciſcinum in dicto ſuo ſingulari libello feudorum, parte quarta folio mihi quadrageſimo ſeptimo,in uerſiculo & in primis decidit uidetur illa ardua quæſtio,& pluribus col. ſeq. quo recurre. Septimò iſtud facit ad hoc , quod ſicut libertus tenetur præſtare operas patrono , ſuo victu & ſuis impenſis , quando ipſe alias eſt diues. l. ſuo uictu , cum ſeq.ff.de operis liber.non tamen tenetur ſequi patronum

num vagantem per orbem terrarum,l.quod nisi.ff.dc operis libertorum:ita & vasallus tenetur seruire domino , suis impensis: quando feudum est opulentum, & fructus feudi hoc patiuntur: nisi aliud habeat inuestitura , priuilegium, vel consuetudo: non tamen tenetur suis impensis sequi dominum extra patriam bellum mouentem : Ita notabiliter uolunt Dyn.Bar.& docto.in l.Meuia.§.fin.ff.de annuis legatis,de quo habetur pulchrè per Aluarot.in c. 1. de nouâ forma fidelitatis,& per eundem in c.1.in princ.quib. mod. feu.amittatur,in vsib.feudo.& notabiliter per Iacobinum in dicto suo notabili libello feudorum,super illis uerbis, & promiserunt eidem domino suo præstare debita seruitia,in 2.& 3.q.& per Specula.in d.tit.de feudis.§.quoniam, vers. 22.quæritur,& vers. sequen.& per Franciscinum in dicto suo singulari libello feudorum parte 4.circa principium, in versic.3.cadit necessaria dubitatio,vbi inter alia reperies , quod si dominus pro defensione regni non putat tutum , inimicum expectare in regno, sed potius gerere bellum extra regnum:vt regi Antiocho ,salubriter consuluit Hannibal,prout elegantissimè: refert Iustinus.li.31.tenentur vasalli eum extra regnũ adiuuare,& idem expressè vult Bal.in d.c.1.in 1.q.quibus mo.feu.amit. quod tene menti. Octauio istud facit ad hoc,q; sicut † libertus ægrotus,fraudè cessante, excusatur ab operis,vel seruitio patrono præstandis, l.cum patronus.§.si.cũ l.seq.in ver.sicut accidit.ff.de oper. libe. ita etiam vasallus propter ægritudinem,fraudè cessante,excusatur à seruitio dñi, eadẽ ratione & pro hoc faciũt notata per gl.Bal. & doct. in d.c.1.in quib.mod.feud.amittã.in prin. cum loquuntur de vasallo inutili ad pugnã,puta cui brachia abscissa sunt,& notatã per Lud. de Roma in aut rea sua repetitione,l.si uerò.§.de uiro.ff.de sol.mat. in 44. fallentia; q; nota.Nonò istud facit ad hoc, q; sicut libertus spoliatus à patrono vi inermi,nõ põt agere cõtra eũ interdicto undè ui. sed bene actione in factũ:nec ẽt intentare cõtra eũ actionẽ famosã,ut est tex.in l. 1.§. interdictũ hoc ff. de ui & vi arma & in l.non debet.ff. de dolo & in l.1.ff.de obsequiis,cũ similibus: ita ẽt dicendum est in vasallo spoliato à domino ui inermi,ut non possit agere interdicto vti de ui contra dominũ,nec actionẽ famosam intẽtare: ita notabiliter

6

tabiliter dicit Imo.in c.cæterum in princ.de iudiciis,& ſe quuntur ibi doct.& eſt de mẽte Bal.in d.c.imperialẽ.§.pe.
7 in 3.col.& ratio iſtius poteſt aſſignari, quia † ſicut liberto perſona patroni ſemper ſancta & honeſta videri debet, l. liberto. ff. de obſequiis: ita etiam perſona domini ſemper videri debet ſancta & honeſta uaſallo, Et idem dicendum eſt de perſona doctoris, vt ſemper videri debeat ſancta & honeſta diſcipulo:vt eſt gloſ.ſingularis in d. l.libe. per quam dixit ſingulariter Barbantia in d.ca.cæterum, q diſcipulus ſpoliatus per doctor.ſuum,non poterit agere cõtra eum interdicto vndè vi,quod memori teneas mẽte. De hoc tamen vide latius per Iacobinum in dicto ſuo notabili libello feudorum,in illis verbis,& dicti vaſalli pro dictis rebus feudalibus conuenti,&c.in 5. colum. Decimo facit ad hoc,quod ſicut libertus accuſando patronum vel teſtimonium contra eum ſponte ferendo,punitur:vt eſt tex. in l.libertorum,C.de teſtib. Sic etiam vaſallus ſponte teſtificando contra dominum ſuum,vel eundem accuſando:tex. eſt in §.penul.& de conſuetudine recti feudi,in v fib. feud. & ibi notatur per gl. Andream de Iſernia, Aluaro. & alios,& volunt Sal.Paul.de Caſt.& doct.in d.l.libertorum,& Franciſcinus in dicto ſuo ſingulari libello feudorum,parte 3.in ver.32.cauſa priuationis feudi eſt. Quem omnino vide. Vn
8 decimò ad hoc inducitur hæc argumentatio quod † ſicut ad requiſitionem liberti patronus non cogitur iurare de calumnia,vt eſt tex.in l.iuſiurandum & ad pecunias.§. qui iuſiurandum,in fin.ff.de iureiuran. & in l. qui bona. §. penul.ff de damno infecto:ita etiam dominus non tenetur iurare de calumnia ad petitionem vaſalli, vt eſt textus in §. in quibus,in tit.de conſuetu. recti feudi.& ibi notatur per gl.Aluarotum,& alios: Nec etiam tenetur dominus præſtare vaſallo iuramentum fidelitatis, licet econtra vaſallus ad hoc teneatur domino: vt ſingulariter decidit Aluarotus poſt alios per eum relatos in cap. 1.ad finem,de forma fidelitatis: & Iacobinus in dicto ſuo notabili libello feudorum in illis verbis,qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis,&c.in 4.col.& Franciſcinus in dicto ſuo ſingulari libello feudorum parte 3.in verſicu. 14.ſingulariter
9 aduerte. Duodecimo iſtud facit ad hoc,quod ſicut † libertus

tus non potest licitè occidere patronũ adulterum.l.si adulterium cum incestu §.liberto,ibi cuius famæ,multo magis vitæ parcẽdum est.ff.ad legem Iuliam,& de adulte.ita nec vasallus dominum adulterum,secundum Dynum , Bartolum,Albericum,de Rosate,& alios in dicto §.liberto,per illum textum singularem.Sed circa hoc cadit dubitatio elegans,& quotidiana.de bannito,vel exule, An scilicet statuto permittente, exulem offendi,vel occidi ; liceat vigore eiusdem statuti filio,liberto, vel vasallo , impune occidere patrem patronum , vel dominum exulem ? & concludunt Dynus & Albericus.in dicto §.liberto.per illum textum q non,& idem vult Felinus,cum quadam tamen distin.in ca. quæ in ecclesiarum,in 2.col.de constitu.& Ang.in dicto §. liberto: idem etiam tenet Cæpola in consi. suo 5.ubi multis rationibus deducit,etiam hoc casu non licere vxori occidere maritum.Bartol.autem in dicto §.liberto, tenet cõtrarium:& idem vult Salycetus in lege vnica,C.de his qui parentes vel liberos occide. Sed primum credo uerius. Circa hoc autẽ plura pulchra,subtilia, & quotidiana uidere poteris per Bart.in consi.suo 188.incipiente, Statuto castri plebis , & per eundem Bartol. & Angelum in l penult. ff.ad leg.Iuliam de adulte.& per eundem Barto.in eleganti sua disputatione,incipiente , Lucanæ ciuitatis,per Bart. Angelum,& Ioan.de Imo.in l.qui seruum.ff. de verborum oblig.per Paul.de Catt.in consil.34.& in consi.192.in antiquis,per Ange.in consil.288. per Alex. de Imo. in consilio 114.primi voluminis,per Ioan.And.in regula. Quod quis, & in regula Frustra,de regulis iuris libro sextò, in Mercurialibus & per eundem in additionibus ad speculum ; in titulo deaccusatione, parte tertia. in §.sequitur videre, in additione magna circa principium , & in versiculo. tertium membrum, & in versicu. quartum membrum , cum pluribus sequentibus: & per eundem in additione ad speculum in rubrica de obligationibus,& solutio. circa finem: & per Salyc.& alios in l.1.C.de hæredib.instit. & inter alia volo te circa hoc quatuor præcipuè memoriæ commendare. Primum est,quod si statutum permittit exulem offendi, uel occidi,per hoc tamen non est licitum vxorem illius stuprare,vel adulterari: ita singulariter dicit Bal.in l.fin. C. si

contra

contra ius vel vtili.publi.& Alex.de Imol.in l. non ſolum. §.quanquam,in apoſtillis ad Barto. ff.de iniur. & eſt ratio, quia per hoc non ſolum fit iniuria exuli, ſed & agnatis, & reipublicæ. Secundum, quod licet ſtatutum permittat bā- *K.* nitum,ſeu exulem offendi,vel occidi, hoc tamen impunè fieri non poteſt ueneno,vel proditoriè: ita ſingulariter dicit Ange.in l.fi.C.de delatoribus libro decimo,& ſequitur Cæpola in conſilio ſuo 34.incipiente,ſi vnquam, in 3. col. & Hippo.de Marſiliis in rubrica & in l.1.ff. ad legem Corne.de ſicariis,& in ſingulari ſuo 10. & ſæpe alibi. Tertium eſt,quod licet ſtatutum permittat bannitum impunè occidi,hoc tamen non habet locum in exule capto, vel incarcerato per magiſtrum: ita ſingulariter dicit Bal. poſt Iaco. in l.libertas.ff. de ſtatu homi. Quem refert & ſequitur Hippolitus de Marſiliis in ſingulari ſuo l. ubi reperies & alia notatu digna.Quartum eſt,quod licet ſtatutum permittat meretricē incarcerari,vel alias offendi,vt ſentit poſſe, Bal. in lege conſentaneum,C.quomodo & quando iudex:tamē hoc non procedit, quando ipſa meretrix eſſet coniugata: ita ſingulariter decidit, Ioannes Andreas in additio. ad Speculat. in rubrica de iniuriis,& damno dato, & ſequitur Ludouicus de Roma in repetitione d. lege ſi vero.§. de viro in 2.fallentia, dicens hoc ſummè notandum. Decimo
10 tertio iſtud facit ad hoc,quod ſicut iniuria † quæ per libertum infertur patrono,cenſetur atrox ex qualitate perſonæ iniuriati,lege prætor edixit.§. atrocem ff. de iniuriis, & §. atrox,inſtitu.eodem tit.ita etiam iniuria per uaſallum illata domino,cenſetur atrox: quia uaſallus æquiparatur liberto,vt dixi ſupra in principio:& ita in ſpecie decidit Frāciſcinus in dicto ſuo ſingulari libello feudorum parte 4. in verſ. duodecima cauſa priuationis: in caſu autem conuerſo, liberto,vel uaſallo paſſim,& indiſtinctè non eſt danda actio iniuriarum cōtra patronum,uel dominū,ſed inſpici debet, an iniuria atrox ſit,vel leuis: quia pro leui emēdatione,vel conuicio non datur: vt eſt tex.ſingularis in d.l. præter edixit, §. præterea, iunctis ibidem notatis per Angel. quod
11 no. Decimo quartò facit ad hoc, quod ſicut † bonis libertiproter delictum eius confiſcatis,patrono non fit præiudicium in parte ſibi debita,l.cum ratio.§.ſi in libertum.

ff.de

ff.de bonis damnatorum: Ita etiam bonis vasalli propter delictum eius confiscatis, feudum non censebitur cõfiscatum, sed applicabitur domino directo, si in eius iniuriam commissum est delictum: vel agnatis uasalli delinquentis, si in tertiam personam commissum est delictum, propter quod ipsius bona confiscantur arguendo à liberto ad vasallum. De quo per Dy. in d.l.cum ratio.§.si in libertinum, & per Speculatorem iu tit.de feu.§.quoniam,uers. 40. queritur, & plenius per Bar.Paul.de Castr.Io.de Imo.Alex.& docto. in l.si finita.§.si de uectigalibus.ff. de damno infect. & per Ang.in l. eorum, illo cod. tit. & per Franciscinum in dicto suo singulari libello feudorum,parte 5.in vers.septimus & vltimus erit tractatus: ad quos breuitatis gratia te remitto quia docto.diuersimode sentiunt, & articulus est pulcher, 12 subtilis,& quotidianus. Decimo quintofacit ad hoc,q; † sicut libertus non tenetur salutẽ patroni preferre saluti propriæ:imo potest salutem propriam præferre saluti patroui, vt est tex. in l.hæ demum ff.de oper.liberto. Ita etiam vasallus potest salutẽ propriam præferre saluti domini, quod ipse certus est,quod dominum iuuare non potest sine certo periculo uitæ suæ. Ita tenet gl.ind.tit.quib. mod. feud. amittatur,in principio,& ibi Bal.in 5.q.& doct.alii post eũ & glos. & docto. in d. tit. de aliena. feudi pater.in fine,pro 13 quo etiã facit quod in iuramento † fidelitatis semper subintelligitur clausula,si vasallus potest,iurib.præall.& cap.1. §.ad hæc,in tit. hic finitur lex deinde consuet. regni incipiunt,& ita etiam concludit Iacobinus,in d.suo singulari libello feudorum super illis uerbis,& promiserunt eidem domino suo,& c.in 13.q.& Franciscinus in d.suo singulari libello feudorum parte 4.in versicul.quarta cadit circa premissa dubitatio,quo recurre,& hoc tene q cquid dicat Specul.in d.ti.de feudi §.quoniam,uers.17.circa finem, quod nota.Decimo sexto illud facit ad hoc,quod sicut libertas libertorum non potest pæna constringi,ut est text.pulcher in l.1. §. quę onerandæ ff. quarum rerum actio non datur,& in lege quæ onerandæ,& in l.si ita stipulatio.ff. de operis libertorum, ita neclibertas uasallorum,quia æquiparantur. Ita singulariter dicit Bal.in d.l.liberti libertæq; ante finẽ, & sequitur Franciscinus in d.uersic.4.cadit circa præmissa dubi-

dubitatio. Decimo ſeptimo facit ad hoc, quod ſicut liber-
14 tus † tenetur patrono inopi præſtare alimenta, quando ip-
ſi liberto aliquid ſupereſt, l. cum ibi notatis, C. de oper. li-
ber. & habetur per glo. & doct. in dicta l. ſolo, & in l. ſi quis
à liberis. §. penult. ff. de liberis agnoſcen. ita etiam vaſallus
eo caſu, cum ſibi aliquid ſupereſt, & feudum eſt opulentum
tenetur alimentare dominum egentem, alias poſſit feudo
priuari; Ita ſingulariter determinat Bar. in tractatu de ali-
mentis, circa finem, & idem Bar. poſt Dy. in l. alimenta. §. fi.
ff. de liberis agnoſcen. & Speculator in ti. qui filij ſunt legit.
§. 1. in verſ. ſed nunquid dominus, & Bal. in dicta l. vnica. §.
ſed ſcimus, C. de latina liberta. tollen. pro qua opinione ad-
duci poſſet deciſio gl. ſingularis in l. fina. in verbo, voluerit,
cum illic notatis per Cyn. & Salyce. C. de reuocan. donat.
quæ ſingulariter vult, quod donatarius teneatur aliméta-
N. re donatorem egentem; alias tanquam ab ingrato reuocari
poſſet donatio. quia tamen iſte articulus eſt dubius, pul-
cher, & quotidianus, uide de eo latius per Io. And. in addi-
tionibus ad ſpeculum in d. verſ. ſed nunquid dominus, &
per Saly. in d. l. ſolo. & per Aluaro. in c. licet, ſi de feudo fue
rit cõtrouer. in vſibus feudo. & per Iacobinum in dicto ſuo
libello feudorum ſuper illis uerbis, & cum pacto quod dicti
vaſalli præſtent, &c. & per Franciſcinum in dicto ſuo ſingu-
lari libello feudorum parte 4. in dicto verſiculo 4. cadit cir
ca præmiſſa dubitatio, ubi de hoc ſatis plene reperies. Poſ-
ſet & ad multa alia vtilia & quotidiana induci hæc argu-
mentatio à liberto ad vaſallum, ſed prædicta pro iuuenibus
15 abunde ſufficiunt. Non † tamen ſemper procedit hæc ar-
gumentatio à liberto ad vaſallum: quia libertus non poteſt
patronum impune vocare ad ius ſine venia. l. penult. & fin.
ff. de in ius vocando: & tamen vaſallus poteſt impune voca-
re dominum in ius ſiue venia: ita dicit gl. notabilis & in me
moriæ commendanda, in cap. 1. in verbo, reuerentia, & ibi
eam ſequuntur Bald. Aluarot. & alij in tit. de milite vaſal-
lo qui contumax eſt, & Ioan. Fab. Angel. Ioan. de platea, &
Iaſon in §. pœnales, Inſtitut. de actio. & Ioannes de platea
in lege prima. C. de colo. Iracenſibus libro 11. & Iacobinus
in ſuo ſingulari libello de homagiis, in 7. colum. in uerſic.
ſexto principaliter quæro; & docto, ſepe alibi; & licet Spe-

culator.

culator.in d.tit.de feudis §.quoniam ,uerſic. 17.quæritur & Zaſius in d.§.libertus,teneant contrarium: tu tamen nõ recedas ab opinione gloſ.& doct.quæ eſt communis, & magis approbata : fateor tamen , quod vaſallus uolens vocare dominum in ius,diſcretè,honeſtè,& tutè faceret,impetrando veniam agendi a iudice:ſed non credo neceſſarium , vt plene videre poteritis in locis præallegatis,& præcipue per Iacobinum in d.verſ.ſexto principaliter quæro . Vnde autem originem ceperit hæc obligatio liberti ad patronum, ac vaſalli ad dominum & econtra,vide per Zaſium in ſcholiis ſuis ſuper l. 2.circa principium,ſuper verbo,curias.ff.de origine iuris,& per Budeum in l.Herennius. ff. de euictio. Illud autem certum eſt,quod obligatio vaſalli ad dominũ, longe alia origine emerſit,quam liberti ad patronum. Libertus enim beneficio manumiſſionis ad obſequia,& ad operas officiales naturaliter patrono tenetur , ad artificiales uero ex impoſitione d. §. libertus & ſuam conditionem quoad ciuilem originem à domino ita accepit, vt velut noua factura eſſe dicatur:quam conditionem nec refutare poterit, niſi recidat in ſeruitutem. Vaſallus uero non niſi propter feudum quod à domino accepit ei obligatur, & eatenus ei aſtringitur,quatenus ius feudi exigit, & ergo eo relicto,amplius domino obligatus non uideatur:in qua opinione etiam fuit Zaſius in d.§.libertus pro quo videtur text. apertus,licet ipſe non citet,in tit.de uaſallo qui contra cõſtit.Lotharii feudum alienauit,ſed hoc vltimum nõ eſt expeditum, imo diuerſæ circa hoc ſunt opiniones , ut videre poteris per glo.Card.Io.de Imo.Panorm. & doct.in d. cap. quæ in eccleſiarum,& per glo.in c.fi.de capitaneo qui curiam uendidit,& per Dyn.Bar.& docto.in l.is cum quo. ff. de aqua plu.arcenda,& per Bald.in præludiis feudorum in 5.colum.& pleniſſime per Felyn.in d. cap. quæ in eccleſiarum,in 20.colum.vbi ponit regulam affirmatiuam, quod vaſallus inuito domino poteſt renunciare feudo ; additque exceptiones 5.cum aliquibus declarationibus,ad quem breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat.Et hinc meo iudicio bene dixit And.de Iſern.in d.c.1.quibus modis feudum amittatur,quod licet in multis libertus,& vaſallus ſe habeant ut paria,in aliquibus tamen habent ſe vt excedentia,& exceſ-

ſa.&

ſa. & idem vult Franciſcinus in d. uerſ. quarta cadit circa Præmiſſa dubitatio. Quæomnia commenda memoriæ tanquam pulchra, utilia, ſingularia, & in practica quotidiana.

SVMMARIA IN LOCVM.
à Priuatione ad habitum.

1 *Priuatione præſupponit habitum.*
2 *Petens abſolutionem an fateatur ſe & excommunicatum.*
3 *Argumentum a priuatione adhabitum non procedit quoniam verba impropriantur rationecontrarietatis vitandæ, vel ſubuerſæ materiæ.*
4 *Cuius naturæ & conditionis eſt priuatio, eiuſdem naturæ eſt habitus, & e contra.*
5 *Vbi non eſt, vel eſſe non poteſt habitus, ibi non cadit priuatio.*
6 *Statutum requirens pro delicto amputationem manus, quomodo intelligatur.*
7 *Nihil eſt in priuatione, quod prius non fuit in habitu.*
8 *A priuatione non fit regreſſus ad habitum naturaliter.*

LOCVS A PRIVATIONE
ad Habitum.

OFfert ſe nunc locus à priuatione ad habitū, vel vt Bal. in l. conuenticulam, C. de epiſc. & cler. placet, a carētia habitus; à quo ſumptū argumentum eſt probabile, ualidum, frequens, & multum vtile; text. eſt notabilis in lege decem, & ibi Bart. & doct. notant. ff. de verborum obligatio, & bonus text. in leg. manumiſſionis. ff. de iuſt. & iure, & inſtitutio. de libertinis, in princ. & in §. ſeruus, & ibi Ang. notat, Inſtit. de capitis diminutione, & bonus tex. in l. Titio vſusfructus, in princ. ff. de conditio. & demonſtra. & in l. Iulianus. ff. de repudiis, & elegans tex. in c. ad diſſoluendum, de deſponſa. impuberum, & in c. quod vero non formatum 32. q. 2. cum ſimilibus & huius loci meminit Bald. vt dixi, in dicta lege conuenticulam eo utitur ſummus Pontifex in cap. de infidelibus. & ibi Panorm. notat de conſan. & affi. & refert Iaſon in lege ſi quis maior, in 11. notabilis

C. de

C.de transactio.insignes doctores eo uti alicubi, quod ipsum infra manifestum fiet. Potest autem argumentum ex hoc locb formari multipliciter ad multiplicem effectum. Vno modo sic. † Priuatio præsupponit habitum, unde non potest dici liberatus,qui nunquam fuit obligatus dicta leg. decem: Nec potest desinere esse,quodnon incepit esse, d. c.quod vero non formatum, nec accusari,quod non est d. cap.ad dissoluendum. Quod facit ad illud,si petam à te rẽ aliquam exhiberi, & tu conuentus coram iudice respondeas,te illam perdidisse,præsupponitur habitus,& sic relevor ab onere probandi,quod illam habueris: quod est bene notandum.Hinc etiam est,quod per instrumentum manumissionis præsumptiuè probatur,seruitutem præcessisse & per instrumentum emancipationis præsumptiuè probatur,patriam potestatem præcessisse l.moueor,& ibi Bal. C. si seruus exportandus vendat.Hinc etiam dicit Bal. in leg. 2.C.de iure aureorum annulorum, quod per instrumentũ legitimationis probatur,quem non fuisse legitimum.Hinc etiam est,quod si oppono contra aliquem,quod non est legitimus testis,vel quod agere nõ potest in iudicio, quia est seruus, vel excommunicatus maiori excommunicatione, vel in exilium missus,qui ex forma statuti non auditur ipse autem replicat,quod est manumissus,absolutus, vel reuocatus ab exilio,fundata est intentio mea ad effectum repellendi eum à testimonio,vel ab agendo,nec habeo, probare quod fuit seruus,excommunicatus,uel in exilium missus: imo nisi ipse probet manumissionem,absolutionem,vel reuocationem ab exilio,repellitur à testimonio,& ab agendo textus est notabilis in Authent.si dicatur,C.de testibus, & volunt Bartolus Angel. Ioannes de Imola,Paulus de Cast. & docto.in d.l.decem: Sed an per hoc ipse uideatur confiteri excommunicationem,vel exilium, uel conuentus pro debito allegat simpliciter pactum de non petendo,vel solutionem,censeatur fateri debitum ad effectum condemnationis. sunt opiniones inter doct.sed omissis altercationib. veritas est,quod non,ut pulchre declarant Ang.& Ioan. de Imola in dicta lege decem,& Ange.de Aretio in d. §. seruus.Sunt.n.inter se multum diuersa, quærere an excipiẽs confiteatur intentionẽ actoris ad effectum condẽnationis,

Digitized by Google

& quærere an excipiens confiteatur factum, cuius allegat priuationem ab effectum repulsionis a testimonio vel, ab agendo: quia in primo casu clarum est, q̃ non. Et ità loquitur lege non vtique, cum ibi notatis, ff. de exceptio, & regu la exceptionem obiiciens, cum ibi notatis, de reg. iuris lib. 6. & in secundo casu clarum est, quod sic, & sic loquitur d. Authen. si dicatur: de quo, si libet, videre poteris latius per Fely. & canonistas in c. cum venerabilis de exceptio. & per
2 gl. & doct. in iuribus præall. Hinc etiam est, q̃ † petens absolutionem, tacite fateatur, se excommunicatũ, seu ligatũ, nisi petat se absolui ad cautelam, si & quatenus egeat absolutione, vt dicit gl. in c. venerabilem, super uerbo, postulauit, de electione: & sequuntur ibi Host. & Ioan. de Imo. & Bart. & doct. in d. l. decem, & Io. And. in c. cum dilectus, circa finem, de ordine cognitio. & ista est veritas, quicquid dicat Panor. in dicto capitulo venerabilem: quod nota. Hoc tamẽ
3 scias, quod aliquando † verba impropriantur ratione contrarietatis euitandæ, vel ratione subiectæ materiæ, vt uidere poteris infra in loco à subiecta materia: & tunc non procedit argumentum à priuatione ad habitum, ut l. 3. §. desinere, iuncta gl. ff. de vsufructuarius quemadmodum caueat vbi verbum desinit, ponitur pro non incepit, & in l. si seruus seruum. §. si calicem, iuncta glos. ff. ad l. Aquil. vbi verbum tollit actionem, ponitur pro facit non incipere, & in l. dispẽsatorem in fin. ff. de solutio. actio negociorum gestorum tollitur reprobatione, id est eius natiuitatis impeditur, uel locum non habet. secundum gl. Bar. & doct. ibidem & in l. cõditio in præteritum, iuncta gl. ff. de verb. oblig. vbi verbum perimit, ponitur pro consistere non permittit: & in psalmo 85. ibi, eruisti animam meam ab inferno inferiori, ubi uerbum eruisti, ponitur pro preseruasti. De quo videris poteris latius in locis præalleg. Secundo † argumentum ex hoc
4 loco formari potest aliter sic. Cuius naturæ, & conditionis
5 est priuatio, eiusdem naturæ est habitus: & econtra. Vnde quando habitus: est bonæ fidei, similiter & eius priuatio. Ita notant Bal. & Paul. de Cast. in l. 1. C. quãdo liceat ab empt. disce. q̃ est valde vtile, ut ibi videre poteris per eos, per Ias. in l. ab emptione. ff. de pactis: quo recurre. Hinc ẽt inferri potest aliud videlicet, q̃ sicut in diuortio, seu separatione matri-

matrimonii requirãtur septẽ testes, & q illi sint rogati, vt est tex.iuncta gl.in l.nullum.ff.de repudijs,ita etiam tot testes requirentur in matrimonio contrahendo , & quod illi sint rogati, arguendo à priuatione ad habitum,& ita singulariter decidit Lud.de Rom. in suis singularibus, singulari 713.sed in contrarium est gl. singulari in c. nostrates 30.q. 5.quam ibi sequuntur Io.de Fantusijs & Archid. & idem vult Io.And.Præpositus,& canonistæ in c.ex parte, de sponsa.& Barbatia in cons.suo 6.nu.5. 1.voluminis.& ita in practica seruari vidi : quod tene menti.Tertio argumentũ ex
5 hoc loco formari potest aliter sic, vbi non est, † vel esse nõ potest habitus:ibi non cadit priuatio d.l.decem,& præal.l. Iulianus,& isto argumento tacitè vtitur gl.in l.1.C. de arbitris,dum ponit rationem quare à sententia arbitri non potest appellari . Et hinc est q seruitus ne luminibus officiatur,non potest imponi illi domui,quæ officere non põt.l.si ædes meæ,cum l.seq.& ibi Pau.de Cast.no.ff.de serui.urb. prædio. Hinc ẽt est,q cæcus nõ põt amplius excæcari: Qd facit ad statuta disponentia,q pro certo delicto quis excæcetur:quia illa pœna non cadit in cæcũ,vel excæcatũ, quia oculi non videntes non sunt oculi,nisi æquiuocè,sicut oculi dicti secundũ philosophos,q meminit Bal.in d. l.conuenticulam.Quid ergo fiet hoc casu certe si cæcus committat maleficium propter quod ex forma statuti oculus debeat effodi:pœna statuti debebit commutari in aliam.text.est notabilis in l. 2. & ibi hoc notant Cyn.Angel Salycet.& Ioan. Fab.in breuiario.C.vt intra certum tempus crimin. q. termine.& Io.Ang.in reg.nemo ad impossibile,de reg.iur.lib. 6.Mercuria.& faciunt notata. per glo. singularem in cap. si compromissarius. §. si de electionibus lib.6. cum ibi notat. per Ioan.Andr.in nouella,Pet.de Anchar. Domin. Philipp. Francum,& alios: & idem est de non habente manus vel auriculas.Imo magis singulariter volunt Bald. & Paul. de Castro in Authent.sed nouo iure,C.de seruis fugitiuis uidelicet,quod
6 † si delictum aliquod ex forma statuti requirit amputationem manus,& delictum illud cõmittatur per aliquem qui non habet nisi unam manum , quod illa non erit amputanda , sed fiet commutatio in aliam pœnam, per dicta lege secunda,& sic statutum imponens pœnam

manus,reſtringi debet ad habentem duas manus:quia maior eſſet pœna habenti vnam manum duntaxat, quam habenti duas,quod eſt perpetuo memoriæ commendandum, tametſi contrarium tenent in hoc Salycet. poſt Iacob. Butrig.in dicta Authen.ſed nouo iure.Quod ſi ſtatutum pro certo delicto imponat pœnam manus,& tale delictum committatur per illum qui habet duas manus,ſed vnam aridã & aliam ſortem amputabitur arida in qua minus poteſt,& non alia. Ita ſingulariter vult glo.in dicta Auth. ſed nouo iure,& ſequuntur ibi Bal.Ang.Saly.& Paul.de Caſtr.& Io. And.in reg.in pœnis ad regul.iur.in lib.6.in Mercurialibus quod memori teneas mente,quicquid dicat Odofred.in dicta authentica ſed nouo iure. Quod ſi ſtatutum loquatur de amputatione manus dextræ,& illa ſit arida,ſiniſtra autẽ ſortis an dextra arida ſit imputanda,an vero pœna commutanda,ſint opiniones inter doctos. vt videre poteris per Salycetum in dicta l.2.& in dicta Authen.ſed noue iure,vbi hunc articulum plene examinat,& placet mihi opinio Iacob.Butrigar. & Salyceti tanquam mitior,reiecta opinione Cyni, quæ eſt nimis rigida,& inſipida . Hoc tamen quod ſupra dixi,recipit unam ſingularem limitationem,videlicet vt procedat quando delictum poterat atq; faciliter cõmitti cum vna manu ſicut cum altera, vt furtum , alias autem quando delictum habilius committitur cum una manu , quam cum altera:exemplum in crimine falſi: tunc puniendus eſt delinquens in ea manu,cum qua delictum commiſit:ne iterato illud committat. Ita ſingulariter reperio uelle.Andr.de Iſernia,& poſt eum Aluarot.& Præpo.in c. imperialem.§.callidis,de prohibit.feud. alienati. per Federicum in vſibus feudorum quod eſt bene notandum:quia eſt fundatum in maxima çquitate,& non memini me hoc legiſſe alibi.Porro ſi ſtatutum imponat pœnam excęcati,aliũ habebit locum in eo qui ita lumen impediuit , quod non poſſit quis inde uidere lumen,licet oculos non effoderit: non autem habebit locum in eo,qui non excæcauit in totum,ſed duntaxat aliquantulum uiſum obſcurauit: ita notabiliter dicit Paulus de Caſtro poſt Bal.dum & Angelum in lege binas ædes. ff. de ſeruitute vrbanorum prædiorum,quod notat . Quarto,& ad propoſitum reuertar,poteſt

7 teſt ex hoc loco & ſic formari argumentum. Nihil † eſt in priuatione, quod prius non fuit in habitu, extus eſt notabi lis Inſtitut. de libertinis, in principio, & ibi Angelus notant, & bonus textus in dicta lege Titio uſusfructus, in principio, cum ſimilibus: & ad hoc facit ad materiam, lege cum proponatis C. de codicillis, ubi habetur quod in codicilis contrarijs ultimus præualet: ſi autem non conſtet, quis fuerit prior, & quis poſterior quia forte ambo facti ſunt eodem die. & in uno codicillo fuit legatū relictum, in alio autem fuit facta ademptio eiuſdem: hoc caſu præſumitur ille codicillus poſterior, in quo facta eſt ademptio, quia ademptio in ordine eſt poſterior, quam habitus. ita notabiliter dicunt Cynus Bald. & alii doct. in dict. l. cum proponatis, & idem Bald. in § quibus, C. de nouo codice componendo, & ſentit Bal. in d. l. conuenticulam: quod manda memoriæ. Quinto argumentum ex hoc loco poteſt formari alī
8 ter ſic. A priuatione † non fit regreſſus ad habitum. tex. eſt notabilis in §. quod autem in fine, & ibi Ang. notat Inſtitu. de cap. diminutione, & bonus tex. in l. homo liber. ff. de ſtatu hominum: quod intelligo, naturaliter & philoſophico more loquendo: alias falſa eſt propoſitio illa, à priuatione nō fit regreſſus ad habitum, & contra noſtram religionem: ut patet in ſymbolo ibi, carnis reſurrectionē, &c. & ī c. firmiter de ſumma Trini. & fi. catholica. Iſtud tamen ſic declaratum limita dupliciter ſecundum Ange. in d. §. quod autem, Primo niſi priuatio fuerit tantum de facto, quia nō ſufficit alī quid fieri de facto ut ſequatur effectus iuris, text. habes & exēplum in § fi. Inſtitu. de ingenuis. Secūdò limita, niſi, primus ſtatus nō fuerit omnino extinctus, ſed velatus tantum. tex. eſt notabilis in l. in tantum, in prin. ff. de rerum diuiſione. ubi littus maris propter ædificium fit occupātis, ſed ędificio dilapſo littus redit in publicum. Quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, utilia, & quotidiana.

SVMMARIA IN LOCVM
ab expreſſo ad tacitum.

1 *Expreſſi & taciti eadem vt plurimum eſt virtus & potentia, &c. nu. 2. 3. cum multis ſequenti. vſque ad nu. 8.*

8 *Tacitum haberi pro expresso contingere multis modis.*
9 *Argumentum a tacito ad expressum est probabile.*
10 *Expressum sepe plus ualet re tacita & nu seq.6.*
16 *Tacite multa fieri possunt, qua non possunt fieri expresse.*
17 *Tacitum aliquando plus nocet & operatur qua expressum.*
18 *Tacitum non semper æquiparatur expresso.*
19 *Taciti actus non tam laxe interpretamur vt expressi.*
20 *Expressum quando faciat silere tacitum.*
21 *Promissio homines an & quãdo faciat silere promissionem legis.*
22 *Expresso viciato an vicietur tacitum.*

LOCVS AB EXPRESSO AD Tacitum. & contra.

1 AB Hoc loco ab Expresso ad tacitum sumptum argumentum est probabile, vtile, & frequentissimum: quia æquiparantur par enim † est virtus taciti, & expressi: & tacitum, & expressum procedunt ex eadem potentia causę efficientis, ergo idem debent operari: secundum Bald. in l. 3. ff. de testa. tutela, & pro hoc est text. in l. de quibus. in fin. ff. de legibus, in l. cum quid. ff. si certum petatur, & in l. triticum. ff. de verbo. obligation. cum vtrobique notatis: & vult Cępola in consil. suo 21. in 6. colum. & doctor. sæpe alibi. Quod facit ad multa, & inter alia gratia exempli istud primò facit
» ad hoc, quod sicut conditio expressa impedit ortum, & natiuitatem actionis, & obligationis, l. cedere diem. ff. de verbo.
» sign. Ita etiam conditio tacita impedit ortum, & natiuitatẽ actionis, & obligationis. de hoc habemus duas gloss. una est in l. 2. §. creditum, in verbo, post nuptias. ff. si certum petatur: alia est in l. & quia, in verbo, male petitur. ff. de pactis, & ibi Alberic. de Rosate dicit, eam esse singularem & non reperi alibi, illam etiam dicit esse singularem Bal. in c. significasti, de electio & Io. de Imo. in l. 3. post principium. ff. de lega. 1. & sequitur Iasonem in dicta lege cum quid, in secunda lectura. Secũdo istud facit ad hoc, q̃ sicut † dies expressa
» interpellat pro homine, & constituit quem in mora, magnã, C. de contrah. & committenda stipulatione: Ita etiam dies tacita, l. 2. in fin. C. de iure emphy. &c. potuit. de locato. Et

de

de hoc etiam habemus duas gl. vna eſt in l. ſi mora. ff. ſoluto matrimon. & ibi Io. de Imo. eam ad hoc notat, & valde commendat: alia eſt in l. 3. §. nunc de officio, & ibi Ang. eam ad hoc not. ff. de eo quod certo loco, & Iaſon loco prædicto, & idem Iaſon in §. plus autem. Inſtit. de actio. Tertio iſtud facit ad hoc, q; quemadmodum ex pacto expreſſo appoſito iuxta contractum, oritur actio præſcriptis uerbis, l. iuris gentium. §. quinimmo. ff. de pactis, & l. in bonæfidei, C. eo. ti. Ita etiam ex pacto tacito appoſito iuxta contractum oritur actio præſcriptis verbis: tex. eſt notabilis in l. hereditatem, & ibi Ioann. de Imol. hoc notat. ff. de donatio. Hoc etiam notat Franciſcus de Aretio ſubtilitatum princeps, in l. prima in principio circa ſextam columnam. ff. de verborum obligatio. & Iaſon in d. l. cum quid. Quartò iſtud facit ad hoc,
3 quòd ſicut expreſſa † ſubſtitutio facit ceſſare ius accreſcendi, l. 2. §. ſi duo. ff. de bonorum poſſeſſio. ſecundum tabulas, ita etiam tacita: de hoc eſt textus melior de iure in l. finali. §. partemue, C. de hæredi. inſtitu. & ibi illum textum ad hoc notant Bald. in 33. quæſtione & Alexand. de Imol. in fine, & eſt gloſſ. iuncto. textu in lege finali. C. de inſtitutio & ſubſtitutio. ſub conditio. factis, & ibi eam ad hoc notant. Bald. circa ſecundam col & Iaſon ibi ſupra. Quintò iſtud facit ad hoc, quod clauſulę tacitæ ita habent actum modificare, ſicut expreſſæ: Ita notabiliter dicit Bald. in l. ſtipulatio. §. habet. ff. de noui operis nunciatio, & Iaſon. loco præ-
4 dicto. Sexto iſtud facit ad hoc † q; ſicut pactum exceſſum appoſitum iuxta contractum, informat illum: d. l. iuris gentium. §. quinimo, ita etiam ea quę tacitè hunt iuxta contractum, informant illum. Ita probabiliter vult gl. in l. ſi oleum, & ibi Bal. ff. de dolo, & in loco prædicto. Septimo iſtud facit ad hoc, quòd ſicut pater poteſt expreſſe emancipare filium ad vnum actum tantum ſecundum Bal. in l. 1. §. in filij: ubi tamen dicit cogitandum. ff. ad l. trebel. ita etiam tacitè, ſecundum Oldra. in conſi. 26. incipiente, pater conſenſit filio. & Ioan. And. in addit. ad ſpeculum in titu. de inſtrumentorum æditione. §. porro, verſic. quid ſi filiusfamilias, & Iaſ. lo
5 co prædicto. Octauo iſtud facit ad hoc † quod quemadmodum hypotheca expreſſa generalis trahitur, & extenditur ad futura, & poſtea quæſita: ut eſt tex. ſingularis in l. fin. C.,

Digitized by Google

que res pignori obligari possunt. Ita etiam hypotheca tacita l. inducta trahitur, & extenditur ad futura: text. est singularis in l. hac ædictali, §. illud, vers. omnib. C. de secun. nup. & ibi hoc not. Bal. & Salycc. & idem sentit glo. in d. l. fin. licet referrat Ioan. tenere contrarium, & ibi id expresse firmãt Alberic. de Rosat. & Salyc. & Cyn. in l. vbi adhuc in fin. C. de iure dotium: idem etiam firmat Ludouic. de Roma in suis singularibus singulari 148. Nono istud facit ad hoc, q̃ quemadmodum ad hoc, vt delegatus, qui subdelegauit vices suas in totum, non possit expresse reuocare delegationem, requiritur, q̃ processum sit ad actualem citationem, vt tenet gl. in c. super quæstionum. §. si verò duo, in gl. magna in vers. sed quæritur, de offi. delega. Ita etiam in tacita reuocatione, quæ fit per mortem delegantis, ad hoc vt non obtineat effectum reuocationis, dicendum erit requiri actualem citationem, & non sufficere alium actum citeriorem, & ista est vera, & communis opinio secundum Iaſ. in l. & q̃a, quam legit sub l. more maiorum. ff. de iurisdict. omnium iudicum, vbi plenè reperies de hoc. Decimò istud, facit ad hoc q̃ sicut † malæ fidei possessor non potest expresse constituere seruitutem in re per eum mala fide possessa: ita nec tacitè patiendo aliquem longo tempore vti seruitute, & sic præscribere tex. est de hoc singularis iuncta glos. approbata communiter per docto. in l. 1. secundum tertiam lecturam, C. de seruitut. & aqua, per quod dixit singulariter Bar. in d. l. 1. & sequitur ibi Paul. de Castro, Quòd si tyrannus patiatur, ciuitatem quam iniustè possidet præscribere aliquo iure, hoc non præiudicat vero domino: de quo vide ibi latius per Baldum Salycet & doct. Vndecimo istud facit ad hoc, quòd sicut expressa prohibitio legis, vel statuti importat nullitatem actus, etiam si nihil dicatur de nullitate actus, vt est tex in l. non dubium C. de legibus, ita etiam statutũ, seu dispositio inducens certam solennitatem, sine qua contrahi non possit: vt puta quod minor non contrahat sine cõsensu duorum propinquorum, vel filiusfamilias sine consensu patris, importat tacitam prohibitionem, & quod proposito seruit nullitatem actus, si solennitas requisita per statutum non interueniat. ita singulariter vult glo. in l. non intelligitur. §. diuus Adrianus Flauio Proculo. ff. de iure fisci,

quam

quam ad hoc not.& valde commendat Pau.de Caſt.in d.l. non dubium,& idem vult Bar.in l.cum lex.ff.de fideiuſſo.li cet de dicta glo.mentionem non faciat, & doctores ſæpe alibi;quod imis ſenſibus infige. Duodecimo iſtud facit ad
7 hoc, quòd ſicut † mandatum expreſſum operatur,& inducit actionem mandati,ita etiam mandatum tacitum inducit actionem mandati,l.ſi fideiuſſor,iuncta gloſ.C.mandati, & l.ſi remunerandi.§.ſi paſſus,& l.qui fide.ff.illo eod.titulo cum ſimilibus.Decimo tertio iſtud facit ad hoc,q̃ quemadmodum expreſſum pactum de non petendo repellit agentem ab agendo,l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pactis,cũ ſimilibus,ita etiam tacitum pactum,vt eſt tex.valde notabilis in l.2.& ibi Bar.Bal.& docto.C.de pact. Decimoquartò iſtud facit ad hoc,quod ſicut ſtatutum nõ poteſt habilitare, vel inhabilitare forenſes,ita nec conſuetudo quæ inducitur ex tacito conſenſu populi,d.l.de quibus,& ita ſingulariter decidunt Bart.Bald.Iaſon,& docto.in l.cunctos populos,C. de ſumma trinita.& fide catho.quod tene menti. Hinc etiã dicit Ioan.An.in regula,pro poſſeſſore,de reg. iur.lib. 6.in Mercurialib.quòd tantum facit tacitus intellectus per interpretationem,quantum facit expreſſus,etiam in interpretatione extenſiua,dummodo tamen ſit iuſta, & allegat aliqua ex iuribus ſupra allegatis.Poſſet & ad multa alia inducci hæc argumentatio ab expreſſo ad tacitum , quæ per te
8 colligere poteris,dummodo memineris, tacitum † haberi pro expreſſo,contingere poſſe multis modis, vel ex natura rei,vt in d.l.cum quid: vel ex natura cauſæ, vt in l.1.C. de diuerſis reſcriptis,& in l.ſi te,C.ex quibus cauſis infamia irrogatur,& in c.2.de reſcriptis:vel ex præſumpta voluntate vt in caſu l.Labeo.ff.de pactis,ubi ſi creditor reddit debito
N. ri chyrographum,præſumitur tacitè remittere debitũ : vel ratione conſuetudinis,ut in l, quod ſi nolit.§. quia aſſidua digeſtis de edilitio.edicto: vel ratione conuentionis ſubiectæ contractuj,ut in l.ea lege, in principio.ff.locati: vel ratione præcedentium,vt in d. l. triticum, ſecundum verum intellectum,quæ enim in præfationibus dicuntur,in ſequẽtibus repetita creduntur l. Titia. §. idem reſpondit. ff de verborum obligationes, vel ratione ſequentium,per quæ declarantur præcedentia, l.ſi cum fundum, iuncta gloſ.ff,

de

de verb.signifi.& l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg.1.cum similibus ex legis dispositione,vt quod inuecta,& illata per conductorem sint locatori tacitè obligata,d.l & quia: & q. bona uiri sint mulieri tacite pro dote hypothecata,l.vnica, §.1.C.de rei vxoriæ actio. & ca.ex literis, de pignoribus, cum similibus:Et quod bona contrahentis cum fisco,sint ei tacitè hypothecata,l.aufertur.§.fiscus.ff.de iure fisci:Et q. bona tutorum,& curatorum sunt tacitè obligata pupillis,& adultis pro sua administratione,l.pro officio,C.de administratio.tutorum,cum similibus,& in pluribus alijs casibus, in quibus tacitè contrahitur hypotheca ex dispositione iuris,qui habentur.ff.& C.in quibus causis pignus tacitè contrahitur, vel ex alia probabili coniectura, sumpta ex legis præsumptione,vt in l.semper in stipulationibus,cum sua notabili glos.ff.de regulis iuris,& l.cum de indebito.ff. de probation.& in casibus in quibus fingit stipulatio, qui habentur per glos.in d.l.vnica,in principio.& per glos.s.in l.his verbis.ff.de adoptionibus, quæ si ad practicam deducantur,nō modicam ad latura sunt vtilitatem.Quemadmodum uerò ab expresso ad tacitum rectè, vt superius dictum est, sic
g etiam † econtra a tacito ad expressum probabilis est argumentatio quod,vt ostendā, uno quotidiano exemplo contentus ero. sicut enim tacitè prohibita alienari,vt bona subiecta restitutioni,nihilominus alienari possunt ex causa dotis,Authenti.res quæ,C.communia de legatis,& in corpo-
f re vnde sumitur:ita etiam expressè prohibita alienari, per testatorem poterunt alienari ex causa dotis in casu, Authent.res quæ,l.a filia,in princip.& l.mulier.§. cum proponeretur.ff.ad Trebellianum & ita expresse tenet Bar.in l.filiusfamilias.§.diui in 2. quæstio.ff.de lega.1.& Cyn, Bald. & Salycetus in lege uoluntas, C.de fideicommissis, & post multa Iason in dicta Authentica,res quæ,in octaua colum.
e & est communis,& uera opinio, quicquid dicat idem Iason,in dicta lege cum quid.Ne tamen decipiaris,uolo,te scire, quod in multis non est pars uirtus taciti,& expressi, imò plus operatur expressum, quam tacitum: & magis nocet expressum tacito. Primo enim expressa substitutio facta impuberi per patrem, excludit matrem, etiam à portione iure naturæ sibi debita capit. si pater, in fine: ubi est

text.

text,clarus, de teſtamẽtis lib. 6.& l.Papinianus.§. ſed nec impuberis.ff.de inoffi.teſtamen. & tamen tacita pupillaris, quæ continetur ſub expreſſa vulgari,non excludit matrem eius fauore lege precibus ſecundum communem intellectum,C.de impub.& aliis ſubſtitutionibus, & volunt Albe ric. & Alex.in d.l.cum quid,& Saly.in d.l.precibus,& Bar. & Bal.in l.centurio.ff.de vulga.& pupil.ſubſti.Secundo, ex
11 preſſus † error in ſententia,viciat eam,non ſic tacitus.c.1. & ibi docto.de re iudicata,& l. ex diuerſo. §. ſi in iudicio, & ibi gl.& docto.ff.ſoluto matr.& Alex.& docto.in d. l. cũ
12 quid. Tertiò, omiſſio † nominis hæredis viciat inſtitutionem,& teſtamentum,vbi expreſſio validat:& hoc odio falſitatis,l.iubemus,C.de teſtamen.& vult Albe.in d.l.cũ quid. Quarto,nõ ſunt paris virtutis tacitum,& expreſſum in alio ſingulari caſu,puta quoad reuocationem primę voluntatis, nam vbi prȩcedit expreſſa proteſtatio derogatoria uoluntatis ad actus ſequentes, actus ſequẽs redditur inualidus, niſi in poſteriori actu fiat ſpecialis derogatio,vel reuocatio primi,l.ſi quis.in prin.teſtamenti.ff.de lega.3. & tamen ſecus eſt in proteſtatione tacita,quæ ſumitur à contrario ſenſu,vel alio modo nam illa per tacitam voluntatem contrariam tollitur,tex.eſt ſingularis,iũcta gl.in l.ſi.in prin.& ibi ad hoc no.Bar.& poſt eum Io.de Imo.ff.de legatis 2. & idẽ vult Bar.in d.l.ſi quis in prin.teſtamenti. & Bal.in l. humanum,in 2.col.C. de legib. vbi d. l. finalem dicit ad hoc eſſe ſingularem,eam etiam ad hoc notat Card. in conſ. ſuo 27. in primo dubio, & ſic facilius reuocatur voluntas tacita, quam expreſſa: quod memori teneas mente. Quinto, non
13 ſunt † paris virtutis tacitum,& expreſſum quãtum ad prorogationem iuriſdictionis fiendam, per clericum nam clericus non poteſt expreſſẽ prorogare iuriſdictionem etiam alterius epiſcopi, ſine conſenſu ſui epiſcopi, capitu. ſi diligenti,& capit.ſignificaſti,de foro compet.& tñ tacitè poteſt prorogare iuriſdictionem alterius epiſcopi, ſine conſenſu ſui proprii epiſcopi,contrahendo,vel delinquendo in aliena dioceſi,c.dilecti,de foro competenti,& ſentit gl.in c.inolita 11.q 1.& vult expreſſe Ioan.de Imo.in ca. cum inferior, de maioritate & obedien. & doct. ſæpe alibi. Sextò, non ſunt paris virtutis tacitum,& expreſſum, quia te expreſſè

prohi-

prohibente,non possum intrare fundum tuum uenandi,uel occupandi gratia,sed te tacente possum,l.diuus Pius. ff.de seruitu.rusticorum prædio.& l.3.ff.de acquir. rerum dominio,cum vtrobique notatis. Septimò, non sunt paris uirtutis tacitum & expressum in casu singulari, l. si pater. ff. de manumissis uindicta,ubi expressa reuocatio mandati impe-
34 dit libertatis dationem,non sic tacita. Octauo,† non sunt paris uirtutis tacitum,& expressum in casu singulari, l.3.§. fin.ff.de condict.cau.da. cau. non sequuta : nam ut ibi patet hærede tacente,vel ignorante seruus potest soluere pecuniam peculiarem gratia conditionis implendæ, & hæres hoc casu perdit dominium pecuniæ fauore libertatis:secus autem est hærede expresse contradicente,licet teneatur illi,cui seruus iussus erat dare pecuniam:vt ibi est tex.singu-
35 laris. Nonò non sunt † paris virtutis tacitum & expressi in prorogatione quæ fieret de loco ad locũ non suæ iurisdictionis,puta extra territorium. Vnde ordinarius non potest inter suos subditos ius reddere extra territorium,etiã si illi consentiant: nisi interueniat expressus consensus iudicis territorii,nec sufficeret tacitus,vt est gl.singularis in c.vt litigantes,de officio ordinarii lib.6.quam sequitur Panor.in c.P.G.de officio delegat. & idem Panorm. post Innoc.Hostien.& Ioan.An.in c nouit,de officio lega. & idem vult Bal.in l.si qui ex consensu,C. de episco.audien. Quia tñ reperio docto. in hoc quotidiano articulo multum uariare,& diffomiter sentire, remitto te ad Petrũ & Cy. in d.l.si quis ex consensu,ad Salic.in l. 1.C.de iurisdic.omniũ iudicum,ad Bart.& doct.in l.fi.ff.de iusti.& iure, ad Alex. de Imola in d.l.3.§.fin. & ad eundem & alios in l. fin. ff.de iurisdict.omniun. iudicum,& ad canonistas in d.c. ut litigantes,& ad Anto.de Butrio,& Ioannem de Imo.in d.c.P.& G.& ibi ille articulus plenissimè tangitur in Barbatiam in 52.colum.cum pluribus sequentibus : cuius tamen opinio omnino displicet,quia est singularis, nec in iure, nec in rõne vel equitate fundata. Decimò,nõ sũt paris uirtutis tacitũ,& expressũ quantũ ad cursum tẽporis a iure,nec ab homine præfixi ad prosequendũ appellationẽ: quia expressus cõsensus partiũ impedit cursũ tẽporis, sed tacitus nõ vt est textus singularis, iuncta glosa in clemen.quamdiu, de ap-

pellationi

pellationi,quod eſt perpetuo memoriæ commendandum. Vndecimo,non ſunt paris virtutis tacitum,& expreſſum in prorogatione iuriſdictionis delegatæ,fienda de loco ad locũ nam in hoc expreſſus cõſenſus partium requiritur,nec ſufficit tacitus,ut eſt tex.ſingularis iuncta glo. in cap. ſtatutũ. §.in nullo,de reſcrip. lib.6.& ſic patet, quo in multis non eſt par poteſtas taciti,& expreſſi,imo plus operatur expreſ
6 ſum,quam tacitum. Multa † etiam poſſunt fieri tacitè,quę non poſſunt fieri expreſſè: vt notatur per gloſa in dicto cap. inolita,& per Ioannem Andr. in regula mutare,de regulis iuris libro 6.in Mercurialibus, ut iuramentum calumniæ poteſt tacitè remitti,non expreſſè, capitulo primo de iuramento calum.lib.6.& notatur per gloſ. & docto. in l.2.§. ſed quia veremur,C.eodem tit.ſic etiam dolus futurus expreſſè remitti non poteſt,ſed tacitè,ſic l.ſi unus.§. illud.ff. de pactis,ſic etiam milites non poſſunt eſſe procuratores,l. militem,C.de procurato. Tamen ſi hoc non opponatur ante litem conteſtatam,valet iudicium,l.filiusfamilias.§. ve-
7 terani.ff.de procurato. In aliquibus † etiam plus nocet,& operatur tacitum, quam expreſſum, vt videre poteris per Bald.in l.3.in princ.C.de iuris & facti ignoran.& per eundem Bald.in l.1.in 21.& in 27.oppoſitione, C. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt,& per Bart.in eadem l. in fine,& per Salyce.& Iaſo.in d.l.cum quid & uide tex. cũ glo.& doct.in l.ſi ſine uoluntatè,in fine, C. ad Velleia. ſic etiam delictum occultè commiſſum grauius punitur,quam palam commiſſum.l.ſi.vbi eſt tex.ſingularis.ff.de ritu nup. & faciunt ea quæ habentur & notantur in c. vt noſtrum. vt eccle.benefi. ſine dimi. conferantur, ex quibus concluſiuè dico.quod licet tacitum,& expreſſum regulariter ſe habeãt
8 vt paria.in multis † tñ habent ſe,ut excedentia,& exceſſa, & ex hoc ſtudioſus facile ſcire poterit,quando hæc argumẽtatio procedit,& quando non. Tria tamen nolo, te ignorare.Primum eſt,ꝙ tunc demũ tacitum equiparatur expreſſo,quando de hoc cõſtat clarè,uel ſaltem præſumptiue per aliquem ex modis ſupra commemoratis,aut ſimilem: Alias autem mens in animo retenta nihil operatur l. ſi repetendi, de cõdictio.ob cau.datorum. Secundum eſt,quod actus
9 † taciti non tam latè ſunt interpretandi,vt actus expreſſi.

Ita

Ita ſingulariter dicit Pau.de Caſt.& magiſtraliter declarat in pulchra & quotidiana q.in conſ.27.in antiquis,incipiente,in Chriſti,& c. ſuper appellatione,& c. & dicam infra in loco a ratione legis larga ampla,ſeu generali ad extenſionẽ
10 ipſius legis,circa finem. Tertium eſt quod † expreſſum facit ſilere tacitum,l.fi.C.de pactis cõuentis,l.ſi fundum ſub conditione.§.Stichum,& ibi Pau.de Caſt.ff.de legatis j.& l.cum ex filio.ff.de vulg.& pupil. ſubſtitutione , qui textus
21 quotidie allegantur ad hoc,q; † prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis: quod tene menti,quia facit ad multa:& primò ad hoc q; ſubſtitutus præferendus eſt coniuncto,l.vnica.§.in 1.& §.pro 2.C.de caducis tollendis , cũ ſimilibus. Secundò ad hoc , quod argumentum à contrario ſẽſu ceſſat, vbi reperit̃ expreſſa diſpoſitio quia expreſsũ facit ſilere tacitum: de quo dicam latè infra in loco à contrario ſenſu. Tertio ad hoc,quod non habet locum extẽſio ad ſimilem cauſam,vbi reperitur expreſſa diſpoſitio in caſu,ad quem volumus facere extenſionem, vt dixi ſupra in loco a ſimili,& dicam infra in loco à falcidia ad trebellianicam,& & in loco a legitima patroni ad legitimam filii , & in loco a matrimonio carnali ad ſpirituale , & in loco a ratione legis larga ampla ſeu generali ad extenſionem ipſius legis, maxĩmè in primo caſu principali,& ſæpe alibi. In dote tamen expreſſum non facit ſilere tacitum , vt eſt gloſſa ſingularis in d.l.fin.approbata illic per Cy.Bal.Salyc.& omnes , per Salyc.in l.aſſiduis,in 7.q.C.qui potiores in pignor.habeãtur, & per doct.ſæpe alibi. De hoc tamen articulo,an,& quando prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis , vide omnino Cyn.in d.l.2.in vi.q.C.de iure emphy. vbi bene de
22 clarat. † An autem uiciato expreſſo vicietur tacitum,vide per Cynum & doctor.in Auth.ingreſſi C.de ſacroſanctis eccle.& per Bar.Bald.& doct.in l.ſi fideiuſſor, in princip.ff.de lega.1.& per Salyc.in l.1.§.1.ff.quibus mod. pignus vel hypotheca ſoluitur : quæ omnia commenda memoriæ , quia ſunt quotidiana,& de pane lucrãdo,vt aiunt, & vide quod dicam infra in loco ab æquipollentibus.

SVM-

SVMMARIA IN LOCVM.
à Coniunctione duarum legum.

1 *Argumentum a coniunctione duarum legum probabile & vtile.*
2 *Mulier ex constructione ecclesiæ acquirit inde patronatus, sicut masculus.*
3 *Iuramentum præstitum super actu à lege infirmato tantum operatur, quantum consensus geminatus.*
4 *Geminatio literarum principis seu secundæ missio tantum operatur quantum modo pro prius.*
5 *Præscriptio decennij probatur coniunctione attestationum: item & parentela, incestus & similia.*
6 *Præuentio quando locum habeat.*
7 *Contrariorum legum qua sit obseruanda.*

LOCVS A CONIVNCTIONE.
seu combinatione duarum legum.

1 OFFERT se nunc locus à coniunctione seu combinatione duarum legum. A quo † sumptum argumentum est probabile, frequens, & valde vtile, tex. est notabilis in l. gallus. §. ille casus in difficilis, & ibi. Bar. Bal. Ioan. de Imo. & doct. notant. ff. de liberis & posthu. & est bonus tex. in c. cum dilectus, secũdum utrumque intellectum, de succes. ab intestato, & ibi Panor. notat. & est glo. in l. prospexit. ff. qui & a quibus, & gl. in l. 1. ff. de regul. iuris, & gl. in l. Lucius, ff. de his qui notã. infa. & gl. in l. fi. C. ad legem falcid. & hoc argumento utitur Ang. in l. fi. ff. de constitu. princip. & Bal. in l. dominus. §. per fideicõmissum. ff. de vsufructu, & idem Bal. in l. dotis tuæ, in noua lectura, C. de iure dotium, in l. non dubium, in 2. col. C. de legibus. & in ca. 1. an agnatus vel filius agna. in vsibus feudorum, & Alberic. de Ros. in 1. par. statutorum q. 138. & idem Alberi. in 2. par. statutorum q. 66. in pulchra q. & Io. And. in ca. si pater, de testa. lib. 6. in nouella, & Io. And. in regula, qui tacet, & in regula, potest quis per alium, in pulchra q. de reg. iuris lib. 6. in Mercuriali lib. Isto argumento vtitur etiam Oldradus in

pulchra

pulchra q.in conſ.227.& deciſio rotæ 16. in nouis,circa finem.Hoc argumento utitur etiam Salyc.in l. domum in 2. colum.C.de rei uendi.& Iaſ.in lege quod te,in 10.col.ff.ſi cer.peta.& idem Iaſ.in l.illud, C. de collatio. dicens quod iſte eſt optimus modus arguendi,& idem reperit ipſe ſæpe alibi. iſto argumento vtitur etiam Panorm.in cap.nobis, in primo notabili,de iure patronatus, concludens per hoc, q
2 † mulier poteſt ex conſtructione eccleſiæ acquirere ius patronatus, ſicut maſculus. Hoc argumento vtitur etiam gl. & doct.in c.cum contingat, de iureiur. vbi per illum text. iuncta Auth.ſiue a me,C.ad Velleia. dicunt,quod tantum
3 operatur † iuramentum præſtitum ſuper actu à lege infirmato,quantum conſenſus geminatus:quod commẽda memõriæ. iſto argumento vtitur etiam Bal. in l.nec damnoſa, C.de præcib. imperat. offeren. vbi ex coniunctione duarũ
4 legum dici.quòd tantum operatur ſecunda iuſſio †, ſeu geminatio litterarum principis,quantum motus proprius: & hoc dictum tanquam ſingulare,& nouum refert & ſequitur Lud. de Roma in ſua aurea repetitione l. ſi verò. §. de viro,in 31.fallentia.ff.ſolut.mat. quod memori teneas mente. iſto argumento vtitur etiam Bal.in l.teſtium, in 7. col.
5 C.de teſtib.vbi per hoc dicit,quod ſi intẽdo probare † præſcriptionem decennii,& produco duos teſtes qui probãt de primo quinquennio , & duos alios qui probant de 2. quinquennio, optimè probo præſcriptionem decennii, ex coniunctione atteſtationum, & idem dicit ipſe ibidem in probanda parentela,vt latius uidere poteris per eum.quod in fige cordi. iſto argumento etiam utitur Bal.in d.§.ille caſus indifficilis,vbi per hoc ſingulariter dicit,quod ſi Titius ſit accuſatus de inceſtu, licet ad hoc vt conuincatur de inceſtu debeat plenè & coniunctim probari conſanguinitas, vel affinitas,& carnalis copula,tamen ſi duo teſtes probẽt conſanguinitatem,vel affinitatem,& non copulam, alii autem duo teſtes probent copulam ,& non conſanguinitatem, vel affinitatem,certè inceſtus eſt probatus,ex cõiunctione capitulorum & teſtium,per dicto. §. ille caſus indifficilis , vbi iuriſconſultus arguit ex coniunctione duorum capitũ: ãmmo plus dicit ibi Bald.videlicet,quod ſi vnus teſtis probet veritatem articuli,& ipſe idem teſtis,& aliis probant fa

mam,

mam,q̃ coniunctis illis probationibus fit facta efficax proba
tio in cauſa ciuili,in qua duæ minus plenæ probationes cõ
iunguntur ad effectum plenæ probationis, de quo uide ple-
nius per Alexand.& alios modernos ibidem,& per legiſtas
in l.admonẽdi.ff. de iureiu.& per Bar.in l.1.§.idem Corne
lio.ff.de q̃ſtionibus,& p̃ canoniſtas in c.ueniẽs 1.de teſtib.
& p̃ Fel.in c.cum cauſam,de probatio.& p̃ Lud de Rom.in
ſuo conſ.127.in quotidiano exẽplo, ubi recurre. Per hunc
arguẽdi modum uidetur ẽt poſſe decidi q.illa quotidiana,
In ciuitate sũt duo iudices,quorũ unus cognoſcit de actio
nibus p̃ſonalibus tãtum,aliter uerò de actionibus realibus
tantũ emergit modò q̃ſtio ſup̃ actione mixta, q̃ pariter ſe
habet ad utrumq;,ut uidere licet in §.q̃dam.Inſti.de actio,
q̃ritur,qs cognoſcet?nam uidetur per præmiſſa ex coniun-
ctione duorum capitum,q̃ uterque cognoſcet,& ita tenet
Cyn.in d.§.1.ille caſus indifficilis,ubi tamẽ hoc limitat,ni-
ſi aliter † eorum præuenerit,quo caſu ille erit potior,ſecũ
dum eum.Et idem dicit ipſe in tali q.ſuper cauſis à centũ
libris infra,per ſtatutum eſt deputatus iudex: ſuper cauſis
uero pupillorum,& uiduarum eſt deputatus alius: contin-
git modo,quod cauſa pupilli,uel uiduæ eſt à centum libris
infra,q̃ritur,quis eorum erit iudex? & cõcludit ipſe, quod
uterque à coniunctione duorum capitum,niſi alter præue-
niat,ut ſupra dixi:& hoc reputat ibi Bal. notabile, & idem
uult ipſe Bal.in l.Titiæ textores.ff.de lega.1.& ibi uide latè
p̃ Ale. de Imo.ſi tamen plenius in his,& ſimilibus q̃ſtionib.
q̃ quotidie occurrere poſſunt,uis inſtrui, uide ſingulariter
notata per Bar.in extrauaganti ad reprimendum,in uerbo,
non obſtantibus,& p̃ Pe.de Anc.q̃ eum literam refert & ſe
quitur in c.1.in fi.de priuilegiis lib.6.& eundẽ Pe.de Anc.
in repet.c.canonũ ſtatuta in 6.q.principali,de cõſtitu. & in
rubrica de reg.iur.lib.6.ubi cõcludũt,q̃ qñ † una conſtitu-
tio eſt magis ſpecialis quoad q̃d .ſ. quoad perſonas, & alia
cõſtitutio eſt magis ſpecialis quoad q̃d puta quoad , uel e-
cõtra habemus illud ſpeciale obſeruare,in quo,& euidẽtior
utilitas reperit:& ponũt duo pulchra & quotidiana exẽpla.
Vbi uero nõ eſſe una rõ ſpecialitatis fauorabilior alia,tenẽt
legẽ nouã præualere antiquæ;quod memori tenens mẽte,
q̃a poteſt ſeruire ad multa. Aduerte tamẽ,q̃a iſta argumẽ

tatio ſolum procedit iu non exorbitantibus: nam exorbitãtibus vel correctoriis neceſſaria eſſet ſuperioris prouiſio, vt bene declarat Bar. & poſt eum Io. de Imol. in d. §. ille caſus indifficilis, de quo vide quod dicã latius infra, in loco a ratione legis larga, ampla ſeu generali ad extenſionem ipſius legis, in duobus primis caſibus principalibus. Quæ omnia commenda memoriæ, tanquam pulchra, vtilia, ſingularia, & quotidiana.

SVMMARIA IN LOCVM
à feudo ad emphyteuſim.

1 *Feudum & emphyteuſis, vaſallus & emphyteuta ſunt eiuſdem naturæ.*
2 *Vaſſalus & emphyteuta in quibus conueniant item feudũ & emphyteuſis cum pluris ſeq vſque ad num. 41.*
3 *Argumentũ a feudo ad emphyteuſim facit ad multa cũ nu ſeq.*
4 *Vaſallus aut emphyteuta non poſſunt & alienare feudũ vel emphyteuſim ſine conſenſu directi domini.*
5 *Feudum conceſſum alicui & ſuis haredibus, intelligitur ſolum de deſcendentibus illius cui cõceditur, & non de haredibus tranſuerſalibus, ſiue extraneis. Idem in emphyteuſi.*
6 *Proſpicere ſibi & ſuis haredibus in dubio quiſque præſumitur.*
7 *Filiorum appellatione in feudis & emphyteuſi an veniãt nepotes & deſcendentes.*
8 *Vaſallo aut emphyteuta mortuis abſque filijs dominus directus quibus concedat feudum ſine emphyteuticum & num. 9.*
10 *Vaſalli & emphyteuta poſſunt inter ſe diuidere rem feudalem ſiue emphyteuticariam irrequiſito domino.*
12 *Vaſallus & emphyteuta negantes ſcienter rem eſſe feudalem, vel emphyteuticariam perdunt eam.*
25 *Vaſallus non poteſt renunciare feudo inuito domino: idem in emphyteuta.*
26 *Vaſallo aut emphyteuta diſponentibus de feudo & emphyteuſi per viam legati legatario nihil debetur.*
27 *In alienatione, feudi ſiẽda per vaſallũ vaſalli cõſẽſus domini cui ſoluendũ cũ eſt laudemium requiritur: ide in emphyteuſi.*
29 *Feudum & emphyteuſis non veniunt iure hereditatis: nec ſunt hereditarium.*

Digitized by Google

20 Prælatus ecclesiæ res potest concedere in feudum & emphyteusim consanguineis suis sicut extraneis, quando sunt res solitè dari in feudum vel emphyteusim.

21 Bonis propter homicidium publicatis an publicatur feudum & emphyteusis.

22 Possidens ciuiliter an possit authoritate propria expellere clandestinum possessorem.

25 Bona feudalia quæ transeunt in filium, vt filium nõ computantur sibi in legitimam, nec in falcidiam.

26 Ius repræsentationis habet locum in feudo & emphyteusi.

28 Vassallus & emphyteuta patiendo præscribi rem feudalem vel emphyteuticam non præiudicat domino.

29 Filius institutus in re certa æqualiter succedit in feudo & emphyteusi cum fratre vniuersaliter instituto.

32 Vassallus & emphyteuta possunt compromittere de re feudali vel emphyteuticariâ sine consensu domini.

33 Non tamen poterunt iuramentum deferre.

36 Vassallus vel emphyteuta plurium dominorum alienãs rẽ feudalem, vel emphyteuticã de cõsensu aliquorum, nõ cadit à toto.

39 Ius accrescendi regulariter non habet locum in feudo nouo, & in emphyteusi.

40 Vassallus & emphyteuta nõ possunt incidere arboros frugiferas.

42 Arguere quando liceat, vel non liceat à feudo ad emphyteusim 43 cum sequen.

44 Iura feudalia nihil valent in his quæ reperiantur aliter decisa à iure ciuili in alia materia.

45 Fœmina quare non admittantur in feudis.

46 Dominus & vassallus in pœna legali æquiparantur: non tamen in conuentionali.

47 Differentiæ centum & sexaginta inter feudum & emphyteusim seu allodium. remissiuè.

48 Contractus in quibus vtile dominium trãsfertur retento directo.

49 Contractus superficiarius qui sit, & cuius efficacia.

50 Contractus locationis ad longum tempus quis, & eius effectus.

51 Conductor ad modicum tempus potest implorare officium iudicis vt seruetur in sua detentionem vel vt sibi restituatur.

52 Emptor tenetur stare colono ad longum tempus, item colono fisci, vel Reipubl. &c.

53 Conductor ad lõgum tempus fisci et reipubl. etiam ad modicum

tempus fuit domini arborum per eos plantarum in fundo con ducto.

64 *Contractus emphyteuticus quis & quis cõtractus liuellarius.* 55.
56 *Contractus precaria quis.*
57 *Contractus feudalis quis dicatur?*

LOCVS A FEVDO AD EMPHIT.

ALOCO a feudo ad emphyteusim, seu à cõ-
tractu feudali ad emphyteuticum sumptum
argumentum, probabile, vtilissimum, & fre-
quentissimum est, fundatum in similitudine
1 † quam habent ad inuicem feudum, & em-
phyteusis, vasallus, & emphyteuta; sunt.n. eiusdẽ uaturæ, se
cundum Speculatorem in titu. de feudis. §. quoniã, in vers.
40. in fine, & similes secundum Hostien. in summa in tit. de
feud. in prin, quem refert & sequitur And. de Isernia in pre
ludis feudorum, in versi. quinto quæritur in feudatio. Con
ueniunt † enim in hoc vasallus, & emphyteuta, ꝙ vterq. ha
bet vtile dominiũ, & per consequens vtilem rei vendicatio
nem: de primo est tex. in c. 1. §. rei autem, & §. fi. in tit. de in
uestitura de re aliena facta, in vsibus feudo. & ibi Bal. Alua.
& doct. id notãt: & de secũdo est tex. in l. 1. iũcta gl. ff. si ager
vectigalis, vel emphyteuticus petatur, & in l. possessores, in
fi. & ibi notatur per gl. C. de fundis patrimonialibus lib. 11.
& per gl. & doct. in c. 1. de contro. inter vasallũ & aliũ de be
neficio, & notatur per Bar. & doct. in l. si quis vi. §. differen-
tia. ff. de acquir. poss. & per eundẽ in l. 1. in vers. hic titulus.
ff. de publicanis, itẽ in hoc, ꝙ vterq; possidet naturaliter, &
ꝙ vtriq; ratione illius naturalis possessionis competit inter
dictum vti possidetis l: vnica, cum ibi notatis per glo. C. vti
possidetis: & notatur per gl. in l. 3. §. ex contrario ff. de ac-
quir. poss. no. Bar. in l. 1. in prin. in penul. q. illo eo. tit. & idẽ
Bar. in l. 1. in prin. ff. uti possidetis, & Io. Fab. in §. retinendę,
in prin. instit. de interdictis, & Ang. in §. quadrupli, circa fi-
nem, institu. de Actio. & doct. sæpe alibi. Et argumentum ex
3 hoc † loco sumptum facit ad infinita, eoq; vtitur Ludo. de
Roma in cons. suo 103. incipiẽte, viso propositæ quæstionis
themate, & gl. & doct. in pluribus aliis locis, vt infra latè pa
tebit.

4 tẽbit. Et in primis facit ad hoc, quòd ſicut † vaſſallus nõ põ
teſt alienare feudũ ſine conſenſu dñi directi, c. 1. de vaſſallo
qui contra conſtitutionẽ Lotharii feud. alie. & c. imperia-
lẽ, in prin. de prohibita feudi aliena. per Federicum in uſi-
bus feudor. cũ ſimilibus: ita etiã emphyteuta non põt alie
nare emphyteuſin ſine conſenſu domini directi, l. fi. C. de iu
re emphyteu. & c. portiit, de locato, cũ ſimilibus, Secũdo fa
5 cit ad hoc, q̃ ſicut † feudũ conceſsũ alicui, & ſuis hæredi-
bus, intelligitur ſolũ, conceſſum deſcendentibus illius, cui
conceditur, & non hæredibus trãſuerſalibus ſeu extraneis:
vt dicit gl. valde notabilis in l. ex facto. §. fi. & ibi Dy. Barto.
Pau. de Calt. Alex. & docto. ff. ad Trebel. & gl. Bar. & doct.
iu l. ét, in prin. ff. ſolu. matri. & idem Bar. in l. galluss. §. etiã
ſi parente. ff. de libe. & poſthumis, & Bal. in l. fi. in 6. oppoſi-
tione, C. de hæred. inſtit. & idẽ Bald. in l. liberti liberteque,
C. de operis libert. & idem Bald. in l. 1. in 68. q. de rerũ diui
ſio. pro quo ét eſt tex. in c. vnico. §. & ſi clientulus, de alien.
feudi, & in c. fi. ſi de feu. fuerit controuer. in vſib. feud. & eſt
6 communis opinio ſecũdum Alex. in d. l. ex facto. § fi. & ipſa
veritas, quicquid dicat Cy. poſt Iacobinum & Petrum in d.
l. liberti libertæq; : ita dicẽdum vĩ in emphyteuſi. eadẽ ra-
tione: De quo tñ articulo quotidiano vide latius per Io. de
Imo. Alex. & alios per eos relatos in d. l. ex facto. §. fina. ad
quos breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat. Tertiò facit ad
hoc, quod ſicut feudum ſimpliciter receptum, cenſetur re-
ceptum pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, licet in inueſtitu
6 ra de hærede mentio non fiat: quia † in dubio vnuſquiſque
videtur velle proſpicere ſibi, & hæredibus ſuis, lege ſi pactũ
ff. de probatio & ſentit gl. in c. vnico, quibus modis feudum
cõſtitui poteſt, in vſibus feudorum: non autẽ cenſetur re-
ceptũ pro feminis hæredibus, ex quo de eis nõ eſt facta mẽ
tio, & q̃ a hoc eſt cõtra regulare naturã feudi. c. 1. §. filia ve-
ro de ſucceſſ. feudi, in vſib. feudo. Ita etiã videtur dicendũ
in emphyteuſi, ſimpliciter recepta cenſeatur recepta pro ſe,
& hæredibus ſuis maſculis, & non pro fœminis, cum iſti cõ-
tractus maximam habeant ſimilitudinem inter ſe: & ita ex-
preſſẽ firmant And. de Iſer. Bal. & Aluaro. in dicto. c. vnico,
quibus modis feudũ conſtituit poteſt, vbi dicũt, hoc eſſe no
tabile, & mẽte tenẽdũ. & idẽ tenẽt Io. Bapt. de ſancto Seue,

in repetitione c.primo de feudi cognitio. Aliter tamen, & melius quoad emphyteuſin tene Præpo.in d.c.vnico,& Ludouic.de Roma in conſ.ſuo 22.incipiéte, p propoſito,& Alex.in l.qui Romæ §.duo fratres,in 30.colum. ff. de verbo. obligat.& Hippo.de Marſilijs in ſingula. 160. Quartò facit ad hoc,quod ſicut feudum conceſſum alicui & filijs ſuis, cenſetur etiam conceſſum nepotibus & deſcendentibus,Ita
7 quod † appellatione filiorum hoc caſu veniant nepotes & deſcendentes,vt ſingulariter determinat Bald.in c. quæ in eccleſiarum,in nona colum.de conſtitutio. & Petr. de Anchar. in repetitione capitulo canonum ſtatuta,in 14.quęſtione principali de conſtitutio.& glo.in d.c.1.§. & ſi clientulus,& ibi Bal.& Iacobinus in ſuo notabili libello feudorũ in illis verbis,præſentes & recipientes pro ſe & eorum filijs & doct.ſæpe alibi:Ita etiam conceſſa emphyteuſi alicui pro ſe & ſuis filijs,cenſetur conceſſa etiam pro nepotibus & deſcendentibus,eadem ratione.In quo tamen articulo quotĩ diniano diuerſæ ſunt opiniones:nam Salycet.in lege ſecun
(v. da.C.de iure emphy.in vtroque tenet contrarium,Alexan. autem in conſilio ſuo 17.5.voluminis,incipiente,Ponderatis,in primo dubio, ſentit in feudo cũ gl.Bal.Pet.de Anch. Iacobino.& alijs:ſed in emphyteuſi tenent contrarium:vnde de iſto articulo quotidiano vide pleniſſime per Franciſcũ num in ſuo ſingulari libello feudorum parte ſecunda in verſic.circa hanc materiam acquiſitionis feudi, & in pluribus columna ſequenti ad quem remiſiſſe ſufficiat.Quintò
8 facit ad hoc,quod quemadmodum † dominus poteſt inueſtire filiam defuncti vaſſalli abſque filijs de feudo, omiſſis maſculis tranſuerſalibus vaſſalli defuncti, in duobus caſibus;vt eſt textus ſingularis in capitulo unico, quemadmodum feudum ad filium pertineat,& facit d.c.1.§.filia vero; ita etiam erit in emphyteuſi,vt ea finita per generationem finitam, dominus poſſit illud ius emphyteuticum confirmare in perſonam filiæ.omiſſis maſculis tranſuerſalibus emphyteutæ defuncti;& ita expreſſe volunt Bal.Aluaro.& Prępoſitus in d.c.vnico,& Aluaro.in d.§.filia verò. Sextò facit
9 ad hoc,q; † quemadmodum vaſallo mortuo,& feudo aperto ſeu ad dominum liberè reuerſo,dominus potius debeat ꝙueſtire hæredem maſculum defuncti,quam alium extraneum:

neum:& iniuria est, si ei non concedatur:ut vult gl.singularis in l.1.§.permittitur,& ibi Bar.& etiam Ange.in lectura peregrina.ff.de aqua quotidiana,& æstiua,& idem Bar.in l.1.in fi.ff.de priuilegijs credito. & habetur p Aluarotum & præpositum in d.c.unico, quemadmodum feudum ad filiã pertineat.ubi dictam gl.dicunt esse singularem, & pulchre per Ludo.de Roma in d.consi.suo 22.& eleganter per Iasonem in d.l.2.in 7.colum.C.de iure emphyteu.in quibus locis præfati doct.dicunt,hãc esse communem opinionem:ita etiam dicendum erit in emphyteusi, ut ea extincta per generationem finitam,heredes defuncti possint petere eis emphyteusin confirmari,& de facili debent impetrare, & præferri extraneo:& est iniuria,si eis nõ fiat cõfirmatio:& ideo possunt appellare ad superiorem, ut cogat denegantem ad hoc faciendum ; Ita notabiliter dicunt Bar. & Ang.in d.§. permittitur,& idem Bar.in l.si mihi & Titio,circa finem.ff. de verbo.obliga.& Ludo.de Roma & Ia.locis prædictis , & canonistæ in c.bone 2.in fine,ubi etiam est bona glo.de postula.prælato.quod memori teneas mente,quia est notabile,utile,& quotidianum,& habui de facto hoc tamen limita,quando dominus directus esset alij concessurus;aliàs secus ita singulariter limitat Panor.in d.c. bone , Vbi de hoc uide latius per eum,& per Ludo.& Iasonem Locis. prædictis,& pleniſſime per Ioã.de Imo. & Alex.in d.l.si mihi & Titio,& multum plene per Franciscinum in dicto suo singulari libello feudorum,parte 2.q.15.ad quos remisisse sufficiat.Septimò facit ad hoc, quod sicut † Vasalli possunt inter se diuidere rem feudalem irrequisito domino ut est gl. notabilis in l.si familiæ,C.familiæ Herciscun. approbata ibidem per Bar.Bal.Pau.de Cast.Saly.& doct.limitãdo & declarando,vt per Franciscinum post alios per eũ relatos in d. suo singulari libello feudorum,parte 4. in uersic.trigesimo quçro,an & quando feudum diuidi possit,in quinq; columnis seq.Ita ẽt emphyteutę possunt inter se diuidere emphyteusin,eadem ratione.& ita notabiliter declarat Bal.in l.voluntas,C.de fideicõmissis de quo uide ibi latius per eũ,& p doc.in d.c.imperialẽ.§.p̃terea ducatus,& in c.oẽs filij,si de feu.fuerit cõtrouer.in usib.feudorũ, & p Frãciscinum in d. uersic.30.q̃ro.Octauò illud facit ad hoc,qđ sicut ualet † pactum

&um quod facit pater habens filios naturales, & legitimos ex vxore nobili defuncta cũ ea, quã vult ducere in vxorem, vt filij ex ea nascitur licet sint futuri legitimi, non succedãt cum alijs filiis de primo thoro natis, sed sint contenti certa portione, ut est text. in capitulo vnico, de filiis natis ex matrimonio ad mor̃g. contracto: ita etiam pater habens filios naturales, & legitimos, & vnum filium spurium, potest facere spurium legitimari cum pacto, q. in nihilo sibi succedat, vel quod stet contentus certa portione, vel re emphyteutica, quam obtinet, eadem ratione: Ita singulariter decidit Antonius de Butrio, in capit. per venerabilem, circa 25. colum. qui filij sunt legitimi, & sequuntur Paul. de Cast. Alexan. de Im. & posteriores in l. pactum dotale, C. de collatio. & idem Pau. de Castro, in rubrica, C. de iure aureorum annulorum, & Alexander de Imo. in consilio. 30. 4. voluminis, incipiente, nixta ea, & Georgius Natta in repetitione capi. quamuis. circa princip. de pactis libro sexto & Iason in l. prima in 14. colum. C. de iure emphy. quod memori teneas mẽ
12 te. Nonò istud facit ad hoc, q, sicut † vasallus negans sciẽter, rem esse feudalem, perdit feudum: ut est tex. in c. vasallus si feudum, in tit. si de feu. fuerit controuer. & in c. fina. de lege Corradi, in vsibus feu. & vult Innocen. c. cæterum, in fine de iudiciis: ita etiam emphyteuta negãs sciẽter, rem esse emphyteuticam, perdit eam Ita notabiliter dicit Ang. in l. fina. ff. de rei vendi. & Ludo. de Roma in sua aurea repetitione, l. si vero, §. de uiro, in 51. fallentia ff. solu. matrimo. & Iason in §. omnium, Instit. de actio. & Iacobinus in d. suo notabili libello feudorum in illis verbis, dictique vasalli promiserunt non committere feloniã, &c. in 9. colum. & idem Iacobinus in eodem libello in illis verbis, dictiq; vasalli promiserunt recognoscere, &c. in 7. col. ad quem recurre, quia pulchre loquitur: Aliter tamen in emphyteuta, & libellario sentit Bald. in dicto capitu. vasallus si feudum quem vide. Decimo per istam æquiparationem feudi, & emphyteusis dicunt singulariter Bald. & Aluarot. in capitu. si uasalus feudum alienauerit ignorans, in dicto titu. si de feudo fue-
13 rit controuer. q, sicut † uasallus alienans rem feudalem ignorans eam esse feudalem, non amittit feudum, dicto ca. si uasallus: Ita etiam si hæres emphyteutæ vendit fundum

emphy-

emphyteuticum, quem talé esse ignorat, nō capitā iure suo: & ideo dominus ex hoc capite reuocare volens, habet probare scientiam, arguendo à feudo ad emphyteusin. & hoc etiam notat Ludouicus de Roma in d. sua aurea repetitione l. si verò. §. de viro, in 51. fallentia, & Ioan. Bapt. in repetitio d. c. 1. quod memoriæ comméda. Vndecimò, per istam
14 † æquiparationem feudi & emphyteusis dicit gl. multum singulariter in capi. primo in tit. an agnatus uel filius agnati, q̄ dispositio illius text. loquentis in filio uasalli, locum etiam habet in filio emphyteutæ, ut scilicet quemadmodū filius uasalli non potest repudiare hæreditatem paternam, & retinere feudum, sed omni modo cogitur debitum paternum soluere, nisi utrunq; repudiet: ita etiam filius emphyteutæ non potest repudiare hæreditatem paternam, & retinere emphyteusim: sed omnino cogitur soluere debitum paternum, nisi utrūq; repudiet: & illam gl. sequitur ibi Bal. & reputat eam mente tenendam. De hoc tamen artic. quotidiano uide ibi latius per Præpositum, & per Barto. in l. vt iusiuran. §. si liberi. ff. de oper. liberto. ubi ponit plura pulchra dicta quotidie in praxi occurrentia. Duodecimò per hanc æquiparationem feudi & emphyteusis infertur aliud,
18 quintò ex iſta † æqniparatione feudi & emphyteuſis inferri poteſt,quod ſicut in caſu,quo uaſallus committendo feloniam,vel frangendo fidem domino,perdit dominium vtile.& dominus vice verſa dominium directũ,ſeu proprietatem,vt eſt tex. in cap.domino committente,in dicto titu.ſi de feudo fuerit controuer.& in c. vnico, qualiter dominus proprietate priuetur in vſibus feudo. ita etiam dominus, qui rem dedit in emphyreuſin , hoc caſu perdit directum ſuum dominium, & emphyteuta ſuum vtile arguẽdo à feudo ad emphyteuſin:& ita reperio velle Fely.in c.dilecti, de maiorita.& obedientia, qui ad hoc allegat Pau.de Caſtr.in l.ſed ſi hac lege,in principio.ff.de in ius uocando, & Alex. ibidem in additionibus,quas fecit Paduæ. ſed caue , quia Paul.de Caſtr.& Alexand.quos ego habeo, ſolum loquuntur in domino,& vaſſallo,de domino autem,& emphyteuta verbum nullum faciunt. Commenda tamen memoriæ hoc dictum Felynum propter ipſius autoritatem, & concurrentem rationis identitatem. Decimo ſexto ex iſta æquiparatione feudi,& emphyteuſis poteſt ſingulariter inferri,quod
19 † cum feudum non ſit quid hæreditarium, nec ueniat iure hæreditatis,dicto c.1.de ſucceſſione feudi:ſicut inquitatione,ſeu liberatione generali , quam facit frater fratri de omni eo,quod poſſet petere de hæreditate paterna, non includuntur feuda , ita nec bona emphyteutica : & ergo talí quitatione,vel liberatione generali non obſtante , poterit petere feuda,& etiam bona emphyteutica. ita ſingulariter dicit Bartolus poſt Dynum in l.item uidendum.§.fin. ff. de petitio. hæreditatis. & ibi hoc ſimpliciter ſequuntur Bald. & Ange.Et illam deciſionem extollit ,& valde exclamat Laſon in præludis feudorum,in colum.16.& ſeq. cum limitatione de qua ibi per eum: & idem latè diſputãdo vult Bal. in Auth.ſi quas ruinas,C.de ſacro.eccle.& de hoc etiã habetur latè per Bar.in d.§.ſi liberi,& per Ioan. Paptiſtam in repetitione dicto cap.primo,parte 5.reg,vigeſima.quod fac memo-

memoria teneas: quia est vtile, & quotidianum. Decimo septimo ex ista æquiparatione feudi, & emphyteusis infertur
20 vnum aliud singulare, videlicet, quod prælatus † ecclesiæ potest res ecclesiæ concedere in feudum, & in emphyteusim consanguineis suis sicut extraneis, quando sunt res solitæ antiquitus infeudari, vel in emphyteusim dari dummodo ecclesia non oneretur per consanguineos, & dummodo alias sint bonæ conditionis ac famæ: secus si uellet aliquã rem de nouo facere feudalem vel emphyteuticam. Ita singulariter dicit Bal. in l. 1. in 15. q. ff. de rerum diuisio. & Bar. Bal. & doct. in Auth. quibuscunq; modis C. de sacrosanct. eccle. & Pet. de Anch. Io. de Imo. Panor. & docto. canonistæ in c. vt super de reb. eccle. non alien. & Pan. in cons. 12. primi voluminis incipiente, saluatoris, &c. videndum est in effectu, &c. in 4. col. & ita post omnes resoluendo concludit Iason in d. c. 1. qui feud. dare poss. in 5. & 6. col dicens hanc esse communem opinionem, & plenissime hunc articulum quotidianum tractat Franciscinus in dicto suo singulari lĩ bello feudorum parte 2. q. 7. & bene faciunt notata per Archidiaconum in c. episcopus, in fine 10. quæst. 2. & notata, per Federicum de Senis in cons. suo 52. incipiente, quidam
& prælatus exemptus: & ita est tenendum, quicquid dicat gl. in c. vnico, qui succes. teneantur, & gl. in c. unico, si de inuestitura inter dominum & vasallum lis oriatur, quia dictæ glosæ, & doctores eas sequentes fundant se super dicta Authent. quibuscunque modis, ad quam reperies multipliciter & sufficienter responsum per doctorem in locis supra commemoratis. quod memori teneas mente, quia est frequentissimum in praxi. Decimo octauo ex ista æquiparatione feudi, & emphyteusis inferri potest vnum aliud singulare, videlicet, quod si propter † homicidium ex statuto publicentur bona delinquentis, & in bonis delinquentis reperiantur res feudales, vel emphyteutica: quod in huiusmodi publicatione uenient etiam bona feudalia, & emphiteutica quoad vtile dominium ad delinquentem pertinens. Ita post longam disputationem reperio singulariter velle Speculatorem in dicto tit. de feudis §. quoniam, in verficul. 40. & ibi Ioannes Andreas in additione magna idem firmat quoad bona emphiteutica, & late Oldradus in consilio suo 17,

hoc

hoc etiam videtur de mente glo. in l. si finita. §. si de vectigalibus, in fine, ff. de damno infecto: de hoc tamen vide latius per Bar. & omnes ibidem, vbi etiam plene reperies, maxime per Ioannem de Imola Paulus de Castro, & Alexan. an in causam iudicati & pro executione eius capi possint res feudales & emphyteuticæ, quando, & quomodo & quis tunc seruitium præstare, vel pensionem soluere debeat: vbi recurre, quia reperies in hac materia quotidiana plura pulchra & singularia, quę breuitatis gratia referre omitto. Decimo nono ex ista æquiparatione feudi, & emphyteusis po-
22 test etiam inferri singulariter, quod sicut † feudatarius, secundus, qui capit rem feudalem in feudum à primo vasallo, posset à domino ciuiliter possidente propria authoritate expelli ob seruitium denegatum: Ita etiam emphyteuta secundus, qui accepit a primo emphyteuta, poterit à domino expelli ob non solutionem pensionis. Ita reperio singulariter velle Francis. de Aretio in lege clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. posſ. & tangitur per Cyn. in dicta l. 2. in 9. q. Cyn. de in emph. & per Sali. ibi idem in 13. q. & per Iaso. ibidem super glo. in verbo repellere, ante fin. de quo articulo pulchro, subtili, & quotidiano, an scilicet ciuiliter possidēs virtute suæ ciuilis possessionis possit propria authoritate expellere clandestinum possessorem, vel naturali possessioni viciosè insistentem, vide per glo. Bart. in l. 1. §. interdictum. ff. vti possidetis: & plene per Alex. de Imo. in l. quemadmodum. ff. de acquirend. possess. & plenissime per Francisc. de Aret. subtilitatum principem in d. §. qui ad nundinas: vbi recurre. Vigesimo ex ista æquiparatione feu-
23 di & emphyteusis infertur singulariter, quod sicut † feudatarius, vel vasallus alienando feudum irrequisito domino, non euitat pœnam caducitatis etiam si illud post ea recuperauerit: vt est tex. in c. 1. in tit. quid iuris sit si post aliena. feudi vasallus id recuperauerit, in vsib. feudor. limitando. ut ibi limitat Aluarot. & post eum Franciscin. in d. suo singulari libello feudorum parte 4. in versi. 13. quæro quid si vasallus & Bald. in die imperialem, post princ. Ita etiam emphyteuta non euitat hanc pœnam alienando, licet postea emphyteusim recuperet redimendo eam, eadem ratione, & ita singulariter determinant Bar. & Io. de Imol. Paul de Cast.

de Catt.& doct.in l.sequitur.§.item Labeo.ff de vsuca.Al ber.de Rosat.& Saly.in d.l.fi.circa fi.C.de iure emphyt, & Io.de Imo.in d.c.potuit, in 25.col.& Præpositus in d. c. 1. quid iuris sit si post alienationem feudi vasallus ad id recu perauerit & est cõmunis opinio & de iure verior ac in practica seruanda secũdum Io.de Imo.in d.c.potuit, quicquid dicat Speculator in d.ti.de locato.§.nunc aliqua,vers. xcvj. quod memori teneas mente,quia multum declarat d. l. fi. & dict. c. potuit & hoc tene , quicquid dicat Ioan.Baptista in repetitione d. c. 1.circa finem . Vigesimo primo ex ista æquiparatione feudi & emphyteusis potest inferri,quod li-
24 cet de rigore iuris hæres † vasalli,vel emphyteutæ non prę stẽs id ad quod tenetur,posset priuari iure suo,vt in ti.quæ fuit prima cau.benefi.amitt.§.sed non est alia iustior , & in d.l.2.C.de iure emphyt.quia tamen in vtroque casu hæres succedit in locum alterius,& habet iustam ignorantiæ cau sam,potest per beneficium restitutionis ei succurri. Ita no tabiliter vult glo.in d.l. 2.circa finem , & Dyn.in reg. cum quis,de reg.iu.lib.6.& Io.And.ibidem in Mercurialibus.& Ludo.de Roma in dicta sua aurea repetitione, l. si vero. §. de viro,in l.1. fallentia. & idem eadem ratione dici posset in creditore vasalli,vel emphyteutæ, ob quorum negligentiam in non solutione canonis,res recediſſet in commissum vt scilicet eidem creditori parato soluere canonem, succur ratur per beneficium restitutionis in integrum cum uerisimiliter creditor si de negligentia sui debitoris certioratus fuisset,de suo satis feciſſet,vt pignoris ius conseruasset : & ita reperio singulariter consuluisse Alex.de Imol. in consil. suo 45.quinti voluminis, incipiente,,in causa & lite quod tene menti , quia est quotidianum ,& in magna æquitate fundatum . Hodie tamen inter vasallum & emphyteutam, quo ad ius pignorandi vel obligandi, est differentia , ut dicam infra loco proximo circa finem,vbi recurre . Vigesimo secundo ex ista æqui ratione feudi,& emphyteusis infertur
25 singulariter,quod bonæ † feudalia,& emphyteutica, quæ transeunt in filium,ut filium , etiam si non sit hæres patris,nunquam computantur sibi in quartã iure naturę debi tam,nec in trebellianicam,uel falcidiã . Ita singulariter dicunt Ang.& Pau.de Catt.in lectura Paduana in leg.si duo

patroni,

patroni,in principio,per glo.ibidem ff.ad Trebell.quos refert & ſequitur Iaſ.in l.illud,in 2.col.C.de collatio.& Hippolitus de Marſilijs in ſingulari 32. quod eſt nota dignum. De hoc tamen articulo quotidiano vide latius per Alex. de Imo in d.l.ſi duo patroni,& per Franciſcinum in d. ſuo ſingulari libello feudorum par.4.in verſ. ſecunda poteſt decidi dubitatio,& in verſi.3.poteſt decidi dubitatio.& in locis per eum cõmemoratis.Vigeſimo tertiò ex iſta æquiparatione feudi,& emphyteuſis inferri poteſt ſingulariter, ꝙ
26 ſicut † in feudis habet locum ius repræſentationis, ut eſt text.in c.1.§ his vero deficientibus de gradibus ſuccedendi in feudo,& in d.c.1.in principio cum ibi notatis per Bal. de ſucceſſio.ſeu & eſt gl.notabilis in capitulo primo de natura ſucceſſionis feudi,& ibi Aluaro.& vult Ioan.Fab.in §. cum filius,Inſti.de ſucceſſ. ab inteſta.& declarat magiſtraliter Franciſcinus de Aretin.in conſ.ſuo 164.incipiente,diligenter & mature diſcuſſis, &c.in primo dubio & Franciſcinus in d.ſuo ſingulari libello feudorum parte 3. in uerſ. nono principaliter quæro:ita etiam in emphyteuſi locum habet ius repræſentationis. Ita ſingulariter decidit Philippus Corneus in conſilio ſuo 23.ſecundi uoluminis, per ea quæ habentur & notantur per glo.Ioan. de Imo.& Paul.de Caſt.in l.cum ita.§. in fideicommiſſa ff.de legatis ſecundo, & dicit ſe ſic conſuluiſſe,& vidiſſe ab alijs egregijs doctoribus conſultum:quod memori teneas mente quia eſt quotidianum. Vigeſimo quarto ex iſta æquiparatione feudi,&
27 emphyteuſis infertur ſingulariter, quod ſicut feudo † per patrem filio empto,habenda eſt conſideratio quoad eſtimationem feudi in diuiſione hereditatis paternæ inter fratres, & ſorores fienda,quam vulgo reſtoir,ſeu recompenſam appellant: ita etiam in emphyteuſi empta,quia eadem ſubeſt ratio in vtroque: & ita notabiliter vult Iaſon in d.l.illud, & idem ſentiunt ibi Paul.de Caſtr.& Alex.de Imol. & faciunt notata per Bart.in l.1.§.nec caſtrenſe.ff.de collatio. bono.& notata per Bal. Paul.de Caſt.& docto.in l.omni modo.§.imputari,C.de inoffic. teſtam. & pulchre de hoc per Nicolaum de Vbaldis in ſuo notabili tractatu ſucceſſionis ab inteſtato, in verſic. 6. quæio: & ita fuit iudicatum in magno conſilio Cæſaris:quod nota & tene menti. Vige-

ſimo

ſuccedunt in feudo deſcẽdenti in recta linea,d.c.1.in prin. de natura ſucceſſionis feudi. Ita nec in emphiteuſi eccleſiaſtica. & ita notabiliter decidit Bald.in Authen.defuncto.in prin.C.ad Tertullianum,& ſequuntur Aluaro.& Præpo. in d.c.1.& Frãciſcinus in d. ſuo ſingulari libello feudorum p. 3.in verſ.expedito primo tractatu ſucceſſionis deſcendentium ubi vide. Vigeſimo nono ex iſta æquiparatione feudi,
30 & emphiteuſis † infertur,quod quemadmodum in feudo præſcripto,ſeu per præſcriptionem acquiſito, habet locum ſucceſſio,ſicut in verè acquiſito: Ita & emphiteuſi eccleſiæ præſcripta,ut in ea ſuccedatur vſque ad tertiam generationem,ſicut ſucceditur in vera emphiteuſi. Ita ſingulariter decidit Bal.in c.fi.in tit.de feu.dato in uicem legis commiſſo.& dicit ſe de facto ita reſpondiſſe: & idem volunt ibi Aluaro.Præpo.& alii,& ſequitur Franciſcinus in d. ſuo ſingulari libello feudorum parte 3.in verſ. poſtremo pro perfecto complemento.Trigeſimo ex iſta æquiparatione feudi & emphiteut.infertur ſingulariter, quod ſicut in feudo cõceſſo alicui pro ſe,ſuiſque hæredibus,& cui dederit ſuccedunt extranei hæredes ab inteſtato c. 1. de feudo non habẽte propriam naturã feudi, & cap.feudum ea l.ſi de feudo fuerit controuerſ.cum vtrobique notatis. Ita etiam emphiteusis ecclesiaſtica conceſſa pro te ,& hæredibus tuis,& cui dederis,transibit ad hæredes extraneos,nedum ex teſtamẽto ſed ét ab inteſtato , eadem ratione,& ita expreſſe tenẽt Nicolaus de Neapoli,Aluaro. Præpo. & alij in d.c.feudum ea l.& habetur latiſſime per Franciſcinum in conſ. ſuo 4.incipiente,ſuper controuersia,vbi pro hac parte conſuluit:adquẽ remiſiſſe ſufficiat.Trigesimo primo iſtud facit ad hoc,
31 q sicut vaſallus † põt ſubinfeudare feudum alteri æquali vel maiori ſub eiſdem pactis,& conditionibus, ét sine conſenſu domini:ut eſt tex.in c.1.§.similiter,de l.Corradi: Ita etiam vaſallus poterit feudũ alteri dare in emphiteusim eadem ratione,& ita ſingulariter decidit Io. Fab. d. §. adeo, poſt principium:quanquam contrarium teneat gloſ .in d.c. imperialem,in princ.in glo.2.in fine,de cuius tamen articuli quotidiani ueritate uide latius per Franciſcinum in dicto ſuo ſingulari libello feudorum part. 4.in ver.aggredior primam regulam principalem,& in uersicul. ſecundo prin-

cipaliter quæro,vbi reperies satis plene. Aduerte tamen, q̃ licet emphyteuta priuari possit rem emphiteuticã alteri in-emphiteusin dare,domino directo saltem requisito : vt decidit gl.in d.§.adeo,& ibi Io.Fabr. in principio,qui plus dicit,videlicet,quod de consuetudine emphiteuta alium emphiteutam facit etiam domino directo nõ requisito, quem refert Franciscinus ibi supra tamen emphiteuta non potest rem emphiteuticam dare alteri in feudum, nec dominus potest cogi recipere eum in vasallum,propter magnum præiudiciũ,q̃ ei ex hoc possit generari: vt singulariter decidit Petr.Iacob.in sua aurea practica in libello de actione in rẽ pro re emphiteuticaria quæ cecidit in commissum. quod tene menti. Trigesimo secundo istud facit ad hoc, quod si-
32 cut † vasallus potest compromittere in arbitrum super re feudali sine consensu domini,d.c.1.§. si inter,& ibi Aluarot.& doct.de lege Corradi,& c.1.an apud iudicem vel dominum controuer.feudi termina. debeat:Ita etiam emphiteuta poterit de re emphiteutica in arbitrum compromittere sine consensu domini,eadem ratione:& ita reperio vel le Bal.in l fi.in fi.C.communia de legatis: & sequitur Iaso. in l.iusiurandum quod ex conuentione.§.1.ff. de iureiur. De quo tamen articulo quotidiano vide latius per Franciscinum in d.suo singulari libello feudorum par.4.in versic. 8.principaliter quæro. Trigesimo tertio ex ista æquipara-
33 tione feudi,& emphyteusis infertur, quod nec † vasallus nec emphiteuta potest sine consensu domini directi aduersario iuramẽtum deferre super re feudali,uel emphiteutica:& ita determinat Guil.de Cuneo in d.l.iusiuran. quod ex conuentione §. 1. de quo vide ibi latius per Iaso. & per Franciscinum in d.suo singulari libello feudorum par. 4.in versic.10.principaliter quæro. Trigesimo quarto istud facit
34 ad hoc,quod sicut † vasallus non priuatur feudo uendendo rem feudalem,nisi interueniat traditio:vt decidit Bald. in d.c.1.§.aut si libellario,ante finem,quibus modis feud. amitta. & doct.sæpe alibi: Ita nec emphiteuta eadem ratione. & ita decidit Specu.in d.tit.de locato.§. nunc aliqua,in versic.95.& sequitur Salyce. in d.l.fin.in pen.colum. C. de iure emphiteu.& Albe.de Rosat.in eadem l.fi.in fi. & Franciscinus post alios per eum relatos, in d.suo singulari libel-
lo

lo feud. part.4.in verſ.20.quæro. Trigeſimo quinto ex iſta æquiparatione feudi,& emphiteuſis infertur ſingulariter
35 quod ſicut feudo † conceſſo alicui pro ſe,& quibus dederit, talis vaſallus poſſit huiuſmodi feudum alienare, alia licentia domini non requiſita:imo quod plus eſt,ille in quẽ fuerit facta talis alienatio retinebit illam rem liberam, & tanquam allodialem,non autem iure feudi: vt eſt tex.in d. c.1.de feud.non habente propriam feu. naturam,& ibi notatur per docto.feudiſtas:Ita etiam dicendum eſt in emphiteuſi.& ita ſingulariter volunt Bal. & Ang.in l. cum eſſent. §.1.ff.de ſerui.rnſti. prędio.& Sal.in d.l fin.C.de iure emphy.in 1.col.& Alber.de Roſa.ibidem in penul.col.& Lud. de Roma in ſuis ſingularibus,ſingulari 472.incipiente: emphiteuta,&c.& licet varie circa hunc quotidianum articulum ſenſerint doctores,iſta tamen eſt cõmunis,& uera opinio,quam ſequitur Franciſcinus poſt alios per eum relatos in dicto ſuo ſingulari libello feudorum,parte 4.in verſic. 52 quære ſi inueſtitura feudali,&c.& ad premiſſa etiam faciũt ſingulariter notata per Iaſonem, in lege prima §. nunciatio,in quinta columna ff.de noui oper.nunciat.& notat per eundem Iaſonem in præludijs feudorum colum.20.vbi recurre.Trigeſimo ſexto ex iſta æquiparatione feudi. & em-
36 phiteuſis infertur ſingulariter,quod vaſallus † vel emphiteuta plurium dominorum,alienans rem feudalem,vel emphiteuticam de conſenſu aliquorum,non requiſito conſenſu aliorum,non cadit à toto,ſed duntaxat a parte illius, cuius conſenſum non requiſiuit: dicto capit. 1. de vaſallo quĩ contra conſtituit,Loth.feu.alienauit,& uolunt ſingulariter Guil. Bald. Ang.Alex.& docto.in l.communis libertus.ff. de in ius vocando, & idem Guil. Albericus de Roſate, & alij in lege ſi duo patroni, in principio. ff. de iureiurando, & Iaſon.in dicta leg.2.in 19.columna C.de iure emphit.& in dicta lege fina.eodem titulo in 41.columna ad quos remiſſiſſe ſufficiat.Trigeſimo ſeptimo,iſta æquiparatio feudi
37 & emphiteuſis facit ad hoc, quod ſicut † dominus directus recipiendo à vaſallo, cui pecuniam mutuauit feudum in pignus, poteſt abſque vitio vſuræ non computare fructus feudi in ſortem.quamdiu à vaſallo ſeruitium non recepit:ut eſt tex.in d.c.1.de feudis, & in c.1.in hnc,& in c.cõ-

Digitized by Google

quæſtus,de vſuris. Itą etiam ſit in domino recipiéte ab emphiteuta,cui pecuniam mutuauit, rem emphiteuticam in pignus eadem ratione. Et ita per verbum forte vult Holt. in ſua ſumma de vſuris,in §. an aliquo, in verſ. quid emphiteuta, refert tamen contrariam opinionem,& tandem dicit,Papam conſulendum, quem aliquibus additis refert Ioann.de Anania in d.c.1.de vſuris: de quo articulo quotidiano vide latius per Anto.de Butrig.& Ioan. de Imol. in dict.c.1.de feudis, & per Laurentium de Rodulphis in ſuo tractatu de vſuris,quæſt.quinquageſima. Trigeſimo octa-
38 uo iſtud facit ad hoc,quod † ſicut domino feudi admittẽte vaſallum iam feudo priuatum ad obedientiam,& ſeruitium,videtur eum rehabilitare,& pœnam caducitatis remittere vt eſt gl.notabilis in c.1.in tit.quo tempore miles: ita etiam dominus recipiendo penſionem ab emphiteuta, qui per biennium,vel triennium ceſſauit in ſolutione canonis,& ſic potuit per dominium expelli, videtur remittere pœnam caducitatis,nec poterit eum expellere,eadem ratione.Ita notabiliter dicit gl.in d.l.2.& gl.in d.c.potuit,& vult Lud.de Rom.in d.conſ.103.& probantur premiſſa in l.poſt diem.ff.de l.commiſſoria,& in l.commiſſoria, C.de pactis inter empt.& vendi.compo.de hoc tamen articulo frequenter occurrente uide latius per Panorm.& docto.in d.c. potuit,& per Cyn.& doctor. in d. l. 2. Trigeſimo nono ex iſta æquiparatione feudi,& emphyteuſis inferri poteſt ſingula-
39 riter,quod ſicut † feudo nouo regulariter non habet locũ accreſcendi,c.1.cum ibi nota.de duobus fratribus de nouo beneficio inueſt.cum ſimilibus,ita nec in emphyteuſi,& ſimiliter in caſibus in quibus eſt locus iuri accreſcendi in feudo nouo,uel antiquo, etiam erit locus iuri accreſcendi in emphiteuſi,eadem ratione. Ita notabiliter vult Bartol.in dict. leg. ſi mihi & Titio,& ibi ſimpliciter ſequitur Angel. Idem etiam volunt Cyn.& Alberic.in l.1.in fine,C. quando non peten.partes peten.accreſc. de quo articulo tamen vide latius per Salycet.in dicta lege prima in 11.& 12. q. per Paulus de Caſt.Alexand.& nouiſſimos in d.l. ſi mihi & Titio,& per Bald.in Authent.ſi quas ruinas,in penul. & ultima columna.C.de ſacroſanct.eccleſ.& per eundem Bald. in d.l.1.in 11.quæſt. & per eundem in l. vnica. §. in primo, verſic.

uersic.extra quero,C.de caduc.tollend. Quadrageſimo per
40 illam æquiparationem inferri poteſt, quod nec † vaſallus
nec emphiteuta poteſt incidere arbores frugiferas, licet
vterq. habeat vtile dominium, cùm eadem ſit latio in vtro-
que. Ita ſingulariter decidunt Dyn.Bart.& alii in l.in frau-
dem. §. conductor,per illum text. ff. de iure fiſci, & idem
Bart.& alij in l.diuortio.§.ſi feudum.ff.ſolut. matrimonio,
de quo articulo quotidiano uide pleniſſime per Alexand.
de Imo.& nouiſſimos in dicto.§. ſi feudum,& per eundem
in d.§.conductor,in apoſtillis ad Bart. quod notat. Quadra
geſimo primo ex illa æquiparatione feudi,& emphiteuſis
41 infertur ſingulariter,quod ſicut † vaſallus non petendo in
neſtituram intra annum,& idem, alio poſſidente, non ca-
dit à feudo ita nec emphiteuta à iure ſuo emphiteutico,
non ſoluendo canonem,alio poſſidente,& canonem ſoluen
te. Ita ſingulariter determinat Guil.de Cuneo, & poſt eum
Bald.Paul.de Caſtr.& Salycet.in l.ſolennibus, C.de rei uẽ
dicat.per tex.in l.forma.§.ſi cum ego.ff.de cenſibus: idem
etiam tenet Andreas de Iſernia in titulo de capitulis Con
radi,in principio, & ibi etiam hoc ſentit Bald. idem etiam
expreſſè tenet Aluarot.in tit.quę fuit prima cauſa benefic.
amit.in princip.in verſi.quæro quid ſi vaſallus non poſſide
bat feudum idem etiam tenet.Car.in c.2.in 7.q.de feudis,
& Guid. Papæ deciſione ſua 145. qꝑ tene perpetuò menti,
quia habui de facto,& ita fuit iudicatum. Poſſet & ad mul
ta alia induci hæc argumentatio à feudo ad emphiteuſim,
ſed prædicta pro iuuenibus abunde ſufficiunt. Nunc viden-
42 dum † reſtat,quando hæc argumentatio procedit,& quan
do non: in quo articulo diuerſæ reperiuntur doctrinę: nã
aliqui dicunt, quod argumentum à feudo ad emphyteu-
ſim tunc demum procedit, quando talis æquiparatio re-
peritur facta à iure,alias ſecus. Ita dicit Alexand. de Imol.
in d.l.ſi mihi & Titio,in 4 columna & Ioan. de Imol.in d.c.
potuit,in penult.column. & idem Ioann. de Imola. & Ale-
xand.in l.quod dicitur ff.de verbor. obligation. & Bald. in
d.l.liberti libertæque,ſed iſta doctrina eſt nimis ſcruppulo
ſa,vt ex infra dicendis patebit. Alij autem dicunt, quod
hæc argumentatio à feudo ad emphyteuſim tunc demum
procedit, quando diſpoſita,vel ſtatuta in feudo non ſunt

contra regulas iuris communis, alius ſecus. Ita notabiliter dicit Alexand.de Imo.in conſilio ſuo 106. quarto volum. incipiente,viſo themate inſtrumenti confeſſionis in emphyteuſin.&c.& idem Alexand.in d.l.diuortio.§.ſi fundum, in ſecunda columna.& uolunt Anto.de Butrio,Ioann.de Im. & moderni in d.c.1.de feudis,& ſentit Bar.in d.§. ſi liberi, & idem pro omnia reperio velle Ioannes de Ana.in d. c. 1. de vſuris:& hæc diſtinctio ſeu doctrina eſt bona, quam etiã approbat Franciſcinus in d. ſuo ſingulari libello feudorum parte prima,in verſic.tertiò principaliter quæro. Poteſt ta-
43 men plenius,& clarius diſtingui,hoc modo.† Cum quæritur,an & qñ licet arguere à feudo ad emphyteuſin, vel ad aliam materiam:aut caſus ille,de quo eſt quæſtio,reperitur iure ciuili Romanorum deciſus, aut non Primo caſu iura feudalia aliter diſponentia in feudo ad illum caſum in iure
44 deciſum allegari,vel adduci non poſſunt,quia † iura feudalia nihil valẽt in his,quæ reperiuntur aliter deciſa a iure ciuili in alia materia:glo.eſt notabilis iuncto tex.in d. c.1. de feudi cognitione,& ibi Bald. eam multum commendat, & poſt eum Ioannes Baptiſta in ſua repetitione eã multifariã declarans.Secundo caſu,quando ſumus in his,quæ non reperiuntur deciſa à iure communi,tũc ſubdiſtingue, aut ius feudorum eſt inductum contra rationem naturalem, aut non.Primo caſu non poteſt ex eo argumentari ad emphyteuſin,vel aliam materiam,l.quod non ratione,& l.quod verũ contra.ff.de legibus, cum ſimilibus. Secundo caſu cum ius feudorum eſt fundatum in ratione naturali,& iuſta,tũc bene poterit allegari ad deciſionem aliarum cauſarum non deciſarum à iure comuuni,& tunc ualida eſt argumẽtatio à feudo ad emphyteuſin.Ita ſingulariter ſentit Ludouic.de Roma in conſilio ſuo 222. incipiente, quoad primum quo quæritur,in 2.dubio,& Iaſon in d.l.1.C.de iure emphy. in 13.colum.& ſeq.Limita tamen hoc vltimum membrum,niſi ſubſit ratio diuerſitatis,quo caſu non eſt ualida argumento. Quod ut melius intelligas,ſubijciam aliquot quotidia-
45 na exẽpla:vt in primis,licet † in feudis ſimpliciter receptis non admittatur fœmina,ut ſupra dixi,& ſi ſit receptum proſe,& hæredibus, uel filijs ſuis maſculis,& fœminis, ita denuo admittat̃ fęmina,ſi nõ ſint maſculi.d.c.1.§.filia verò,&

§.qui

§.quinimo in titulo episcopum vel abbatem:tamen in emphyteusi simpliciter recepta æqualiter admittũtur filius,& filia,nisi in concessione esset dictum de masculis tantum.Et ratio diuersitatis est,quia feudum consistit in virili officio seruitii personalis,propter quod fœminæ in feudis regulariter non admittuntur,nisi deficientibus masculis: quæ ratio cessat in emphyteusi. Ita notabiliter dicit Bar.in d.§ si liberi,& sequitur Bal.in d.l.liberti libertęque,& Aluaro. in ca. unico,circa finem,de eo qui sibi & hæredibus suis masculis & fœminis,& Salyc,in d.l.2,in 17.q.C. de iure emphyteu.Et Alexand,de Imol.in d.l.qui Romę.§.duo fratres, in 30.colum.& dixi supra.Hinc etiam colligi potest ratio, quare Io.And.& docto.in c.in præsentia de probatio.dixerunt, feuda ex persona monachi regulariter non transire in monasterium,& tamen dicunt emphyteusin indistinctè transire. de quo articulo pulchro,subtili, & quotidiano, videre poteris latissimè ibidem per Fel. in 5. & 6. q. ubi recurre. Hinc etiam est,q licet mulier superstes,quæ alias ex statuto, pacto,vel consuetudine patrię,lucratur tertiam,vel quartam partem bonorum mariti prędefuncti,non lucretur tertiam, vel quartam in feudis,vt est text.in d.c.1.§.fin.de inuestitura de re alie.facta.& ibi docto.& uolunt Bald. Prępositus, & alii in dicto capitulo imperialem,in principio.In re tamẽ emphiteutica habebit tertiam,uel quartam secundum formam statuti,pacti,uel consuętudinis.Ita singulariter dicit Rofredus maximus practicus in libello suo actionum de utilis rei uẽdicatione,quę datur emphiteutę,& sequitur And. de Isernia in d.§.fin.& Io.Bapt.in repetitione.d.c.1.de feudi cognitione.Hinc etiam est,quod licet dominus directus posset disponere de feudo pro anima in prędiudicium uasalli:ut est tex.in §.ad hęc in tit.de pace iuramen. firm. in usibus feudo.Non tamen hoc potest dominus in prędiudicium emphiteutę:ita singulariter dicit Bal.in d.§.ad hęc , & ibi alii post eum.& docto.aliis plerisque locis.Hinc etiam est,
46 quod licet † in pœna legali dominus,& uasallus, idem dominus,& emphiteuta ęquiparentur , ut in dict.capitu. domino committente,cum similibus: non tamen ęquiparentur in pœna conuentionali, quia non est nostrum conuentionem extendere,lege fideiussores magistratum.§.pro Aurelio.

relio.ff.de fideiuſſor.& ita ſingulariter dicit Baldus in dicto capitulo vnico,qualiter dominus proprietate priuetur, & ibi eum ſequuntur Aluaro.Præpo.& alij:quod memori teneas mente.Item differunt in alio,quia licet dominus directus teneatur cõſentire emphyteutæ vendenti,vel alienanti iuxta formam dicta lege fin.C.de iure emphyteut.tamen dominus directus non tenetur,nec cogitur conſentire vaſallo vendenti,vel alienanti feudum,quia hoc cautum lege nõ inuenitur.Ita ſingulariter dicit Petrus Iacobi in ſua aurea practica in rubrica de eadem actione,ſi agatur contra emptorem: licet in quibuſdam locis ex quodam errore aliter obſeruetur ſecundum eum,de quo vide ibi latius per eum: & ſi plenius vis inſtrui,quando hæc argumentatio à feudo ad emphyteuſin procedit, & quando non: vide Baptiſtam de ſancto Blaſio in ſuo notabili tractatu differentiarum inter deciſionales feudales ex una parte , & deciſiones iuris
47 canonici ſeu ciuilis ex alia parte. Vbi reperies† 160.differẽtias inter feudum ab vna parte ,& emphyteuſim ſeu allodium ex altera:ex quibus facilè inſtrui poteris,quando hęc argumentatio procedit,& quando nõ: vide etiam Aluarot. in præludijs feudorum circa finem,& Baldum in rubrica extra de iudicijs,& Ioan.Baptiſtam in repetitione dict. capit. primi,& hinc rectè dicit Bald. in dicto ca.1.in agna. vel filius agnati in 5.columna quòd ſimilitudo feudi,& emphyteuſis procedit ſecundum quid,& non ſimpliciter:quod tene menti. Poſtremo , ne procedas ex ignotis , uolo te non
48 ignorare,quòd ſex ſunt † contractus,ex quibus transfertur utile dominium retento directo , quorum quilibet habet nomen diuerſum: & differunt inter ſe ſaltem in aliquo.Primus eſt contractus ſuperficiarius: Secundus eſt contractus locationis ad longum tempus . Tertius eſt contractus emphyteuticus. Quartus eſt contractus libellarius , Quintus eſt contractus præcariæ,& Sextus eſt contractus feudalis.
49 Contractus † autem ſuperficiarius,vel ſuperficiei dicitur, cũ in aliquo transfero ſuperficiem, puta domum, molendinum , aut aliud ædificium in fundo meo poſitum, ut ex dicta ſuperficie ſoluat mihi annuatim aliquid: vel cum tranſfero fundum in aliquem , vt poſſit ibi ponere ſuperficiem ſoluẽdo annuatim aliquid, hoc acto,quòd poſt certum tem

pus

pus redeat ad me: utroque enim casu dominium directum remanet apud me, sed vtile dominium transit ad superficiarium. Ita loquitur lege prima. §. primo. iuncta glos. & l. finali. ff. de superficiebus, & l. prouinciali. §. si ergo superficiarius. ff. de operis noui nunciatio. & lege superficiario, cum l. seq. ff. de rei vendi. & ille superficiarius de consuetudine censetur quasi emphyteuta seu, emphyteuticarius, dicta lege fin. ff. si ager uectiga. vel emphyteute. petatur, æquiparaturque emphyteutæ in hoc, quòd alienãdo superficiem irrequisito domino directo, cadit à superficie, sicut emphiteuta ab emphiteusi. Ita vult Bar. in d. l. 1. §. penult. ff. de superficiebus, & Ioan. de Imo. in dicto cap. potuit. in 5. columna. ubi reperies: & est ille contractus superficiarius illius naturæ, quòd destructa funditus domo, molendino, ædificio, aut superficie, impetu aquarum, uel incendio, finitur contractus superficiei. Ita notabiliter dicit Baldus in rubrica. C. de iure emphyt. in bona lectura: quod est ualde notabile pro oppido Middelburgẽsi, quòd dicitur habere in portu suo de Arnemudis, & in omnibus domibus illic sitis, ius directi dominii, ita & taliter quòd habitatoribus solum competat ius superficiei, & utile dominium durante superficie: de hoc tamẽ, an destructa superficie, extinguatur ius superficiei: uide Barto. aliter sentientem in dicta l. finali, ff. de superficiebus.

50 Contractus autem † locationis ad longum tempus dicitur vbicunque locatio fit, ad decem annos, vel ultra: ut notatur, per gloss. in d. l. fin. ff. ager vectigalis vel emphy. peta. & per Barto. in d. l. 1. §. quod autem ait. ff. de superficie. & in clem. 1. in fine, per glos. Cardin. & docto. de rebus eccles. non alien. Et ideo solet dari salubre consilium, ut non locetur res, nisi ad nouem annos: quia si locetur ad decem annos vel ultra, transfertur utile dominium in conductorem, ut uolunt Card. & Ioan. de Imo. in d. cle. 1. & Bar. in d. l. 1. §. quod autem ait, & Bal. in c. querelam, in fine de iure iurand. & Dyn. Bart. & communiter docto. in l. codicillis. §. instituto, reprobata illic glo. ff. de leg. 2. & hoc casu, quando fit locatio ad longum tempus transfertur etiam in conductorem possessio naturalis: ut uult Bal. in d. cap. querelam, & est gl. reputata singularis l. si ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. commodari. Sed addo ei fidã in l. si qs ante ff. de ac-

quiren-

quirenda possessio.sicut dicimus in vsufructuario , qui minus ius habet,& tamē possidet naturalitet, l.naturaliter,in prin.& ibi notatur.ff.de acquiren.possess. & vult notabiliter Paul.de Cast.in l.non solet.ff.locati: & ergo talis cōductor ad longum tempus potest intentare interdictum uti possidetis,si turbetur in sua naturali possessione:secus autem est

51 in † conductor ad modicum tempus , ex quo non possidet etiam naturaliter,sed solum detinet. potest tamen conductor ad modicum tempus implorare officium iudicis,ut sibi restituatur detētatio ablata,vel ut in ea defendatur:tex. est singularis in l.Aquilinus regulus, in fine,& ibi Pau. de Cast.not.ff.de donatio. quod memori teneas mente , quia vidi de facto in quadam ardua quæstione. Est etiam aliud speciale in conductore ad longum tempus , quia emptor

52 † vel singularis successor tenetur ei stare, nec potest eū expellere durante tempore locationis,licet secus sit in simplici colono vel conductore,l.emptorem, C.locati, & ibi hoc singulariter volunt Bald.& Salicet.& Bar.in d.l.1.§. quod autem ait,Rofredus in passu supra allegato,& idem est in colono fisci vt emptor teneatur ei stare fauore fisci.vt est tex. singularis in glo.in lege cognouimus.C.de colonis, & mancipiis patrimonialibus, lib.11.quod est nota dignum.idem etiam dicendum est in colono municipii,vel reipublicæ , licet ad modicum tempus conduxit , qui efficitur utilis dominus,& ei competit utilis actio in rem: vt est text. iuncta glos.in l.1.& ibi Bartol.ff.de loco publico fruendo, & idem vult Bartol.in d.l.1.§.quod autem ait,& Pet. Iacobi in sua aurea practica,in libello de rei vendicatione,quæ competit ratione vtilis domini,& Ioan. de Imo.in l.cotem. ferro. §. qui maximos.ff.de publica.& doct. sæpe alibi quod nota. & idem dicendum est in colono etiam priuati , qui conduxit ad modicum tempus,quando pro obseruatione contractus locator ei hypotecauit omnia bona sua : quia ex quo tunc ipse habet ius in re,nō poterit expelli per emptorem.ita singulariter dicit Bar.in l.qui fundum.ff.loca.& idem Bart. in d.l.1.§.quid autem ait,& Pa.& Ioan.de Anania in ca. fine prælati vices suas,& doct.aliis plerisq; locis: quod tene mēti,quia per præmissa habes multipliciter limitatam d.l. emptorem,& d.l.non solet, & ex præmissis infertur etiam singula-

53 gulariter, quod † conductor ad longum tempus, vel conducens à fisco, vel republica, etiam ad modicum tẽpus, plãtando, vel inferendo arbores in re per eum conducta efficitur earum dominus, & quod ipse posset illas arbores ad suã vtilitatem putare, & transferre, ex quo tempore plantationis fuit vtilis dominus, & imputet sibi verus dominus rei, quæ rem suam sic locauit, & sibi non prospexit. potest.n. locator contra hæc sibi prospicere per pactum, adiiciendo. quod nõ intendit per hoc, quod conductori acquiratur aliquod dominium etiam vtile in re per eum conducta. ita singulariter dicit Bal. in d. §. instituto, & ibi eum sequuntur Florianus de sancto Petro, & Io. de Imo. & idem vult Bald. in d. c. 1. in tit. quib. feud. dare poss. in versic. extra quæro quid de locationibus. & idem Bald. in l. si domus. §. fi. ff. de lega. 1. & ibi hoc sequuntur Io. de Imol. & Alex. quod tene menti,

54 quia uidi controuersiam de facto. Contractus autem † emphyteuticus dicitur, quãdo interueniente scriptura res traditur alicui in perpetuum, vel ad longum tempus fruenda, tenenda, & possidenda, hac lege: vt quamdiu pensio soluatur, non posset ab eo, vel ab habente ab eo causam, auferri, vt probatur in d. §. adeo, & in d. l. 1. ff. si ager uectig. vel emphy. peta. & in præallega. l. 1. & 2. C. de iure emphy. & in d. c. potuit, & ibi plene per Ioan. de Imol. qui magistraliter declarat, in quo iste contractus emphyteuticus differt a contractu locationis, & in quo differt à contractu venditionis, & à pluribus aliis: & plenissimè de hoc per Iasonem in d. l. 1. in 8. 9. 10. 11. & 12. col. C. de iure emphyt. de quo contractu emphyteutico infinita dici possent, vt [illegible]lissimè videri potest per Speculatorem in d. tit. de locato. §. nunc alia qua, & plenissimè per Iasonem in suo singulari tractatu de iure emphyteutico, quem super tribus legibus, C. de iure emphyteutico pulchrè & eleganter applicauit, sed breuitatis gratia consulto omitto, cum ab omnibus habeantur. Cõ

55 tractus † autem; libellarius dicitur secundum ueram opinionem, quando emphyteuta, vel vassallus dat rem emphyteuticam, vel feudalem alteri in emphyteusin, vel feudum: hoc probatur in d. c. 1. §. donare, & in c. 1. §. fin, de prohibi. feud. alie. per Lotharium. & in d. c. 1. §. aut si libellario, quibus mod. feu. amittatur, in vsib. feu. & vult notabiliter Bar.

in d.

in dicta lege, si finita §.si de vectigalibus in tertia quæstione,& Bald.in dicta lege prima,& ibi Iason, C.de iure emphyteutico,& idem Iason in Authen.ingressi, C. de sacrosanctis ecclesiis,hoc auten olim licuit, quando dabatur personæ æquali,et sub eadem lege seu conditione: vt est text. in dicto cap.primo §.similiter, de lege Corradi. Hodie autem de hoc sunt opiniones,& uidetur non licere,cum omne alienationis genus uasallo sit interdictum,dicto cap. imperialem, in princip.et ibi hoc vult glos.in verbo alienare, in fine, et habetur plenè de hoc per Alexandrum in dicto §.fin.de vectigalibus, super tertia quæstione, Barto. Contrarium tamen tenet Aluarotus,et sequitur Præpositus in dicto cap imperialem. §. illud quoque, per illum text. & Franciscinus in dicto suo singulari libello feudorum parte quarta, in versicul.aggredior primam regulam principalem,& in pluribus columnis sequent. Vbi hunc articulum quotidianum plenè examinat, dicens,hãc esse communem opinionem. ad quos remisisse sufficiat. Contractus autem
56 precariæ † dicitur quando fit concessio rei immobilis pro annua pensione de quinquennio in quinquennium, vel de nouennio in nouennium renouanda. Et de isto contractu loquitur capit.primo & secundo,de præcariis, & cap. precariæ,& ibi bona glos. 10.quæstio. secunda, & iste contractus præcariæ est quasi eiusdem naturæ, cuius est contractus emphyteuticus,hoc saluo, quod in isto cõtractu fit pactum de renouando de quinquennio in quinquennium,vel de nouennio in nouennium,quod non fit in contractu emphyteutico. Quare autem fiat hæc renouatio, ponunt notabiliter Ioan.And.& Ioannes de Imol. in dicto capit. primo,de precariis, Vbi dicunt, quod istud fit ad cautelam, vt melius teneretur in memoria forma cõtractus:quos omnino uide. & de natura huius contractus vide etiam per Bartol.in dicto §.si de vectigalibus.in quarta quæstione, & per glos.in dicto cap.precariæ,& per Bald. in d.§. aut si libellario,& aliquid per Odofredum & Iasonem in d.Auth. ingressi, de natura autem precarii uide quod dicam infra,
57 in loco a commodato ad precarium. Contractus autem † feudalis dicitur,quando alicui datur res immobilis, ut ab eum hæredesque suos masculos, & fœminas, si de his nomi

natim

natim dictum fuerit, in perpetuum permeat ob fidelitatē præstandam,& seruitia impendenda, vt colligitur ex capit. primo,in fine in tit.in quib.cau.feu.amit.quod declara, vt declarat Bal.in præludiis feudorum, in 4.colum. cum seq. De quo contractu feudali plenissimè habetur in lib.feudorum per totū , & multa in eo sunt singularia seu specialia, vt videri potest in d.singulari tractatu differētiarum Baptistæ de S.Blasio,& in dicto notabili libello Iacobi.& in præsato singulari libello Franciscini, ex quibus omnibus concluditur patet,quod sex sunt cōtractus in quibus utile dominiū transfertur retento directo:quatuor tamen ex eis magnam habent similitudinem inter se,vt contractus superficiarius, libellarius,precariæ,& emphyteuticus , & sæpe eis promiscuè vtimur:de quo per Ioannem An.Ioā.de Imo. & doct. in d.c.1.de precariis, & per Aluarotum, Præpo. & alios in præludiis feudorum,& per Bar.Alex.& alios in d.§.si de vectigalibus,& per Io.de Imo.in d.c.potuit,& per Bal.in dicta rubrica,C.de iure emph.in bona lectura, & pleniſſime per Iasonem in d.l.prima in 8.9.10.11.& 12.col.C,de iure emphyt.& per Io.Baptistam in repetitione,d.c.1.& satis amplè per Petrum Iacobi in sua aurea practica,in libello de rei vēdicatione, quæ competit ratione utilis dominii. Quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra,vtilia , singularia,& quotidiana,& uide quod dixi supra in loco a simili,& in loco a Liberto ad vasallum, & quod dicam infra loco proximo,& sequent.

SVMMARIA IN LOCVM.

ab emphyteusi ad feudum.

1 *Emphyteuta,& vasallus in quibus conueniant, & num.sequen. vsque ad fin.*

8 *Iure datoris resoluto,resoluitur ius acceptoris.*

9 *Argumentatio ab emphyteusi ad feudum quando procedat , & quando non.*

LOCVS

LOCVS AB EMPHITEVSI. ad Feudum.

SVBSEQVITVR nunc congrue locus ab emphyteusi ad feudum, a quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & multũ vtile, fundatum in similitudine, quam habent ad inuicem emphyteusis, & feudum, emphyteuta, & vasallus. Conueniunt enim in hoc, † quod vter-
1 que habet vtile dominium in re, & pro illo vtili dominio rei vendicationem utilem. de primo est tex. iuncta glo. in l. prima. ff. si ager vectigalis vel emphyt. peta. & in l. possessores, in fi. cum ibi notatis, C. de fundis patrimo. lib. 11. & de secundo est tex. in c. 1. § rei autem, & in §. fi. in tit. de inuesti. de re alie. facta, in vsib. feud. & ibi Bal. Aluar. & doct. notant, & notatur per Bar. & doct. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. possess. & per eundem Bar. in l. 1. in ver. hic titulus. ff. de publicanis. Vterq; etiam possidet naturaliter, & ratione illius naturalis possessionis competit vtriq; interdictum vti possidetis contra turbantem, l. vnica, cum ibi notatis, C. vti possidetis, & habetur & notatur in l. 3. §. ex cõtrario. ff. de acqui. poss. & in locis cõmemoratis supra loco proximo, & hic arguendi modus facit ad multa, & in primis ad hoc, q; sicut emphyteuta nõ potest alienare rem emphyteuticam sine consensu dñi directi, alias cadit a iure suo, l. fi. C. de iure emph. & c. potuit, de locato, cum similibus: ita etiã vasallus non põt alienare feudum vel rem feudalẽ sine consensu dñi directi, alias cadit à iure suo. c. 1. de vasallo qui cõtra constituit. Lotha. feudum alie. & c. imperialem. in princ. de prohibita feu. alien. per Federicum cũ similibus. Est ta-
*. men differentia inter eos in hoc, quia dñs directus tenetur cõsentire emphyteutę vendenti, vel alienãti iuxta formam d. l. fi. sed dñs non tenetur nec cogitur cõsentire uasallo uẽdenti vel alienanti feudũ, quia hoc l. cautũ nõ reperitur, vt dixi supra loco proximo, vbi reperies & alias differentias inter feudum, & emphyteusin, quò recurre. Sec undo facit ad
2 hoc, quod sicut † emphyteuta veniendo contra pacta non soluendo canonem, cadit à iure suo, d. c. potuit, & l. 2. C. de iure emph. ita etiam vasallo venienti contra pacta, & recu-

santi

ſanti præſtare ſeruitiũ,poteſt auferri feudũ,& eadem ratio ne:& de hoc eſt tex.notabilis in cap.1.§. ſed nec eſt alia iuſtior,& ibi pulchrè per Alu.in tit.quæ ſunt prima cau.benefi.amitten.in vſib.feu.& ſentit Bar.in l.eum qui.ff.de interdictis & relega.& Bal.in præludiis feudorum circa finẽ, & idem Bal.in l.vnica.§.in 1.in 3.col.C. de caducis tolléd. & habetur pulchrè per Iaſonẽ in l.1.in 3.col.C.de iure emphy.Non intelligas tñ per hoc,q̃ vaſallus ob non ſolutionẽ cenſus,quem ſingulis annis dño ſoluere promiſit,cadat à iure ſuo:ita ſingulariter vult Specu.in tit.de locato,in §. nũc aliqua,verſ.85.& Domini.in c.ad apoſtolicæ,in §.ſed nec licet,in fi.de re iudic.lib.6.licet tex.ibi uideatur ſentire contrarium,& Car.in d.c.potuit,in 4.q.& Io.Bapt.de ſancto Seueri.in repeti.c.1.de feudi cognitione. & habetur latiſſimè per Iaſonẽ in præludiis feudorũ,in 22. col. & pluribus ſeq. & per Iacobinũ in ſuo notabili libello feudorum ſuper illis verbis,& cũ pacto q̃ dicti vaſalli præſtent-&.& exquiſitiſſimè per Franciſcinũ in ſuo ſingulari libello feudorũ par.4.in ver.39 cauſa priuationis,vbi reperies,quam uariè doctores ſenſerint in hoc quotidiano articulo,ad quos remiſiſſe ſuffi
3 ciat. Tertiò facit ad hoc, q̃ ſicut † emphyteuta priuati nõ poteſt purgare moram,d.l.2. C.de iure emph.licet in emphyteuta eccleſiæ ſit ſecus,d.ca potuit: ita etiam vaſallus nõ faciendo renouationem inueſtituræ infra annum & diẽ, propter quod priuari poteſt feudo,iuxta c.primum,quo tẽpore miles non poterit purgare morã.ita ſingulariter decidit.Bal.quem ceteri ſequuntur,in d.c.1.plures adducens rationes.& de hoc habetur latè per Iacobinum in d.ſuo notabili libello feudorum in illis verbis, qui quidem inueſtiti, &c.in 10.col.et per Frãciſcinum in dicto ſuo ſingulari libello feudorum,par.4.in verſ.23.cauſa priuationis.Quartò fa
4 cit ad hoc,quod † quẽadmodum dñs emphyteuſis non præfertur cmenti meliorationes ab emphyteuta ſuo, poſt oblationẽ ſibi factã,et recuſationẽ ſubſecutã, lapſumq; duorũ menſium,iuxta dictã l. finalẽ, C. de iure emph. Nec poſſet in præiudicium emptoris eo caſu cedere ius ſuũ prælationis alteri,ut ibi: ita dominus directus feudi dẽt præferri agnato trahere voléti feudũ antiquũ,vel paternũ per vaſallũ uẽditũ:& de hoc vĩ tex.in c.1.§.porro,in tit.qualiter olim feu

dum

dum alienari poterat,in vſib.feudorum:& multò minus po terit hoc ius prælationis in præiudiciũ agnati,alteri extraneo cedere: iuxta ea,quæ habẽtur,& notantur in ſimili per Cynum Bal.& doct.in l.ad officium,C.commu.diuidun.& per Alex.in l.1.§.vſufructuarius.ff. de noui operis nunciatione,& hoc vult commentator cõſuetudinum Biturigũ in tit.de conſuetu.retractus.§.3.& Guido Papæ.q.411.& hoc credo verũ,& in praxi ſeruandũ: niſi aliud habeat ſpecialis conſuetudo,quæ ſeruanda eſſet,l.de quib.ff.de legib. cum ſimilibus:q; nota,quia põt frequenter contingere. Quinto
5 iſtud facit ad hoc,q; ſicut † emphyteuta deteriorando rem emphyteuticã põt priuari iure,q; habet:vt eſt tex.in Auth. qui rem,C.de ſacr.eccl.ita ét vaſallus deteriorando rẽ feudalem,perdit illã:ita notabiliter dicit Bal.in ca.1.§.publici latrones,in verſ.quicunq; aduocat iam per illum tex.de pace tenenda,in vſib.feud.& Pau.de Caſtro Iaſ. & doct.in d. Auth.qui rem,& idem Iaſ.in præludiis feudorum,in 25.colum.& Franciſcinus in d.ſuo ſingulari libello feudorũ parte 4.in verſi.22.cauſa priuationis: quod memori teneas mente. Sexto iſtud facit ad hoc quod ſicut † emphyteuta faciens alium emphyteutam, transfert in eum vtile dominiũ, & poſſeſſionem naturalem, & nullam retinet:ita etiam eſt in vaſallo,ſeu feudatario, qui alium facit vaſallum de hoc
6 ſunt,quatuor gloſæ,vna eſt in l.ſi ut certo.§. ſi duobus vehiculum,circa medium.ff.commodati:alia eſt in d.l.3.§.ex contrario,circa finem:& tertia eſt in d.l.vnica,circa finem, C.vti poſſidetis:& quarta eſt in l.licet,C.de acqui.poſſeſ.& vtrobiq; doct.& volunt Bal.& Alua.& doct.in d. c. imperialem.§.illud.quod imis uiſceribus infige.Septimò ex iſta æquiparatione emphyteuſis,& feudi inferri põt ſingulariter,
7 q; ſicut † emphyteuta tenetur dño oſtẽdere rẽ emphyteuticã,alias oẽs res ipſius præſumũtur emphyteuticæ:ita etiã vaſſallus tenetur dño oſtendere rem feudalem,& eius limites,denumbrementum uocant,eadem ratione: ita ſingulariter determinat Specul.in d.tit.de locato,in §.nũc aliqua, in verſ.40.& ſequitur Iaſ.in d.l.2.C.de iure emph. col. 67. in ver.13. quæro,ubi pleniſſime reperies , & in locis per eũ commemoratis,quod tenementi,quia in vſu forenſi quoti
8 dianũ.Octauò iſtud facit ad hoc,q; ſicut † reſoluto iure datoris,

toris,resoluitur ius acceptoris, quando emphyteuta rē emphyteuticam obligauit, & ob non solutionem canonis res emphyteutica ad dominum reuertitur,vt est casus in l. lex vectigali.ff.de pignoribus:Ita etiam est in feudo,secundum gl.quæ hoc argumēto vtitur in d.l.lex vectigali,& est text. in c.1.§.fin.in tit.si de inuestit. feud.controuers.fuerit , & in c 1.§.rursus,in tit.quib mod.feud. amit. in vsibus feud. de hoc tamen uide omnino notata per Alexand.de Imo.in d.l.lex vectigali,& id quod notat Bal.in c.1. per illum tex. de controuer.inter vasallum & alium de beneficio, & illic vide etiam per Aluar.& Præpositum. Hodie autem est differentia,quia per iura nouissima feudorum feudū nedū prohibetur alienari,sed ēt obligari,seu pignori,vt in d. c.imperialē,in prin.limitando vt singulariter limitat Franciscinus in dicto suo singulari libello feudorum p.4.in vers.6. principaliter quæro,vbi ponit quatuor singulares limitationes. Sed res emphyteutica licet non possit alienari,nisi seruata forma,d.l.fi.C.de iure emphy.potest tamen pignorari , uel in ea seruitus imponi †, sed resoluto iure datoris resoluitur acceptoris,d.l.lex vectigali,& vult Bal. in d.l.fi.& Petr. Iacobi in aurea sua practica,in libello de actione in rem pro emphyteuticaria,quæ cecidit in cōmissum,& in libello de confessoria in seruitute personali ususfructus: q; nota. Nono per istā æquiparationem inferri potest,q; tam in emphiteuta quam vasallus,qui habent,vtile dominiū, habent directam actionem legis Aquiliæ,& directam actionem arborum furtim cæsarū,ut est tex.cū gl.in l.cædere, in fi. & ibi Bar.& Ang.ff.arborum furtim cæsarum , q; nota.Et proce-
10 dit hæc † argumentatio ab emphyteusi ad feudum,quādo casus,de quo est quæstio nō reperitur expresse decisus in feudis,& qñ eadē rō militat in vtroq; alias secus: Ita notabiliter dicit Iaſ.in d.l.1.in 23.col.C.de iure emphy.& faciunt ea quę late dixi supra in loco à simili, & supra loco proximo,quæ hic habeantur pro repetitis, & hinc elegāter dicit Bal.in 1.c.1.in 2.col.in tit.qui feudum dare possunt, q; quando non est eadem ratio prohibendi, dispositio prohibitiua loquens in emphyteusi non habet locū in feudo, decidens per hoc q.quotidianam: de qua tamen q.uide latius supra loco proximo,in versiculo 17. ex ista æquipara-

R tione,

tione,&c.poteris etiam videre alium casum quotidianum, in quo aliud est in feudo quam in emphiteusi. in c.ad nostram,cum ibi notatis per Io.de Imo.de reb.eccle.non alie. iũcta Authen.perpetua, C.de sacrosanct.eccles.i.de quo plene per Alex.de Imo.in cons.79.primi voluminis,incipiẽte, circa primum.in 4.col.& per Franciscinum in dicto suo singulari libello feudorum parte 2.q.16.

SVMMARIA IN LOCVM.
ab Emphyteusi ad censum.

1 *Locus ab Emphyteusi ad censum in quibus conueniant.*
2 *Censualis contractus ab emphyteutico contractu differt multis modis et num.seq.*
Censualis contractus cuius naturæ sit.
3 *Censum solutus de rebus nostra,pensionem de aliena.*
4 *Iura spiritualia possunt dari in censum non in emphyteusin.*
5 *Tria singulariter notanda inter contractum censualem & emphyteuticum.num.seq.*
6 *Adiectio incontinenti facto nihil immutat circa prius disposita.*
7 *Error notarii potius præsumitur, quam quod contrahentes voluerint se incontinenti corrigere.*
10 *Substitutio non potest esse directa & fideicommissaria.*
11 *Duæ causæ contrariæ,& se non cõpatientes simul concurrere non possint in eadem re,sed per secundam receditur à prima.*
12 *Pretium & mercedis quantitas, facit in dubio discerni quis sit contractus.*

LOCVS AB EMPHYTEVSI.
ad Censum.

NON incongruè subnectitur hic locus ab emphytensi ad censum, seu contractu emphyteutico ad contractum censualé,A quo sumptum argumentum prima facie est probabile fundatum in similitudine, quam dicti cõtractus habent ad inuicem. Conueniunt.n.
1 in hoc,quod † vterq; tam emphyteuta, quam censuarius soluit pensionem annuã pro re,quam tenet in emphyteusim, vel

Digitized by Google

vel censium,& in utrumq; transfertur dominium,& etiam possessio. Reuera tamen fragilis est hæc argumentatio, cũ hi contractus multum inter se discrepent, vt notant glos. Card. Pet. de Ancho, Panor. & doct. in c. constitutus de religiosis domibus,& dicam latius infra, & ideo hunc locum in catalogo locorum legalium non ascripsissem, nisi reperissem contractum uere censualem in d. cap. constitutus, appellari emphyteuticum, & nisi comperissem Innocentium tertium Pontificem Maximum in d. cap. constitutus hoc argumento vsum. Arguit enim illic in versic. cum autem, prout ibi in 12. oppositione refert Card. hoc modo licuit episcopo retinere pensionem in ecclesia, quam dedit monasterio: cum etiam nos & prædecessores nostri summi pontifices ab ecclesiis quas eximimus recepimus ẽ sum: Nisi etiam recepissem, Lud. de Roma in suis singularibus, singulari 560. vsum argumento à censuario ad emphyteutam, sed, vt dixi fragilis est hæc argumentatio, quia hi
2 contractus multum inter se discrepant, & in primis differunt in hoc, quod in contractu censuali in recipienti transfertur omne dominium tam directum, quam vtile, & omnis possessio tam ciuilis, quam naturalis, ita & taliter, quod nihil iuris in illa remanent penes concedentem, sed dũtaxat reseruatur sibi pensio, seu uerius census annue soluendus: in contractu autem emphyteutico transfertur solum utile dominium in emphyteutam, directo dono remanente apud dominium, & solum transfertur possessio naturalis ciuilis remanente apud dominium: vt dixi in duobus locis supra
3 proximus. Et hinc vulgariter dicimus, quod † censum soluimus de re nostra, sed pensionem de re aliena, & hoc vult gl. singularis in verbo, iuxta ratam, in d.c. constitutus, approbata illic per doctores & Bar. in l. 1. in versic. hic titulus. ff. de publicanis, licet non ita clarè & apertè loquantur. Secundò differunt, in hoc, quòd in contractu emphyteutico rés cadit in commissum, si non soluitur pensio infra biennium, si est emphyteuta ecclesiæ, c. potuit de locato, & Authen. qui rem, C. de sacrosanct. eccle. vel infra triennium, si est emphyteuta priuati, l. 1. & 2. C. de iure emph. sed in cõtractu censuali ex non solutione census, etiam si per mille annos cessauerit, res non cadit in commissum vt est tex. no

rabilis iuncta ſua ſingulari glo.in dicto cap.conſtitutus, & ibi Car.Pet.de Ancho.Panorm.& docto.ponunt rationem diuerſitatis,quos omnino uide: & idem vult Iaſ.in d.l.1.in 11.col.C.de iure emphyte & Aluar.poſt alios per eum relatos,in c.1.§.ſed nec eſt alia iuſtior, in tit. quæ fuit prima cau.benefic.amit.in vſibus feudorum,& Hippolitusde Marſiliis in ſingulari ſuo 95.& Io.Fab.in §.adeo,Inſtitutis,locati circa finem.Ex quo ſequitur,quod utilius eſt eccleſiæ,q̃ rem ſuam det in emphyteuſin,quam in cenſum. Tertiò diferunt in hoc,quod † iura ſpiritualia non poſſunt concedi in emphyteuſin, quia uiderentur quodammodo uendi, q̃ non licet, de ſimonia per totum, ſed benè poſſunt dari ad cenſum, quia cenſus retinetur non in recompenſationem iuris conceſſi, ſed potius in memoriam libertatis cõceſſæ, ſeu in ſignum preteritæ ſubiectionis,& ſeruitutis, ſecundũ Panor.& alios magiſtraliter loquentes,in d.c. conſtitutus: quod memori teneas mente, quia quotidie iſta occurrunt in praxi. Vt autẽ plenius in hac materia quotidianã inſtruaris,uolo † te tria ſingulariter notare.Primo,quod ſi non apparet de contractu inſtrumentum,ſed probatur per teſtes, quod pẽſio fuit ſoluta ratio certæ rei 40. annis, & amplius & ſic vertitur in dubiũ,quis contractus ſit,an cẽſualis, vel emphyteuticus: q̃ in dubio inſpiciendum erit, quis ex dictis duobus contractibus magis frequentetur in prouincia: & ſi cõtractus emphyteuticus magis frequentetur,quã cẽſualis, iudicabitur eſſe contractus emphyteuticus. Si vero ecõtra cõtractus cẽſualis magis frequentetur, iudicabitur cenſualis,& nõ emphyteuticus:argumento l. ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iur.ſi autem æquè frequentẽtur ambo cõtractus,vt in ducatu Barbantiæ,potius iudicabitur cõtractus emphyteuticus,q̃ cẽſualis: ita ſingulariter vult Io. Fab. in ſuo breuiario,in d.l.1.circa principiũ,C.de iure emphyt.& ſequitur ſimpliciter Iaſ.in l.2.C.eo.tit.Cõtrariũ tamẽ in hocvltimo vult Alberi.de Rom. maximus practicus, ind.l.2. & mouetur per gl.& Innoc.in dict.c.cõſtitutus, & idẽ reperio velle Hippolitũ de Marſiliis in d. ſuo ſingulari 95.Effectus autem iſtius deciſionis eſt ualde magnus,quia ſi hoc caſu contractus iudicetur cenſualis, nõ poterit expelli,etiã ſi per mille annos ceſſauerit à ſolutione:ſed dũtaxat

poterit

poterit contra eum agi,vt ſoluat:ſecus ſi contractus iudicatur emphyteuticus per ſupra dicta,non eſset ergo in hoc caſu ſi accideret de facto precipitanda ſententia propter contrarietatem opinionum ſed conueniret circunſpecto iudicī maturæ ſuper ea re deliberare & conſulere peritiores : & in dubio,vbi aliud non apparet ex actis,crederē nō eſse recedendum ab opinione Io.Fabr.& Iaſ.propter præſumptionem iuris,de qua in l.cū de indebito.ff.de probationibus. Non enim debemus præſumere,translatum eſse omne dominium & omnem poſſeſſionem per concedentem,vbi poſſumus præſumere,duntaxat eſse translatum vtile dominiū & poſſeſſionem naturalem tantum,niſi aliud appareat, dicta l.cum dicto indebito,& l.ſi cum aurum.ff. de ſolutioni. cum ſimilibus:Nec obſtat dicto cap.conſtitutus cum ibi notatis,ſuper quibns ſe fundare videtur Alber. quia ibi epiſcopus tranſtulit in monaſterium , quicquid iuris habebat in illis eccleſijs:per quod clarè conſtat,quod contractus de quo ibi,fuit cenſualis,& non emphyteuticus:vt ibi bene declarant,gl.Car.Pet.de Anch.Panor.& doc.& faciunt notata per Io.Fabr.in d.§.adeo , circa finem: ſed nos loquimur in dubio caſu,& vbi tale quid non eſt expreſsū. Vnde ſuccedit regulam de qua in l.continuus, §.cum ita,in fine. ff. de verb.oblig. In incertis non incertis locus eſt coniecturis: q̄ memori teneas mente,quia poteſt frequenter contingere.

6 Secundo uolo te ſcire,quod ſi in † inſtrumento dicatur,cō cedo tibi talem rem in emphyteuſim perpetuam , & omne ius,quod habeo in ea re:talis contractus iudicandus erit cē ſualis,& non emphyteuticus,ex quo expreſsè dixit,ſe transferre omne ius, q̄ non cadit in contractu emphyteutico, vt ſupra dixi & illa verba in emphyteuſin impropriantur. Ita ſingulariter dicit Io.de Imol.in c.ad audientiam, in 2. col.de rebus eccle.non alien. quem refert & ſequitur Iaſo. in d.l.1.in 11. col. C. de iure emphyteut. & eſt de mente Panor.in d.c.conſtitutis,vbi de hoc eſt tex.ſi bene ponderetur & faciunt notata in ſimili q.per Oldrad.conſ.159.incipiente,ex præſenti themate,in primo dubio,& notata per Albericum de Roſate in rubrica , C. de donatio.& notata per Iaſonem in præludijs feudorum,in ſexta & 7. columna. & notata per Ioannem Fabri in dicto §. adeo , circa finem.

Tertiò volo,te ſcire,quòd ſi inſtrumento † cõtineatur hoc modo,talis dedit tale rem tali in emphyteuſin,vel censũ. prout ſæpe ex imperitia notariorum, qui non intelligũtur uirtutem quòd efficaciam verborum,ſcribi cõtingit,quod in dubio præſumitur contractus emphyteuticus,& non cenſualis: ita ſingulariter dicit Ioan.Fabri,maximus practicus, in d.l.1.poſt principium,C.de iure emphyteu.& idem Ioan. Fabri in d §.adeo parum,ante finem : & ſequitur Laſ.in d.l. 2.colũm.63.in verſi. octauo quæro : quod nunquam tradas obliuioni,quia vidi de facto magnam controuerſiam in ſimili caſu. Nam confectum erat inſtrumentum per quendam, qui reputabantur,& in veritate erat valde expertus in officio notariatus,in quo cauebatur hoc modo,Titius uẽdidit, vel in emphyteuſin dedit Seio domum pro penſione quadrageſimo florenorum annuatim perpetuò ſoluenda eidem Titio,& hæredibus ſuis,&c.& valde dubitabatur,quis cõtractus eſſet propter controuerſiam inter contrahentes exortam,an propter bellum ſup. rueniens remittenda eſſet penſio pro rata damni,nec ne:quia ſi erat contractus uenditionis. non debebat remitti penſio, cũ omne periculum interitus,& deteriorationis ſpectare debeat ad emptorem.§.cũ aũt cũ ſua ſingulari glo. inſtit.de emptio.& vendit. Si verõ erat contractus emphyteuticus, tũc licet ſint opiniones inter docto.an remittẽda ſit penſio emphyteutæ pro rata dãni,nec ne,propter bellum ſuperueniens, tamen ſecundum opinionem plurium famatiſſimorum doctorum multum æquam,facienda eſt remiſſio: vt notat Panorm. & docto. in d.c.potuit,& Cyn.in d.l.1.in 9.q.C.de iure emphy. ſicut in locatione etiam ad longum tempus vt decidit ſingulariter Franciſcus de Aretio in conſilio ſuo 55. incipiente, in cauſa. & dicebant aduocati Titii huiuſmodi contractum ex mente contrahentium debere cenſeri contractum uenditionis, & non contractum emphyteuticum, & ſic ſoluendam eſſe integram penſionem, nec aliquid debere remitti: pro quo allegabatur, legẽ ſed & ſi adiiciatur. ff. pro ſocio,& leg.ſpecies.ff.de auro & argento legat.in quibus habetur, quod † adiectio incontinenti facta nihil immutat circa prius diſpoſita: Item allegabatur, quòd potius præſumendum eſt,quod talis adiectio facta ſit ex errore † notarij,

rii, (qui partibus contrahentibus obeſſe non debet,l. ſi librarius.ff.de reg.iur.& l.fin.& ibi Bal.not. C. de fideiuſſ.) quam quod contrahentes in continenti ſe correxiſſe uideantur,l.non ad ea,cum ſua ſingulari gloſ.ff. de conditio. & demonſtrat. Allegabatur etiam pro hac parte doctrina Ioan.Fabri.in d.§.adeo,in verſi.ſed quid dices , vbi in fortioribus terminis uidetur pro hac parte determinare.Item allegabatur tex.in l.recuſare.§.Titius,cũ ibi nota.per Bar. Io.de Imol.& doct.ff.ad Trebell.vbi præfati doctor. ſingulariter dicunt,quod ſi in teſtamento dicatur talis ſubſtituit talem vulgariter,pupillar.& per fideicommiſſum, prout fæ
10 pe ex imperitia notariorum contingit quia † non poteſt ſi mul,& ſemel ſubſtitutio eſſe directa, & fideicõmiſſaria ſeu obliqua,per hoc non viciatur ſubſtitutio,ſed eſt in electione ſubſtituti, ex qua ſubſtitutione velit hæreditatem habere.Ergo eodem modo in caſu prætacto debuit eſſe in facultate dicti Titii declarare, quod verè contractum venditionis celebrare intendebat, & non contractum emphyteuticum: in contrarium autem allegabatur autoritas. Io. Fabri & Iaſonis in paſſibus ſupra cõmemoratis , & notata per gl. & doctor.in dicto cap. cõſtitutus, & potiſſimè pro hac parte allegabatur,quod ex tenore inſtrumenti nullibi clarè apparebat,quod omne ius ſiue dominium plenum fuerit trãſlatum in Seiuin,vel q̃ precium certũ interuenit : ſine quo non poteſt eſſe venditio,& verba conueniebant,contractui emphyteutico. ergo & Allegabatur etiam l.ſi quis ante in
11 prin.ff.de acquir.poſſeſ.vbi habetur, quod duæ † cauſæ cõtrariæ,& ſe non compatientis ſimul concurrere nõ poſſunt in eadem re,ſed per ſecundam receditur à prima:venditio autem & emphyteuſis ſe nõ compatiuntur , vt notatur per gl.& doct.in d.§.adeo,ergo,&c. Item pro hac parte allegabatur etiam l.quicquid aſtringendæ,in princ. ff.de verbor. oblig.vbi habetur, quod quando ſtipulatio eſt obſcura, ita quod poteſt interpretari pro actore,& pro reo , ſtatur interpretationi rei. Cum ergo dictus Seius fuerit reus tractus in ius ob non ſolutionem penſionis,videbatur ſtãdum ſuæ interpretationi: imputet enim ſibi dictus Titius actor, qui ſe fundat ſuper huiuſmodi literas in illis uerbis, vendidit, vel in emphyteuſin dedit,quod non apertius legem dixit ,

vnde contra eum videtur facienda interpretatio, l. veteribus.ff.de pactis inducebat etiam uterque pro ſe gl.in l.1.§. 11.ff.de ſuperficiebus,quæ ſingulariter dicit, q† in dubio pretiũ & mercedis quãtitas facit diſcerni qui cõtractus ſit allegabantur ét ſingulariter notata per Ioannẽ de Imol. in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff. de publicanis, & notata per Pau.de Caſt. & Iaſonẽ.in l.inſulã.ff.de præſcriptis verbis, & propter dubiũ litis euentũ fuit cauſa per cõcordiam de vtriusq; patris conſenſu ſopita, & non expectata ſententia. Quę omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia,& quotidiana.

SVMMARIA IN LOCVM à Commodato ad precarium.

1 *Commodatum & precarium conueniunt tripliciter.*
2 *Precarium quid ſit.*
3 *Commodatum & precarium differunt quintupliciter. & numerus vſque ad fin.*
4 *Poſſeſſio naturalis transfertur per precarium.*
5 *Poſſeſſio naturalis facit competere interdictum vti poſſidetis.*
6 *Conſtituens ſe alieno nomine poſſidere nullã retinet poſſeſſionem.*
7 *Conſtitutum & precarium quomodo differant & de natura vtriuſque.*

LOCVS A COMMODATO. ad Precarium,

OFFERT ſe nunc locus à cõmodato ad precariũ,à quo ſumptum argumẽtum eſt probabile,fundatum in ſimilitudine, quam habẽt
1 ad inuicem cõueniunt † enim cõmodatum, & precariũ in multis. Primo.n.cõueniunt in
2 deſcriptione,l.1.ff.de precario.Nã ſicut † precarium eſt,q; precibus petenti utendum conceditur tam diu,quã diu ei qui cõceſſit patitur,dicta l.1. in principio. Ita etiam commodatum.nam qui alteri commodat ſuam rem,ſic commodat,ut non faciat rem accipientis,ſed vt ei vt re cõmodata permittat,d.l.1.in fi. Conueniunt ergo primo in hoc,quod in neu-

Digitized by Google

in neutro transfertur dominium,ſed uſus rei tantum.Secundo conueniunt in hoc,q̃ in neutro transfertur uſus reī perpetuò,ſed tantum ad tempus.Tertiò conueniunt in hoc q̃ ſicut præcarium conſiſtit tam in re mobili,quam in re immobili,l.2.§.fina.cum l.ſeq.& ſeq,ff.de precatio.ita etiam commodatum,l.1.ff.cõmodati:& difficile diſcernitur unū ab altero.quare de uno ad aliud uidetur bona argumenta-
2 tio,cum deſimilibus idem debeat eſſe iudicium,l. non poſſunt,lege nam ut ait Pedius,& lege de quibus ff.de legibus cum his quæ plenè dixi ſupra in loco a ſimili.Si tamen benè,& ſubtiliter perpendamus,fragilis eſt hęc argumentatio,
3 quia hi duo † contractus precarium,& commodatum multum inter ſe differunt.Et in primis differunt in poſſeſſionis translatione,quia per commodatum nulla transfertur poſſeſſio,nec ciuilis,nec naturalis,textus eſt in l.rei commoda
4 tę.ff.commodati:ſed per † precarium transfertur naturalis poſſeſſio , ciuili remanente penes concedentem precario: text.eſt notabilis in l.& habet.§.penulti.ff.de precario : qđ
5 eſt maximi effectus:quia † poſſeſſio naturalis facit competere interdictum uti poſſidetis, ut uult Bartolus in lege prīma in principio,in penultima quæſtione.ff. de acquirenda poſſeſſi.& idem Barto.in lege prima in princip.ff uti poſſidetis,& Ioan.Fabri in §.retinendæ,in princip.Inſtitu.de interdictis,& Ange.in §.quadrupli,circa finem.Inſti.de actionibus,& doct.frequenter alibi.Ex quo ſequitur, quòd poſſidens precario ſi turbetur in ſua naturali poſſeſſione,poterit contra turbantem intentare interdictum uti poſſidetis;qđ intellige ſanè,ſcilicet contra tertium eum turbantem, non autem contra illum a quo precario poſſidet;d.§.retinendę, & præallega.l.1.§.fina.cum l.ſeq.ff.uti poſſid.& l.qui precario,ubi utrumq; probatur ff.de precario. Commodatarius autem, quia non poſſidet ut dixi, interdictum non habet, quod nota.Volo,te etiam ſcire unum aliud ſingulare in hac materia,uidelicet,quòd plus operatur ſimplex cõſtitutum
6 de per ſe,quàm ſi adijciatur precario,quia† ſi quis ſimpliciter cõſtituat ſe alterius nomine poſſidere,transfert in illam oẽm poſſeſſionem naturalẽ,& ciuilem:ſed ſi adijciatur precario,ut quia conſtituit ſe alterius nomine precario poſſidere,iam retinet naturalem,& transfert ſolum ciuilem:ſecun-

N. Nouum

dum

dum Bartolum,Paul.de Caſtro,Alexand.& docto.in l. interdum.ff.de acquirenda poſſeſſione,ubi plura ſingularia, & quotidiana dicta reperies,maxime per Alexand.quæ breuitatis gratia omitto. Et ergo malè faciũt imperiti notarij, q poſt cõſtitutũ addunt hanc dictionẽ precario, credentes per illam adiectionem prodeſſe emptori,vel donatario, in cuius fauorẽ fit conſtitutũ,& ei ualde obſunt: Ita ſingulariter dicit Ange.in §.actionum.Inſti.de actio.ubi ponit plura pulchra de natura conſtituti & precarij,quem omnino vide.Et ſequitur Iaſon in lege ab emptione, in ſeptima columna, ff.de pactis quod nunquam tradas obliuioni,quia uidi aliquos turpiter in hoc errare.Ad unum tamen effectum utilius eſt creditori, quòd debitor conſtituat ſe nomine creditoris precario poſſidere,quam ſi cõſtituat,ſe ſimpliciter nomine creditoris poſſidere.Quia primo caſu ſi de
N. bitor tradat alteri rem ſuo creditori, pignoratam, non priuatur creditor ſua poſſeſſione ciuili, quia ſtat per ſe, & non coheret naturali poſſeſſioni debitori, Sed ſecundo caſu, ſi debitor tradat alteri rem, uel expellatur per uim, priuatur creditor omni poſſeſſione. Ita ſingulariter dicit Barto. poſt Iacobum Butri.in repetitione lege creditores,in vltima q.quarti articuli principalis,C.de pignoribus, quem refert & ſequitur Matth. Mateſſelanus in notabili ſuo 154.& Alexander de Imola in dicta lege interdum,ubi addit alium effectum,in quo utilius eſt creditori,quòd debitor conſtituat ſe nomine eius precario poſſidere, quàm ſimpliciter, ubi uide. Pro quo dicto allego gloſſa.ſingularem in lege 1. §. non alij autem. ff. de ui & ui arma.quod
7 eſt ſingulariter notandum. Ex præmiſſis infertur † etiam ad deciſionem illius quotidianæ q.ſi res ſit uendita,uel donata duobus ſucceſſiuè diuerſis temporibus,præfertur ille, cui prius facta eſt traditio,uulgata l.quotiens,C.de rei uendi.modo uni primò facta eſt traditio per conſtitutum,& ſic
N. fictè,& deinde alteri facta eſt realis traditio,quæritur quis debeat præferri? & reſpondetur quod ille, cui factum fuit conſtitutum:Ita ſingulariter decidit Ioan.And.in additionibus ad ſpeculum,in ti.de emptione & uenditione, in §.1. additione incipiente,hic dubitatur,& ſequitur Bal.in rubrica.C.de contrahen.emptio.& uendi.in 16.q.& Pan.in c.2.

circa

circa finem,de consuetudine,& idem Panor.in consilio 91. primi voluminis,incipiente,postulato Dei omnipotētis suffragio,quoad primum &c.in penultima column.& Alexan. de Imol.in consilio 14.primi voluminis,incipiente,circa prīmum dubium,in fine,& in consilio 25.tertij uoluminis,incipiente,uiso testamento,in fine, & Bald. in consilio 369. quinti uoluminis, incipiente,in Christi &c.venditor constituit &c.& Ange. in consilio 106.incipiente , quædam mulier,in fine,& Alber.de Rosate , & Iason. in dicta lege quotiens , & meminit Hippolitus de Marsilijs singulari 82. & Phylippus Decius in l.contractus ff.de reg.iur. quod nunquam tradas obliuioni, quia est frequentissimum in praxi.

8 Secundo,† dicti duo contractus precarium,& commodatum differunt in præstatione culpæ,quia ille,qui possidet precario,tenetur solum de dolo,& lata culpa,nisi lite cum eo contestata differat restituere,l.quæsitum.§.eum quoque,& §. si seruitute.ff.de precario. Sed commodatarius regulariter tenetur nedum de dolo,& lata culpa,sed etiam de leui,& leuissima,l.si ut certo.§. nunc uidendum.ff.commodati:& ratio diuersitatis ponitur per Ioā. dè Imo.Pan. & canonistas in c.fina.de precarijs,& per Bar.in l.in cōmodato. §. sicut. ff.commodati,ubi recurre.

9 Tertio differunt in reuocationis potestate,quia† commodatum non potes reuocari ante usum expletum , vel ante expletū tempus,sed demum post,d.l.in commodato.§.sicut & l.2.C.eo.&c.unico extra,eodem ti.Sed precarium potest reuocari ad nūtum cōcedentis,l.Lucius.ff.de donatio.& est ratio,quia precarium est contractus in patientia domini cōsistens,non in obligatione,secundum Baldum in dicta l.2.& est pulchet tex.in l.cum precario.ff.de precario:vbi plus probatur,uidelicet,quod etiam si fiat pactum,q; precarium nō possēt reuocari,illo pacto tamen non obstante poterit reuocari,ut ibi est tex.notabilis.Hoc tamē limita singulariter,vt per Pan.in d.c.final.in ultima colum.& per Iasonem in §.sequēs illa diuisio,Institut.de actio.dummodo.scilicet id fiat sine captione & magno alterius dāno,qđ tene mēti. Quarto differūt in expiratione,uel transmissione ad personā hæredis,qa precariū licet non finiatur morte concedētis,finit̄ tn̄ morte eius,cui cōceditur : tex. est in d. l.cum precario. §.fina.

§.fina.ſed commodatum neutrius morte finitur,ſed ſolum expleto vſu,vel tempore,dicta l.ſecunda,& præallega. §. ſicut.Hoc tamen eſt nota dignum , quòd ſi commodatarius impediatur vti re commodata infra tempus expreſſum,vel tacitum, etiam , caſu fortuito, nihilominus poterit elapſo tempore reuocari: Ita notabiliter vult Bart.in d. §. ſicut, & ſequitur Ioan.de Imo.in dicto c.vnico:& ratio eſt, quia ille caſus fortuitus potius debet nocere commodatario,qui certat de lucro captando,quam commodanti,qui certat de dã no uitando,quod tene menti.Quintò differunt in alio , qa
10 † commodatum conceditur ad certum vſum.& ad certum tempus expreſſum,vel tacitum. Exemplum de expreſſo, ut commodo tibi ancillam ad texendum vſque ſex menſes. Exemplum de tempore tacito, ut commodo tibi ancillam ad texendum unam telam lanæ,nam illa textura habet naturaliter ſuum tempus,l.continuus.§.cum ita. ff.de verborum obligationibus.Vel commodo tibi equum cauſa cũdi ad uineam,nam ſecundum ſpacium loci ineſt tempus eundi & redeundi,argu.§.locati,Inſtitut.de verborum obligation.cum ſimilibus.Precarium vero conceditur,vt plurimũ ad uſum incertum,vel incertum tempus.Exemplum. Concedo tibi hanc rem ſine alia ſpecificatione,nam intelligitur ad quemcunque vſum tu uis,uel cõcedo tibi hanc domum non præfixo certo tempore,nam intelligitur ad voluntatem meam,dicta lege Lucius,nec eſt uis hoc caſu,an dicatur cõcedo tibi domum,an uerò dicatur commodo tibi domum, quia licet hoc vltimo caſu uideatur ſonare in cõmodatum tamen erit precariũ,ex nõ eſt determinatus vſus nõ potius debet attendi mens,quàm uerba.Ita notabiliter dicunt Cynus,Baldus,Paul.de Caſt.& doct.in d.l.2.& Ioan.& de Imo. & canoniſtæ in d.c.unico.Ex quo infero ſingulariter, quod ſi fiat conceſſio ad certum uſum,ſi tamen non fiat ad tempus determinatum expreſſè vel tacitè,erit precarium,& nõ commodatum,d l.Lucius,& ibi hoc uult Ioannes de Imol. & Bart.in dicto.§.ſicut,& Cynus,Paulus de Caſtro , & alij in dicta lege ſecunda & Iaſon in l.ſecunda in 3. colum. ff.ſi certum petatur,quem omnino uide,quia egregiè loquitur: ſecus ſi certum tempus fuit expreſſum,uel tacitè intelligatur.in cõceſſione,ut ſup.dixi.Si verò certus uſus fuerit expreſ-

preſſus,& tempus ſit limitatum,ſed adiectum sit quod con ceſſio fiat precario , erit precarium,& non commodatum, propter dictionem precario . ex qua voluntas concedentis colligitur,& sic poterit reuocari ante tempus, cum precarium conceſſum ad certum tempus poſſit ante tempus reuocari,dicta l.cum precario:& ita notabiliter volunt Ioan. de Imol.Panorm.& alij in dicto cap.vnico . De qua materia si plenius uis inſtrui, vide doctores in locis ſupra commemoratis,& glo.singularem in dicta leg.1.ſt. de precario & Philippum Decium in dicta lege contractus,in tertia: 4. & 5. colũ. vbi multa bona dicit in materia noſtra ſubiecta, ex quibus facile cognoſcere poteris,quando hæc argumentatio procedit,& quando non: quæ omnia commenda memoriæ.

SVMMARIA IN LOCVM à Legatis ad fideicommiſſa.

1 *Exequutio eſt diuerſorum,& nullum ſimile eſt idem.*
2 *Directo an per fideicommiſſum libertas relinquatur multum in tereſt & nu.ſeq.vbi qui inde ſequuntur effectus.*
3 *Paternus ex propria perſona plus iuris habet quam patronus ex perſona teſtatoris & qui inde reſultent effectus & nu.ſeq.*
5 *Fratres minores ſunt capaces relicti particularis non vniuerſalis.*
6 *Legatum a fideicommiſſo quomodo in dubio dignoſcatur.*
7 *Legatorum & fideicommiſſorum differentiam expetit ſcire pro intellectu iurium antiquorum.*

LOCVS A LEGATIS AD Fideicommiſſa.

NVnc ſubnectamus locum a legatis ad fideicõmiſſa,à quo ſumptum argumentum eſt probabile,forte , frequens,& vtile fundatum in exequutione facta per legẽ. Licet .n.olim legata & fideicommiſſa habuerint ſe,vt excedẽtia, & exceſſa: hodie tamen habent ſe,vt paria,l. 1. cum ibi nota.per gl.Bar.Bal & doct.ſt.de leg.1. & §. ſed non vſque Inſti.de leg. & l.2.C.cõmunia de legatis & licet formaliter & denomi-

& denominatiue possint dici diuersa, cum sint exæquata,
1 d.l.1.exæquatio † autem est diuersorum,cum nullum simile sit idem c.innotuit,& ibi Panor.de elect.cum similibus : tamen virtualiter habent eandem naturam,& uirtutem d. l.2.& d.§.sed non vsque:& sic de vno ad aliud valide fit argumentatio.Ex quo sequitur primo,quod quicunq; potest testari,vel legare,potest codicillari,& fideicommittere,tex. est in l.2.ff.de leg.1.sunt autem aliqui,qui non possunt testari yel codicillari,& sic nec legata nec fideicommissa relinquere,quos vide per glo.notabilem,& doct.in l.si quæramus.ff.de testamentis,& Insti.quibus non est permissum facere testamentum,in fine. Ex isto etiam sequitur secundo, quod cui potest legari,potest etiam per fideicommissum relinqui.Sunt autem aliqui,quibus non potest legari,quos uide per gl.notabilem,& doct.in § legari, Insti.de legatis, & per gl.& doct in l.1.ff.de iure fisci: Et istis etiam non potest per fideicõmissum relinqui.Ex isto etiam sequitur tertio,quod quę res possunt legari,possunt etiam per fideicommissum relinqui.Sunt autem quædam res, quæ legari non possunt,vt videre poteris in leg. idem Iul. §. constat, cum leg.seq.& seq.ff.dè legat.1.cum similibus. Item ex isto sequitur quarto,quod per quę verba reliquuntur legata, relinquuntur,& fideicommissa,d.l.2. C. communia de legat. Ex isto etiam sequitur quinto, quod omnes actionesque competunt pro legato,competunt etiam pro fideicommisso.l.1.& 2. C.communia de legatis,& Instit. de legatis.§.1. cum sua singulari gl.Et isto argumento ad notabilem effectum vtitur Ludo.de Roma in sua aurea repetitione. Aut similiter,in 20.speciali piæ causæ circa vltimas voluntates, C.ad legem Falc.& Panorm.in cons. 32.secundi voluminis. Hoc tamen quod dixi,recipit duas notabiles limitationes, multum in foro vtiles. Prima limitatio est, vt dicta regula procedat in legatis,& fideicommissis particularibus,seu singularibus,pecuniarum commodum concernentibus,in quibus,non est hodie differentia aliqua,vt supra dixi:Secus autem est in.legatis,& fideicommissis particularibus,commodum,pecuniarum non concernentibus: de quorum numero est legatum,& fideicommissum libertatis,in quo adhuc
2 hodie remanet differentia nam quando seruo † datur liber

tas

gitized by Google

tas directo,recta uia transit in seruum libertas , l. directis, C.de testa.manumissis:sed si relinquitur seruo libertas per fideicommissum,vt quia grauo,vel rogo hæredem ,vt eum manumittat,libertas non transit directo,sed capitur à manu hæredis manumittentis eum . Et ergo talis est libertus hæredis,& non testatoris,ut est tex.in §.qui autem, Instit. de singulis rebus per fideicom. relict. cum similibus. quod
3 est maximi effectus.Nam multum interest, an hæres † con sequatur ius patronatus ex sua propria persona , an vero ex persona testatoris; quia hoc vltimo casu debilis est ius patronatus,quam primo casu , quoad multos notabiles effectus. Primo quia patronus isto vltimo casu non põt mànumisso operas imponere.Secundo,quia non potest libertum ingratum in seruitutem reuocare,quod vtique potest,quãdo ius patronatus sibi competit ex sua propria persona , vt quia sponte,vel voluntarie ipse seruum suum manumisit: vt de istis duobus notabilibus effectibus ex tex.in l.2. & 3. & in l.mater,& in l.si tuis,& ibi Bal.Paul.de Cast.& docto. notant,C.de operis libertorum,& bonus tex.in l.1.C.de liberis,& eorum liberis,& in l.si filius in principio, iuncta gl. ff.de fideicommissariis libertatibus. Et ex isto sequitur tertius notabilis effectus,quia si testator sit non soluendo. vel si datis libertatibus desiturus sit soluendo esse , & iubeat seruo dari libertatem per fideicommissum,de manu hæredis,talis seruus non consequetur libertatem:quia fideicommissarius nihil vltra uires hæreditarias tenetur præstare,& sufficit testatorem esse non soluendo.l.fi. iuncta sua notabili gl.C.qui manumit.non possunt.& tamen secus est,quando ipse testator seruo dat libertatem directo, quia tunc,ut impediatur libertas debent concurrere duo copulatiuè,scilicet,quod dans libertatem sit non soluẽdo,vel datis libertatibus desiturus sit,soluendo esse,& q̃ habuit animũ fraudandi creditores,vt est tex.in l.1.C.qui manu. non poss. & habetur & notatur in §.in fraudem.Instit.qui & ex quibus cau.manu.non poss.Item ex isto sequitur alius & quartus notabilis effectus , quia quando libertas datur directo sub diuersis conditionibus separatim positis, attenditur conditio leuior,& illam sufficit adimpleri,l.q̃ traditum , iuncta gl.cum l.seq.& seq.ff.de conditio.& demonstr.quia hic modus

dus relinquendi libertatem est nobilior, nam recta via trã-sit libertas ab adita hæreditate, d.l. directis: sed quando libertas relinquitur per fideiçõmissum sub diuersis conditionibus separatim positis, attenditur nouissima, text. est in l. per fidei commissum. ff. de conditio. & demonstra. Item ex isto sequitur alius † & quintus notabilis effectus, quia directa libertas non potest relinquiseruo alieno, etiam, vt valeat in vim fideicommissariæ, l. seruo tuo, C. de manumissis testament. & leg. si seruus legatus. §. si seruus alienus. ff. de leg. 1. sed per fideicõmissum bene potest seruo alieno relinqui libertas, ut est tex. in §. libertas, Institut. de singulis rebus per fideicommiss. relict. quod procedit ex eo, quia directa libertas debet transire ipso iure: sed isto casu trãsire nõ potest ipso iure, quæ ratio cessat in libertate fideicõmissaria, quæ capitur a manu hæredis, qui põt talem seruũ alienũ a vero domino redimere, & manumittere d. §. libertas: de quo articulo, si libet, videre poteris per Alciat. lib. Paradoxorum 1 c. 5. & sic habes quinque notabiles effectus resultantes ex differentia inter libertatem directam, & fideicommissariam, qui effectus adhuc hodie durant, quicquid dicat gl. in d.l. 2. C. communia de leg. & gl. in d. §. sed non vsq; quæ gl. in hoc ab omnibus reprehenduntur, & bene, q; memori teneas mente, quia facit ad intellectum multorum iurium. Secunda limitatio est, vt d. regula procedat in legatis, & fideicommissis particularibus pecuniarum commodũ concernẽtibus, in quibus est sublata differentia inter se, ut s. legata singularia seu particularia æquiparẽtur fideicõmissis singularibus, sed legata, vel fideicõmissaria particularia pecuniarium etiam cõmodum cõcernẽtia nõ æquiparãtur generaliter legatis, vel fideicõmissis uniuersalibus, imo hodie remanet differentia in multis. Primo in hoc, quod ad instãtiã vniuersalis fideicõmissarij hæres institutus cogitur adire hereditatẽ, nõ aũt ad instãtiã particularis, vt est tex. expressus in l. si quis omissa. ff. si quis omissa cau. test. cũ similibus & rõ diuersitatis est, quia fideicõmissarius uniuersalis ideo cogit hæredẽ adire, quia sibi vniuersaliter restituitur: particularis uero ideo non cogit eũ adire, quia sibi non debet vniuersaliter restitui, & esset iniquum, q; hæres propter eũ esset obligatus creditoribus hæreditatis, q; lex

non

non vult,vt pulchre inquit tex.in l.nam quod.§.fin. & in l. Marcellus.§.Antiſtia.ff.ad Trebell. Item ſecundo remanſit differentia in alio,quia licet non valeat legatum,vel fideicommiſſum particulare,quando hæreditas non eſt ſoluendo,ut eſt tex.in l.ſi vniuerſę,C.de legatis: quia legata non debentur,niſi deducto ære alieno,vt ibi,in l.Papinianus. §. quoniam autem quarta,ff.de inoffi.teſta.cum ſimilibus:vniuerſale tamen fideicommiſſum valet,licet teſtator ſemõ ſoluendo,vt eſt tex.rotundus in l.ſi hæres ab eo,in princ. ff.ad Trebell.eſt ratio,quia per hoc non ſit deterior conditio creditorum,cum fideicommiſſarius vniuerſalis ſuccedat loco hæredis, & poſſet conueniri à creditoribus hæreditariis. Sed ſi legata,vel fideicommiſſa particularia valerent,hereditate exiſtente non ſoluendo,fieret præiudicium creditoribus,qui tanto minus acciperent ſi bona hæreditaria diuiderentur inter creditores, & legatarios, quod eſſe non debet,quia creditores certant de damno uitando, legatarii vero de lucro captando: ergo merito creditores ſunt præferendi,cum fauorabiliter ſit cauſa eius,qui certat de damno vitando:quam eius,qui certat de lucro captando,l.iuris ignorantia,& l.error.ff.de iuris & facti igno. & in l.fina. C. de codicillis.Item † tertio remanſit differentia in alio,quia aliqui non ſunt capaces hæreditatis,vel fideicommiſſi vniuerſalis,vt fratres minores,cle.exiui de paradiſo. §. proinde,& ibi car.& doct.notant,de ver.ſignif.& tamen ſunt capaces relicti,vel fideicommiſſi particularis,niſi, fiat in fraudem,vt ibi habetur. Item quarto remanſit differentia in alio,quia hæres rogatus,reſtituere hæreditatem, detrahit Trebellianicam,ſed legatarius ſingularis rogatus alteri reſtituere,non detrahit Trebellianicam,ſed debetur fideicommiſſum ab eo relictum vſque ad modum legatorum ſibi relictorum ut de vtroque eſt text. notabilis iuncta glo. in l. cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulgar. & pupillar. & ergo à fideicommiſſo particularia ad vniuerſale, vel econtra, non eſt licita argumentatio,niſi quando eadem eſt ratio in vtroque,vt notat Io.de Imo.in d.§.cũ filiæ, de quo uide latius per eundem Io.de Imo.& alios in d.l.1.ff.de lega. 1. & per Salycet.in d.l.ſecunda C. commun. de leg. in quibus locis etiam reperies,quomodo † in dubio cognoſcitur legatum a

fideicommiſso:& placet mihi opinio Pau.de Caſt.in d.l.1. quem ſequitur ibi Alex.uidelicet,quod in dubio debemus inſpicere, ad quam diriguntur verba,& ſi verba reperiuntur directa ad honoratum, eſt legatum: vt ſi dicatur lego vel relinquo Titio.x. & idem in ſimilibus.ſi vero verba diriguntur ad grauatum,dicitur fideicommiſſum,vt ſi dicatur, grauo hæredem,vt dẽt Titio x.vel rogo vt manumittat ſeruum: iſtud probatur in §.penul.& fi.Inſtit.de ſingulis reb. 7 per fideicommiſ.relict.quod eſt vtile ſcire, †quia licet hæc differentia legatorum,& fideicommiſſorum,ſit hodie ſublata ſaluis modificationibus ſupra cõmemoratis, tamen pro intellectu iurium antiquorum expedit,quod iuuenes ſciãt quis eſt vnum,& quid aliud,& quomodo in dubio vnum ab alio cognoſcitur ne paralogiſentur,quod facilè fit ignoratis virtutibus vocabulorũ,l.1.ff.de iuſt.& iure. Ignoratis enim principijs, neceſſe eſt vt ignorantur principiata, l.1.& ibi Bald.ff.de origine iuris. Quæ omnia commenda memoriæ & vide quod dixi ſupra in loco à ſimili,& quod dicam infra loco proximo.

SVMMARIA IN LOCVM A FALCIDIA ad Trebellianicam.

1 *Falcidia & Trebellianica in quibus cõueniant,& in quibus differant,nu.ſeq & per tot.locum.*

LOCVS A FALCIDIA AD Trebellianicam.

1 COngruenter nunc ſubſequitur locus à Falcidia ad Trebellianicã: A quo ſumptum argumentum eſt,probabile,frequens, & valde utile:quia†hæc duo à iure æquiparantur, l.Marcellus,verſ.q; auté.ff.ad Trebellianicum: & appellatione Falcidiæ Trebellianica continetur,l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulga.& pupill.& l.pater filiam in prin. & l.Titia teſtamento.ff.ad l.Falc.& l.iubemus,C. ad Treb. cum ſimilibus:& eſt bona gl.Auth. vnde ſi parẽs,C.de inof ſic.teſt.Et iſte arguendi modus facit ad multa quotidie in foro

Digitized by Google

foro occurrentia. Et gratia exempli pro inſtructione iuuenum, iſtud primo facit ad hoc, quod ſicut de legatis ad pias cauſas hodie non detrahitur Falcidia, vt eſt tex. in Authen. ſimiliter, C. ad l. Falcidiam, & in corpore unde ſumitur: ita nec Trebellianica detrahitur de fideicommiſſo uniuerſali ad pias cauſas relicto, vt ſit quotidie in diſtributione pauperum, vel in ædificationem hoſpitalis: Ita ſingulariter dicit Bar. in d. l. Marcellus, & idem Bar. in d. Authen. ſimiliter, & ſequuntur ibidem Odofred. Bal. & Salice. & vult Specul. in tit. de inſtrumentorum editione. in §. compendioſe, in verſ. ſed cum deductio, vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum, & Ang. in §. ſi vero expreſſim, in Auth. de hæredi. & falci. collatione. 1. & Bal. in l. id quod pauperibus, in 17. q. C. de epiſc. & clericis, vbi dicit, ſe infinitis vicibus pro hac parte conſuluiſſe, & Panor. in c. Raynaldus, de teſtamentis vbi dicit, q. iſta eſt communis opinio doctorum vtriuſque iuris, & idē Panor. in conſ. 32. ſecundi voluminis, & idem vult Albericus de Roſate, in l. ſi quis ad declinandam in princip. C. de epiſc. & cler. & ita tenendum cenſeo, quicquid dicat gloſſ. in cap. ſi pater, de teſtamen. lib. 6. ad cuius rationes patet reſponſio ex dictis Bar. & Alex. de Imol. in dicta l. Marcellus, & ex notatis per Salicetum in d. Auth. ſimiliter, & per Ludouicū de Roma in aurea ſua repetitione d. Auth. ſimiliter, in 40. ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates, vbi plene reperies, ad quos breuitatis gratia te remitto, quia articulus iſte eſt ſubtilis, pulcher, & quotidianus. Secundo

2 † iſtud facit ad hoc, quod ſicut ceſſat falcidia, quando hæres ſoluit vnum legatum integrum, poſtquam ſubtiliter patrimonium agnouit, dict. §. ſi uero expreſſim, & Authent. ſed cum teſtator, C. ad legem Falcidiam: ita etiam hoc caſu ceſſare debebit Trebellianica, quia eadem eſt ratio, & ita reperio expreſſe velle Angel. in dict. §. ſi vero expreſſim. quod nota quia non temerè reperies alibi. Tertio iſtud

3 facit † ad hoc, quod ſicut teſtator hodie poteſt indiſtinctè prohibere Falcidiam, vel detractionem falcidiæ, dicta Authent. ſed cum teſtatur, & in corpore unde ſumitur: ita ēt poterit prohibere Trebellianicam. & ita expreſsè tenet glo. in d. §. ſi uero expreſſim, & ibi hoc uult Barto. & poſt eum Ang. Idem etiam tenet glo. in §. ſed quia ſtipulationes, in

verbo liceat, Inſtit. de fideicom. hæred. Hoc etiam tenent Odofred. Iacob. de Rauenna, Cyn. Bart. Alber. de Roſate, Io. Fabr. in breuiario, & Sali. in d. Auth. ſed cum teſtator, & Bart. Alex. & alij in d. l. Marcellus: Cõtrarium tamen iſtius ſentit Alciat. lib. paradoxorum quinto cap. 19. de quo articulo pulchro, ſubtili & quotidiano, vide latius per docto. in locis ſupra commemoratis: in iudicando tamen à communi opinione non recedas. Quarto iſtud facit ad hoc, quod ſicut † ceſſat Falcidia, quando res legata per fideicommiſsũ relicta, prohibita eſt alienari, vt eſt tex. in §. penult. in Authen. vt ſponſalitia largitas, colla. 9. & in Authen. ſed in ea, C. ad l. Falci. Ita etiam hoc caſu ceſsabit Trebellianica, eadem ratione, & ita reperio velle Ang. in d. §. ſi vero expreſſim, & Bal. in d. Authen. ſed in ea, & ibi idem vult Alexan. de Imo. in additionibus ad Bal. quod tene menti, quia iſte caſus eſt valde notabilis & quotidianus, ſecundum Bal. loco prædicto. Quinto iſtud facit ad hoc, quod ſicut † hæres non faciendo inuentarium perdit Falcidiam, l. fina. C. de iure delib. & dicta Auth. ſed cum teſtator, & in corpore unde ſumitur, Ita etiam non conficiendo inuẽtarium perdit Trebellianicam: & ita tenent Cyn. Alber. de Roſat. Bal. & Sali. ĩn dicta Authent. ſed cum teſtator & ita conſuluit Oldrad. ĩn conſ. 134 incipiente, ſatis credo, & Bar. in conſ. 234. incipiente, Lena mactarelli, & vult Matthæus Mateſſelanus in notabili 157. & eſt, æqua & rationabilis opinio. Cõtrarium tamen tenet Bart. ſibi contrarius in d. l. Marcellus, & in dicta Authen. ſed cum teſtator & in §. ſi vero non fecerit, in Auth. de hæred. & Falci. colla. 1. & Ang. in d. §. ſi uero expreſsum, & Io. de Imo. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſ quam per l. Falcidiam licuerit, & Alex. de Imo. in dicta leg. Marcellus, vbi exactiſſime hunc articulum ſubtilem, & quotidianum examinant, ad quos breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat, poſſet & ad multa alia induci hæc argumentatio, ſed prædicta pro iuuenibus ſufficiant. Illud autem generaliter pro regula teneas, quod in teſtamentis in quibus ceſſat Falcidia, ceſsat etiam Trebellianica, dicta l Marcel. ver. quod autem, vbi hęc regula habetur ſecundum vnum intellectum. Item teneas pro regula, quod hæres de legatis particularibus regulariter detrahit Falcidiam, ab vniuerſa

libus

libus autem legatis vel fideicommiſſis hæres regulariter detrahit Trebellianicam ut in toto tit.ff.& C.ad l. Falcid. & in toto tit.ff.& C.ad Trebell.niſi ex aliqua cauſa impediatur vel priuetur,vt ſupra tetigi.Nõ tamen credas, quod in omnibus,& per omnia,Falcidia,& Trebellianica æquiparentur: imo † in multis differunt,nam multa imputantur 6 in quartam Trebellianicam,quæ non imputantur in Falcidiam:vt eſt tex.notabilis in l.in quartam.ff.ad l.Falcidiam, vt habetur & notatur per gloſ.Panormitanus,& canoniſtas in c.Raynutius,de teſtamen. vnde hæc argumentatio a Falcidia ad Trebellianicam tunc demum procedit,quando eadem ſubeſt ratio in vtroq; & quando contrarium non reperitur in iure expreſsè deciſum,alias autem ſecus,quia diuerſitas rationis diuerſitatem iuris inducit,l.adigere. §.quamuis,cum ibi notatis.ff.de iure patro.& l.cum pater. §. dulciſſimis.ff.de lega. ſecundo, cum ſimilibus,& expreſſum facit ſilere tacitum,l.fina.C.de pac.conuentio.cum concordãtijs,& ita vult Io.de Imol.in d.l.cohæredi.§.cũ filiæ. Quæ omnia commenda memoriæ tanquam vtilia,& quotidiana & vide q; dixi ſupra loco proximo,& in loco a Simili, & q; dicam infra in loco à ratione legis larga,ampla ſeu generali,ad extenſionem ipſius legis,in 2.caſu principali.

SVMMARIA IN LOCVM A MANDATO procuratoris ad lites,ad mandatum iuriſdictionis.

1 *Mandati procuratoris,& mandati iuriſdictionis proprietates: & in quibus conueniant, & differant & numero. ſeq. & per tot. locum.*

2 *Mandat ad lites,ad negotia extra iudicialia,ad beneficia iuriſdictionis inter ſe differentia & conuenientia.*

LOCVS A MANDATO PROCVRATORIS ad lites ſeu iudicia,ad mandatum iuriſdictionis.

1 AB hoc loco ſumptum argumentum eſt probabile, frequens, & vtile:cum † æquiparentur, & ſint ſimilia in multis. lege & quia,ibi, ſicut in reliquis cauſis.ff.de iuriſ.omnium iud.& ibi

Bald.& docto.qui eam legunt ſub timore maiorum, id notant, & eius nieminit Socin. in conſilio ſuo 87. incipiente, in præſenti conſultatione, & doctores alijs ſæpe locis. Et hic arguendi modus facit ad multa. Et primo ad hoc, quod ſicut mandatum procuratoris tacitè finitur morte mandantis re integra.l.mandatum,cum ibi notatis per Bal. C.mandati.& § rectè,& quæ illic not.idem Bald. Inſti. de mandato,& l.nulla, C.de procurato. & d.l.& quia,in fine. Ita etiam mandatum iuriſdictionis,ſeu vt vocant dè legatio,morte mandantis,ſeu delegantis re integra finitur,d. l.& quia,in verſi.ideoq;,& c.gratum,& c.relatum, de offi. delegati, cum ſimilibus. fallit tamen in caſibus de quibus
2 per Ange.in d.l.& quia Secundo ad hoc, † quod quemadmodum procurator poteſt dari in diem,& ſub conditione, ad lites futuras l.3.ff.de procuratoribus. Ita etiam poterit fieri delegatio ad lites futuras in diem,& ſub conditione.eadem ratione:& ita expreſſè:vult Inn.in cap.cum olim abbas,de offi.delega.quem referunt quod ſequuntur Ange.Pau.de Caſt.& doct.in d.l.& quia Tertio ad hoc, quod ſicut mandatum procuratoris eſt ſtricti iuris, & in eo non veniant niſi ea,quæ expreſſa ſunt,d.c.cum olim abbas, in fine,cum ſimilibus: Ita etiam mandatum iuriſditionis eſt ſtricti iuris,& in eo non veniunt niſi expreſſa. Vnde ſequitur, quod delegata iuriſditio non poteſt prorogari de perſona ad perſonam,etiam de partium conſenſu: ut eſt textus ſingularis in capit. P.& G.de officio delegatis cum ſimilibus. Ex iſto etiam ſequitur aliud,videlicet.quod pluribus procuratoribus ſimpliciter conſtitutis,vel pluribus iudicibus ſimpliciter datis,vnus ſine alio viuente,vel mortuo nihil poteſt c.ſi duo,de procurato.lib.6.& l.duo ex tribus.ff.de re iudicata,& c.cauſam matrimonij.de officio delegati,cum ſimilibus:& ita reperio uelle Inno.in c.in noſtra,de procura. p æquiparationem,quam inter hæc duo mandata facit text. in l.& quia,& ibi eum ſequuntur Alex.& Iaſon:circa quod etiam uide deciſionem Rotæ 445.in nouis.In multis tamẽ
3 † differunt hæc duo mandata.Primo in hoc quod procurator poſt litem eum conteſtatam non poteſt per dominum expreſſè renocari, niſi noua ſuperueniente cauſa, l. poſt litem,cum pluribus ſeq.ff.de procura. ſed iudex delegatus

poteſt quandocunque per delegantem reuocari, l. iudicium ſoluitur, cum ibi notatis per gloſ. ff. de iudicijs: & tangitur per gl. & doct. in d. l. quia. Secundo in hoc, quia in mandato procuratoris, ut res deſinat eſſe integra quoad reuocationem tacitam quæ fit per mortem mandatis, requiritur litis conteſtatio: vt bene declarat Bar. in d. l. & quia, dum declarat quando res dicitur deſinere eſſe integra: ſed in mandato iuriſditionis, quoad reuocationem tacitam per mortem delegantis, res deſinit eſſe integra per ſolã citationem, d. c. gratum: & eſt vera, & communis opinio ſecundum Iaſonem in d. l. & quia. Tertio differunt in hoc, quia ad petendum reſtitutionem in integrum procurator debet habere ſpeciale mandatum, l. illud. ff. de minoribus, cum ſimilibus: ſed in generali mandato iuriſditionis, ſeu delegationis uenit etiam cognitio reſtitutionis in integrum, l. fi. in fine. C. ubi & apud quos, quæ eſt hoc melior de iure ſecundum Alex. & Iaſonem in d. l. & quia. Quę omnia imis ſenſibus reponas, & memori teneas mente, quia quotidie uſu venire poſſunt. Si tamen † plenius ſcire uelis, in quibus cõueniant, & in quibus differant mandatum ad lites, ſeu iudicia, mandatum ad negocia extraiudicialia, mandatum ad beneficia eccleſiaſtica, & mandatum iuriſditionis, uide celebrem doctorem Alberi cum de Roſate maximum practicum, in d. l. mandatum, & in locis per eum cõmemoratis, ubi plura notabilis, & ſingularia reperies: ad quem breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat, cum ab omnibus habetur.

SVMMARIA IN LOCVM A CONTRACTIBUS ad vltimas voluntates.

1 *Contractum & vltimarum voluntatem eadem ratio.*

Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & contra valet. num. 2.

3 *Contractum & vltimarum voluntatum viginti differentia.*

LOCVS A CONTRACTIBVS AD Vltimas voluntates & contra.

HABEMVS prçterea in iure noſtro locum a cõtractibus ad vltimas voluntates, à quo ſumptũ argumentum nedum eſt probabile, ſed frequẽs, 1 & multum forte, quando † eadem eſt ratio in

troq; tex.eſt notabilis in l.ſi.& vbi id pulchrè notat Salyc. C.de legatis,& bonus tex.Inſti.de lege Fuſia cani.tollenda & ibi per glo.Ioan.Fab.Ange.de Aretio.& docto. & iſto argumento vtitur Ludo. de Roma in aurea ſua repetitione, Aut ſimiliter,C.ad legem Fal.in 12. ſpeciali pię cauſæ circa vltimas voluntates,& in penul.colum.eiuſdem repetitionis,& Ioan.And.in regu.quod ſemel.de regulis iuris lib. 6. in Mercurialib.& Bar.in l.1.§. ſi quis ita.ff. de verb.obligatio.ubi per hoc dicit,quòd ſi quis interrogatus, an uellet relinquere tunicam ſuam tali,reſpondet cui alteri quam ſibi vellem relinquere ? videtur reliquiſſe per illum tex.quia ſi ſic eſt in contractibus ut ibi,multo fortius idem erit in teſtamentis & vltimis voluntatibus,Sic † etiam econtra bonum eſt argumentum ab ultimis voluntatibus ad contractus: tex.eſt notabilis in lege pactum inter hæredem,& ibi Bartolus notat.ff.de pactis,& in l.iure ciuili.ff.de conditio.& demonſtra.& in lege ſeruum filij.§.eum qui chyrographum, & ibi per Dynum,Raynal.& Ioannem de Imola,ff.de legatis primo & in l.ſi diuortio, & ibi Angel.notat. ff. de verborum obligationibus & in lege quę de legato.ff.delegatis prīmo & traditur plenè per Bal.in lege unica,C.de lege Fuſia cani.tollen.utitur & hoc argumenti genere Cyn.in lege prīma in fine, C. quando non peten. partes pe.ac.& doct. alijs ſæpe locis. Pro iſtius tamen quotidiani articuli clara reſolutione dicas breuiter hoc modo.Aut.contractus,& vltima voluntas conueniunt in rationis identitate, & tunc procedit argumentum de uno ad aliud,vt in dictis iuribus:aut diſcōueniunt,& tunc ſi ſit maior ratio in vltima voluntate, quā in cotractu,validè argumentamur ab ultima voluntate ad contractumnegatiuè,per locum ā maiori,l. obligationum fere.l.§.placet.ff.de actio.& oblig.Et econtra a cotractu valide argumentamur ad vltimam voluntatem affirmatiue,per locum a minori:& ſic proprie loquitur dicta l.finalis:aut econtra maior eſt ratio in contractu, quam in ultima uoluntate,& tunc procedit argumentum à contractu ad ultimam uoluntatem negatiuè: & ab ultima uoluntate, ad contractum affirmātè,& ſic loquitur dicta,lex pactum inter hæredem,cum ſimilibus: aut ſumus in dubio, & tunc quia in ultimis uoluntatibus regulariter ſit plenior interpretatio,

quam

quàm in contractibus,l.in testamentis.ff.de regulis iuris,& c.cum dilecti,de donatio.cum similibus,à contractu ad ultī mam uoluntatem ualidè argumentamur affirmatiuè, & ab ultima uoluntate ad contractum negatiuè ita notabiliter dicit Salyc.in dicta l.finali,& Ioan. de Imo. in dicto §.eum qui chyrographum.& Ange.de Aretio in dicto.tit. Institu. de lege Fusia cani.tollend.& Angelus de Perusio in dict.l. quæ de legato,quam legit sub l.si a substitutio.& Alexand. de Imol.in consilio 61. primi uoluminis incipiente,redemptoris &c.super eo,&c.in quibus locis plenè de hoc reperies.Hoc tamen tene pro regula,q, hæc argumentatio, nunquam procedit ad derogationem legis,uel canonis,aut ubī aliud expressè dispositum est in uno,quam in alio.Ita notabiliter uult Cyn.in l.ea lege,in 3.col.C.de condict. ob causam.& Bal.in d.l.unica,& idem Bald.in cap.inter cæteras, de rescript.& faciunt ea quæ dixi supra in loco a simili, in
3 prima fallentia.cum igitur plures sint notabiles † differentiæ inter contractus ab una parte, & ultimas uoluntates ab altera,in quibus aliter in uno,quam in alio dispositum est. certum est hanc argumentationem illis casibus non procedere. Et quia materia ista utilis est,& ualde quotidiana, statui ex mente Iasonis in dicta lege pactum inter hæredem,& ex mente eiusdem Iasonis in d.l. quæ de legato, in lectura quam fecit post reditum ad legationem,& ex mente eiusdem Iasonis in dicta lege quæ delegato , in lectura quam fecit ante legationem,colligere uiginti insignes differentias,quarum prima sit ista, quod in ultimis uoluntatibus conditio impossibilis habetur pro non adiecta lege prima.ff.de condi.insti.& l.obtinuit.ff.de condi.& demonst.in contractibus autem uiciat,l.impossibilis.ff.de uerborum o- ✠
bligatio.Secunda sit ista,quod in ultimis uoluntatibus, legatario,seu creditore partem debiti ab alteto hæredum petente,non censetur facta diuisio,l.si ex toto.§.1.ff.de lega. 1.in contractibus autem per petitionem partis,censetur facta diuisio,ut est tex. singularis in l.si creditores,C. de pactis.Tertia sit ista,q, ultimæ uoluntates postquam dies cessit in pendenti esse non possunt,actus autem uiuentiū suspēdi possunt: ut de utroque est tex.in l.finali,ff.commu. prædio.Quarta sit,quia in contractibus in arbitrium tertij cō

missis.

missis non receditur à persona lege finali, C. de contrahen. emptio. & l. si quis arbitratu. ff. de uerborum obliga. secus in ultimis uolũtatibus, l. fi. §. sed & si quis, C. commu. de lega. Quinta sit, q̃ in ultimis uoluntatibus habet locum cautio mutiana conditionibus consistentibus in nõ faciendo l. Mutianæ, cum ibi no. ff. de conditioni. & demonstra. non sic in contractibus, l. ita stipulatus. post principium. ff. de uerborũ oblig. Sexta sit, q̃ bona subiecta restitutioni ex ultima uoluntate possunt alienari ex causa dotis. Authé. res quæ C. commu. de lega. secus si subiaceant restitutioni ex cõtractu inter uiuos, glossa est singularis in l. nulla, & ibi Bar. Bald. & doctores eam commendant, C. de iure dotium. Septima sit, q̃ minor 25. annis habens curatorem non potest contrahere sine curatore. l. si curatorem habens, C. de in integ. restit. testari tamen, legare, & causa mortis donare potest, l. Aurelio §. Caius. ff. de liber lega. quibus locis id quoque per docto. adnotatur. Octaua sit, quòd alienatione prohibita inter uiuos nihilominus transfertur dominium, sed agitur ad interesse. d. l. ea lege: secus si prohibita sit alienatio in ultima uoluntate: quia impeditur translatio dominij, lege filiusfamilias. §. diui, cum ibi notat. ff. de legatis primo. Nona sit, quod in ultimis uoluntatibus si pœna adijciatur, si quid factum non fuerit, statim id fieri debet, alioquin incurritur pœna: glossa est singularis in lege prima & ibi Iason, C. de his quibus ut indig. In contractibus autem non prius loco est pœnæ, quam declaratum fuerit, amplius fieri non posse dicta l. ita stipulatus, post principium. Decima sit, quod in contractibus conditionalibus ante conditionis euẽtum si decedat stipulator, transmittitur spes in hæredẽ. §. ex conditionali, Instit. de uerb. oblig. Non sic in ultimis uoluntatibus uel legatis conditionalibus. l. prima §. sin autem sub conditione. C. de caduc. tollend. Vndecima sit, quod super alimentis mihi ex ultima uoluntate debitis transigere non possum sine decreto iudicis: secus autem est in alimentis ex contractu mihi debitis: ut de utroque est tex. in l. cũ hi, in princip. & in §. planè. ff. de transact. Duodecima differentia sit, quod in contractibus, & obligationibus alternatiuis electio est debitoris: regula, in alternatiuis, de regulis iuris libro 6. secus autẽ est in legato alternatiuo, quia nõ hæredis

N.

Digitized by Google

redis,ſed legatariis eſt electio, l. Lucio , cum ſua ſingulari gloſa.ff.de legatis 2. de quo dicam plenius infra in loco à natura alternatiuorum. Decima tertia differentia eſt,quia latior,& plenior fit interpretario in vltimis voluntatibus. quam in contractibus,d.c.cum dilecti,& prælleg.l.in teſtamentis.Decima quarta notabilis differentia eſt,quia in vltimis voluntatibus maſculinum concipit fœmininũ, l. ſi ita ſcriptum.ff.de lega.2.& l.qui duos.ff.de legat.3.ſecus autẽ eſt in contractibus:& hinc eſt, quod ſi quis acquirat emphyteuſin pro ſe,& filiis,non veniunt filiæ fœminæ,Ita ſingulariter decidit Io.de Imo.in c.potuit circa finem, de loca. & dicit ſe ſic conſuluiſſe,& idem vult ipſe in d.l.ſi ita ſcriptũ: ſi autem quis inſtituto hærede ſubſtitueret ei ſi ſine filiis decederet,intelligeretur nedum de filiis maſculis,ſed etiã de fœminis,cap.Raynaldus,& ibi Io.And.& canoniſtæ notant,de teſta.& Iaſ.in l.ſi quis id quod.ff. de iuriſdic. omnium iudicum:vbi vide. Decima quinta notabilis differentia eſt,quia in vltimis voluntatibus appellatione filiorum veniunt nepotes,d.l.libertorum.ff.de verb.ſignific.ſecus in contractibus, & ideo ſi aliquis acquiſiuit emphyteuſin pro ſe,& filiis,non ueniunt nepotes:Ita ſingulariter dicit Bart. in d.l.liberorum:Decima ſexta differentia eſt,quia in vltimis voluntatibus monaſterium habetur loco filii. §. ſed & hoc præſenti,in Auth.de ſanct.epiſ.collat.9.& cap.in præſentia,de proba. ſecus autem eſt in contractibus ſecundũ Antonium de Butrio,in d.ca.in præſentia in 7.col. & doct. aliis ſæpe locis.Decima ſeprima differentia eſt,quia in vltimis voluntatibus vno cõceſſo vt concedi aliud , ſine quo conceſſum non haberet effectum,l. illud, & l. pro hærede. §.fin. cum gl.ff.de acquir.hære.ſecus in contractibus,ut patet ex diſtin.Bar.in l.1.ff.de ſerui.lega. vndè legata domo, aditus debetur,l.teſtatrix.ff.ſi ſerui.vendi. ſed vendita domo,non debetur,l.in vendendo. ff.de contrahen.empt. Decima octaua differentia eſt, quia in debito in diem vel ſub conditione ex vltima voluntate indiſtincte cauetur, toto titu.ff.vt lega.nomine caueatur:ſed in contractibus non, niſi noua cauſa ſuſpitionis ſuperueneriet,l.in omnibus.ff. de iudiciis,& l.inter omnes. ff. qui ſatiſdare cogantur. Decima nona differentia eſt,quia in vltimis voluntatibus ſi teſtator

legat

legat ſimpliciter rẽ in dubio in obligatione eſt rem tradi, non dari, d.l.ſi a ſubſtituto.§.fina.& tamen in contractibus eſt ſecus, l.ſi ita, in fin.ff. de contrahenda emptione. de hoc tamen uide latius per Iaſonem & alios in d. l. ſi a ſubſtituto.§.fi. Vigeſima notabilis differentia eſt, quia vltima voluntas de iure communi habet executionem paratam, l.fin. C. de edicto diui Adria.tollen. ſecus autem eſt in contractibus, qui de iure communi non habent executionem paratam, text.eſt ſingularis in l. minor 35.annis cui fideicõmiſſum ff.de minori. In his ergo caſibus, & ſi qui ſunt ſimiles, non procedit hæc argumentatio: quod commenda memoriæ, quia eſt utile & quotidianum.

SVMMARIA IN LOCVM

à contractibus ad quaſi contractus.

1 *Argumentum à contractibus ad quaſi contractus probabile, & vtile. & quomodo & quando procedat. num. 2.*

3 *Diſpoſitiones odioſæ ſiue penales debent ſtrictè & propriè intelligi.*

LOCVS A CONTRACTIBVS
ad quaſi contractus.

1 SVBSEQVITVR nunc opportunè locus a Contractibus, ad quaſi contractus, à † quo ſumptum argumẽtũ eſt probabile, frequens, & vtile. text. eſt notabilis in l. ſi pupilli.§. ſi quis ita.ff.de negociis geſtis, & in l. apud Iulianum.§.finali, cum l. ſeq.ff.ex quibus cauſis in poſſeſ. eatur, & in l.ait prætor, in prin.iuncto.§.non ſolum, & ſeq.ff. de mino. hinc Bar.Bal.Ang.Sal.Iaſ.& doc. in conſtitutione ſacramenta pube.C.ſi aduer, uen.ſingulariter dicunt, q; ſicut contractus firmatur iuramento, ita etiam quaſi contractus: & idem vult Bal.in rubri.extra de iureiur. qui allegat gl. vnicam & ſingularem in iure in l. quid ergo, in princip. ff.dè contra.& vtil.actio.tute.& hoc idem firmat Anton.de Butrio in repetitio, ca.ſi, in 1.fallentia de conſue. Hinc etiã nota-

notabiliter dicit Bal.in rubrica,C.de pactis,quod ſi per ſtatutum mulier prohibeatur contrahere ſine conſenſu propinquorum , quod intelligitur prohibita omnis conuentio etiam ad liberandum.Hinc etiã eſt,quod ſicut ratione contractus ſortitur quis forum in loco contractus,& potelt ibi conueniri,ſi ibi reperiarur,l.hæres abſens.§ proinde.ff. de iudic.c.fi.de foro competen.& c. Romana.§.contrahẽtes,illo eodem tit.lib.6.ita etiam ratione quaſi contractus, ſortitur quis forum in loco quaſi contractus,text. eſt ſingularis ſecundum vnum intellectum in lege qui certo loco , & ibi Angelus & Paul. de Caſtro,hoc notant.ff.de conditio. indebi. & idem poſt longam diſputationem concludit ibi Iaſ. & Antonius de Butrio in repetitione dicto capit. finali , & Petr.de Ancharan.in dicto.§. contrahentes,in primo notabili,& probatur in d. l. hæres abſens.§. ſi quis tutelã. Hinc etiam eſt,quod extrauagans prouide.de ſenten. excommunicatio.quæ loquitur iu contractibus,extenditur etiam ad quaſi contractus,puta ad iudicia, in quibus quaſi contrahitur,l.tertia.§.idem ſcribit.ff.de peculio: ita ſingulariter dicit gloſa in dicta extrauaganti prouide. ſuper verbo proceſſibus,& ſententiis,in verſiculo ſed quæro ex delicto : quod memori teneas mente. Validitas † tamen,ſeu efficacia huius argumentationis non procedit ex ui,& proprietate verborum, ſed per viam extenſionis, quando omnimoda ratio militat in vtroque: vt bene declarat Raphael Cumanus in conſilio ſuo 176.incipiente,ſtatuto Papien.&c. & Alexander de Imola in lege ſiue apud acta,in principio,C.de tranſact.& maximè quando diſpoſitio eſt fauorabilis , prout eſt dicta conſtitutio ſacramenta puberum, ſecundum Alexandrum in loco prædicto,& dicta extrauagans prouide. quando autem diſpoſitio ſuper contractu eſt odioſa ,vel pœnalis, tunc non extenditur ad quaſi contractum : quare tunc hæc argumentatio non procedit.ita notabiliter volunt Baldus , Angelus,Ioannes de Imola,Alexander & docto. in l. more.ff.de acquir.hæredita.& Barto.in d.l.apud Iulianum §.ſi pupillus, & habetur plenè per Baldum, Angel. Ioannem de Imola Alexand.& doctores in l. mutum. ff. de acquiren.hæreditat. & per Panormitauum in capitulo cum eccleſia,in 3. columna, de immunit.eccleſi. & per eundem

in c.

in c.qua fronte,in principio de appellatio. & per Ange.de Aretio inſtitut.de obligati.quæ ex quaſi malefi.naſc.& per eundem Angelum in §.neque,Inſtitut.de autorita.tutorũ. in quibus locis pręfati doctores dicunt,quod ſi ſtatutũ prohibet mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorum, vel ſine alia ſolennitate requiſita per ſtatutum in cõtractu mulierum,poterit nihilominus mulier ſine tali ſolennitate requiſita per ſtatutum hæreditatem adire,licet hęreditatẽ adeundo quaſi contrahat,d.l. apud Iulianum. §. fin.cum l. ſeq.& §.hæres. inſtitut.de obligati.quæ ex quaſi contract. naſcun.& iſta eſt magis communis opinio ſecũdum Alex. in d.l.ſiue apud acta, quam etiam tenent Alberic. de Roſate poſt Dyuum in 1.parte ſtatutorum q. 100.ſecundum numeros, meos & Matthæus Matteſſelanus in notabili ſuo 167. De hoc tamẽ arriculo uide latius per Iaſo.in d.l.ſiue apud acta,& per eundem Iaſonẽ in §.omnium. Inſtitut. de actionibus.& per Barbatiam in d.cap.fin.vbi plura ad hunc locum facientia accumulantur, & per Pau.de Caſt. in d. l. mutuum,& per Barto. in d.l.more,& per Ludouic.de Roma in conſ.ſuo 394. incipiente, præſuppoſito quod viua voce, &c. & aliquid habetur per eundem in conſ. 12. incipiente, uiſo facto præſuppoſito.Non recedas tamẽ à communi opinione,quam inſequẽdo poteſt eadem ratione dicere,quod non obſtante dicto ſtatuto mulier poterit ſine huiuſmodi ſolennitate eſſe in iudicio, in quo quaſi contractitur d.l.3.
3 §.idem ſcribit nec mirum, quia ſtatuta † & diſpoſitiones odioſæ,vel pœnales debent ſtrictè, & proprie intelligi, l. 3. §.hæc verba.ff.de negociis geſtis,& c. in noſtra,de iniuriis: & ideo ſingulariter dicit Barto. in l.1.§.hoc interdictum.ff. de fonte,quod ſi ex forma ſtatuti mulier ob delationẽ margaritarũ incurrat certam pœnam id debet intelligi de deferente margaritas ueras,& naturales,& ergo mulier deferẽs margaritas fictitias,vel imitatitias, non incurret dictam pœnam:quod memori teneas mente, quia poteſt frequenter accidere:& vide quod dicam infra loco proximo.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIA IN LOCVM.
a quasi contractibus ad contractus.

1 *Argumentatio à quasi contractibus ad contractus non procedit, in materia pœnali, & quando agitur de nullitate actus, in odium alicuius.*

LOCVS A QVASI CONTRACTIbus ad contractus.

ESt & locus à quasi contractibus ad contractus à quo sumptum argumentum est probabile; vt bene colligitur per locum à speciali, in c. decet, iuncta glo. super uerbo processus, de immun. eccles. lib. 6. Nam si in † materia
1 pœnali, & quando agitur de nullitate actus in odium alicuius, non licet arguere à quasi contractibus ad cõtractus, vt ibi est tex. iuncta glo. ergo regulariter alias valebit argumentatio per ea, quæ dicam infra in loco à speciali: q; autẽ non valeat argumentatio à quasi contractu ad contractum, quando dispositio concepta super quasi contractu est odiosa, vel pœnalis, vult glo. singularis in d. c. decet, super verbo processus, sic inducendo, nam in iudiciis quasi contrahitur, l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio. & tamen pœna nullitatis iudicii, & sic quasi contractus in ecclesia celebrati non extenditur ad verum contractum: quod patet, quia uerus cõtractus in ecclesia celebratus ualet, & tenet, licet contrahẽtes peccent, vt dicit gl. illa singularis, sicut celebratus die dominico, vel festiuo, l fin. C. de feriis, ubi est tex. notabilis quem ad hoc notat Bal. in c. 1. de treuga & pace, & tamẽ iudicium ibi redditum, vel sententia illic lata per laicos, non valet: vt ibi est tex. cuius non est alia ratio, nisi quia dispositio d. ca. decet, annullãs actũ iudicialẽ in ecclesia per laicos celebratũ, in odiũ exercentis eũ, est pœnales secundum Panorm. in c. 2. de cõstitutionibus, & Bal. in l. non dubiũ, C. de legib. uerba autẽ cõstitutionis pœnalis debent stricte, & proprie intelligi, l 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. & c. in nostra, de iniuriis. Nimirũ ergo, si argumẽtatio hoc casu à quasi cõtractu ad contractum non sit ualida: q; nota, & vide, quod dixi supra loco proximo, & in locò a simili.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIA IN LOCVM.

à contractibus ad iudicia.

Authent. sacramenta puberum habet locum etiam in iudiciis, idem de extraueag. prouide. de sentent. excommunic, nu. 2.

LOCVS A CONTRACTIBVS ad iudicia.

VLTRA supradicta inuenio, & specialiter alicubi fieri mentionem loci à contractibus ad iudicia, a quo sumptum argumentum probabile est, frequens, & vtile: gl. est de hoc notabilis in constitutione, sacramenta puberum, C. si aduer. venditio, quæ singulariter dicit d. constitutione sacramenta puberum, † quæ loquitur in contractibus, etiã locum habere in iudiciis, & illam gl. sequuntur ibi Iacobus de Arena, Bartol. Bald. Ang. Sali. Iaſ. & communiter omnes docto. & Anto. de Butrio in repetitione c. fin. in 1. fallentia, de consuetu. & est similis gl. in §. item sacramenta puberũ, in tit. de pace iura. firmanda, in vsibus feudorum, approbatæ illic per Bal. Alua. & alios: istam opinionem etiam sequitur Io. de Imol. in repetitione c. si contingat, circa finem tertii casus principalis, de iureiuran. ex quo singulariter sequitur, quod si minor 25. annis, qui non potest esse in iudicio sine curatore, l. cum & minores iuncta gl. C. si aduer. rem iudi. & toto tit. C. qui legit. perso. standi in iudi. habent, compareat in iudicio sine curatore, & iuret non cõtrauenire iudicio, neque sententiæ, propter tale iuramẽtum ualidatur iudicium, quod alias esset nullum ex defectu legitimæ ætatis siue curatore: ita notabiliter vult gl. in d. c. constitutione sacramenta puberũ, & sequuntur doct. supra relati, & Bar. in l. minor, in fi. ff. de procu. & idem Bar. in l. minor. 25. annis omissã in princ. ff. de minor. quod tene perpetuo mẽti, per hoc habes singularem limitationem ad d. l. cum & minores & ad totum tit. C. qui legit. perso. standi in iudi. habent, vel non: & id quod dixi etiam tenet decisio Capellæ Tolosanæ decisione 45. 49. & 106. vbi plenè uideas. Secundo ex

2 do ex iſto infertur ſingulariter, q extrauagans† prouide, de ſenten. excommun. quæ loquitur in contractibus, ſtatuens interdictum non ponendum in loco pro cauſa pecuniaria, extenditur etiam ad iudicia: ita ſingulariter dicit gl. in d. extrauaganti prouide, ſuper uerbo proceſſibus & ſentẽtiis, in verſ. ſed quæro ex delicto, quæ ſingulariter vult dictam conſtitutionem prouide, habere locum, etiam ſi quis ſit cõdemnatus in ſumma pecuniaria ob delictum: quod tene mẽti, quia poteſt quotidie vſu venire. Et ratio præmiſſorum eſt in promptu, quia in iudiciis quaſi cõtrahitur, l. 3. §. idẽ ſcribit. ff. de peculio. & validum eſt argumentum à contractibus ad quaſi contractus, vt declaraui ſupra in loco a cõtractibus ad quaſi contractus, ubi uide, & ibi dicta hic habeas pro repetitis: ergo de primo ad ultimum ualidum eſt argumentum à contractibus ad iudicia. Et licet Cyn. in d. conſtitutione ſacramẽta puberum, in 15. q. & Alber. de Roſate cum ſequens cum paucis aliis teneant contrarium, tu tamen non recedas à communi opinione, maximè cum rationibus. Cyn. & aliorum plenè reſpondeatur per doctor. ſupra relatos. Pro uera tamen praxi d. conſtitutionis ſacramenta puberum, recurre ad Cæpolam, cautela 219. circa finem, quem omnino uide.

SVMMARIA IN LOCVM à iudiciis ad Arbitria.

3 *Arbitria in omnibus redacta ſunt ad ſimilitudinem iudiciorum: niſi ſpecialiter contrarium ſtatutum reperiatur. quod inducitur ad multa. num. 2. cum ſeq uſque ad nu. 18.*

5 *Iudex & arbiter iudicare debẽt ſecundum obligata & probata.*

6 *Iudex laicus non poteſt ferre ſententiam in eccleſia.*

7 *Arbiter malè arbitrando, aut negligendo facit litem ſuam.*

8 *Laudũ arbitri continens expreſsũ errorẽ iuris eſt ipſo iure nullũ.*

9 *Seruus non poteſt eſſe iudex aut arbiter.*

11 *Confeſſio extra iudicialis ſine cauſa, non inducit probationem, niſi ſit geminata.*

12 *Dominium per arbitrium ſicut per ſententiam transfertur.*

13 *Conſuetudo an iudici poſſit ex ſententijs arbitrorũ ſicut per ſententiam iudicis ordinarij.*

14 Error potest reuocari etiam post sententiam quæ transiit in rem iudicatam beneficio restitutionis in integrum.
15 Instantia coram arbitrio an peccet triennio, & quid de compromisso.
16 Futura non veniunt in iudicijs, nec in compromissi.
17 Arbiter an suam sententiam possit interpretari.
18 Iudiciorum & arbitriorum inter se differentiæ.
19 Iudicis & arbitratoris differentiæ.
20 Arbitri & arbitratoris inter se differentiæ.

LOCVS A IVDICIIS.

ad Arbitria.

OFFERT se nũc locus à iudiciis ad arbitria, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens,& vtile,quia æquiparantur. Reda-
1 cta † sunt enim arbitria ad similitudinem iudiciorum in omnibus, nisi specialiter reperiatur statutum contrarium, l. 1. cum ibi notatis per glos. Odofredum, Albericũ de Ros. & doc. ff. de arbitris,& vult Speculator in tit. de arbitro. §. differt. Quod induci potest ad multa quotidie in foro occurrentia. Et inter alia illud
2 primò facit ad hoc, q; † sicut corã iudice offerri dẽt libellus,fieri litis contestatio,iurari de calumnia,ferri sententia in scriptis sedendo,non stando,seruari feriæ in honorẽ Dei introductæ,& generaliter seruari ordo iudiciarius,vt habetur in tit. de libelli oblatione,de litis contestatione,& seq. in c. fi. de re iudicata lib. 6. & in l. 2. in fi. C. de senten. ex breuiculo recitandis,& in cap. fin. de feriis,cum similibus:quæ etiam non possunt per partes remitti,vt est gl. notabilis in c. de causis,approbata illic per doct. de offic. deleg. ita etiam coram arbitro offerri debet libellus, fieri litis contestatio, iurari de calumnia,ferri arbitrium,seu laudum inscriptis sedendo,non stando, seruari feriæ in honorem Dei introductæ,& generaliter seruari ordo iudiciarius,aliàs arbitrium seu laudum est nullum,per generalitatem regulæ d. l. 1. & volunt Inno. Hostien. Ioan. And. Anto. de Butrio, Petr. de Anch. Io. de Imo. Card. Panormitan. & doct. in c. quintaua

lis,

Digitized by Google

lis,de iureiurau.& idem Io.And.Io,de Imol.Panormit. & doctor.in cap.cum dilectus, de arbitr.& Specul.in d.§. differt,& in §.excipitur,in verſ. item quod pronunciauit, & probatur in l.cum antea in fi.& ibi Bal.C.de arbitris.in l.2. §.ſed quia ueremur,C.de iuramen.calumn.in cap.cum ab uno,de re iudicata lib.6. in l.1.& ibi gl.C.de ſenten.ex breuiculo recidentis,in l.omne,circa finem,C.de feriis,& in l. ſi feriaris.ff. eo.tit.& ibi Bart.& in l. Pomponius alias incipit ſi de meis.§.fina. ff. de arbitris,cum ſimilibus.Secundo
3 iſtud facit † ad hoc , quod ſicut iudex debet ferre ſententiam de die,& non de nocte.§,ſedebunt,in Auth.de iudicibus,colla.6.& ca.conſuluit, de offic. delega. ita & arbiter, per generalitatem regulæ d.l.1.Tertiò iſtud facit ad hoc,q
4 in caſibus in quibus † mulier iudicare poteſt , poteſt etiam eſſe arbitrix : & contra in caſibus in quibus non poteſt eſſe iudex etiam non poteſt eſſe arbitrix,ca.dilecti de arbitris, & l.fi.C.eo.tit.cum vtrobiq; notatis,& volunt Io. de Imo. Panorm. doc.in d.c.quintauallis,& ſæpe aliis locis. Quartò iſtud facit ad hoc,q ſicut iudex poteſt denegare audi tiam contumaci in omni ſua cauſa, l. ſed & ſi per prætorē. §.ſed & ſi dum decreto. ff. ex quibus cau.ma. quem textū ad hoc reputat ſingularem Anto. Corſetns in ſingulari ſuo 65.ita & arbiter,& per generalitatem regulę d.l.1.& ita notabiliter vult Hoſtienſ.in ſua aurea ſumma in titu.de arbitris,in §.qualiter ad effectum,in verſ.ſed nūquid poteſt & Iaſ.in l.ſancimus,in ſecundo notabili,C.de iudiciis, quod
5 tene menti. Quintò iſtud facit ad hoc, quod ſicut † iudex dēt iudicarè ſecundum allegata & probata.l.illicita s.§.ueritas.ff.de officio præſidis,& c.iudicet 3.q. 7. cum ſimilib. ita & arbiter,per generalitatem regulę d.l.j.Sextò iſtud facit ad hoc,q ſicut iudex poteſt per totam diem qua ſentē tiam tulit iudicare circa acceſſoria,puta circa fructus & expenſas.l.Paulus 1.ff.de re iudicata,& l.terminato,C.de fructibus & litis expēſis: ita & arbiter hoc poterit eodem die, gl.eſt ſingularis in l.quia arbiter.ff.de arbitris , & ibi Bald. Alberic,& doc.& meminit Ludouīc.de Roma in ſuis ſingularibus,ſingulari 64.in ſecunda parte , quod & tradit Ioan. de Imola in d.c.quintauallis,in ſecunda columna.Septimò iſtud facit ad hoc , quod iudex tenetur uictum uictori in

expensis condemnare, nisi subsit ratio compensandi expen
sas, vel aliter statuenti lege cum quem temere. ff. de iudi-
ciis, capitulo finem litibus, de dolo, & contumacia, & capi-
tulo calumniam, de pœnis, cum similibus. ita & arbiter, per
generalitatem regulæ, d.l.1. & hoc firmat Iaſ. in l. properan
dum, in §. siue autem alterutra, in prin. C. de iudiciis. Octa
6 uò istud facit ad hoc, quod sicut iudex † laicus non potest
ferre sententiam in ecclesia, & si ibi ferat sententiam, illa est
nulla, c. decet, de immunit. eccles. lib. 6. ita etiam dicendũ
est in arbitrio. per generalitatem regulæ, d.l.j. & ita reperio
expresse velle Io. de Imo. & Panor. in d. c. quintauallis: & li-
cet Panorm. illic dicat Ioan. And. hoc ibi velle meus tamẽ
Ioan. Andr. nihil de hoc ibi dicit, nec etiam in d.c. decet: &
ita reperio etiam uelle Lapum, Abbatem, & Petr. de Anch.
in d.c. decet. Nono istud facit ad hoc. quod sicut sententia
lata à iudice publicè excommunicato est ipso iure nulla, c.
ad probandum de re iudicata, cum similibus: ita etiam arbi
triũ seu laudũ arbitri publicè excõmunicati est nullum, per
generalitatẽ regulæ: d.l.1. & vult expresse Io. And. in regu
la, dolo facit, de regulis iuris lib. 6. in Mercurialib. & Io. de
Imo. Panor. & doct. in d.c. quintauallis, ubi plene reperies
de hoc p eos. Decimò istud facit ad hoc, quod sicut iudex
debet esse certus, c. ad hæc de rescrip. cum similibus: ita &
arbiter, l. idem si vnus. §. principaliter. ff. de arbitris, & c. in-
notuit, eo. tit. & notat glo. in capitulo secundo, de electio.
lib. 6. & hinc est, quod non valet appellatio alternatiua, Ap
N. pello ad illum vel ad illos, ad quem, vel quos de iure appel-
lare possum: licet cõmuniter sic interponatur appellatio.
de quo articulo uide pleniſſimè per Ioannem And. in regu.
in alternatiuis, de regulis iuris libro sexto, in Mercuriali-
bus: contrarium tamen tenet curia Romana, ut uidere li-
cet in decis. 213. in nouis. Vndecimò istud facit ad hoc, q
7 sicut † iudex malè iudicando, vel negligendo, facit litẽ suã,
l. si. ff. de variis & extraordin. cogniti. & instit. de obligatio.
quæ ex quasi maleficio nascun. in prin. ita etiam arbiter malè
arbitrando, vel negligendo, facit litem suam. tex. est singu-
laris in l. si quis in conscribendo, in fine. C. de pactis. quod
est memoriæ commendandum secundum Bart. Bal. Salice.
Pau. de Cast. Alex. Iasonem, & alios ibidem. & uult Specu-
lator

lator in d.§.differt,& Pau.de Catt.in consilio suo 73. incipiente,visis compromisso laudo,&c.& glo.in dicta l. fina.ff. de variis & extra.cogni.Duodecimo illud facit ad hoc, q
2 sicut sententia † iudicis continens expressim errorem iuris,est ipso iure nulla,l.si expressum.ff.de appella.& c.1.de re iudica. cum similibus. ita etiam laudum,seu arbitrium arbitri continens expressum iuris errorem,est ipso iure nullum: ita dicit glos.in l.diem proferre.§. Itari.ff.de arbitris: quam glos.ad hoc notat Matthæus Matesselanus in notabili suo 182.& vult Ioan.de Imol.in dicto c.quintauallis,quẽ omnino vide,& pôt imò debet talis,sentẽtia arbitri manifestè nulla per superiorem emendari: ut notat glos.singularis in capit.iudicibus secunda quæst. 6.cuius meminit Raphael Fulgosius in consi.suo 159.incipiente, Seius & Aurelius,circa finem.Decimo tertio illud facit ad hoc, quod sicut iudiciis seruari debet æqualitas,cap. nouit de iudiciis, cum similibus:ita etiam in arbitriis,l.si cum dies.§.penult. in fine,iuncta glos.ff.de arbitris & lege sed interpellatur.§. fin.& ibi Alber.eod.titulo,& habetur pulchrè per Dynum & alios in regula, in iudiciis, de regulis iuris libro sexto. Decimo quartò istud facit ad hoc, quod exceptio quæ non potest opponi coram iudice ordinario, vel delegato, non potest etiam opponi coram arbitro, text. est singularis in dicta lege si quis in conscribendo, in versicu. itaque, & ibi Salice. Iason,& docto. ad hoc notant illũ text. quod tene menti. Decimo quintò istud facit ad hoc, quod sicut nemo potest esse iudex in causa propria,lege qui iurisdictioni præest. ff. de iurisdictio.omnium iudicum,& lege vnica, C.ne quis in sua causa,cum similibus,ita nec arbiter,l. penul.ff.de arbitris, cum similibus. Decimo sexto istud facit
9 ad hoc,quod sicut † seruus non potest esse iudex,l.cũ prætor circa finem.ff.de iudiciis,ita nec arbiter,l. Pedius.§. 1. ff.de arbitris,& idem dicunt ibidem gl. & Barto. in monacho: de quo articulo quotidiano uide latius per Albericũ in lege non distinguemus.§.sacerdotio.ff.de arbitris,& per Ioan.de Imo.Panor.& docto.in dicto.ca.quintauallis. Decimo septimo istud facit ad hoc, quod sicut in iudiciis circa præparatoria stipulatio pœnalis nõ cõmittitur,nisi interfit. ita nec in arbitriis:tex.habes,in quo vtrũque probatur in l.

arbiter Kalendis,& ibi Alber.de Roſate notat.ff.de arbitris.
20 Decimo octauo iſtud facit ad hoc,quod ſicut† iudex ſuſpectus poteſt recuſari ex cauſa de nouo ſuperueniente, vel ex cauſa prius orta,nũc nouiter detecta,c.inſinuante , cum ibi notatis,de officio delegati.c.cum ſpeciali de appella. & ca. quia ſuſpecti 3.q.5 cum periculoſum ſit coram ſuſpecto iudice litigare,c. cum inter de exceptio.cũm ſimilibus: ita etiam arbiter ſuſpectus poteſt recuſari,d.l.nõ diſtinguemus. §.cum quidam,& volunt ioã.de Imo.Pano.& docto.in d.c. quintauallis. An autem iudex ordinarius de iure ciuili recuſari poſſit,ſunt opiniones:de quibus uidere poteris per glo. in l.apertiſſimi. C.de iudicijs,& ibi p Bal.in 2.q. & in Aut. ſi vero contigerit ibi poſita,quam Bal.dicit de conſuetudine non ſeruari.Decimo nono iſtud facit ad hoc, quod ſicut confeſſio iudicialis,facta coram iudice ſine cauſa , inducit probationem,quia calor iudicij ſupplet defectum, ut notatur in l.vnica,C.de confeſſis,& in c.fin.eo.ti.Ita etiam confeſſio facta coram arbitrio ſine cauſa, inducit probationẽ . Ita dicit gl.ſingularis in l.1.in fi.ff.de interrog.actio.& eius meminit Lud.de Roma ſingulari 318.in 1.parte.Nõ intelligas tamẽ quod cõfeſſio facta coram arbitrio habeat omnia effectum cõfeſſionis iudicialis,quia nõ infamat.ita dicit notabiliter glo.in l.quid ergo.§.ex compromiſſo.ff.de his qui notantur infamia,& ſequitur Bald.in d.l.cum antea. in fin.
21 Confeſſio† autem extraiudicialis ſine cauſa , non inducit probationem,niſi ſit geminata.c ſi cautio,& ibi notatur per Panor.Felynum,& docto.de fide inſtrumentorum,l.generaliter.C.de non numerata pecunia.& l.cum de indebito. §.fina.ff.de probatio.ubi recurre . Vigeſimo iſtud facit ad hoc,quod quemadmodum in ſententijs,ſeu verbis iudicijs maſculinum concipit fœmininum,vt vult.Archidia.in ca. ſi quis ſuadẽte diabolo,17.q.4.ita etiam in verbis arbitri maſculinum cõcipit fœmininum, & ita reperio velle Alexand. de Imo.in conſilio ſuo primo quinti voluminis,in 6.colum. & Philippum Decium in l.fœminæ.ff.de regu.iur.quos omnino uide. Vigeſimo primo iſtud facit ad hoc q; ſicut vaſallus põt de feudo experiri corã iudice.c.ſi uaſalus de beneficio,in ti.ſi de feudo fuerit cõtro.& c.1.de cõtro. inter uaſalũ & aliũ de beneficio : ita etiam vaſallus põt de feudo in arbi-

arbitrium compromittere,c.1.ſi inter,& ibi Aluaro.& doctо.de l.Corrādi,& cap. 1.an apud iudicem vel dominum controuer ſeu.termina debeat,& per generalitatem regulę d.l.1.de quo articulo quotidiano uide latiſſimè per Franciſcinum in ſuo ſingulari libello feudorum parte 4. in verſi. 8.principaliter quæro.Vigeſimo ſecundò iſtud facit ad hoc
12 ℣ ſicut † per ſententiam iudicis trāsfertur dominium iuxta plene notata per gl.& doct.in l.ex hoc iure.ff. de iuſtitia & iure.& per glo.& Ange.in §.fina.in fine,inſtit.de offi. iudicis.ita etiam per arbitrium ſeu laudum arbitri transfertur dominium per generalitatem regulæ d.l.1. quod etiam videtur,approbare Franciſcinus in d.verſ.octauo principaliter quæro,circa finem:& licet in hoc vltimo Bal. videatur tenere contrarium in l.finali.§.fi,in fine, C. communia de lega.per capitulum Raynaldus,de teſtamen. tamen ℣ ℣ laudum arbitri transfertur dominium,ſicut per ſententiam iudicis,tenet Alexā.in l.Pomponius.§.ſi iuſſu,in 4. colum.ff. de acqui.poſſeſſ.& optimè reſpondet ad d.c.Raynaldus,ut ibi videre poteris:& idem vult ipſe Alex.in d.l.hn.§.fina.in apoſtillis ad Bal.quod tene menti.Vigeſimo tertiò æquiparātur iudices delegati& arbitri in caſu capitulo vno delegatorum,de offic.delega.iuncta d.l.item ſi unus,§.item ſi plures,in hoc ſcilicet,quòd uno eorum mortuo expirat poteſtas,de cuius articuli veritate,& an idem ſit in iudice ordinario,uide pulchrè per Io.de Imo.in c.prudentiam,in princip.& in locis per eum commemoratis, de offic. de lega.& in dicto capitulo uno delegatorum.Vigeſimo quarto æquiparantur iudices,& arbitri in caſu lege duo ex tribus.ff.de re iudicata,iuncta l.ſi tres,& l.ſeq.ff.de arbitris,in eo videlicet,quod duo ex tribus iudicibus,vel arbitris ſimpliciter datis,abſente tertio, iudicare non poſſunt, licet poſſent eo præſente,& contradicente:in arbitris tamen hoc caſu aliter ſtatutum eſt de iure canonico,ut patet in c. 2. de arbitris libro 6.ſed illud ius canonicum in foro ſeculari ſeruandum non eſt.ut ibi dicit gloſ.ſingularis memoriæ commendanda.quod tene menti,quia uidi controuerſiam in facto. Vigeſimo quinto hæc argumentatio facit ad hoc, quod coram arbitrio fit præſcriptionis interruptio,ſicut coram iudice text.eſt ſingularis,in quo vtrunque probatur,in d.lege

eum antea,circa finem.Vigesimo sexto illud facit ad hoc,
23 quod sicut †per sententias iudicum ordinariū iudici potest consuetudo,ut notatur in cap.fi.de consuetu.& in l.de quibus.ff.de legibus,& in l.1.& 2.C. quæ sit lon.consuetu. & in §.ex non scripto,Insti.de iure natura,gen. & ciuili.Ita etiam per sententias arbitrorum,cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, dicta l.1. & ita singulariter tenet:Iason in repetitione d.l.de quibus, in 20. colum. plus dicens, videlicet quod etiam per sententias arbitratorum potest induci consuetudo dummodo trāsiuerint in verisimilem notitiam populi,adducens plures docto.idem tenentes,subiungens tandem hanc esse veritatem, in qua persistit,non obstante ꝙ contrarium tenuerint Io.An.in c. abbate, de verbo.signi.& Bald.in c.1.de feudi cognitione,& Ludo. Romanus in singulari 43.quas omnes ipse uidit & citat.Tu autem pro concordia opinionum videre poteris Albericum de Rosate maximum practicum in repetitione dicta lege de quibus,in xx.column.ubi tenent,quod per sententias arbitrorum,quæ non possunt executioni mandari,sed eis metu pœnæ paretur,non indicitur consuetudo:cum enim ex talibus sententijs non ligentur litigantes, multo minus, tales sententiæ ligabunt alios tacitè arg.l.qui ad certum.ff.locati,& l.cum vnus.§.1.ff.de bonis auto.iudi.possidendis, & l.3.§. qui habet.ff.seruitu.rusti.prædio.si autem sint tales sententiæ,quæ possunt executioni mandari, vt sententiæ arbitri electi sine pœna subsecuta emologationem, iuxta d.l. cum antea,tunc ex illis posset induci consuetudo,opus tamen est secundum eum,quòd plures sententiæ requirantur, quam in iudicibus:cum iudex sit persona publica,& ex eius sententijs facilius colligitur tacitus consensus populi, quam ex sententijs arbitri.hoc tamen secundum qualitatem sententiarum arbitrio iudicis dicit cōmittendū.Et ista fuit opinio Guil.ut refert Ant.de But.in repetitione d.c.fin.de consuetud,in 18.col.vbi vide latius per eum quod memori teneas mente quia potest quotidie vsuuenire.Vigesimo septimo illud facit ad hoc,quod sicut in confessione facta in iudicio,sententia iudicis,à qua non fuit appellatum. imponit finem reuocationi erroris, lege erroris. C. de iuris & factī igno.cum similibus:ita etiam videtur in laud[illegible]seu sententia

arbitri,

arbitri,per generalitatem regulæ,dicta lege prima Contra rium tamẽ in hoc vltimo reperio uelle Io. And.in additio. ad ſpeculum,in ti.de confeſſio.§.nũc uidendum,in verſi.qd de confeſſione corã arbitro:& mouetur,quia negocium nõ finitur per ſententiam arbitri,niſi emologetur: & idem volunt Ioan.de Imol.& Panormita.in dicto c.quintaquallis, & faciunt notata per Cyn.in d.l.unica,in 10. q. & notata per Alberic.ibidem in 4.q circa finem. Illud tamẽ nolo,te igno
14 rare,quòd † etiam poſt ſententiam iudicis, à qua non fuit appellatum,poteſt reuocari error beneficio refutationis in integrum,tex.eſt de hoc ſingularis. ſecundum verum intel lectum,in l.cũ fideicõmiſſum,& ibi gl.Bar. Ang.& Pau. de Caſt.notãt.ff.de cõfeſſis,per q̃ l.ſingulariter limitatur, d.l. error,vt poſt cauſam deciſam error non reuocetur,ſ.ipſo iu re:ſed bene per reſtitutionem in integrum quod tene men ti,quia in foro frequentiſſimum,eſt. Vigeſimo octauo iſtud
15 facit ad hoc,quod ſicut † coram iudice inſtantia cauſæ ci uilis perit triennio,d.l.properandum,in principio.ita etiam coram arbitrio inſtantia perit lapſu triennij,per generalita tem regulæ,d.l.1.& quia cõtrarium non reperitur deciſum in iure per ſupra dicta:& licet circa hoc ſint multæ opinio- nes,vt videri poteſt per glo.in dict.l.item ſi vnus.§.ſi multo & per Spec.in dicto §.differt,circa fi.& per Albe. de Roſa. in l.ſed ſi compromiſſum. ff. de arbitris communis tamen opinio eſt,quod ſi coram arbitro originaliter lis eſt mota in ſtantia perit triennio:ita notabiliter dicunt Ant.de But.Io. de Imo.Card.& Pan.in d.c.cum dilectus:ubi tamen hoc li mitat Ioan.de Imo.procedere in inſtantia cauſæ principa- lis,ſecus eſſe dices in inſtantia cauſæ appellationis, ponens rationẽ diuerſitatis,ut ibi videre poteris per eum.Aduerte tamen quia ſecundum Ia. de Ra quem refert & ſequitur Alb.de Roſa.in d.l.ſed ſi compromiſſum,licet inſtantia co- ram arbitrio finiatur triennio ſicut in iudicio,vt habet com munis opinio:cõpromiſſum tamen & poteſtas arbitri nõ ex- pirat,ita q̃ triennio elapſo cognoſcere,uel pronunciare non poſſit imo durat:ita q̃ poſſit perpetuo cognoſcere & pro- nunciare,ſicut & iudex ordinarius non perdit iuriſdictionẽ finito triennio,ſed poteſt apud eum inſtantia renouari, d.l. properãdum & imputẽt ſibi partes,q̃ in cõpromiſſo nõ præ

fixerunt

fixerunt certum tempus,vel quod non petierunt arbitrum cogi prænunciare,ſecundum eos: & idem vult Bal. in rubr. extra de arbitris,circa fi.q, tene perpetuo menti. Vigeſimo nono iſtud facit ad hoc,q, ſicut iudex de iure non debet decernere citationem contra reum,niſi actor cauerit de proſequendo litem,& de reſarciãdis expenſis,vt eſt tex. in Authen.generaliter C.de epiſ. & cler. Ita etiam dicendum eſt in arbitro, gl. eſt de hoc ſingularis in d. Auth generaliter,in fi.& illam ſequuntur ibi Ia. But.Sal.& plures alii, moti per generalitatem regulæ d.l.1.vbi vide Trigeſimo iſtud facit
16 ad hoc,q, ſicut † in iudiciis non ueniunt futura,l.non põt, & l.non quemadmodum.ff.de iudicijs: ita nec in compromiſſis ẽt generaliter factis,tex.eſt notabilis in l.de his reb. & ibi gl.Alber.& doct.notant.ff.de arbitris.Trigeſimo primo iſtud facit ad hoc,quod ſicut in iudiciis, ſententiis,vel verbis ſententiarum, locum habet argumentum à contrario ſenſu.l.Pomponius.§.ſed is qui in fine.ff.de procura. & l.ſi inter me & te.ff.de excep.rei iud.& vult,Antonius Corſetus in ſingulari ſuo tertio,& doctores varijs locis: ita ẽt in arbitrio,vel arbitramento habet locum argumentum à contrario ſenſu,eadem ratione:& ita reperio velle Bald.in conſ.ſuo 142.ſecundi voluminis incipiente,quidam dominus Paſinns: quod tene menti.Trigeſimo ſecundo iſtud facit ad hoc quod ſicut iudex poteſt ſententiam ſuam interpretari,ſeu declarare etiam ex internallo, l. ab executore, & ibi habetur plene per gl.Bart.Io.de Imo.& docto. ff. de appellatio.& per Bald.in dicta l.2.C.de ſenten. ex breuicu
17 lo recitanda,ita † & arbirer poterit ſententiam ſuam ſeu laudũ interpretari ſeu declarare:& ita videtur velle Bal.in l.ne in arbitris,circa finem,C.de arbitris:quia ad hoc quotidie allegatur,ſed iſtud non credo verum,& contrarium tenet expreſſe Spe.in tit.de arbitris.§. ſi. in ver.ſed nunquid verbum obſcurum,& Archidia in §.ex his 12.q.1.& Henricus Boicꝝ,Pet.de Anch.Card.& Panorm.in c.cum olim, de arbitris:& bene faciunt notata per Bartol.in l. quid tamen,in princ.ff.de arbitris quod nota.Nec obſtat dicta l.ab executore,& generalitas regulæ,d.l.1.quia non omnis iudex poteſt ſuam ſententiam interpretari,ſed duntaxat iudices,ordinarii maiores vt habetur in dicta l.ab executore,

per

per gl.Bar.& docto.& per Bald.in d.l. 2.ſi ergo ſolis maioribus iudicibus id concedatur,& minoribus denegetur: nõ eſt mirum ſi arbitris hoc non liceat: quia eorum poteſtas dependet ex compromiſſo & uoluntate partim, nec quicquam vltra poſſunt d.l.non diſtinguemus.§.de officio,& d. c.cum dilectus & ſi bene perpendatur,Bald.in d.l. ne in arbitris,non dicit,quod arbiter finito tempore compromiſſi poteſt adiri ut interpretetur ſuum arbitrium ſeu laudum vt vocans:ſed ſoluu dicit,quod coram iudice de hoc cognoſcente ſi oriatur obſcuritas in verbis arbitrii,poſſunt arbitri ſi ſunt plures adhiberi vt teſtes ſuper intellectu ipſorũ, qualiter.ſ.ipſi intelligunt ſuum laudum ſeu arbitrium.imo idem Bald.in dicta l.terminato,in 2.col.ſentit contrarium: nam dicit,quod arbiter qui condemnauit in expenſis, non poterit taxare expenſas finito tempore compromiſſi,ſed taxabit magiſtratus quia quod in compromiſſo non habetur arbiter attentare non poteſt ſecundum eum, & allegat d. §.de officio.quod memori teneas mente,quia eſt quotidianum, & habui in facto poſſet & ad multa alia pulchra & quotidiana induci hęc argumentatio, ut uideri poteſt per Baptiſtam de S.Blaſio in ſuo ſolenni tractatu de arbitro & arbitratore,& per Ang.de Are.in §.omnium inſti.de actio. ſed prædicta pro iuuenibus abunde ſufficiunt. Et procedit hæc argumentatio multo fortius in arbitris iuris: Vnde ſicuti iudici omnia commiſſa intelliguntur, quæ ad cauſam ipſam pertinent,l.2.ff.de iuriſd.omn.iud.& c.præterea, de offi.deleg.cum ſimilibus ita etiam arbitris iuris. Et ſicut à iudice appellatur,ita etiam ab arbitris iuris,ca. ab arbitris, de offi.deleg.lib.6.vt hæc notantur per gl.Io.de Imo. Pan. & canoniſtas in c.ſuſpitionis,de offi.delega. De hoc vltimo tamen uide latius per Io.de Imo.in d.c. quintauallis. & in d.c.cum dilectus: Ex quo etiam colligere poteris aliquot differentias inter arbitros compromiſſarios,& arbitros iuris,de quo uide per Bart.& legiſtas in l.cum ſpecialis, C.de iud.& in d.l.apertiſſimi,& tetigi obiter ſupra in loco ab ex
x8 ceptione ad regulam in multis † tamen grandis eſt differẽtia inter iudicia,& arbitria,ut colligere poteris ex ſupradictis,& ex d.c.2.de arbitris lib.6.& ex c.fi.de re iud.in antiquis,& ex nota per Spe.in d.§.differt,& ex notatis per glo.

Io.

Io.And.Io.de Imo.& doct.in d.c.cum dilectus,& ex notatis per Odofr.Alber.de Rosat.& alios in d.l.1.& per eundē Odof.in l.1.C.de arbitris,& per Ang.in d.§.omnium in quibus casibus,& similibus in iure expressis,vel decisis hanc argumentationem non procedere certū est:cum incertus non in certis,locus sit coniecturis,l.continuis. §.cum ita in fin. ff.de verb.oblig. Specialiter tamen uolo,te notare quatuor præcipuas differentias,inter quas prima est , quod licet iudex per suam sententiam cum causę cognitione latam, posset impedire dominitrāslationem,l.is cui bonis.ff.de verb. obli.l.seruus hac l.ff.de manumissio.& l.de pollicitationibi in fi.ff.de pollicita.qui tex est ad hoc singularis secundum Bal.in l.per diuersas,in 9 quæst.in fine , C. mandati tamen arbiter non potest per suum arbitrium seu laudum impedire translationem dominii,d.c.Raynaldus , cuni ibi notatis per gl.Innoc.Panor.& docto.& vult Alex.in d.§.si iussu, & doct.aliis sæpe locis. Ex quo sequitur & illud singulare, videlicet q, licet pendente lite coram iudice super re aliqua,res illa tanquam litigiosa non possit alienari,l.fi. C. de litigiosis tñ secus est,in re,super qua pendet lis coram arbitro,& ita singulariter dicit Bal.in l.fi.in fine.C.de cōi diuidundo,qué refert & sequitur Alex de Imo. in l.filiusfamilias.§.diui,in §.diui,in 5 col.ff.de leg.1 q, tenementi. Alia & secunda differentia est,quod licet iudex posset pronunciare sententiam contra absentem cōtumacem legitimé citatum,dicta l.properandum.§. 1. & secundo & lege ab eo, C.quomodo & quando iudex,cum similibus, Arbiter tamē non potest pronunciare suum arbitrium seu laudum , nisi vtraq; parte præsentē,l.diem.§.si quis litigatorum,& §.coram.ff.de arbitris,& ita concludit gl.singularis in d. c. cum dilectus,quam gl.sequuntur ibi Io.de Imol. Panorm. & docto.quos omnino vide. Aduerte tamen,quod iudex non potest procedere contra absentem ad sententiam . nisi fuerit citatus peremptoriè , & specialiter ad audiendum sententiam,in causis ordinem iudiciarum requirentibus & si aliter fiat,sententia est nulla,l.1.§.item cum ex edicto.ff.quæ senten.sine appella.rescind.nec sufficeret partem citari ad audiendum voluntatem iudicis ita singulariter decidit Rota decisione 345.in nouis secundum numeros meos, & me-

minit

minit Ludo. de Roma in ſuis ſingularib. ſingulari 371. licet alium numerum aſſignet, & pro hac deciſione eſt tex. cum ſua ſingulari gl.in cle.ſæpe,in uerbo,ſententiam vero diffinitiuam,in verbo,ad id,& in verbo peremptorie,de verbo.ſigni. quod tene perpetuo menti. Alia & tertia differétia eſt, quod licet in iudicijs ante prolationem ſententiæ valeat pactum de non appellando,l.fin.in fine,C.de tempo. appellat. non tamen ualet pactum de non ueniendo contra arbitrium ante latum arbitrium , d.l.cum antea , & ibi hoc uolunt Bar Bald.& docto.& Panorm.in dicto cap.cum dilectus in 8.col.quod eſt nota dignum . Quarta ſingularis differentia eſt,quia maior 18. annis poteſt de conſenſu partium deputari iudex delegatus etiam ab inferiore à principe,c.cum uigeſimum,de oſſi deleg.& l.quidam conſulebāt ff.de re iudicata ſed minor 20. annis non poteſt de conſenſu partium eligi arbiter,tex.eſt in l.cum l.& ibi Alber.notat ff.de arbitris,& ita dicit gl.in d.c.cum uigeſimum duplicem rationem diuerſitatis aſſignās q̃ gl.ſequuntur ibi Inn. Hoſt.Io.And.Pet.de Anch.Ioan.de Imol. Card.Panormit. Barbatia.Felin.& alii id ipſum poſt longā diſputationem ſequitur etiam Ioan. de Imol.in d.l. quidam conſulebant, & hoc etiam ibi uult Alex.& Spec.in d.tit.de arbitro §. 2. in verſ item ſi minor,cum verſ.ſeq.vbi ſingulariter plus dicit videlicet q̃ etiam ſi pendente compromiſſo ſuperueniat ætas 20.annorum,nihil operabitur,niſi de nouo in eum cō promittatur,& hoc dictum refert & ſequuntur Cardina. Barbatia,& Fely.in d.c.cum vigeſimum,& Alex.in d.l.quidam conſulebant:quod tene menti.Et hæc de conuenientijs,& differentiis inter iudices,& arbitros ſufficiant. Inter
19 iudices † autem & arbitratores nulla eſt ſimilitudo, quia arbitramenta redacta ſunt ad inſtar contractuum non iudiciorum,ut notat Innocent.& alii poſt eum in dicto capitulo quintauallis & hinc eſt, quod coram arbitratore non requiritur libellus,nec aliqua iudicii figura: & valet arbitramentum,licet arbitrator non ſedeat pro tribunali,& etiam ſi feratur die dominico,ſecundum Innocen.& omnes in d. l.quintauallis,& Bal.in d.l.1. circa finem,C. de arbitris inter
20 † arbitrum autem,& arbitratorem etiam plures ſunt notabiles,& ſingulares differentiæ,quas videre poteris per

Inno-

Innocen. Host. Ioan. And. Ant. de Butr. Ioaun de Imo. Pan. & alios in dicto c. quintauallis, & per Bart. Salyc. & legistas in l. societatem. §. arbitratorum. ff. pro socio & per Baptistã de S. Blasio in d. suo singulari & solenni tractatu de arbitro arbitratore, vbi centum reperies differentias inter arbitrium & arbitratorem: sed quia dicta materia aliena est a materia nostra subiecta, idcirco eum non prosequor, sed remisisse sufficiat.

SVMMARIA IN LOCVM

a contractu ad Distractum.

1 *Constitutio seu statutum loquens in contractu, habet locum in distractu, concurrente identitate rationis & per totum locum.*

2 *Actio quando oritur ex contractu, in decisoriis attenditur consuetudo loco contractus, & non loci iudicii: idem in distractu.*

3 *Forum quis sortitur in loco contractus, sibi reperiatur ita & in distractu.*

4 *Aut. sacramenta puberum habet locum in distractis sicut in contractu.*

5 Dolus *dans causam contractui aut distractui bone fidei reddit eos ipso iure nullos*

6 *Restituere eius est, cuius est instituere.*

8 *Solennitas requisita in contractu, regulariter requiritur in distractu.*

9 *Necessaria in acquisitione vel constructione an requirantur in amissione vel destructione.*

10 *Tempus celebrata contractus, vel distractus aut conditionis existentis an attendatur.*

11 *Argumentatio a contractu ad distractum procedit concurrente identitate rationis.*

12 *Reductio ad arbitrium boni viri in quo foro petenda sit.*

13 *Resolutio contractus non dicitur nouus contractus.*

14 *Gabella debetur fisco, licet de partium voluntate contractus cancelletur.*

LOCVS

Digitized by Google

LOCVS A CONTRACTV AD DISTRACTVM.

AB hoc loco ſumptum argumentum eſt probabile,frequens,& utile, quando eadē eſt ratio in vtroq; Concurrente † enim identitate rationis cōſtitutio, ſeu ſtatutū loquens in cō tractu, habet etiam locum in diſtractu,text. eſt notabilis in l.item ueniunt,in prin.iuncto §.1.ff.de pet. hære.& bonus text. in c.de illis 1.in principio de deſponſa. impub.iuncto c.vnico.§.idem quoq; eod.tit.lib. 6.cū vtrobique notatis,& ſentit gl.ſingularis in l.3. §.contrarium iudicium.ff.de contra.& vtili acti tutelę,& vult Bal. in rubr. extra de iureiurando,& idem Bald. in l.pactum in 21.q.C. de collatio.& Bar.Bal.Ang.Salyc Iaſ.& doct.in conſtitutione ſacramenta puberum,C.ſi aduer.vendit.& idem Iaſo. in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret. ff. de pactis & iſto argumento tacite vtitur gl.in l. de tutela,& ibi Paul.de Caſt.& doc.notant,C.de in integ.reſtit.eo etiam utitur Paul.de Caſt.in l. actione,C. de tranſactio.& idem Paul.de Caſt.in l.penul.& ibi etiam Bar.& C. de dolo,& doct.aliis ſæpe locis.Et hinc eſt,quod ſi ſtatuto caueatur,quod mulier non poſſit obligari,vel contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, non poterit etiam debitorem liberare ſine conſenſu duorū propinquorum,licet liberatio non ſit contractus, ſed diſtractus,ex quo vtrobique eadem eſt ratio,ut.l. conſulatur fragilitati ſexus,Ita ſingulariter dicunt Barto. & Bald.in d.§. pactus ne peteret. Hinc etiam eſt,quod ſicut in deciſorijs
2 † quando actio oritur ex contractu,attenditur conſuetudo loci contractus,& non conſuetudo loci iudicij,ut eſt tex.in in l.ſi fundus.ff.de euictio.& habetur plene per Bar.& omnes in l cunctos populos, C.de ſumm.trinitate,& fi. cathol. & pulchre per Panor.& canoniſtas in c.quod clericis, de foro compet.& per Petr.de Anch.in repetitione regulæ , ea quæ fiunt a iudice,de reg.iur.lib.6. Ita etiam quando actio oritur ex diſtractu,attenditur conſuetudo loci diſtractus, tex.eſt ſingularis in l.exigere dotem.ff.de iudicijs,vbi attēditur conſuetudo locis diſtractus,puta domicilii viri, tempore ſoluti matrimonij,& nō cōſuetudo loci iudicii vel cōtractus celebrati: de quo habetur plenē per doc.& maxime

per

per Iaſonem,& nouiſſimo,in d.l.cunctos populos,& per An
to.de But.Pan.Præpo.& canoniſtas in c.1.de ſpõſalibus, q̃
tene mẽti,q̃a eſt frequentiſſimum in praxi. Hinc ẽt eſt q̃
3 ſicut† rõne contractus ſortitur q̃s forum in loco cõtractus
ſi ibi reperiatur,l.hæres abſens.§.1.ff.de iudiciis,c. fi.de fo
ro cõpeten.& c.Rom.§.cõtrahẽtes,illo co.ti.lib.6.ita ẽt rõ
ne diſtractus ſortitur q̃s forum in loco diſtractus,tex. eſt ſin
gularis ſecũdum intellectum in l.q̃ certo loco,& ibi Paul.
c de Caſt.dicit,hanc eſſe cõmunem opinionem.ff. de condi-
ctio.inde.& probatur ſecundum vnũm intellectũ in d.l. exi
gere dotẽ,& ibi Pau.de Caſt.hoc firmat,& uidetur de mẽ-
te Io.de Imo.in l.Pomponius.§.ſi is qui.ff.de acqui.poſſeſ.
& de mẽte Angelus & Alex.in eadẽ l.§.præterea,& de mẽ
te Iaſonis in d.cõſtitutione ſacraméta puberum. De hoc tñ
nidere poteris latius p̃ doct.in d.l.exigere dotẽ,& in d.l.q̃
4 certo loco,& in d.l.cunctos populos.Hinc ẽt eſt,quod †con
ſtitutio,ſacraméta puberũ.q̃ loq̃tur in contractu,etiam lo-
cum habet in diſtractu:ita ſentit gl.ſingularis,q̃ loquitur in
liberatione,& ſic in diſtractu.in d.l.3.§.cõtrarium iudiciũ,
& gl.in §.item ſacraméta de pace iuramen.firman.in uſib.
c feudorum,& Bar.Bal.Ang.& cõiter doct.in d.cõſtitutione
ſacramenta puberum,& Angelus,& Alex.in d.§.præterea,
& Io.de Imo.in d.§.ſi is q̃,& Iaſon in d.§.pactus ne peteret
& idem Iaſon in d.conſtitutione ſacramenta puberũ,& Bal.
in d.l.pactum,& idem Bal.in rubrica,C.de pactis, & Cẽpo
la in cautela 219.& eſt cõmunis opinio in iudicijs tenenda,
licet Cynus & Albericus in d.conſtitutione ſacramenta pu
berum teneant contrarium:ad quorũ rõnes plenè reperies
reſponſum per docto.recentiores in d.conſtitutione ſacra-
menta puberum,& p̃ Alex.in d.§.præterea: quod memorĩ
5 teneas mente.Hinc etiam eſt,q̃ ſicut † dolus dans cauſam
contractui bonæ fidei reddit contractum ipſo iure nullum,
l.& eleganter,in princip.ff.de dolo,cum ſimili. ita ẽt dolus
dãs cauſam diſtractui,ſeu reſolutioni cõtractus bonæ fidei,
reddit eum ipſo iure nullum,d.l.de tutela,& ibi notatur,&
affirmat Bar.in l.& ideo,circa principiũ.ff.de condict.furti.
quia cõtractus & diſtractus iudicantur eiuſdem naturæ,ſe
cundum eum,quod nota,quia facit ad multa. Hinc ẽt eſt,
quod eo caſu quo contractus eſt bonæ fidei.eo caſu diſtra-

ctus

.ctus, seu liberatio ab eo contractu est etiam bonæ fidei, tex. est notab. in l. ab emptione, & ibi Bar. Bal. Ang. & docto. id notant. ff. de pactis, & bonus tex. in l. 1. C. quando liceat ab emptio. discc. & ibi Bal. & Paul. de Cast. dicunt, quod vbi habitus est bonæ fidei, similiter eius priuatio: & istud est valde vtile, vt ibi videre poteris per eos, & per Iasonem in d. l.
6 ab emptione, vbi recurre. Hinc etiam est, quod† eius est destituere, cuius est instituere: ad eunque spectat destitutio, ad quem spectat institutio, tex. est notabilis in c. cum ex iuncto in fine de hæreticis. Hoc tamen intellige sane, quando institutio competit de iure communi: Si autem alicui competat institutio de iure speciali, puta inferiori ab episcopo, ex consuetudine, vel præscriptione, talis non poterit destituere vel priuare quem beneficio, nisi id quoq; prescri pssisset: quia prescriptio in vno nō extēditur ad reliquū ēt si detur inter ea quædā cōmunio, c. cū contingat, de decimis: Et ita singulariter volunt Host. Io. And. Pano. Fely. & doct. in d. c. cum ex iniuncto, & Panor. in c. accepta, in fine, de restitutio. spoliator. ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat. Hinc etiam est, quod sicut prohibito contractu prohibentur præambula eiusdem, l. oratio. ff. de sponsalibus cum similibus: Ita etiam prohibito distractu cēsentur etiam prohibita præambula distractus, l. si ad resoluēdū, C. de prædiis mino. sine decre. non alien. cum similibus. Hinc ēt est, quod
7 idem † operatur distractus, quod contractus ad inducendū, vel obtinēdum titulum, qui requiritur in vsucapione, & longi temporis præscriptione, & quoad cōtinuationē tēporum d. l. Pomponius. §. præterea, & §. in dotem, & utrobiq; Ang. q; nota pro intellectu, l. nullo, C. de rei vendicatione. Hinc etiam est, quod habens potestatem condendi statuta, habet ēt potestatem reuocandi ea: quia author contractus vel statuti potest etiā esse author totius distractus ante pœnam cōmissā: Ita singulariter dicit Bal. in l. 2. C. si seruus exportandus væneat, quem refert & sequitur Cæpola cautela 246. & uolunt canonistæ in c. dilecto, de præbendis: & habetur late per Barto. in repetitione, l. omnes populi, in 3. q. principali circa finem, ff. de iustit. & iure: q; est menti commendandum, quia singulariter & quotidianum. Hinc etiā
8 est, q; solennitas † requisita in cōtractu, regulariter requiri

tur etiam in diſtractu,l.nihil tam naturale,ff.de reg. iur. l. ſi vt proponis,C.de nuptijs , l. prout quique.ff.de ſolutio. & Auth.econtra,& ibi id notat Sali.C.de repudijs.Ex quo ſequitur,quod vbi requiritur decretum in contractu , requiritur etiam in diſtractu:& ſic in tranſactione,vel refutatione facienda per minorem de re immobili,requiretur decretum,d.l.ſi ad reſoluendam,quæ ad hoc eſt notabilis ſecundum Bal.in l.preſes,C.de tranſact.eſt etiam bonus tex. in l.non ſolum. C.de prædijs minorum & idem in remiſſione pignoris, vel hypothecæ facienda per pupillum,vel adultum:nam requiritur decretum iudicis,l.ſi conſenſit,in princip.iuncta gl.ff. quibus modis pignus,vel hypoth. ſoluitur. Ex iſto etiam ſequitur aliud,videlicet , q; quemadmodum legatum ad pias cauſas poteſt relinqui coram duobus,vel tribus teſtibus,c. relatum 1. de teſta. ita ét coram duobus vel tribus teſtibus põt adimi,& reuocari: Ita ſingulariter dicunt Card.& Io.de Imo.in d.c.relatum,& idem vult Bal.in l. ſi.in vltima col.C.de fideicom.& per gl.quam ipſe & alii reputant ſingularem in l.cum proponebatur. ff.de legat. 2. Hoc tamen nolo te ignorare, quod ſi in teſtamento primo
N. ad piam cauſam condito , fuerunt adhibiti plures teſtes q̃ fuit neceſſarium de iure,puta adhibiti fuerunt ſeptem, vbi ſufficiunt duo vel tres , Tunc ſi in ſecundo teſtamento reuocatorio,in quo inſtituitur pia cauſa,adhibeantur duo,vel tres teſtes,hoc ſufficit,& prævalet tale ſecundum teſtamẽtum primo,in quo fuerunt adhibiti ſeptem teſtes : ex quo illi in tanto numero non requirebantur.Ita ſingulariter decidit Paul.de Caſtr.in conſilio 344.incipiente, dubium facit,in antiquis. Et ſequitur Alexand.in conſ. 146.ſecundi voluminis,incipiente,viſo themate,&c.in fine , & Barbatia in conſilio 43.tertii voluminis,incipiente,illud in medio,& c.in 5.column.quod commenda memoriæ, quia eſt ſingula
9 re & quotidianum . Sic † etiam neceſſaria in acquiſitione, ſeu in actu producendo, vel conficiendo , Sunt etiam neceſſaria in amiſſione,ſeu in reſoluendo,vel deſtruendo,tex. eſt ſingularis in l.tria prædia,& ibi notatur per gloſ.Barto. Angel.Paul.de Caſtr.& docto.ff.de ſeruitutibus ruſticorũ prædiorum,& facit l.quemadmodum. ff.de acquir. poſſeſſ. Hoc tamen fallit,quando reſoluendo vel deſtruendo,res ip

ſa

ſa reducitur ad primum ſtatum,& ad ius commune primæ uum,l.hac conſultiſſima.§.ſi quis autem.C.de teſtam.& l. 2.ff.de iniuſto rup. irritove teſta. vbi ſecundum teſtamentum minus legitime factum tollit primum ſolenne, quando per illud ſecundum reditur ad ius commune:quia ſcilicet in eo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato: & ſingulariter vult Bar.in repetitione,d.l.omnes populi,in 3. q.principali,in verſ.iuxta prædicta quæro,quem refert & ſequitur Iaſon in d.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret,in 4.notabili,& Felyn.in c.cum acceſſiſſent,in 3.colum.de conſtitutio.& Frãciſcinus in ſuo ſingulari libello feudorum part.2. q.5. Sic etiam econuerſo,id quod non eſt neceſſarium in conſtruẽdo,non eſt etiam neceſſarium regulariter in deſtruendo,q; facit ad duas pulchras,& quotidianas quæſt.ut videre poteris per Paul.de Caſtr.in l.vnica,C.de ſatiſdando,vbi recurre. Hoc tamen fallit in degradatione clerici,quia in eius degradatione requiritur preſentia plurium epiſcopum,quam in ordinatione eiuſdem,c.inter corporalia, & ibi Anto. de Butrio notat,de translatione epiſcopi, iuncto c. degradatio de pœnis lib.6.cum ſimilibus.Hinc etiam eſt,quod qui habet authoritatem legitimam in contractu, habet etiam in diſtractu,l.fin.& ibi Bal.& Saly.notant,C.pro ſocio Præterea poteſt hic arguendi modus à contractu ad diſtractum adaptari,ad aliud quidam valde ſingulare,& quotidianum

10 videlicet,quod † ſicut regulariter in contractibus conditionalibus quoad acquiſitionem,non inſpicimus tempus contractus,ſed conditionis exiſtentis,quando conditio eſt poteſtatiua: ſecus autem, quando conditio eſt caſualis,vel mixta, quia tunc conditio trahitur retro, & inſpicitur tempus contractus, ut ex text.in leg.quidam cum filium §. ſi.ff.de verbor.oblig.& in l.1.& in l.qui balneum,& in l. potior.ff.qui potio.in pig.ha.& in l.Titius ff.quæ res pign.obl. poſſ.& in l.ſi filiusfamilias,& ibi Bar.ff.de ver.obli.qui ſunt tex. ad hoc notabiles,& ſingulares,decidentes caſus quotidianos,Ita ẽt in diſtractibus,vel liberationibus quoad acquiſitionẽ, inſpicimus tempus celebrati diſtractus,quando dẽbitor erat obligatus ſub conditione caſuali,vel mixta, & tẽpus exiſtentis conditionis,quando erat obligatus ſub conditione poteſtatiua,ſicut in contractibus,tex.eſt iuncta ſua

notabili& ſingulari gl.in l.ſub cõditione.ff.de ſol.vbi habes duo pulchra,& quotidiana exempla,& potes addere tertiũ vt ſi creditor habens debitorem ſibi obligatum ſub conditione,liberauit eum ante conditionis euentum, & deinde ante exiſtentiam conditionis publicentur,vel confiſcentur bona illius debitoris conditionalis, quęritur an dicta liberatio creditoris noceat fiſco,vel non,& ex præmiſſis eſt diſtinguendum,quia ſi conditio ſub qua erat obligatus debitor erat caſualis vel mixta,liberatus eſt debitor, & nihil cõ ſequitur fiſcus,quia illa conditio trahitur retro. ſi autẽ conditio erat poteſtatiua reſidens in poteſtate creditoris, tunc nihil potuit facere creditor in præiudicium fiſci, ad cuius vtilitatem bona ſunt publicata, periura ſupra allegata: & ita ſpecifice decidit Io.de Imol.in d.l.ſi filiusfamilias:quod tene perpetuo menti,quia eſt ſingulare & quotidianum ſeruiens ad multa,& poſſes faciliter decipi, ſi non perpenderes. Poſſet & ad multa alia pulchra, & quotidiana induci hæc argumentatio à contractu ad diſtractum,quæ breuitatis gratia omitto,& ſtudioſo in rebus publicis non occupato indaganda relinquo. Et procedit † hæc argumentatio à contractu ad diſtractum tunc demum,quãdo concurrit idẽ tas rationis,vt dixi ſupra in principio: vbi enim identitas rationis concurrit,etiam ſi res alias diuerſiſſimæ ſint, tamẽ ab vna ad aliam argumentando procedimus, lege non poſſunt, cum lege ſeq.ff.de legi. Quid enim magis diſſidet, vel inter ſe pugnat,quam clericus & aſinus,& tamẽ de vno ad alium Alex.3.ſummus Pontifex argumentando procedit, in capitulo ſecundo de tregua,& pace, & ibi Abbas antiquis,Io.And.Ant.de Butrio,& Io.de Imo. notant caſum,in quo æque priuilegiatus eſt aſinus,vt clericus: & facit conſtitutio noua Federici agricultoris.C.quæ res pig. obli. poſſ. vbi æque punitur inuadens,vel occupans perſonas agriculturæ deſeruiẽtes,& inuadens boues oratoris ſic ergo in ꝓpoſito dicendum eſt in contractu,& diſtractu,& in ſimilib. quod nota.vbi autem non concurrit identitas rationis,tunc hæc argumentatio non procedit,& pro inſtructione iuuenũ poteſt poni exemplum in caſu quotidiano relato per Ioann.And.in additio.ad Specu. in tit.de inſtru.editione, §. porro,in uerſic. item nota, & per Salycet. in l, ſancimus,in princ.

princ.C. de donat.in quibus locis habetur,quod licet in cõ tractu.donationis excedentis ſummam quingentorum aureorum requiratur inſinuatio,& decretum iudicis, non tamen in remiſſione, quæ ſit de mille aureis , & in pacto de nón petendo,& ſic in diſtractu ut ibi latè per eos. item poteſt poni exemplum in alio caſu quotidiano,relato per Bar. Bal.Pau.de Caſt.& doctor.in lege ſecunda, C. vbi & apud quem,qui dicunt,quod in terminis iuris communis petens
11 †arbitrium,ſeu laudum, ut vocant,reduci ad arbitrium bo A.
ni uiri,debet hoc petere in foro rei,non in loco contractus, quia ratione contractus non fortitur quis fo um diſtractus vel reſciſſionis,dicta l.2.quæ eſt ad hoc notabilis, & memoriæ commendanda,ſecundum eos non poterit etiam hoc petere in foro arbitri,vel arbitratoris,c.expoſita,cum ibi notatis de arbitris,& ratio præmiſſorum eſt , quia contractus, & diſtractus ſunt diuerſa,l.fina. & ibi Bald. notat, C. ſi tutor uel curator interne , quando ergo non concurrit identitas rationis,& non poteſt de uno ad aliud ualidè inferri : quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio,& de uno ad aliud non ſit recta illatio poſitiuè uel remotiuè,l. permiſceri in princip.& ibi Ioann.de Imola,not.ff.de acquirend.poſſeſſ.l. naturaliter.§.nihil commune,illo eodem tit.l.Papinianus exuli. ff. de minoribus l.ſi maritus,1.C. de dona.inter vir.& uxor.& l.fina.in fin.& ibi Bar.& Paul.de Caſt. notant ff. de calum
1 niat.nec probat hoc eſſe,quòd ab hoc contingit abeſſe,l.no que natales, C.de probatio.& l.non hoc, C. unde cognati,
13 cum ſimilibus.Poſtremò uolo te ſcire quòd reſolutio†cõ- tractus,quam uocamus diſtractum,non dicitur nouus contractus;& ergo ſtante ſtatuto quòd de omni contractu ſoluatur gabella, non erit ſoluenda Gabella de illa reſolutione, ſiue diſtractu.ita notabiliter dicit Paulus de Caſtro, in dicta l.1.C. quando liceat ab empti.diſce.poſt gloſ.& idem vult Paulus de Caſtro, in lege prima C. de pact. inter empto,& uendito.compoſitis idem etiam uult Bald. in dic.l. ab emptione,circa finem, ubi etiam inter alia ſingulariter
14 dicit,quòd † gabella debetur fiſco,licet contractus de partium voluntate cancelletur De quo uide per Ioann. Fabrũ inſignem practicum , inſtitu. de emptio. & venditio. in princip.& per Frãciſcum de Aretio ſubtilitatum principẽ,

in d.l.Pomponius.§.in dotem,& in §.præterea,quem legit ſub §.cum,ubi ſanè egregiè loquitur in hac materia reſolutionis contractus.

SVMMARIA IN LOGVM

à contractibus ad Delicta.

1 *Contractus & delicta parificantur a iure & nume. 2.*
3 *Argumentatio a contractibus ad delicta quando procedat.*
4 *Cõtractum & delictorum aquiparatio in quibus habeat locum.*
5 *Remiſſio in contractibus quando fiat.*
6 *Differentia inter contractibus & delicta & nu.7.*

LOCVS A CONTRACTIBVS ad Delicta.

OFFERT ſe nunc locus à cõtractibus ad delicta,à quo ſumptũ argumentũ eſt probabile, frequens,& utile:quia †contractus & delicta parificantur a iure,lege omnem. ff. de iudicijs,Authen.qua in prouincia,C. ubi de crimini. agi opor.& cap.fin.de foro competẽti,cum ſimilibus. Et iſto argumento a contractibus ad delicta,utitur Gandinus in libello ſuo maleficiorum,in ti.de pœnis reorum , in 5.colum.ubi per hoc ſingulariter dicit,quod quemadmodũ iudex in deciſorijs tenetur ſeruare conſuetudinem,uel ſtatutum loci,vbi celebratus eſt contractus, vt eſt caſus in lege ſi fundus.ff.de euictio.& notatur per Bart.& docto. in l. docto.in l.cũctos populos,C.de ſumma Trinit.& fid. catho. & alijs locis.ita etiam dicendum eſt in delictis, vt conſuetudo loci commiſſi delicti attendatur,& pœna per conſuetudinem,vel ſtatutum impoſita imponatur:licet de iure cõmuni pro illo delicto alia ſit pœna impoſita,de quo uide latius per Cyn.Bar.Salyc.& Iaſonem,& doct.in d.l. cunctos
2 populos,& in locis per eos commemoratis.Hinc†etiam eſt, q̃ ſicut in contractibus inſpicitur initium contractus,l. Põponius 2.ff.de nego.geſt.ita etiam in delictis inſpicitur tempus delicti ad illum effectum,ut ſi tẽpore commiſſi delicti

alia

alia pœna sit inposita per statutum pro delicto, quam tempore inquisitionis, uel sententiæ, imponetur pœna, quæ erat tempore commissi delicti. l. 1. ff. de pœnis: quia tũc erat obligatus, arguendo a contractu ad delictum: & ita singulariter decidit Gandinus loco prædicto, & ver. Pone me accusasse Titium: & de hoc loco cõmemorat etiam Bal. in l. eum, qui C. arbitrium tutelæ, & Pe. de Ancho. in repetitione regulæ accessorium, in 7. oppositione, de re iud. lib. 6. & docto. alijs sæpe locis. Et ad multa alia induci posset hæc argumentatio, sed prædicta pro gestu iuuenibus dando sufficiunt. Hoc
3 tamen uolo te scire, quòd † à contractibus ad delicta tunc est argumentatio bona, quando eadem est ratio in vtroque, nec contrarium reperitur expressè decisum, alias autem secus: Ita notabiliter dicit Saly. in l. vnica, C. ubi de poss. aga. & est de mente Cyn. ibidem. Et hinc est, quod licet in loco destinatæ solutionis quis ritè conueniatur, l. contraxisse. ff. de actio. & obligat. & non loco contractus, quando ibi alia ratione non sortitur forum. l. 3. cum sua glos. ff. de bon. autor. iudic. poss. & vult Bar. in l. quæro. ff. de solutio. & idem Bar. Pau. de Cast. & doct. in l. j. ff. de eo quòd cer. loco quod & firmat Panor. in d. c. fi. super glo. 2. circa 16. col. & Iason §. plus autem, insti. de actio. Tamen ratione uiolentiæ commissæ potest quis conueniri nedum in loco ubi sita est possessio, sed etiam ubi violentia est commissa, d. l. vnica, & ibi notatur per gloss. & docto. rationem autem diuersitatis vide ibi per Cynũs, Salyce. & alios quod commenda memoriæ: quia est utile, & quotidianum. Hinc etiam rectè dicit glo. in l. hæres absens. §. 1. super uerbo debebit. ff. de iudi-
4 cijs, quod † æquiparatio quæ fit inter contractus, & delicta, locum habet quantum ad obligationem inducendam, d. l. omnem, & quantum ad sortiendum forum, ut scilicet quemadmodum quis in loco contractus possit conueniri, si ibi reperiatur, d. l. hæres absens §. 1. c. dilecti. de foro cõpeten. & c. Romana. §. cõtrahentes, ubi est tex. clarissimus, eodem titu. libro 6. ita & in loco delicti, d. Aut. qua in prouincia, & d. c. fi. non autem habet locum dicta æquiparatio quantum ad actũ remissionis: quia in delictis de iure regulariter debet fieri remissio ad locum commissi delicti, ut est text. in Auth. si uero, C. ad legem Iuliam de adulteriis,

V 4 & in

Bibliotheca S. M. Transpont. de

& in §.ſi verò comprehenſorum,in Auth.vt nulli iudicium colla.9.& in cle.paſtoralis,cum ibi pulchrè notatis per glo.
5 & docto.de re iudica. In † contractibus autem regulariter non ſit remiſſio ad locum contractus, ut eſt tex.in d.c.Romana §,contrahentes,& ibi habetur per canoniſtas, & præcipuè per Philipp.Franc.& in d.clem.paſtoralis, & in c.1.de raptoribus,præcipuè per Ioan.Calder.in repetitione, & ibidem per Panor.& Ioan.de Anania,& per legiſtas in d.l.hæres abſens.§,1.pulchrè per Ludo.de Roma in ſuis ſingularibus,ſingulari 283.incipiente,regula eſt,& per Barb.Fely. in d.c.fin.ubi reperies plures ſingulares limitationes,in quibus habet locum remiſſio in contractibus: ad quos breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat. Repetitur etiam differentiam
6 inter † contractum,& delictum quoad tractionem,vel citationem,nam licet iudex contractus poſſet uerbaliter citare contrahentem,extra territorium ſuum exiſtentem, abſque requiſitione iudicis territorij,vel domicilij, ut eſt tex. in dicto §.contrahentes:iudex tamen delicti non poteſt delinquentem intra territorium,citare verbaliter extra territorium,abſque requiſitione iudicis domicilij,d clem.paſtoralis:& ita ſingulariter decidit Ioan.An.in d.§.contrahentes,in nouella:quod nota.De hoc tamen uide latius ibidem per Philipp.& per Ant.de Butrio,Ioan de Imo,& recentiores in d.c.fin.& per Bald.in l.omnes.§.ſi uerò apparitor,C.
7 de epiſcop.& cle.Reperitur quoque differentia inter † contractum,quoad ſortiendum forum in quodam ſingulari caſu,puta cum delictum eſt inchoatum in vno territorio, & conſummatum in altero:nam uterque iudex poteſt punire, & locus eſt præuentioni:ſecus autem eſt, quando contractus cepit initium in uno territorio, & perfectionem in altero,quia hoc caſu ſolus ille eſt iudex competens, in cuius territorio contractus cepit perfectionem:ita ſingulariter decidit Ioannes Andr.in regula,in obſcuris, de regulis, iuris libro 6.in Mercurialibus. Reperitur etiam alia differentia inter contractum,& delictum in caſu ſingulari,l.ſenatuſconſulto.ff.de offic.præſidis: & rationem diuerſitatis uidere poteris ibi per Bar.Alberi.de Roſate & alios: quod tene menti.& vide quod dixi ſupra in loco à ſimili.

SVMMARIA IN LOCVM.

à delictis ad Contractus.

1 *Delicta & contractus parificantur à iure.*
2 *Administratoris factum quando obligat ciuitatem, ecclesiam, minorem vel alium.*

LOCVS A DELICTIS ad Contractus.

CONGRVENTER subnectitur nunc locus delictis ad contractus, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile:
1 quia delicta † & contractus parificãtur à iure, l. omnem. ff. de iudiciis, & c. fi. de foro cõpeten. cum similibus: Vnde sicut ratione delicti quis potest conueniri, & puniri in loco delicti, si ibi reperiatur, d. c. fi. & ele. pastoralis, de re iud. non obstante etiam quocunque generali priuilegio exceptionis, Authen. quia in prouincia, C. vbi de crimi. agi oppor. & cap. 1. de priuilegiis, lib. 6. ita etiam ratione contractus poterit conueniri in loco contractus, si ibi reperiatur. d. c. fi. & c. Romana. §. contrahentes, eodem tit. lib. 6. & l. hæres absens. §. 1. cum ibi notatis. ff. de iudiciis. Hinc etiam est, quod sicut ciuitas obligatur ex delicto, l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. causa: ita etiam obligatur ex contractu mutui, l. ciuitas. ff. si certum petatur, & ibi per Bar. qui vtitur hoc argumento à delictis
2 ad contractus. Quòd † si plenè uidere velis, quando ciuitas, ecclesia, minor, vel alius obligatur ex facto sui administratoris, vide latissimè per Inno. Hostien. Ioã. An. Anto. de Butrio, Card. Pet. de Anch. Io. de Imo. & Pano. in ca. penul. de fideiusso. & per Bal. Saly. & doct. in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccl. & per Bar. Iasonem, & alios in d. l. ciuitas, vbi recurre: & uide quod dixi supra loco proximo.

Digitized by Google

1 *Argumentum à testamentis ad iudicia procedit affirmatiuè.*

LOCVS A TESTAMENTIS ad iudicia.

1 ALOCO à testamentis ad iudicia, seu à testatore ad iudicem sumptum argumentũ est probabile, frequens & vtile: quãdo † formatur affirmatiuè. Quod enim potest testator, potest & iudex: procedunt enim à pari potentia. ita arguit Vlpianus iurisconsultus, l. non est mirum, & ibi notatur per Bar. Albericum de Rosate, Sal. Pau. de Cast. & docto. ff. de pigno. acti. & idem Vlpianus in l. solent, & ibi gl. & Bart. notãt. ff. de alimen. & ciba. lega. & Paulus iurisconsultus, l. seruus hac l. ff. de manumissio. tit. generali, in quibus locis habes pulchra exempla: ita etiam arguit Bart, in pulchra quæstio. in l. centesimus, §. fin. ff. de verborum obligat. vbi uide. Hinc etiam est, quod sicut testator potest prohibere alienationem, & si contra fit, non valet, nec trãsfertur dominium l. filiusfamilias §. diui. ff. de legat. 1. & l. cum pater. §. libertis. ff. de legatis secundo cum similibus, ita & iudex. textus est notabilis in l. de pollicitationibus, in fine, ff. de pollicitatio. qui textus ad hoc est singularis secundum Baldum in l. per diuersas, in nona quæstione in fine, C. mandati: De quo articulo vide plenè per Bartolum, Alexand. & alios in dicto. §. diui, & in lege is cui bonis. ff. de verbor. obligationibus & per Panormitanum & canonistas in cap. Raynaldus de testa. ubi recurre.

2 *Argumentum à iudicijs ad testamenta procedit negatiue.*

LOCVS A IVDICIIS. ad testamenta.

3 ECONTRA autem a iudiciis ad testamenta, seu à iudice ad testatorem sumptum argumentum etiam probabile, frequens, & vtile est: quãdo † formatur negatiuè. Qui enim non potest esse

esse testis in iudiciis, nec etiam in testamentis : ita arguit Vlpianus iurisconsultus in l.qui testamento.§.eum qui, & ibi Bar.Bald.Ang.Pau.de Cast.& Ioan.de Imo.notant.ff.de testa.Affirmatiuè autem non procedit argumentatio à iudiciis ad testamenta mulier enim potest esse testis in iudicio;& tamen non potest esse testis in testamento:ita arguit idem Vlpianus in d.l.qui testamento.§.mulier, & habetur per Ang.de Aretio,& alios in §.testes,insti.de testamen.ordinand.æquiparantur tamen in multis iudex, & testator,ut videre poteris in iuribus supra loco proximo allegatis: & à pari potentia procedunt, in quibus casibus bene procedit argumentatio etiam affirmatiuè a iudice ad testatorem: ꝙ nota,quia potest induci ad multa, & uide quod dixi supra proximo , & in loco a simili, & quod dicam infra in loco a sententia ad testamentum.

SVMMARIA IN LOCVM.

a lege ad Testatorem.

1 Lex & testator æquiparantur à iure, & per totum locum.
2 Lege permittente quod fit, pœnam non meretur.
3 Obligatus ad factum ex dispositione legis, vel testatoris, potest precise compelli ad factum, nec liberatur soluendo interesse.
4 Prohibitio alienationis facta à lege, uel a testatore impedit dominii translationem.
5 Argumentatio a lege ad testatorem quando procedat vel non procedat.

LOCVS A LEGE
ad Testatorem.

LOCVS ã lege ad testatorẽ, seu à uerbis legis ad uerba testatoris, seu vt alii uolũt, a dispositione legali ad interpretationẽ vltimæ voluntatis, in iure frequẽs est: & ab illo sumptum argumentum est forte, & efficax: quia
1 æquiparantur† a iure, tex. est notabilis, in l.si ita fuerit seruis duobus: in fi. vbi Vlpianus iurisconsultus sic arguit, &

ibi

ibi hoc notant Bar. Albericus de Roſate & Benedictus de Plumbino.ff.de manu.teſta. ita etiam arguit Marcellus iu riſconſultus in l.ſi quis legauerit Titio.ff.de lega. 1. & hoc argumento vtitur etiam Imperator Iuſtinianus in l. cum quidam,in verſi.quemadmodum enim,C.de verb.ſign.Eo etiam vtitur Bal.in l.maximum uicium,in prin.C.de liber. præte.& idem Bal.in conſ.primæ partis, & Iaſ. in Auth. res quæ,in quinto notabili,circa finem,in ſubtile quæſt.C. commu.de legat.& docto. in pluribus aliis locis. Reperitur enim ſanctio legis,vt in l.ſanctio legum. ff.de pœnis,& ſanctio teſtatoris,vt in l.filium quem habentem, ibi ſanxit teſtator,C.fami.herciſ.& æquiparatur ſanctio teſtatori: legi, vt eſt tex.in §.diſponat,in Auth.de nup.coll. 4. Quod fa-
2 cit ad multa.Et in primis ad hoc,q; † ſicut contrahentes ſecundas nuptias lege permittente, pœnam non incurrunt: quia quod lege permittente fit,pœnam non meretur, lege Gracchus,C.ad legem Iuliã de adul.& cap.qui peccat 23. q.quarta. ita etiam mulier poſt annum luctus ſecundo nubens de conſenſu mariti hoc permittentis in ſuo teſtamento,non incidit in pœnam ſecundarum nuptia.text.eſt in d.
l. §.1.diſponat iuncto §.præcedenti: q; nota,quia uidi de facto in marito ſene,& longo tempore languẽte,qui ita diſpoſuit in fauorem ſuæ vxoris iuuenis: & dum poſtea per hæredes defuncti vendicarentur ab ea bona ſibi per maritum legata,eo q; conuolando ad ſecunda vota dicebatur ea per didiſſe.ſaltem quoad proprietatem,iuxta l.1. & l.feminæ, C.de ſecundis nuptiis. ipſa ſe defendebat allegando dictã diſpoſitionem primi ſui mariti,& obtinuit, per d.§. diſponat,iuncto.§ precedẽti,in fi. cum ſua gl.& ita ſingulariter decidit Bal.in d.l.filium quem habentem,in 2.col. & idem Bal.in d.l.1.in 3.col in bona lectura, vbi dicit ſe ſic conſuluiſſe: idem etiam vult Ludouic.de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 251.& in conſ.219.incipiente,ex themate,in primo dubio:& ſequitur Iaſ.in d.l.filium quem habentem, in 7.col.iuuabatur etiam dicta mulier alio capite,quia erat minor 27.annis,argumento eorum quæ habentur & notantur per gloſam ſingularem in l.2.C.ſi aduerſus delictum: q;
3 tene menti.Secundo facit ad hoc,q; ſicut † obligatus ad factũ ſi ex diſpoſitione legali poteſt præcisè compelli ad factũ,

nec

liberatur ſoluendo intereſſe,vt eſt tex.in l.ſtipulatio.§. ſi-ue,iuncta ſua ſingulari gl.ff.de noui operis nunciatione,& in lege ſed & hæc.§.præter ſatiſdationem,ff. de procuratoribus:ita etiam obligatus ad factum ex diſpoſitione teſtatoris,vt eſt tex.ſingularis in l.fideicommiſſa.§.fin.ff. de legatis 3.iuncto dicto.§.diſponat,& vult Bar. in l.ſtipulationes nõ diuidũtur,in 8.q.ff.de verb.obl.& Paul.de Caſt.in l.hæreditatem,circa fi.ff.de dona.& Iaſ.in §. actionum, inſt.de actio.& docto. aliis locis:quod memori teneas mente. Ter
4 tiò iſtud facit ad hoc,q; ſicut† prohibitio alienationis facta a lege impedit dominij translationem,inſtitu. quibus alienan licet vel non,in prin. cum ſimilibus:ita etiã prohibitio teſtatoris,l. filiusfamilias.§.diui.ff.de legatis j.l.cum pater §.libertis,& l.peto.§.fi.ff.de legatis 2.& l.pater filiũ.§.quindecim .ff.de legatis tertio cum ſimilibus.Quartò iſtud facit ad hoc,q; ſicut vbi à lege prohibetur alienatio, prohibetur ẽt vſucapio,vt eſt gl. notabilis in l.vbi lex.ff. de vſucapio.& textus iuncta gl.in l.alienationis verbum.ff.de verb. ſign & in l.ſi fundum.ff.de fundo dota.& in l.cum ſponſus. §.ſi res,& ibi Ang. ff.de publicia.ita etiam vbi prohibetur alienatio per teſtatorem in teſtamento vel vltima voluntate,prohibetur etiã vſucapio, textus eſt notabilis iuncta gl. in l.2.C.de vſucap.pro empto.& notat Bar. & valde exclamat in dicta lege vbi lex,& Iaſon in dicta Auth.res quæ,in principio:& habetur pulchrè per Panor.in cap. cum non licet,de præſcriptio.& per Io.de Imo. in d. l.vbi lex. & per Alexandrum in dicto §.diui.Quintò iſtud facit ad hoc, q; vbicunque datur cũrator à lege,poteſt etiam dari curator in teſtamento,vel vltima voluntate, licet regulariter curator in teſtamento non detur ita ſingulariter dicunt Bald. & Pau.de Caſt.in l.curatorem tibi,in fi.C.de neg. geſt.quod commenda memoriæ pro ampliatione, l. de creationib.C. de epiſc.audien. & uide quod dicã infra in loco à minoribus ad furioſos,prodigos,mente captos,ſeu demẽtes.Sextò iſtud facit ad hoc,q; ſicut lex dẽt eſſe iuſta , rationabilis,& poſſibilis,c.erit autem lex, quarta diſtinc.in l.prima cũ ſeq. ff.de legib.ita etiam vltima voluntas teſtatoris.§.fi.inſt de lega.& l.quidã in ſuo.ff.de cond.inſtit.cũ ſimilib.& faciũt. notata per Bal.Ludouic.de Roma, & Iaſoné in locis ſupra com-

commemoratis. Septimò istud facit ad hoc, quod sicut ratio restringit & limitat dispositionem legis, l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. & l. hæc actio, cum ibi notatis. ff. de calumniatoribus: ita etiam ratio restringit & limitat dispositionem testatoris, l. in fideicommissi. §. cum Pollidius, & ibi Salyc. notat. ff. de vsuris. Ratio enim adiecta in testamento declarat animum & voluntatem testatoris, text. est singularis, in l. si. ff. de hæredib. instituen, & vult Ange. in d. §. cum Pollidius, quod nota, quia seruit ad multa. Posset & & ad multa alia adduci hæc argumentatio, sed præmissa pro iuuenibus abundè sufficiunt. intellige † tamen procedere hanc argumentationem, quando aliter non reperitur dispositum in vno, quam in alio: vbi autem aliter reperitur dispositum in vno, quam in alio, non procedit. Exempli gratia, appellatione filii in dispositione legis veniunt nepotes, l. filiũ habeo. ff. ad Macedoni. & l. senatusc. ff. de ritu nupti. Secus autẽ est in dispositione testatoris etiam fauorabili: nam si testator filiis tutorem dederit, non censebitur nepotibus dedisse, lege quod si nepotes, & ibi Albe. de Rosate. ff. de testa. tute. & si. §n. institutio. qui dari tuto. testa. poss. item indefinita. in dispositione legis prolata, semper æquipollet vniuersali: ita decidit Bar. in l. si pluribus. §. de lega. secundo secus tamen est, quando indefinita profertur in dispositione testatoris, secundom eundem Bar. in d. l. si pluribus, de qua materia etiam habetur per Dyn. in rubrica de regulis iuris lib. 6. & per gl. in c. ut circa, in principio, de electio. lib. 6. item in dispositione legis, appellatione curatoris venit tutor: ista est decisio glosæ in Auth. minoris debitor, C. qui dare tuto. poss. Aliud tamen est in dispositione testatoris quia si testator dixerit se impuberi curatorem dare, nihil agit, nec per hæc verba tutor datus intelligitur, vt est tex. in l. tutores. §. 1. & ibi Bar. ff. de admi. tuto. item in dispositione legis, appellatione diocesis uenit ciuitas, l. vnica, C. de prina. carce. & c. 1. de off. ordi. secus tamen est in dispositione hominis, tex. est in c. Rodul. de rescr. item in dispositione legis cum fit mentio de actione, intelligitur generaliter de pœnali & de qualibet alia l. 1. §. quod autem, iuncta gl. ff. de aleatoribus: secus autem est in dispositione hominis, vt notabiliter decidit Bar. in l. hoc legatum. ff. de

lega.

lega. 3. item cape aliud ſingulare exemplum. Verba generalia, & geminata, prolata à lege vel ſtatuto, recipiunt interpretationem reſtrictiuam de habilitate. ſecus autem eſt in verbis generalibus, & geminatis, prolatus ab homine: ita ſingulariter dicit Bal. in l. fi. C. ſine cenſu vel rela. quam refert & ſequitur Iaſ. in præludiis feud. in 20. colum. in quotidiana quæſtione, & idem Iaſon in l. 1. §. nũciatio, in 6. col. ff. de noui ope. nun. quem omnino uide. & idem dicẽdum eſt in ſimilibus caſibus, quod nota.

LOCVS AB VLTIMA VOLVNTATE ad legem, ſtatutum, vel conſuetudinem.

OFFERT ſe nunc locus ab vltima voluntate ad legem, ſtatutum, vel conſuetudinem, cuius meminit Bal. in conſ. ſuo 2. primæ partis, & Cyn. poſt Petrum in l. 2. in 7. col. in verſi. quarto quæritur, C. quæ ſit longa conſuetudo, vbi per hoc concludit Cyn quod error in cauſa impulſiua non impedit introduci conſuetudinem præter legem, ſicut non viciat legatum: arguendo ab vltima voluntate ad legem, cui æquiparatur. §. diſponat in Auth. de nuptiis, collat. 4. per l. cum tale. §. falſam cauſam, ff. de cõdi. & demonſtra. & idem vult Io. Fabri in §. ex non ſcripto, in 3. col. inſtitu. de iure naturali gen. & ciuili. & Lambertus de Rainponibus in l. q̃ nõ ratione. ff. de legibus, licet ſecus ſit ſi erretur in cauſa finali conſuetudinis, ſecundum eos: argumẽto d. l. cum tale. §. fin. cum ſimilibus. Ad hunc etiam locum pertinet, quod ſicut teſtator poteſt facere, q̃ legata, quę ex teſtamento nullo, vel minus ſolenni alias non deberentur, valeant, & ſortiantur effectum repetẽdo ea ab inteſtato, vel ponendo in teſtamento clauſulã codicillarem, iuxta ea, quę habentur, & notantur in l. eam quam, C. de fideicom. & in l. 1. ff. de iure codicill. ita etiam lex poteſt conſeruare legata alias inualida, vt puta in teſtamento nullo, inualido, vel inefficaci relicta: vt videre licet in Auth. ſi captiui. C. de epiſco. & cler. in Auth. liberi furioſi, C. de epiſco. audi. & in Auth. ex cauſa, & ibi Albericus de Roſate, & alii id notant. C. de liber. præter, quod tene menti.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIA IN LOCVM

à libello ad ſententiam.

1 *Iudicis poteſtas non poteſt excedere vltra id quod in iudicium deductum eſt.*
2 *Sententia in quibus debeat eſſe conformis libello.*
3 *Libellus ineptus an validetur ex probatione apta.*
4 *Confeſſio iudicialis ſuper libello etiam inepto praeiudicat.*

LOCVS A LIBELLO.

ad ſententiam.

HABEMVS quoque in iure locum à libello ad ſententiam, à quo ſumptum argumentũ eſt forte, frequens, & vtile: quia procedũt à pari, quod patet, quia ſententia debet eſſe conformis libello ſeu petitioni: & niſi ſit conformis libello, eſt nulla, c. licet, Heli, de ſimonia, & c. qualiter & quando 2. de
1 accuſatio. Vltra enim id, quod in iudicium deductum eſt, excedere poteſtas iudicis nõ poteſt, l. vt fundus. ff. commu. diuidun. imò fatuus eſt iudex, qui pronunciat ſuper nõ petitis, l. fi. C. de fideicomm. liberta. Et hinc ſingulariter dicũt Compoſtelanus & Io. And. in c. mandatum, de reſcrip. & ſequitur Panor. in c. 2. de cõfeſſis, q̃ inferior a Papa nihil poteſt in pronunciãdo facere extra libellum: & ergo ſi in cauſa beneficiali reus confiteatur, ſe ius non habere, & actor nihil probat de iure ſuo, inferior à Papa non poterit ſuper illa inſtantia procedere contra reum confitentem ad priuationem, & multò minus ad iudicationem actori fiẽdam, ſed inchoando nouam inſtantiam per uiam inquiſitionis poterit ad priuationem rei procedere, licet ſecus ſit in Papa & principe, vt ibi per eos, & per Ang. & Iaſonem in §. curare, inſtitut. de actio. quod imis ſenſibus eſt reponendum, & nũquam obliuioni tradendum. Hinc etiam eſt, quod ſententia dubia declaratur ex crimine propoſito, & ſic ex libello. tex. habes & exemplum in l. ſi præſes. ff. de pœnis. Hinc etiã ſingulariter dicit Bal. in l. 1. in 2. col. C. ſi plures vna ſententia

con.

2 condemnati fuerint quod ſententia † debet eſſe conformis libello in tribus,ſcilicet in re,in cauſa, & in actione.Primũ probatur in d.l.fin.& in d.l.vt fundus. Secundum in l.habebat.ff.de inſtito.actio.Et tertium in l.ædita,C.de ædendo. Imò quod fortius eſt,non ſufficit ſententiam condemnatoriam eſſe conformem libello, niſi etiam ſit conformis actis probatis.vnde vt ſecundum actorem pronuntietur, tria debent eſſe conformis, libellus,probatio,& ſententia:alioquī probatione non conueniente cũ libello,ſequi debet abſolutio. ita ſingulariter dicit Bal.in d.l.1.in fi.& idem eſt de mẽte eius in d.l.fi.ubi plura bona dicit. Hinc ẽt eſt,q; ſententia lata ſuper inepto libello, eſt ipſo iure nulla gl.eſt ſingularis,inſtitu.de obligatio.in ꝓinc.in verbo,ſecundum,in fi. & ibi Ang.de Aretio,& vult Bald.in l.actori, C. de rebus credi.& idem Bal.in l.ius pluribus in principio.ff. de iuſtitia & iure,& Matthæus Mateſſelanus notabili ſuo x. & Ange.de Peruſio in l.1.ff.de aſſeſſoribus,& Iaſ.in §.omnium, inſtitu.de actio.& de iſto eſt tex.ſi bene põderetur,in c.cũ dilecti,de emptione & vendi.qui ſingulariter probat, q; de ineptitudine libelli poteſt ſemper opponi,etiam poſt ſentẽtiam ad eam inualidandam:& illũ tex.ad hoc notant ibidẽ Pet.de Ancho.Io.de Imol.& Panor. & Pet.de Anchor. in cle.cum a repulſione,de appellatio.& Fely. in ca.quoniam contra falſam,in 14.col.de probatio.& Ang.& Iaſ. in d.l.1. ff.de aſſeſſoribus, & idem Iaſ.in d.§. omniũ, & Hippolitus de Marſiliis ſingulari 119. & Iaſ.in l. 1.C. de iuris & factī ignō.Et quia ſermo habitus eſt de ineptitudine libelli, uo-
3 lo te ſcire,& memoriæ commendare, q; libellus † penitus ineptus non validatur ex probatione apta: ita reperio uelle Specu.in tit.de offic.iudicis.§.deſeruit,in ver.quid ſi libellus,& Io.And.in c.examinata,in fi.de iudiciis,& Bal.in l.1. in fi.ff.de iuriſdictione omnium iudicum,& eundem Bald. in d.l.ædita,in repetitione Paduana.in 9.col.& in l.certi cõdictio,in 3.col.ff.ſi certum petatur & Iaſ.in d.l.1.ff.de aſſeſſoribus,vbi pleniſſimè,& melius quam aliquis alius,hũc articulum qnotidianum examinat:ad quem, cũ ab omnibus habeatur,remiſſiſſe ſufficiat. illud etiã memoriæ commendandũ uolo,te ſcire, quod licet libellus penitus ineptus nõ
4 ualidetur ex probatione apta,confeſſio † tamen iudicialis

Digitized by Google

ſuper libello inepto bene præiudicat,quia confeſſus nõ po-
teſt opponere de ineptitudine libelli,nec de alio ordine iu
diciario non ſeruato: ita ſingulariter dicit Bald.in l.2.in fi-
ne,C.de re iudicata,Bart.& Alexand. in l.ſi confeſſus.ff.de
cuſto.reo. Philippus Francus in cap.1.de accuſatio.lib. 6.&
Panorm.poſt alios canoniſtas in c.Piſanis, in vltimo notabi
li,per illum tex.qui optimè probat,de reſtitutio.ſpoliato.li
mitans tamen hoc ſingulariter, niſi inualiditas,vel nullitas
proceſſus æquè bene concerneret confeſſionem,vt acta, vt
in exemplis per eum illic poſitis. Et hinc quotidie dicimus
in iudicijs,q; confeſſio ad ſui ualiditatem non exigit telam
iudicii: & eſt uerbum ſingulare innocentii in d.c. qualiter
& quando 2.& probatur optimè in dic.c.1.& 2.de accuſa-
tio.lib.6.quę omnia cõmenda memorię tanquam pulchra,
vtilia,ſingularia,& in foro quotidie occurrentia.

1 *Sententia & libellus procedunt à pari.*
2 *Iudex non debet impartiri officium ſuum non poſtulatus.*

LOCVS A SENTENTIA ad libellum.

CONGRVENTER ſubſequitur nũc lo
cus à ſententia ad libellum,à quo ſumptum
argumentum eſt probabile, forte, frequẽs,
1 & vtile, quia † procedunt à pari. Sententia
enim debet eſſe cõformis libello : & niſi ſit
cõformis libello, eſt nulla c.licet Heli. de ſi
monia & c.qualiter & quando 2.de accuſatio.& vltra id q;
in iudiciũ deductum eſt,excedere poteſtas iudicis non po-
teſt,lege.vt fundus.ff.communi diuidũ. imò fatuus eſt iu-
dex, qui pronunciat ſuper non petitis, lege finali.C. de fi-
2 deicommiſ. liberta. nec † debet iudex impartiri officium
ſuum non poſtulatus, lege quarta §. hoc autem iudicium,
& ibi habetur pulchrè per Bar.ff.de damno infecto.Et hinc
ſingulariter dicit Bald. in repetitione l.edita,in 16.colum.
C.de edendo, quod omnes leges loquentes de ſententia,
poſſunt trahi ad libellum , quia debent eſſe conformes :

Hinc

Digitized by Google

Hinc etiam dicit glo.ſingularis in c.dudum,in fine, de decimis:quod talis præſumitur libellus,qualis eſt ſentẽtiæ:& ibi ſingulariter dicit Panormi.quod quando nõ apparet de libello,vel petitione , quia forte acta propter antiquitatem ſunt deperdita, tunc ex verbis ſententiæ debemus præſumere qualitatem libelli,ſeu petitionis quod tene mẽti, & plura alia ad hanc materiam pertinentia uidere poteris per Ioannem de Anania & Felinum in d. cap.licet Heli,& per Alexan.& Iaſonem in l.vinum.ff.ſi certum petatur , & per Georgium Nattam in repetitione clemen.ſæpe , in verſic. non ſic tamen,de verborum ſignificationibus, & per Angelum & Iaſonem in §.curare,inſtitu.de actionibus, ad quos remiſiſſe ſufficiat,cum ab omnibus habeãtur. & vide quod dixi ſupra loco proximo.

1 *Sententiæ quæ lata eſt pro libertate ſtandum eſt.*
2 *Proniores eſſe debemus ad abſoluendum , quam ad condemnandum.*

LOCVS A SENTENTIA ad probationem.

VIDENDVM eſt & de loco a ſententia ad probationem,a quo ſumptum argumentum probabile eſt,& utile : vt bene probatur in l. lege Iulia & Papia,quæ alias incipit, lege Iulia Petronia.ff.de manumiſſio. titu. generali:quem textus.ad hoc ponderat,& reputant valde singularem Baldus,& Præpo.in tit. hic finitur lex deinde conſuetu. regni incipiũt.§.j.in vſibus feudorum,& Ludouicus de Roma in ſua aurea repetitione,Auth. ſimiliter, C. ad legẽ Falci.in primo ſpeciali piæ cauſæ circa iudici, & Felinus in c.in noſtra,in 1 col.de teſtibus. Et hic eſt,q̃ ſicut fauore libertatis diuerſis ſententiis latius per plures iudices ordinarios non diſpari numero,vna pro libertate, & alia contra
1 libertatem,illi † ſententiæ ſtandum eſt, quæ lata eſt pro libertate:vt eſt tex.in l.inter pares.ff.de re iudicata,& in ca. ſi.eod.titu.& in d.l.lege Iulia.in principio:ita etiam aliqui

Digitized by Google

teſtes non diſpari numero deponunt contra libertatem, cæteris paribus ſtandum erit illis probationibus, quæ faciunt pro libertate, per d.l.lege Iulia & Papia, in fi. Et idem cedere in pia cauſa, & in aliis cauſis fauorabilibus, vt ſunt cauſæ matrimonii, dotis, teſtamenti, & ſimiles, eadem ratione: de quod dicam infra in loco à libertate ad piam cauſam: extra autem cauſam fauorabile ſicuti ſtaretur ſententiæ latæ pro reo, quando eſſent latæ contrariæ ſententię per plures iudices ordinarios non diſpari numero d.l. inter pares, & d.c.fi. ita etiam quando teſtes non diſpari numero contraria deponerent, pronunciãdum eſſet pro reo, quia † proniores eſſe debemus ad abſoluendum, quam ad condemnãdum, l. Arrianus. ff. de actio. & obli & l. abſentem, in princ. ff. de pœnis, & vult Feli. loco prædicto: quod imis reponas ſenſibus, quia poteſt ſeruire ad multa.

1 *Sententia & tranſactio in quibus conueniant, & in quibus differant. nu. 2.*

LOCVS A SENTENTIA ad tranſactionem.

SENTENTIA etiam ad tranſactionem ſumptum argumentũ eſt probabile frequens, & vtile, quia † æquiparantur in iure, l. non minorem, C. de trãſact. cum ſimilibus, de quibus infra: quod facit ad multa, & inter alia primo ad hoc, quod ſicut exceptio ſententiæ, quæ in rem trãſiuit iudicatam, impedit proceſſum, & litis ingreſſum & ob id rectè dr exceptio litis finitæ: ita exceptio tranſactionis, vt de vtrobiq; eſt tex. in c. 1. de litis conteſtato. lib. 6. & probatur in l. elegãter. §. ſi quis poſt. ff. de condict. indebi. & in l. fratris, C. de trãſact. cũ ſimilibus. Secũdò ad hoc, quia utrũque eſt efficaciſſimũ remedium expediẽdarum litiũ l. 1. ff. de re iudi. & d.l. fratris, iuncta d.l. non minorẽ, cũ vtrobiq; notatis. Tertio ad hoc, q; ſicut ſnia cõtra minorẽ lata, fauore minoris ætatis retractari poteſt per remediũ reſtitutionis in integrum, vt toto tit. C. ſi aduer. rẽ iudica. ita & tranſactio cum eo inita, toto tit. C. ſi aduer. trãſact. cũ vtrobiq; notatis.

notatis. Quarto ad hoc, quod ſicut ſentẽtia regulariter nõ retractatur prętextu inſtrumentorum de nouo repertorũ, & in certis caſibus ſpecialibus retractatur, l. ſub ſpecie, cũ ibi notatis, C. de re iudica. & l. imperatores, cum ibi notatis. ff. eo. tit. ita etiam eſt in tranſactione, l. ſub prætextu 1. C. de tranſact. & ibi notatur, quod procedit nedum quando ſententia diffinitiua lata eſt in cauſa ciuili, ſed etiã quãdo lata eſt in cauſa criminali, quia nec illa poteſt retractari per iudicẽ qui tulit ſniam, propter probationes de nouo repertas ſuper innocẽtia condẽnati, ſed id depẽdet ex gratia, & beneficio principis, tex. eſt aureis literis ſcribendus in l. diui fratres. in prin. & ibi Bar. notat & exclama. ff. de pęnis. & eſt ſimilis tex. in l. 1. in fi. ff de quæſtionibus, & ita notabiliter volunt Alex. & Iaſ. in d. l. ſub prętextu, & Alex. in d. l. imperatores, circa principium: debet tamẽ iudex, qui tulit ſentẽtiam, hoc caſu ſuperſedere ab executione, alioqui fruſtra dixiſſet Vlpianus iuriſconſultus in d l. 1. in fi. iudicem oportere principi ſcribere, quod nota. Quinto iſtud facit ad hoc, ꝙ ſicut cõtra ſententiã, quæ in rem trãſiuit iudicatam, in maiore 25. annis ratione læſionis non eſt dare remedium. imputandũ enim eſt ei, quare nõ appellauit, l. ab eo. C. qũo & quando iudex, & c. ꝙ ad conſultationẽ, de re iudica, ita nec contra trãſactionem ratione læſionis ceſſante cõſilio fraudis, quia ęquiparãtur, ut ſupra: & quia prętextu indebiti ſententia non retractatur, l. 1. C. de cõdict. inde. & l. cum putarẽ. ff. fami. hercis. ergo nec tranſactio cũ maiore mita ob læſionem etiã vltra dimidiam ueri debiti, retractari debet, idẽ ratione, & pro hoc eſt tex. ſua ſingulari gl. in l. Lucius §. fin. ff. ad Trebell. & ita concludit Bald. l. 2. C. de reſcind. uendi. in 8. oppoſitione, & Salice. ibidem in 3. q. & Ioan. de Imo. in c. quintauallis, in 31. col de fureiur. & eſt cõis opinio, vt ibi uidere poteris, quod tene menti. Sexto iſtud facit ad hoc, ꝙ ſicut ſententia lata prætextu iuramẽti neceſſarii falſi, poteſt retractari prætextu inſtrumentorũ de nouo repertorum, vt eſt tex. in l. admonendi, in prin. ff. de iureiuran. ff. ita etiam tranſactio. ita ſingulariter vult glo. in l. ſi ex falſis in verbo, præcipimus, circa finem, C. de tranſact. quam ad hoc reputat ſingularem Alex. de Imol. in dicta lege admonendi, in ſecundo notabili, & Iaſon in dicta

cta lege ſub prætextu,in prima columna. Septimò iſtud facit ad hoc quòd ſicut ſententia ex falſis inſtrumentis lata, remedio reſtitutionis in integrum retractatur,l.diuus.ff.de re iudica.ſecundum commuuem opinionem,& ſecundum opinionem Zaſii etiam ſine ulla reſtitutione: ita etiam erit in tranſactione ex falſis inſtrumentis inita. De quo uide poteris latius in d.l.diuus,& per Zaſium in ſuo libello, cui titulus,intellectus iuris ſingularis,in capite,ſententias tranſactionesve ex falſis inſtrumentis datas,ſine in integrum reſtitutione retractari. Poſſet & ad multa alia induci hæc argumentatio à ſententia ad tranſactionẽ ſed prædicta pro iuuenibus abundè ſufficiunt. Et quia adduxi ſeptem vtilitates reſultantes ex conuenientia inter ſententiam, & tranſactionem,non erit inutile adducere aliquot differentias,vt ſic oppoſitis iuxta ſe poſitis materia hæc clarius eluceſcat.

2 Et in primis ſententia,& tranſactio† differunt in hoc,quòd ſententia facit ingenuum,l.ingenuum.ff.de ſtatu hominum & l.ſi iurauero,in fin.ff.de iure patro. Pactio autem,ſeu trã ſactio non facit ingenuum,l.ingenui,C.de ingenuis manu. cum ſimilibus. Secũdo in hoc, qa ex ſententia oritur actio, l.actori,C.de reb.credi.& iureiur. non ſic ex tranſactione, niſi fuerit ſtipulatione uallata,licet bene oriatur exceptio, textus eſt notabilis in lege ſiuę apud acta,C.de tranſactio. Tertio in hoc, quia per ſententiam non tollitur naturalis obligatio, lege Iulianus verum debitorem.ff.de condictio. indeb.per tranſactionem autem tollitur naturalis obligatio, propter conſenſum qui in ea adeſt, lege Stichum aut Pamphilum.§.naturalis.ff.de ſolutio. Quarto in hoc, quia licet non ualeat tranſactio de,uel ſuper his controuerſiis,q̃ ex teſtamento proficiſcuntur,niſi inſpectis,cognitiſque uerbis teſtamenti,l.de his ff.de tranſactio,& l.1.in princ.ff.quẽ admo.teſta.aper.qui ſunt text.ad hoc ſingulares: tamen ualet ſententia ſuper dependentibus ex teſtamento, non inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti,nec venit retractanda propter inſtrumentum teſtamenti poſtea repertum: Ita vult glo.notabilis in l.3.§.item ſi ipſe,in uerbo,euicerit. ff. ſi cui plus quam per legem Falc.licuerit legatum eſſe dica. & ibi eam ualde commendat Angel. & Ioannes de Imola eam etiam magnifacit Alex. de Imola in d.l.ſub prætextu,

& in

& in d.l.imperatores,circa principium, & Iaſon in d. l.non minorẽ:per quod ſingulariter ampliatur d.l. ſub ſpeciei, & d. l.ſub ſpecie,& d.l.imperatores,quod not.Quinto differunt in alio,quia ſententia lata contra ſententiã, quæ in rẽ tranſiuit iudicatam,non valet,l.1.C.quando prouoca.non eſt neceſſe,l.1.C.ſentent.reſcin.non poſſe,& c.inter monaſterium de re iudicata,vt valeat in vim ſententiæ, etiam ſi ſecunda ſententia feratur de conſenſu vtriuſque partis, ut eſt gl.ſingularis in l.ſi diuerſa,& ibi Bar,Bal. Pau.de Caſt. Alex.Iaſ. & doct.C. de tranſactio. licet bene valeat in uim contractus,vel pacti,vt eſt gl. quæ ad hoc ſemper allegatur in l.2.C.commu. vtriuſque iudicii:tamen poſt primam trãſactionem bene ualet ſecunda tranſactio contraria primæ de conſenſu partium:dicta lege ſi diuerſa,& ibi uide rationem diuerſitatis,per gl.& doct.ualet etiam ſententia contra tranſactionem, d.l.eleganter.§.ſi quis poſt,cum ſimilibus Quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia,& quotidiana.& uide quod dixi ſup. in loco a ſimili.

1 *Teſtatoris & iudicis facta anpuriſicantur num.2.*

LOCVS A SENTENTIA

ad Teſtamentum.

OCCVRRIT nũc locus à ſentẽtia ad teſtamentum à quo ſumptum argumentum eſt probabile,forte,frequens,& vtile:quia æqui parantur a iure.l. ſeruus hac lege ff. de manumiſſio.tit.generali . Ptætẽrea teſtamentum eſt ſententia,l.hac cõſulti in fi.§.at cũ natura, C. qui
1 teſta.facere poſſ.iuncta l.j.ff.de teſta.Vnde † ſicut per ſententiam iudicis, cum cauſæ cognitione latã. põt impediri alienario,& translatio dominii d. l. ſeruus hac lege his cui bonis.ff.de ver.obli.& l.de pollicitationibus,in fi.ff. de pollicitatio qui tex.eſt ad hoc ſingularis ſecũdum Bal.in l.per diuerſas,in 9.q. in fin.C. mandati. licet aliud ſit in laudo, ſeu arbitrio.c.Raynaldus,cũ ibi notatis per gl.Inno.Panor. & doct.de teſta, ita etiam poteſt impediri alienatio per teſtatorem

Digitized by Google

ſtatorem in teſtamento,l.filiusfamilias.§.diui, & ibi habe-
tur per doct.ff.de leg.1.imò plus uolunt ibi Ioan.de Imo.&
Alexand.uidelicet,q̃ licet regulariter ſimplex prohibitio
alienationis̃,facta per teſtatorem ſine cauſa non teneat. d.
§.diui tamen ſi fiat propter minorem induſtriam perſonæ,
alia cauſa non expreſſa,tenet prohibitio.per tex.in l. Titio
centum,2.reſponſo.ff.de conditio.& demonſtra. Sicut pro-
hibitio alienationis facta per iudicem propter prodigalita-
tem tenet,ꝛ,& impeditur alienatio,d.l.is cui bonis,arguen-
do a facto iudicis ad factum teſtatoris: Sicut alibi factum
iudicis,& factum partis parificantur, l.ſi ob cauſam. C. de
euictio. quod nota. Plus tamen uidetur operari inhibitio
iudicis.quam teſtatori,quia primo ualet ſine cauſa, ſecun-
dum glo.in l.ſi ab eo.ff.de uſucapionibus:ſecunda non,d.§.
diui de hoc tamen uide latius per Pau.de Caſt. in d.l. ſi ab
eo,& per Bar.& omnes in d.l.is cui bonis,& per Ioã.de Im.
& Alexan.in d.l.Titio cẽtum,& per Henricum Boick in d.
c.Raynaldus:in caſu tamen,certum eſt plus ualere iuſſum
2 iudicis,quàm teſtatoris:q a licet † teſtator poſſit remittere
confectionem inuentarij.l.ſi.C.arbi.tute.ſi tamen appareat
confectionem inuentarij eſſe contra utilitatem pupilli,iu-
dex non debet ſequi uoluntatem teſtatoris:& idem eſt in ca
ſu conuerſo,eadem ratione:pro hoc tex.optimus in l.in con
firmando,& in l.vtilitatem.ff.de cõfirman.tute.& ita nota-
biliter decidit Bar,poſt Marti.Silla.in d.l. in confirmando,
& idem Bar.in l.nemo poteſt,in 2.colum.ff.de legat.1. & ſe
quitur Franciſcus de Aretio in conſilio ſuo 22. quod tene
menti,q a poteſt ſeruire ad multa ſimilia.Secundo.hæc ar-
gumentatio facit ad aliud,uidelicet,quod quemadmodum
ſcriptura,quam habet iudex ante formare,vel concipere,&
poſtea in mũdum redigere, non eſt ſententia. ſed quædam
præuia diſpoſitio ad ſententiã: ut eſt tex.notabilis in l 2.C.
de ſenten.ex breuiculo recitan.ita ẽt diſpoſitio p̃uia ad te
ſtandũ,ſeu nuda verborũ enunciatio in teſtamẽtũ poſtea re
digẽda nõ eſt teſtamentũ:ita ſingulariter dicit Oldra.in cõ
ſilio ſuo 219.incipiẽte,Titius cõdidit teſtamẽtũ:& ita ẽt re
perio ſentire Ioã.And.in addi.ad Spec.in ti.de inſtr.æditio.
in §.cõpẽdioſe,ĩ ver.q d ſi prius,ĩ additione q̃ incipit.Si pri
mũ teſtamẽtũ poſt mediũ,& idẽ vult Pau.de Caſ.in cõſilio
ſuo

ſuo 375.incipiente,in Chriſti nomine amen, uiſa dicta facti narratione, & c.circa finem in antiquis & faciunt notata per Panor.& canoniſtas in c.1.de ſucceſ.ab inteſta. & notata per legiſtas in l.ſi is qui,& in l.ex ea ſcriptura, in princ. ubi ſunt tex.ad hoc notabilis.ff.de teſta.quod nota,& memoriæ commenda,quia eſt quotidianum, & habui in facto & uide quod dixi ſupra in loco a lege ad teſtatorem, & q. dicam infra loco proximo.

LOCVS A TESTAMENTO AD Sententiam.

HAbemus præterea locum a teſtamento ad sẽtentiam à quo ſumptum argumentũ eſt probabile,frequens,& vtile,l.ſeruus hac l.ff. de manumiſſio. tit.generali. Vbi æquiparantur prohibitio teſtatoris,& iudiciis,cũ ſimilibus. Et hinc eſt,quod ſicut ſchedis,protocollis,ſeu imbreuiaturis ut uocant notariorum,in teſtamentis non creditur: niſi conſtet,quod ſint lectæ, vel lecta coram teſtibus & teſtatore ut eſt tex.ſingularis iuncta gl.in l.fideicommiſſa. §. 1. & ibi Bar.Bal.& doct.ff.de leg.3.ita etiam eſt in ſententia, ut licet appareat eam ſcriptam manu notarii publici, ſi tamen non appareat quod fuerit lecta,lata,& promulgata,ei nõ ſtabitur. Et ideo uidemus quotidie in fine ſententiarum poni illa verba,lecta,lata,& in ſcriptis promulgata,&c. Ita ſingulariter dicit Bal.in d.l.fideicommiſſa.§. 1. & ſequuntur ibi Florio de ſancto Petro,& Alberic. de Roſate quod not. Hoc tamen limita vt dicam infra in loco a milite ad eccleſiam,uel piam cauſam,quò recurre.

1 *Argumentum a cauſa inteſtati ad cauſam teſtati quando procedat & per totum.*
2 *Diſpoſitio teſtatoris in dubio recipit interpretationem a iure communi,vel municipali.*
3 *Regula inteſtati regulat uiam rumpendi.*

LOCVS

LOCVS A CAVSA INTESTATI ad cauſam teſtati.

HAbemus etiam in iure locum à cauſa inteſtati ad cauſam teſtati, ſeu à legitima hæreditate ad teſtamentariam: à quo ſumptum argumentum eſt probabile text. eſt notabilis in l. cauſa cognita.ff.de vulgar.& pupil.& ibi hoc notant Io.de Imo.Franciſcinus de Are. & etiam Alex.licet ſit corruptus & bonus tex.in l.pater inſtituto,§.ſi mortuo, in fine & ibi Zaſius notat.ff.de capti. & poſtli. reuer. quod † vtique verum eſt,quando eadem eſt ratio in vtroque: vt in iuribus ſupra allega,& notat Io.de Imol.in d. l. cauſa cognita,& doct.alijs locis:alioqui autem ſecus,l.quod ſi filius in principio,& ibi hoc notat Zaſius.ff. de capti.& poſtli. reuer.Sic econtra illud quod diſponitur in cauſa teſtati, propter eãdem rationem æquitatis,habet etiam locum in cauſa inteſtati l.precibus,& ibi Bal.& docto.C de inofficio.dona. Nec mireris,ſi à cauſa inteſtati ad cauſam teſtati procedat argumentum,etiam ſi res diuerſiſſimę ſint: quando identitas, vel ſimilitudo rationis in eis concurrit, pro hoc, lege non poſſunt,cum l.ſequen.ff. de legib. Præterea nihil magis diſſidet,quam clericus,& aſinus, & tamen ſubſiſtente identitate rationis, à clerico ad aſinum procedit argumẽtatio,vt eſt tex.in cap.2.de tregua & pace,& ibi Abbas antiquus,Ioan.And.Anto.de Butrio,& Ioan.de Imol. notant caſum,quo æque priuilegiatus eſt aſinus,ut clericus. Et eſt alius caſus,in quo ita priuilegiatur aſinus,vel bos,ut dominus aſini,in Auth.agricultores.C.quę res pignori obli.poſſ. q̃ nota. Et tanto minus mirari debes,quia † diſpoſitio teſtatoris in dubio recipit intellectum, vt videatur uoluiſſe id,quod ab inteſtato ex diſpoſitione iuris cõmunis,vel municipalis ſeruandum erat,l.quidam cum filium.ff. de verb. oblig.& c.quanto,& ibi notatur de iureiuran.& arg. c.cauſam quæ,de reſcript.Et hinc ſingulariter dixit Bart.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebellianum quem illic ſequũtur Angelus,Raphael,& Paul. de Caſt.in lectura Paduana, & doctores alijs ſæpe locis,q̃ in caſu dicto.§.cũ ita,neptis ſubſtituta non admitteretur,ſi in loco extaret ſtatutum, q̃ extan-

extantibus maſculis fæminæ non ſuccedant ab inteſtato. Tunc enim nepos ex filio maſculo ex præſumpta voluntate defuncti excluderet neptem ſubſtitutam. Quia verba teſtatoris in dubio recipiunt intellectum, & interpretationem à diſpoſitione iuris communis, vel ſtatuti loquentis ab inteſtato, ſecundum eos: de quo vide ibi pleniſſimè per Alexandrum de Imo. & in locis per eum commemoratis. Optimè etiam ad præmiſſa faciunt ſingulariter notata per Fely. in c. ius generale, in tertia columna in verſic. 5. prima diſtinct. Bene etiam faciunt ea quæ habentur per Paulum de Caſtro, in conſilio ſuo 406. in nouis, incipiente, caſus iſte frequenter contingit: & no. per Iaſonem in l. tres fratres, maxime in verſ. ſexto limita. ff. de pactis. Et ad iſtud propoſitum etiam ſaciunt ſingulariter notata per Bart. Bald. Ang. Paul. de Caſt. Ioan. de Imol. Alexan. Socinum, & alios in l. gallus. §. de quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. qui omnes in hoc conueniunt, quod qui non admittitur ad ſucceſſionem ab inteſtato, ille præteritus non habet ius rumpendi: quia † regula inteſtati regulat viam rumpendi. Ex quo infertur primo, quod filio emancipato inſtituto in legitima, nepote aſit ex eo in poteſtate retẽto præterito, & extraneo hærede uniuerſali inſtituto, nepos præteritus non admittitur ad rumpendum: quia non admittitur ab inteſtato, ex quo alius eũ præcedit. Et ita ibidem concludunt Barto. Bald. & Paul. de Caſt. Ex iſto etiam infertur ſecundo, quod ſtante ſtatuto, per quod filia dotata repellitur à ſucceſſione paterna, ſi per partem conditum ſit teſtamentum, & ipſa illo præterita, nõ habebit ius rumpendi, ex quo repellitur ab inteſtato. Et ita ibidem concludunt Bar. Bal. Ang. Paul. de Caſt. Io. de Imo. Alex. Socinus, & nouiſſimi: vt ibidem latiſſime videre poteris per eos & idem vult Bar. in l. ſi. ff. ad Tertu. & Georgius Natta in repetitione, cap. quamuis, in 2. col. de pactis lib. 6. Quod tene perpetuo menti. Hinc etiam ſingulariter dicit Salycet. Authen. hoc amplius, C. de fideicommiſſis, quod licet poſt nominatos in teſtamento in caſu d. Authen. uocetur extraneus, ſiue ille ſit ueniens ab inteſtato, ſiue penitus extraneus, ut ibi dicit gloſa concurrentibus tamen ueniẽte ab inteſtato & penitus extraneo, ueniens ab inteſtato præfertur penitus extraneo, quia ille præferretur ab inteſtato.

Ergo

Ergo ſimiliter condito teſtamento, per hunc locum, & eſt bonum & æquum dictum quæ omnia tene menti, quia poſſunt applicari ad multa quotidie occurrentia in practica.

1 *Diſpoſitio vltimarum, & reſcriptum motu proprio cõceſſum æqui parantur à iure.*

LOCVS A DISPOSITIONE VLTIMARUM uoluntatum ad reſcriptum motu proprio conceſſum.

IN ſuper habemus in iure locum à diſpoſitione vltimarum uoluntatum ad reſcriptũ motu proprio conceſſum: a quo ſumptum argumẽtum eſt probabile, frequens, & vtile, quia
1 † æquiparantur à iure tex. eſt notabilis in ca. 1. & in c. authoritate Martini, de conceſſ. præben. lib. 6. vbi ſic arguit ſummus Pontifex. nec mirum, quia reſcripta, vel gratiæ motu proprio conceſſa, vel conceſſæ ita fauorabilem ac pleniſſimam interpretationem accipiunt, ſicut vltimæ voluntates, c. ſi plurib. & c. ſi motu proprio, de preben. lib. 6. Et hinc ſingulariter dicit Lud. de Rom. in conſ. 398. incip. Omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio in caſu propoſiti thematis, &c. quod ſicut ille, cui in teſtamento relicta ſunt alimenta poteſt intẽtare actionem hypothecariam contra poſſeſſores bonorum obligatorum; quando perſonalis actio contra nominatim obligatum fruſtra intentaretur, vt eſt textus ſingularis in l. libertis quos §. ab hæredib. iuncta glo. ſuper uerbo, peruenerunt ff. de ali. & ciba. lega. Ita etiam ille, cui eſt per ſedem Apoſt. reſeruata penſio, ſuper fructibus ſeu redditibus certi beneficii, poterit agere actione hypothecaria contra poſſeſſores fructuum ſeu reddituum ſibi obligatorum, quando perſonalis actio contra nominatim obligatum fruſtra intentaretur, arguendo à diſpoſitione ultimarum voluntatum, ad gratiam motu proprio conceſſam 1. & idem reperio velle Felyn. in c. ad audientiam 2. in 6. colum. de reſcrip. quod commenda memoriæ, quia eſt quotidianum, & habui pluries de facto. Ne tamen decipiaris, volo te ſcire, q̃ non procedit argumẽtũ ad vltimis volũtatibus

tibus ad materiam beneficialem seu gratiã sine dicta clausula motu proprio expeditam, capiendo terminum beneficium, prout capitur in tit. de preben. & in tit. sequenti. Sed capiendo terminum beneficium propriè, prout capitur in l. fin. ff. de constit. princ. validum est argumentum ab vltimis voluntatibus ad beneficia, fundatam in loco à minori : Ita notabiliter dicit gl. in d. c. 1. §. econtra in verbo vltimis, & probatur in c. cum dilecti, in fine de don. quod nota : quia facit ad multa & uide quod singulariter notatur per Ioan. And. Ant. de Buti. & Pan. in c. olim tibi, de verb. sign. & notata per legistas in d. l. fin. & per Io. de Platea in l. si quando 1. C. de bonis vacantibus lib. 10. quo recurre.

SVMMARIA IN LOCVM A MILITE armatæ militis, ad milite &c.

1 *Priuilegia omnia concessa a iure militibus armatæ militiæ adaptabilia militib. cœlestis militiæ extenduntur ad illis fallit. n. 17.*
2 *Aequiparatio militum, & doctorum seu aduocatorum cum mu. seq vsque ad num. 16.*
3 *Clausula statuti, non obstante omni priuilegio, non intelligitur de priuilegio in corpore iuris clauso.*
4 *Milites armatæ & cœlestis militiæ de iure non possunt torqueri, vel suspendi.*
5 *Filiusfamilias miles testari potest de peculio castrensi, doctor autem, aduocatus notarius, clericus de quasi castrensi.*
7 *Stipendia militum, clericorum &c. non sunt capienda pro executione sententiæ nisi in subsidium, deficientibus alijs bonis.*
9 *Legatum relictum per militem, clericũ, &c. concubinæ non valet.*
10 *Idem in donatione inter viuos.*
12 *Disciplina militaris, & disciplina legalis exerceri possunt diebus festiuis.*
13 *Miles armatæ, vel cœlestis militiæ nõ põt esse procurator ad lites.*
14 *Officium procuratoris & notariatus vile est fallit in procuratoribus principium.*
15 *Clerici quibus casibus subiaceant foro seculari 15. 16.*
16 *Canones dicentes reges & principes subesse episcopis & sacerdotibus, intelliguntur in concernentibus animam.*
17 *Priuilegium fori concessum clericis an sit de iure diuino.*

LOCVS

LOCVS A MILITE ARMATAE militiæ, ad militem cœlestis militiæ.

DICENDVM præterea & de loco à milite armatæ militiæ ad militem cęlestis militiæ, qualis est clericus, sacerdos, episcopus: A quo sumptũ argumentũ est probabile, frequens, & vtile. Omnia† enim priuilegia concessa a iure militibus armatæ militiæ, ex quibus multa numerantur per Bar. in l. neque § deportati. ff. de mili. testa. & per Bal. in l. milites, C. eo. ti. adaptabilia, seu applicabilia militibus cœlestis militiæ, extenduntur ad illos: & nedum ad illos, sed etiam ad milites iustitiæ, quales sunt doctores, & aduocati. ita dicit glos. ualde notabilis in l. miles, in princip. & ibi Bart. Ange. & doc. ff. de re iudi. Et probantur hæc in l. sacrosanctæ, & in Aut. presbyteros, C. de epis. & cle. & in l. fori, & in l. aduocati, C. de aduo. diuer. iudi. Hinc non minus verè, quam eleganter dicit Valer. lib. 3. cap. de fortitudine, eandem laudem mereri fortitudinem foro atq; castris editam, & idem Valerius lib. 1. de censoria nota, in principio eadem æquiparans dicit, nihil prodesse foris esse strenuum, si domi male uiuitur, & subdit, Expugnétur licet urbes, corripiantur gentes, regnis manus injiciantur, nisi foro, & curiæ officium, ac verecundia sua constiterit, partarum rerum cęlo cumulus æquatus, sedem stabilem non habebit: & ad idē tendit illud Ciceronianum. Nihil pro sunt arma foris, nisi arma foris, nisi sit consilium domi: istorum etenim alterum alterius auxilio semper eguit, & tam militaris res legibus in tuto collocata est, quam ipsę leges armorum pręsidio seruatæ sunt, lege vnica in principio, C. de Iustit. C. confirma. Et isto argumento vtitur summus põtifex in c. degradatio, de pœnis libro 6. & glo. in l. milites, C. locat, & glo. in l. 1. §. est & alius. ff. si quis a paren. fuerit manu. & Ioan. And. ad multiplicem effectum in reg. sine culpa, de regul. iur. lib. 6. in Mercuria. & Alexand. de Imo. in repetitione l. centurio, in 2. 3. & 4. colum. ff. de vulg. & pupil. & doct. alijs multis locis. Et gratia exempli pro instructione iuuenum ista argu-

1

2 mentatio primo facit ad hoc, quod sicut † miles armatæ militiæ non cogitur cedere bonis, nec posset incarcerari pro debito,

debito,ſed habet priuilegium ne conueniatur vltra quã facere poteſt,deducto ne egeat,d.l.miles,in principio cũ ſimilibus:ita nec miles cęleſtis militiæ,vel miles iuſtitiæ, ut doctor cogitur cedere bonis,vel poſſet incarcerari pro debito, ſed habet priuilegium,de quo ſupra:ita ſingulariter decidit gl.in d l.miles,& eam ſequuntur illic & alijs pleriſque locis communiter omnes doctor.pro quo etiam eſt tex.ſecundum unam lectuam in C.Odoardus de ſolut.De quo articulo vide late per Pet.de Ancho.Ioan.de Imo.Pan. & canoniſtas in d.c.Odoardus,& per Ioan.de Imo,in l.ſi verò.§.de viro,in 12.colum.ff.ſol.matrimo.& in d.l. miles, & ibi late per Alex.& per eundem Alexan.in dicta lege centurio: Dicit tamen Pau.de Caſt.in d.l.miles, ſe credere , quod opinio gl.non ſeruaretur in praxi:& plus dicit ibi Alberic. de Roſate,uidelicet, quod non credit eam veram:In iudicando tamen non eſſet facile recedẽdum ab opinione gl. quam ſequũtur communiter docto.ut dixi iuxta notata per Bar. in l.fi.C.pœna iudicis qui male iudicauit,& notata per Io. And.& canoniſtas in c.1.& in c.ne innitaris,de conſtitutio. Imo plus dixit Raphael multum ſingulariter in d.lege miles,& ſequitur ibi Alexand.videlicet, quod etiam ſi ſtatu-
§ to caueatur,†quod debitor poſſet capi reiecto omni priuilegio:tamen miles,vel doctor non poterit capi,quia illa verbà *N.*
intelliguntur de priuilegio non clauſo in corpore iuris, iuxta notata per glo.in Auth.quia in prouincia,C. ubi de crimine agi oportet,& in l.2.§.legatis.ff. de iudicijs,& p Bar. in extrauaganti ad reprimendum,in verbo,nõ obſtantibus, circa finem:quod tene menti.Secundò facit ad hoc,q; ſicut
4 miles†armatæ militiæ de iure nõ poteſt torqueri,vel ſuſpẽdi,l.deſertorem.§.1.cũ ſua notabili glo.ff.de re mili.& l.milites,C.de quæſtio.ita nec milexcœleſtis militiæ, ut eſt clericus,ſacerdos,vel epiſcopus:de quo uide latius per Cyn.& doctor.in l.nullus,C.ad legem Iuliam maieſta.& per canoniſtas in c.1.de depoſito:& idem dici poteſt de doctoribus & aduocatis,qui ſunt milites iuſtitiæ ſecundum Cyn.in d. l.milites,C.de quæſtio.& gloſ.in d.l.miles: Sed ſi atrocitas delicti expoſcat,doctor uel aduocatus debet decapitari, nõ ſuſpendi,ſecundum Alexand.de Imola, in dicta lege deſertorem,in princip.Imò nõ valet cõſuetudo ,vel ſtatutum diſponens

ſponens q̃ milites, doctores, vel decuriones poſſunt torquẽ ri: Ita ſingulariter dicunt Bar. & Ioann. de platea in l. omnes iudices, per illum tex. C. de decurionibus lib. 10. & vult Ludouicus de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 492. incipiẽ te, milites doctores, & decuriones &c. de quo articulo tamẽ uide latius per cẽpolam in eleganti conſilio ſuo 40. in primo dubio: & dicam aliquid infra. Tertio facit ad hoc, q̃ ſicut ſubſtitutio compendioſa facta à milite filio impuberi per verba directa intra pupillarem ætatem ualet iure directæ pupillaris communi iure, & ad omnia patris, & impuberis bona trahitur: poſt verò pupillarem ætatem valet ex priuilegio militis iure directo, vt militaris, & ad bona teſtatoris tantum cum fructibus in hæreditate inuentis trahitur, vt eſt tex. ſingularis in d. l. centurio: ita etiam dicendum erit in milite cœleſtis militiæ vt eſt clericus, & in milite iuſtitiæ ut eſt doctor, & aduocatus; & ita poſt longam diſputationem decidit Alexand. de Imo. in d. l. centurio, in tribus primis colum. ad quem remiſiſſe ſufficiat, de hoc tamen uide
5 latius ibidem per Socyn. Quartò facit ad hoc, quod† ſicut filiusfamilias miles teſtari poteſt de peculio caſtrenſi, inſtitu. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, in principio, cum ſimilibus. Ita etiam filiusfamilias doctor, aduocatus, notarius, vel clericus, poteſt teſtari de quaſi caſtrenſi peculio: tex. eſt in l. fina. C. de inofficio. teſtamen. & in d. l. ſacroſanctæ, & in d. Authen. præsbyteros, & in d. l. fori, cum ſimilibus. Et ſicuti caſtrenſe peculium eſt, ſi filiofamiliàs eunti ad caſtra, data fuerint arma, uel equi à patre, vel alio: ita etiam filiofamiliàs eunti ad ſtudium generale, dati fuerint libri legales, cenſebitur eo ipſo quaſi caſtrenſe peculium. Aequiparantur enim milites, & ſcholares, & arma, & libri, vt eſt glo. ſingularis in l. nepos Proculo. ff. de verborum ſignificat. & habetur ſatis latè per Petr. Iacobi in ſua practica in libello de in integrum reſtitutione, ut poſſit agi reſciſoria perſonali actione. Imò quod plus eſt, poterant olim de illo peculio quaſi caſtrenſi diſponere ad libitum, etiam excluſo patre; nec tale teſtamentum olim ſubiacebat querelæ, ſicut nec teſtamentum militis, d. l. fi. & l. cum lege Leoniana, C. de epiſcop. & cler. cum ſimilibus. Hodie autẽ debet per eos patri relinqui legitima, d. Aut. presbyteros, & in corpore un

de

Digitized by Google

de ſumitur:alioqui ſubuenitur patri per querelam ſecundum vnam opinionem,vel per condictionem lege ſecundū aliam opinionem vt notatur per gl. & docto.in dictis iuribus,& præcipue per Bal.& Saly.in d. Auth.presbyteros,vbi vide.Quinto facit ad hoc,quod ſicut de iure digeſtorum filiofamilias milite condente teſtamentum, pater non habebat contra tabulas,d.l. 1.§.eſt & alius.Ita etiam illo iure dicendum erat in filiofamilias doctore,aduocato , vel clerico teſtante,eadem ratione & ita ſingulariter dicit gl.in d.l. 1. §.eſt & alius,in verbo,militare cæperit,quam ſequūtur ibi Bar.& Albe.de Roſa.& Alex.in d.l. miles:hoc tamen hodie non procedit,vt vult Bar.& bene,in d.§.eſt & alius,licet ſit
6 corruptus.Sexto facit ad hoc,quod ſicut † miles armatæ militiæ obligatur iuramento, mortem non euitare pro Republica,l.penul.cum ibi notatis.ff.ex quibus cau.maio. cum ſimilibus:Ita etiam miles celeſtis militiæ non debet effugere mortem pro bono,vel vtilitate eccleſiæ , & maxime pro eccleſiæ vnitate , exemplo redemptoris noſtri Ieſu Chriſti , qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis:ita ſingulariter dicit Petr . de Ancharan. in conſilio. ſuo 281. incipiente , in Chriſti &c. in auxilium veritatis &c. circa me
7 dium.Septimo facit ad hoc , quod ſicut † ſtipendia militū non ſunt capienda pro executione ſententię , niſi in ſubſidium deficientibus aliis bonis,ita nec etiam ſtipendia clericorum:de hoc eſt tex.iuncta gl.in l.ſtipendia,C.de execut. rei iudicatæ,& in l.commodis,iuncta gl.ff.de re iudic. & facit tex.iuncta ſua notabili gl. in d.l.nepos Proculo,in fi. per quam gl.plus dixit Salt.in l.1.in 13.q.C. qui bo. cede.poſſ. videlicet q; ſcholari,militi,vel clerico,qui ceſſit bonis,ſi veniat ad pinguiorem fortunam,& emat ſibi libros , arma,vel breuiarium,non poterit eis auferri,quod nota.De prędicto articulo tamen vide latius per canoniſtas in c.peruenit, de pignorib.& late per Panorm.in repetitione c.cum eſſes , in 4.q.principali,de teſta.& per Bar.& legiſtas in l.ſi finita. §. ſi de vectigalibus.ff.de damno infecto,vbi recurre . Octauo
8 facit ad hoc,quod ſicut † miles armatæ militiæ eſt priuilegiatus,vt emptū ex pecunia ſua efficiatur ipſius, licet alius nomine ſuo emerit,de pecunia tamen militis , vt eſt caſus in l.ſi vt proponis,C.de rei vendic.ita etiā erit in milite cæ

leſtis militiæ:arg.notatorum per gl.& doct.in d.l.miles, & ita reperio ſentire Panor.in c.inquirendum,de pecul.clerico.& eundem Panorm.in conſ. ſuo 94. ſecundi voluminis, incipiente, Chriſti &c.in quæſtione &c. Ita etiam decidit Antonius Corſet. in ſingulari ſuo 113.de hoc articulo tamen vide quod dicam infra loco proximo: quia non eſt ſine magno dubio, an emptum ex pecunia eccleſiæ, efficiatur ipſius eccleſiæ, vt ibi videbis: fortius ergo dubium eſt in clerico ſed de hoc pro nunc ſatis. Nono facit ad hoc,quod
9 ſicut † non valet legatum relictum concubinæ per militē, vt eſt tex.notabilis in l.miles ita.§.mulier.ff.de teſtament. militari.Ita etiam non valet legatum relictum per clericū vel ſacerdotum concubinæ ſuæ,eadem ratione: & ita notabiliter dicit Bar. & poſt eum docto.in d.§.mulier, & idem Bar.in l.mulierem. ff.de his quib. vt indig. & facit in argumentum l.Claudius, illo eodem tit. Decimo facit ad hoc,
10 quod ſicut non valet: † donatio inter uiuos facta concubinæ,vel focarię ut uocant,per militem armatæ militiæ,l.2. C.de dona intet vir.& vxor. Ita nec donatio facta concubinę per clericū,qui eſt miles cæleſtis & honorabilior quā mi les armatæ militiæ,c.duo ſunt,96.diſtin.& c. ſolitæ,de maior.& obed.& ita diſputando tenuit Ricardus Malumbra, & ſequuntur Bart.& Ang.in l.affectionis.ff. de donatio. & notant Cynus & Salycet.in d.l.2.& idem vult Io.And.in c. de his,de ſepulturis,& Alex.de Imol.in d.l.miles,& in d.l. centurio,& Ioan.de Imol.Panor.& docto.in c.1. de clerico ægrotante,& idem eadem ratione dici poteſt in doctore vel aduocato:& ita ſpecifice reperio tenere Hoſtien.in ſumma ſua in titu.de donatio.in §.& cui,& Barto.& Alexand. in d.l.miles & Præpo.in rubrica de donatio.inter virum & vxorem,quod nota,& commenda memoriæ ad infringendū donationes factas concubinis per militem,ſacerdotem,doctorem,vel aduocatum:limita tamen,niſi donatio ſit remuneratoria obmerita,& merita probentur:quia tunc valet. Ita ſingulariter dicit Petrus de Anchor. in conſilio 246.& Panorm. in rubrica de donatio. Item limita ſecundo, niſi donatio eſſet iurata, quia tunc etiam valet: Ita ſingulariter dicit Ludo.de Roma in conſilio ſuo 43. incipiente, ad
N. primum,in quarto dudio: quod tene menti. Vndecimo facit

Digitized by Google

11 cit ad hoc,quod ſicut † filiusfamilias miles in dubio præſumitur capere, & expendere mutuum in cauſis caſtrenſibus,ſic quod ceſſat ſenatuſconſultum Macedonianum, ut eſt text.ſingularis in l. fina. in fine,C.ad Macedo.Ita etiam filiusfamilias ſcholaris accipiendo pecuniam mutuam,præſumitur in dubio eam cepiſſe,& expendiſſe in cauſas ſcholaſticas neceſſarias:Ita ſingulariter dicit Barto.in d.l.fin.& eſt de mente Bal.Ang.& Paul.de Caſtr. ibidem hoc tamen non eſt ſine dubio,quia Cyn.in d.l.fina. tenet contrarium, & etiam Alberic.de Roſate,in l. Macedoniani, illo eodem
12 tit.Duodecimo facit ad hoc,quod ſicut † diſciplina militaris poteſt exerceri diebus feſtiuis,l.diuus. ff. de feriis: Ita etiam diſciplina legalis,cum æquiparentur,d.l.aduocati,cũ ſimilibus ſupra commemoratis: & ſic licitum eſt ſtudere,& legere dictis diebus,ſecundum gl.in d.l diuus,& idem vult gl.in l.omnes iudices,C.de feriis de quo articulo vide pleniſſime per Panor.in c. 1.de feriis,& per Aluarot.in præludiis feudorum:an autem in bello ſint ſeruandæ feriæ, uide per gl.& docto.in c.1. de tregua & pace. Decimo tertio facit ad hoc, quod ſicut miles armatæ militiæ ob delictum exautoratur,degradatur,ſeu honore & priuilegio militiæ priuatur,l. 2.§.ignominiæ. ff.de his qui notantur infamia:Ita etiam clericus,ſeu miles cæleſtis militiæ,d.c.degradatio,& notatur in d.§.ignominiæ.Decimo quarto facit ad
13 hoc,quod ſicut † miles armatæ militię regulariter non poteſt eſſe procurator ad lites,l.militem, C. de procuratoribus,& l.filiusfamilias.§.veterani.ff.eo.ti.Ita nec miles cæleſtis militiæ.§.alium autem,cum ibi notatis in Authen.de ſanctiſſ.epiſc.colla.9.& extra de poſtulando per totum: & idẽ in doctore & aduocato,quia non debent ſuſcipere vile officium,quale eſt officium procurationis & notariatus,l. vniuerſos,& l.ſi quis procurationẽ,& ibi hoc notant Andr. de Barulo,Io.de Plat. & Pirrhus, C.de decurionib.lib.10. ſcias tñ,q notarii qui ſunt in aula principis,vel Papæ gerũt officium cum dignitate,vt ſingulariter notat Bal.in d.l.fori,& Io.de Platea,Pirrhus & alii in d.l.vniuerſos, & ſimiliter procuratores regum vel epiſcoporum,vt vult Bald.in l. Caſſius. ff.de ſenato.quod tene menti. Decimo quinto facit ad hoc,quod ſicut ſalarium publicum, quod pręſtatur

Digitized by Google

militibus,sequestrari non potest,nisi de debito constet per publicum instrumẽtum,ut est textus in leg.per hanc, alias incipit iubemus,vers.super his vero,& ibi Bar.notat , C.de eroga.milita.annonæ,lib.12.ita etiam dicendum est in salario quod præstatur de publico doctoribus legentibus , arguendo à milite armatæ militiæ ad militem cœlestis militiæ,& ita reperio uelle Ias.in l.si fideiussor §.fi ff.qui satisd. cogantur,vbi vide . Decimo sexto facit ad hoc , quod sicut miles deputatus ad loci custodiam , sortitur ibi domiciliũ, l.municipes,§.fi.ff. ad munici. ita etiam clericus promotus ad beneficium,sortitur ibi domicilium,c.cum nullus, de tẽpo.ord.lib.6.& vult Bar.in l.1.ff.ad municipia. Decimo septimo facit ad hoc,quod sicut miles armatæ militiæ falsum deponens coram iudice non suo,vel alias aures eius offendens,potest non obstante priuilegio fori quod habet,puniri ab eo,ita etiam miles cœlestis militiæ,vt clericus : text.est cum glo.in l.nullum,& ibi Cyn.Bald. & Paul.de Castr.notant,C.de testib.de quo tamen vide latius per Petr.de Anchora. in repetitione regulæ,ea quæ fiunt a iudice, 21.q.de reg.iur.lib.6.Decimo octauo facit ad hoc,quod sicut miles armatæ militiæ non potest habere duas militias diuersi generis,seu sibi repugnantes eodem tempore ut est text.in l. his quidem,C.qui milita.non possunt,lib.12. Ita etiam clericus plura beneficia incompatibilia habere non potest : ita notabiliter dicit gl.in d.l.his quidem, de quo articulo vide ibi latius per Io.de Platea per gl.&docto.in c.gratia,de rescrip.lib.6.Decimo nono facit ad hoc,quod sicut miles armatæ militiæ potest testari de annona ciuili,seu stipendio sibi à principe concessa,vel cõcesso,vt est textus in l. 1. C. de anno ciuili lib.11.ita etiam clericus,qui est milos cœlestis militiæ de præbenda,vel fructibus beneficii sui testari potest,ita dicit gl.in dicta l. 1. De quo articulo quotidiano videlatissime per Panorm.in repetitione,cap.cum esses,in tertia quæstione principali,de testamen. Vigesimo facit ad hoc,quod sicut ordo armatæ militiæ hoc habet, quod antiquior præfertur iuniori,& is gradus cæteros antecedat,quẽ stipendia meliora,vel labor prolixior fecerit anteire : ut est tex.in l. 1.C.de agentib.in rebus lib.12.& in l.neino , C.de offi.magistri officio ita ẽt est in militia inermi,seu spirituali ,

li,in ecclesijs,vbi consuetudo optandi habet locum: nam antiquiores canonici gradatim si uoluerint possunt optare prebendas vacantes,vel domos,quæ sunt meliores, non obstante mandato apostolico.vt est text. singularis in c. fin.de consue.lib.6.& sic in vtraque militia armata & non armata antiquior præfertur minori: q. no.Vigesimo primo facit ad hoc,quod sicut in milite armatæ militiæ non est licita manuum iniectio per rectorem prouinciæ,sed suo iudici relinquitur l.2.cum sua glo.C.vbi quis de curia vel cohorta itō nec in militem cælestis militiæ,qualis est clericus,l.1.& ibi Ang.& Bal.illo eod.tit.Parificantur enim istæ duæ milit.e quoad vocationem in ius l.2.cum sua gl.ff.de in ius vocan. & istud erat non paruum priuilegium olim quia tempore Codicis clericus quoad forum suberat præfecto prætorio tam in causis ciuilibus,quam in criminalibus, lege cum clericis,l.omnes,& l.nubemus,C.de episcop. & clericis & l. 2. C.vt nemo priuat.cum similibus:& obseruatur adhuc hodie in Frisia. Deinde iure authenticorum in causa pecuniaria clerici conueniendi erant coram episcopo, nisi natura causæ,vel alia ratio suaderet contrarium:in crimine vero ciuili remanserunt clerici de foro iudicis sæcularis, Auth.clericus,C.de episc.& cleric.& in corpore vnde sumitur. De iure vero nouissimo clericus † quoad forum maximè est priuilegiatus,& neminem laicū iudicem recognoscit, nec quoad personam,nec etiam quoad bona in causa ciuili,vel criminali,fretus noua constitutione Federici,statuimus,C.de epiſcop.& cleric.In certis tamen casibus clericus adhuc hodie subest iudici seculari:quos videre poteris per glos. 10. q.j.in summa,& per glo.in c.clericum nullus,eadem causa & q.& per glo.in c.principes 23.q.5.& per glo. Pan.& alias in ca.tua,de decimis:& latissimè per Petrum de Ancho. in dicta repetitione regulæ: Et quæ fiunt à iudice: & per Aufrerium in repetione clemētinæ primo de offic.& per Car. in aurea sua repetitione cap.perpendimus, de sentent.ex commu.& per Pet.de Anchor.& Io.de Anania in ca. 1.de Apost.& per Pan.in capitulo at si clerici,de iudi.& per Cepolam in consilio suo vndecimo & per Alexan. & in consilio octauo primi voluminis, & per Alberi.de Rosat.in dicto constitutione statuimus, & per Hyeronymum de Tortis in

egregio ſuo conſilio incipi. in nomine patris, &c. domine Deus meus,&c.& per Franciſc.de Aretio in aureo ſuo cõſilio 165.incip.in Chriſti,&c.Sicut Ioãnes dicit, &c. & aliquid per Dominicum in capitulo pro humani, circa finem de homicid.lib.6.& per Innocen.Petr.de Anchor.Panorm. & alios in c.poſtulaſti,de foro competen.Hodie autem temporibus noſtris,abuſibus clericorum exigentibus, priuilegium huiuſmodi quoad clericos exiſtentes ſub diſtrictum Cęſ maieſta.in his prouincijs reſtrictum eſt quoad forum per expreſsũ diploma Leonis Papæ x.ſi deliquant,& habitũ clericalem per menſem ante deprehenſionem non detulerint,vt tunc eo priuilegio non gaudeant:quod certè æquiſſimum eſt.Nec me mouet,quod aliquos audio ſuſurantes, dictum diploma uiribus non poſſe ſubſiſtere,attento quod priuilegium fori conceſſum clericis ſit de iure diuino,ut dicit glo.reputata ſingularis in c.ſi imperator, in verbo diſcuti 96.diſt.dum qua communiter tranſeunt doctores, ergo Papa Leo illud tollere non potuit.Quia vltra hoc,quod ſic aſſerentes grauiter iniuriatur ſummo Pontifici, qui huiuſmodi diploma ex certa ſcientia conceſſit,de eius poteſtate diſputantes,quod non longe abeſt à ſacrilegio, capitulo nemini 17.quæſ.4.& l.2.C.de crim.ſacri.Poteſt dici,quod dicta theorica ſuper qua ſe fundãt,redditur dubia. Primo per ea quæ dicta ſunt ſuprà:quia tempore C. clerici erant ſub præfecto prætorio.Secundo,quia de ea dubitando Bella mera inſignis doctor in dict. capitulo ſi imp. deſiderabat ſibi pro ea dari ſolidum fundamentum.Tertio,quia contra dictam theoricam expreſſè tenet Laurentius antiquus,& venerabilis doct.in c.2.de maio.& obed.motus per ea,quæ habentur & notantur in c. continua lege 11. q. 1. quod & ſentit Alberic. de Roma in lege bene à Zenone,C.de quadri.preſcr.Inno.in d.c.2.ſi vltimã opinionẽ ibi poſitã dicamus eſſe ſuã,vt dicendũ docet Hoſt.in c.1.de pęnis lib.6.& Io.An.in c.1.de sẽt.exc.li.in nouella.Et quarto cõtra dictã theoricã uidẽtur tex.Matthæi.20.Marci x.Lucæ 22.ad Roma.13.ad Titũ 3. & prima Petri 2.& 2.Petri 2. & in epiſtola Iudę.& eodẽ modo tollitur illud pſal.104.& 1. Paralipomenon 16.nolite tangere Chriſtos meos,per q̃ gl.in Auth. de non alienan. poſt principium verbo de generi,colla. ſecunda

cunda dicit:quòd genus clericorum deber eſſe audax,quia defenditur illa lege Dei,nolite tangere Chriſtos meos:quia reſpondetur,ut ſupra, & ſpecialiter ad hoc ultimum poteſt dici, quòd non obſtat ſi dicamus Chriſtos reges , & minus ſi dicamus Chriſtos omnes unctos:cum nedum clerici , verum etiam omnes baptizati dicantur Chriſti.id eſt, uncti in baptiſmo, Chriſtiani à Chriſto,capitulo,unico de ſacra unction:& canones † dicentes reges & principes ſubeſſe epiſcopis & ſacerdotibus,intelliguntur in ſpiritualibus,& inconcernentibus animam,vt in eis habetur,& notatur, licet in aliquibus caſibus ſuperior ſit eccleſiaſtica poteſtas : de quo exquiſitiſſimè per Pet.de Ancho.in eleganti repetitione ſua cap.canonum ſtatuta,in prima oppoſitione, de conſtitutio.& per Panormi.& alios in cap.nouit,de iudi.per Innoc.& canoniſtas in c.licet ex ſuſcepto de foro compe. per Hoſtiē.in ſumma qui filij ſunt legit.in §. qualiter & à quo, & in extrauaganti Boni.viij.unam ſanctã, de maio. & obedi.Præmiſſis tamen non inſiſtendo & dato,poſito, ſeu conceſſo,quod dicta theoriça,quæ eſt communis eſſet uera.ſci licet quod priuilegium† fori eſt de iure diuino,de quo amplè per Rotam deciſione octingéteſima quadrageſima alias eſt deciſ. 10,incip.utrum ualeat conſuetudo Anglicana.tit. de conſuetud.in antiquis,& per Felyn.in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſtitu.& per doct.alijs locis. Nihilominus ad eam patet reſponſio ex ſingulariter notatis per Car.in d. repetitio.c. ppendimus,& ex cleganter notatis p Felyn. in dicto cap ſecundo & in cap.fina.de maio.& obe. ubi reperies,quod licet Papa non poſſit tollere dictum priuilegium fori in totum,& uniuerſaliter quoad omnes clericos ; poteſt tamen quoad aliquos, & poteſt etiam ſubijcere unum clericum alicui principi ſeculari, ſecundum Felyn. ibi ſupra:quem omnino uide,ad quod etiam faciunt notata per gloſſa ſingularem communiter approbatam in capitulo à nobis , de decimis: & notata per gloſſa ſingularem,& docto.in cap. per principalem ix. quæſt. 4. faciunt etiam ad præmiſſa notata per canoniſtas in capitulo,quæ in eccleſiarum,de conſtitu.& notata per legiſtas in lege fin. C.ſi contra ius uel uti.pub.ubi reperies quod licet Papa,uel Imperator nõ poſſet tollere ius naturale,vel diuinũ, poteſt tamẽ il-

lud intc: pretari,limitare,& declarare quod imis ſenſib.re-
ponas,& memori teneas mente, pro defenſione diplomatis
Papæ ſubijcio tamen me in hoc,& in alijs iudicio, & deter
minationi ſanctę matris eccleſiæ.Id autem q; ſupra dixi,pri-
17 uilegia † tributa militibus armatæ militiæ extendi ad mi-
lites cœleſtis militiæ,& ad milites iuſtitiæ,quando ad eos,
adaptari,vel applicari poſſunt debet limitari, vt procedat,vbi
eadem ſubeſt ratio,nec cõtrarium reperitur diſpoſitum in
iure,alias ſecus.Et ergo licet militi armatæ militiæ non im
putetur ſimplicitas,vel præſumpta ignorantia iuris, vt in ca
ſu l.1.C de iuris & facti igno.& in teſtando ſine iuris ſolen-
nitate,Inſti.de milita.teſta.in princip.cum ſimilibus: militi
tamen cœleſtis militiæ,vel iuſtitiæ non parceretur in hoc.
Italimitat Panorm.in d.cap.primo de clerico egrotante,&
doct.in d.l.1. C. de iuris & facti igno.& Alex.de Imo. poſt
alios in d.l.miles,& in d.l.centurio,& Fely.in c.cum ex offi
cijs,poſt principium,de præſcriptio & Dominicus in c.præ-
cepta,51.diſtin.& eſt ratio,quia in eis non præſumitur iuris
ignorantia.Turpe enim eſt doctori,vel aduocato, ignorare
ius in quo verſatur,l.2.§.Seruius autem Sulpitius.ff.de ori
gine iuris:& idem in clerico,vt eſt glo.in l.repetita, in ver-
bo peritos,C.de epiſco.& cleri.Hinc etiam eſt,quod doctor
minor 25.annis non auditur petẽs reſtitui in integrum pro
pter læſionem.Profeſſio enim,& deſiderium hoc caſu inter
ſe diſcrepant:ita dicit glo. ſingularis in l.profeſſio,C.de mu
neribus patrimo.libro.10.quam ad hoc multum commen-
dat Ang.in l.1.§.pueritiam.ff.de poſtulan.de hoc artic.ta-
men uide latius per Pet.Cyn.Bald.Paul.de Caſt. Salyc. &
doct.in l.1.C.q & aduerſus quos,& per Matthæũ Mateſſe-
lanum notabili 62.ubi plenè reperies.Qui aũt cẽſendi ſint
milites ad effectum,ut gaudeant priuilegijs militibus cõceſ
ſis,vide p Cy.& Saly.in d.l.1.C.de iuris & facti igno. & p
Bal.in l.in teſtamẽto,in 12.quæſtione C. de mili.teſtamẽt.
& p Ang.de Aret.in § planè,ante finẽ,inſtit.de mili. teſta-
mẽ.& p Ale.de Imo.& Soc.in d.l.cẽturio,& p Ludo.de Ro
ma in d.ſuo conſilio 43.& p deciſionẽ capellæ 151. ubi ple
ne de hoc reperies.q̃ omnia cõmẽda memoriæ tanquã pul
chra utilia,ſingularia , & quotidiana: & vide quod dixi ſu-
pra in loco à ſimili , & quod dicam infra loco proximo , &

in

in loco à speciali, & in loco à ratione legis larga ampla seu generali ad extentionem ipsius legis : in secundo casu principali.

SVMMARIA IN LOCVM A milite ad Ecclesiam, &c.

1 Miles & ecclesia & pia causa, in multis purificantur, in iure. nu me seq.

3 Verba enunciatiua principaliter propter aliud prolata quando probent.

4 Pactum futuræ successionis quando ualeat in ium ultime uolun tatis.

6 Miles potest pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere, idem in pagano instituente piam. causam.

7 Testamentum ualidum de iure speciali eandem ium habet ad tollendum primum, quanta ualidum de iure communi.

8 Solum quando cedat edificatio.

9 Pradonis locatio quando domino paria actionem sine cessione.

10 Argumentatio à milite ad ecclesiam vel piam causam quando non procedat.

LOCVS A MILITE AD ECCLESIAM uel piam causam.

1 ADIVNGENDVS hic est locus à milite ad ecclesiam uel piam causam: à quo sumptum argumentum est probabile, frequẽs, & utile, fundatum in co. quòd parificantur à iure in multis. Parificantur enim inter alia in hoc, quod tã in testamento militis, quã in testamento ad pias causas conditio, sufficit communis probatio voluntatis testamentis, videlicet per duos, uel tres testes: ut est tex. in l. Lucius 1. in princi. ff. de test. mili. iuncto c. relatum i. de testa. item in hoc, quod falcidia cessat tam in testaméto militis, q̃ in testaméto ad pias causas, ut est tex. in l. in testaméto. C. ad l. Fal. iuncta Auth. similiter, illo co. ti. & in pluribus aliis, ut infra patebit. Vnde videt bona argumentatio à milite ad ecclesiã, uel piã causam, quãdo eadem rõ militat in utroque, & quã

do

do contrarium non reperitur expreſſè deciſum in iure, & vbi priuilegium competens militi, cõgruit etiam eccleſię, vel piæ cauſæ: arg. l. illud, ff. ad legem Aquil. & capitulo translato, de conſtitutio. cum ſimilibus. Et in confirmatione iſtius, hoc argumẽto à milite ad eccleſiam, vel piam cauſam vtitur gloſ. ad notabilem effectum in l. ſi vt proponis, C. de rei vend. & glo. in c. inquirendum de peculio clerico. & glo. in c. apoſtolicos. 12. q. 2. & Bal. in l. fin. C. de pact. & Panor. in conſ. ſuo 94. 2. voluminis, incipiente, Chriſti &c, in quæſtione &c. & docto. aliis ſæpe locis. Et quia multa ſunt priuilegia militum magiſtraliter collecta per Bar. & docto. in l. neque. §. deportati. ff. dè teſta. mili. & per Bald. in l. milites, C. eo. tit. idcirco ad multa induci poteſt hæc argumentatio. Et gratia exempli pro inſtructione iuuenum colligendo ex
2 multis pauca, iſtud primo facit ad hoc, q; ſicut † fauore mĩlitis valet teſtamẽtum, quod tabellio ſcripſit in imbreuiatura uocãt, ſchæda, ſeu protocollo, licet antea decedat teſtator, quam tabellio illud legat coram teſtibus & in publicam formam redigat: dummodo tamen de voluntate eius conſtet per duos, vel tres teſtes: ut eſt tex. ſingularis in d. l. Lucius, in princi. licet ſecus ſit in pagano, vt tex. clarus iuncta gloſ. in l. fideicommiſſa. § primo & ibi Bart. Bal. & docto. ff. de leg. 3. Ita etiam erit in pia cauſa eadem ratione: & ita ſingulariter determinat Dyn. in d. l Lucius, & hoc dictum reputat pulchrum, & ſingulare Ludoui. de Roma in aurea ſua repetitione d. Auth. ſimiliter, in 13. ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates. Secundo iſtud facit ad hoc q; ſicut fauore militis valet teſtamentum conſcriptum per notas, ſeu cifras inuſitatas, & incognitas: dum tamen de uoluntate teſtatoris conſtare poſſit ſaltem per duos teſtes, ut eſt tex. ſingularis in d. l. Lucius, quem ibi Dyn. Ange. & alij ad hoc notant. Ita etiam erit in pia cauſa eadem ratione: & ita ſubtiliter notat Dynus in dicta lege Lucius, quẽ ſequitur, & multum commendat Ludouicus de Roma in dicta repetitione Authenti. ſimiliter in 17. ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates. Tertiò iſtud facit ad hoc, quòd ſicut fauore militis legata per eum in ultima voluntate relicta debentur, licet eius non ſit adita hæreditas, vt eſt tex. notabilis in d lege neque. §. fi. & in l. Antonius. ff. de fideicom. libert. ita etiã

lega-

Digitized by Google

legata pia debentur hæreditate non adita.ita dicit glos.singularis in l.eam quam,& ibi Bar.& doct.C.de fideicommiſſis.& Bal.in Auth.ſi qua mulier,circa finem,C.de ſacroſan. eccl.& idem Bald.in conſilio 39.5.voluminis.Hoc etiam firmant Baldus Florianus de ſancto Petro, & alij l.prima in fine.ff.de lega.primo & habetur pleniſſimè per Ludouic. de Roma in dicta repetitio.Auth.ſimiliter, in 20.ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas volũtates,& per Iaſonẽ in d.l.eam quã & per eundem in l.1.in vtraque lectura,C.de ſacroſanct.eccl.& per Salyc.ibidem in 13.quæſt.& dicam infra loco proximo,ubi recurre. Quarto iſtud facit ad hoc, quod ſicut
3 † verba enunciatiua principaliter propter aliud prolata fauore militis diſponunt,& probant.licet in pagano ſit ſecus, vt de utroque eſt tex.in l.ex his verbis,C.de teſta.mili.Ita etiam uerba enunciatiua propter aliud prolata fauore piæ cauſæ diſponunt,& probant:ita ſingulariter dicit Bart:in repetitione d.l.1.C.de ſacroſanctis eccle.in penultima columna in uerſicu. ſecundo quæritur , quem refert,& ſequitur Panorm.in c.finali ubi eſt tex.ſingularis de ſucceſſi.ab inteſtat.& ibi etiam alij canoniſtæ hoc notant:ita etiam conſulendo decidit Panormit.in conſilio ſuo 11.1.uoluminis incipiente,in cauſa quæ uertitur inter hoſpitale &c.in 2.columna,ita etiam tenet Iaſon in d.l. ex his uerbis, in quinta limitatione,& dicã infra loco proximo,quo recurre. Quinto iſtud facit ad hoc,quod ſicut fauore militis pactum
4 † futurę ſucceſſionis deferendæ digreditur ad ſpeciem ultimæ uoluntatis,& valet in uim ultimæ uoluntatis licet non ualeat in uim pacti,ut eſt tex.ſingularis in l.licet,C.de pactis. ita etiam erit in pia cauſa eadem ratione, ut tale pactum etiam a pagano factum interpretetur ut ualeat in uim ultimæ uoluntatis:& ita ſingulariter determinat Baldus in dicta lege finali,in quinta columna,C.de pactis & eum ſequitur Alexand. de Imola in legę pactum quod dotali, C. de pactis,& Philippus Francus in cap.ſecundo de pactis lib. 6. idem etiam uult Alexan.de Imo.in conſilio ſuo 152.vj. uoluminis,incipiente,in cauſa & lite:hoc etiam uidetur tenere Iaſon,licet uacillet,in d.l.licet: Et quamuis contrarium iſtius teneat Ludouic. de Roma in dicta repetitione Authentic,ſimiliter,in 7. ſpeciali pię cauſę circa contractus:

nihi

mihi tamen plus placet prima opinio per rationes Alex. in d.l.pactum quod dotali,& in d.conſ.152.quę omnino uide
N. quia articulus iſte pulcher eſt,& quotidianus. Sexto iſtud
3 facit ad hoc,quod ſicut † fauore militis nominatus,ſeu appellatus per eum hæres in actu inter uiuos, per talem appellationem cenſetur inſtitutus hæres,dicta lege licet: Ita etiam erit in pia cauſa,ſi per aliquem in actu inter viuos appelletur hæres: ita ſingulariter decidit Bart.in l.tale pactũ §.finali.ff.de pactis,per tex.in dicto capitulo fina.de ſucceſſio. ab inteſta.pro quo etiam facit tex.in lege fin. C. famil. herciſc. ubi nominatio filii, vt hęredis, per patrem in actu inter viuos facta ſufficit,vt hæreditatem illi dediſſe uideatur:& hoc dictum Bartol.ſequitur Alexand.in d. ſuo conſilio 152.& in d.l.licet, & idẽ uidetur ibidem tenere Iaſ.licet vacillet: & licet contrarium expreſſẽ teneat Ludouic. de Roma in dicta repetitione Authen. ſimiliter, in 6.ſpeciali piæ cauſæ circa contractus,& Angel.& Paul.de Caſtr. in d.l.tale pactum.§.fina. mihi tamen plus placet prima opinio. per rationes Alexan.in d.l.licet circa fi. quem omnino
6 vide. Septimo iſtud facit ad hoc, quod ſicut † miles poteſt decedere pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus,l. ſimiles unum,& l.miles ita §.1.ff. de teſtam.mili. ita etiam Paganus inſtituendo piam cauſam fauore pię cauſæ poteſt decedere pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus: ita ſingulariter dicit Bartol.in repetitione dicta l.prima, in penulti. columna in verſicul. quinto quæro an in prædictis, C. de ſacro.eccle.& ſequitur Pet.de Ancho.in c.cum eſſes, in 30. quæſt.de teſta.& idem vult ibi Ioan.de Imola in nona columna.idem etiam vult Panormita.in conſilio 32. ſecundo voluminis incipiente circa duo,& Alexan.de Imola in conſilio 105. 4. voluminis circa finem: quod memori teneas mente, quicquid dicat Bald. in repetitione dicta lege prima,in antepenulti. colum.& Salicet. ibidem circa finem,& etiam Bald.in lectura eiuſdem lege prima.Octano iſtud facit ad hoc, quod ſicut teſtamentum militis factum iure militari,reuocat primum ſolenne iure communi factum,l. militis codicillis.§.fina.ff.teſta.milita.l.eius militis.§. militia miſſus,in fine eodem titu. & lege ſecunda, ff. de iniuſto rupto irritove teſtamento: ita etiam teſtamentum ſolen-
niter

niter conditum etiam si in eo sit instituta pia causa, re-
uocatur per secundum conditum coram duobus vel tri-
bus testibus in quo pia causa est instituta: ita singulari-
ter decidit Paulus de Castro in consilio trigintesimosexa-
gesimo quarto in antiquis incipiente, in Christi, &c. du-
biuim facit, &c. & sequitur Alexand. de Imola in consi-
lio centesimosexagesimosexto secundo voluminis incipien
te redemptoris, &c. uiso themate, &c. circa finem, & Bar-
batia in consilio suo 42. tertio voluminis incipiente, illud
in medium, &c. in quinta columna, & ratio est, quia in
primo testamento ad eius ualiditatem non requirebantur
nisi duo, vel tres testes, dicto capitulo, relatum j. & quod
super abundat non attenditur, lege testamentum, C. de
7 testament. & quia † eandem, ac tantam uim habet testa-
mentum ualidum de iure speciali ad tollendum primum
quantum ualidum de iure communi, iuribus præal. & fa-
cit lex cum ex oratione, in principio. ff. de excusa. tuto.
Vbi tantum operatur dignitas adepta per priuilegiũ, quan
tum dignitas adepta de iure communi: quod est perpe-
tuo memoriæ commendandum. Nonò istud facit ad hoc,
quòd sicut fauore militis emptum ex pecunia militis effi-
citur ipsius, dicta lege si ut proponis, licet aliud fit in pri-
uato, lege si ex ea pecunia, C. de rei uendica. cum concor-
dantis de quibus ibi in glos, ita etiam emptum ex pecu-
nia ecclesiæ, vel piæ causæ efficitur ecclesiæ, uel piæ cau
sæ eadem ratione, & ita concludit glos. in dicta lege si
vt proponis, & glos. in lege secunda, ff. quando ex facto tu
toris, & glos. in lege, si patruus, C. commu. vtriusque iudi-
cii, & glo. in d. cap. inquirendum, & glo. in præallegato cap.
8 apostolicos, quæ plus dicit uidelicet quod si clericus † ex
pecunia ecclesiæ ædificet in suo solo, ædificium non cedit
solo, prout regulariter contingit §. cum in suo solo, institu.
de rerum diuisio. cũ similibus: sed fauore ecccleſiæ solum
cedit ædificio, & ad hoc illa glo. allegatur pro singulari per
Panormita. in dict. consilio 94. de hoc tamen articulo pul-
chro & quotidiano uide latius per Ioan. de Fantusiis, Ar-
chidia. & Domini. in dicto cap. apostolicos, qui videntur in
hoc tenere contrariũ, & respondent iuribus & motiuis per
d. l. adductis, & per Host. Io. An. & doct. in d. iuquirendũ, &

per

per Ludouic.de Roma in d.repetitione Auth. ſimiliter,in 10.& 19.ſpeciali piæ cauſæ circa contractus,& per Io. An. in additio.ad Specu.in titu.de emptio.& venditio.in §.ter tio loco,in verſicu. quid ſi clericum & per eundem Ioan. And.in regula,qui prior,de reg.iur.libro 6.in Mercuria.& per Bald.in l.in tantum,in princ.ff.de rerum diuiſio.& per Cy.Bart.Bald.& doctor.in d.l.ſi vt proponis,in quib. locis reperies de hoc ſatis plenè, & tetigi ſupra loco proximo. Decimo ex iſta æquiparatione militis,& piæ cauſæ infertur
9 ſingulariter & illud,quod licet † in priuatis perſonis ex locatione prędonis nõ acquiratur vero domino actio ſine ceſſione,tamen fauore militis,& piæ cauſæ ex locatione facta per intruſum vel prædonem,acquiritur actio uero domino ſeu prælato eccleſiæ contra conductorem ſine ceſſione ante ſolutionem: ita ſingulariter determinant Bart. Raphael Fulgoſius,Pau.de Caſtro,& Iaſon in l.ſi vrbana.ff.de condict.indeb.& idem ſentit Bal.duobus uerbis in d.l.cū quã, in 2. col.in ver.extra quæritur,in fi.quod nota. Aduerte ta
10 men,quia hæc argumentatio † milite ad eccleſiam,uel piã cauſam non procedit,quando priuilegium competens militi non congruit eccleſiæ,vel piæ cauſæ,vel quando nõ eſt eadem ratio in vtroque, vel quando contrarium reperitur aliquo iure expreſſè deciſum: quia in incertis,non in certis locus eſt coniecturis,l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.obl. & expreſſum facit ſilere tacitum,l.fi. C. de pactis conuentis,cum ſimilibus.Et hinc eſt,quodlibet uoluntas militis captatoria non valeat,l.captatorias,C.de teſtamen.mili.& ſimiliter voluntas pagani captatoria,lege illa inſtitutio.ff.de hæredibus inſtituend.cum ſimilibus tamen voluntas captatoria ad pias cauſas valida eſt, vt eſt textus ſingularis ſecũdum vnum intellectum in capitulo cum tibi,& ibi notatur per canoniſtas de teſta.& in l. fideicommiſſaria libertas ita dari.ff.de fideicom.liber & ita notabiliter vult Bar.in d.repetitione l.1.in 3.q.5. q. principalis. De quo articulo pulchro, ſubtili,& quotidiano, videre poteris pleniſſimè per Io.de Imo. & canoniſtas in d.c.cum tibi:& vide quod dicã infra loco proximo. Hinc etiam credo. malè dicere Ludo. de Roma in d.repetitione Auth ſimiliter in 11.ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates, dum arguendo à milite ad

piam

piam cauſam dicit,quod ſicut in teſtamento militis teſtantis in tentorio,non dico in conflictu belli,teſtes debent eſſe rogati,vt eſt text.in l.diuus.ff.de teſta.milit. & in §.planè,inſtitut.eodem tit.ita etiam in teſtamento ad pias cauſas condito,teſtes debent eſſe rogati, ſecundum eum : ſed errat quia contra eum eſt tex.in d.c.relatum i.ſi ſubtiliter ponderetur in parte ſua diſpoſitiua: vult enim vltimam uoluntatem ad pias cauſas decidi ſecundum canones, & legẽ euangelicam,ſecundum quam non requiritur,quod teſtes ſint rogati : nec illud eſſet fauorabile eccleſiæ, vel piæ cauſæ,ſed diſpendioſum,& oneroſum: quod tollere voluit canõ in d.c.relatum , vt ibi uidere poteris per Io. de Imo. & alios, & ita communiter tenetur per legiſtas in d.l.1. C.de ſacroſanctis eccleſiis,& per canoniſtas in d.ca.relatum. Et hæc pro iuuenibus ſufficiant. Quæ omnia commenda memoriæ tanquam ſingularia , utilia , & quotidiana : & vide quod dixi ſupra loco proximo , & in loco à ſimili, & quod dicam infra in loco à ſpeciali, & in loco à ratione legis larga ampla,ſeu generali ad extenſionem ipſius legis,in ſecũdo caſu principali

SVMMARIA IN LOCVM
à libertate ad piam cauſam.

1 *Libertas & pia cauſa æquiparantur.*
2 *Mulier fideiubens pro ſerno fauore libertatis, vel pro pia cauſa non imiatur Velleiano.*
3 *Mandatum re integra non finitur morte mandantis fauore libertatis aut pie cauſe.*
4 *Probationi vel ſententia quæ eſt pro libertate, vel pia cauſa, ſtatur.*
5 *Legatum libertatis debetur, etiam ſi reperiatur cãcellatum. idẽ in legato relicto ad pias cauſas.*
6 *Conditio fauore libertatis, uel pia cauſe non reijcitur. que alias reijceretur.*
7 *Intellectus l. ſi ita fuerit libertas relicta. ff de manumiſſi. teſta.*
9 *Legatum libertas debetur hereditate non adita idem in legato pio .*
10 *Legatum fauore libertatis, & legatum pium per redemptionem ſub-*

Digitized by Google

subsecutam censetur resuscitatum.

11 *Legatum libertatis sub conditione negatiua non exigit cautionem mutationum nec in dubio extinguitur.*

13 *Verba educatoria ad honoratum directa fauore libertatis inducunt dispositionem.*

14 *Cõditio negatiua trahitur retro in legatis liberttatis, vel pia causa fauore.*

16 *Tempora interpellata coniunguntur libertatis fauore.*

17 *Conditio iusiurandi adscripta legato Libertatis non reiicitur. Limitatio ad legem qua sub conditione. ff. de conditionibus instit.*

18 *Conditione mixta adscripta libertati deficiente per casum fortuitum, & non facto eius cui relicta est libertas, legatum libertatis debetur. Idem in legato pio.*

19 *Fideicommissum libertati, vel ad piam causam non est nullũ, licet legatum sit nullum.*

22 *Scientia absque contradictione fauore libertatis, & pia causa habetur pro consensu & operatur remissionem pignoris.*

23 *Sententia lata pro mortuo ualet fauore libertatis & pia causa.*

24 *Legatum rei aliena relictum. pia causa valet, quoad aestimationem. Intellectus cap. filius. de testamen.*

25 *Testamentum imperfectum ratione voluntatis valet fauore libertatis, & quid quoad pias causas.*

26 *Legatum libertatis eius fauore potest committi in liberam voluntatem tertii.*

28 *Verba enunciatiua propter aliud prolata fauore libertatis, & pia causa disponunt.*

29 *Petrum seruorum quos testator emi iussit, & manumitti habetur loco aris alieni.*

30 *Res sieri sacra vel religiosa per pactum potest impediri.*

33 *Morare ipsa absque aliqua interpellatione contrahitur fauore libertatis & pia causa.*

35 *Fauere ita debemus ecclesiis, viduis, & aliis miserabilibus personis, vt aliis iniuriam faciamus.*

36 *Argumentatio à libertate ad piam causam quando procedat.*

37 *Legatum quando dicatur pium. remissiue.*

LOCVS

LOCVS A LIBERTATE ad piam cauſam.

EST & locus à libertate ad piã cauſam, à quo ſumptum argumentum eſt probabile, frequentiſſimum, & vtiliſſimum. Vbicunque enim lex aliquid ſtatuit, vel diſponit in fauorem libertatis, illa lex etiam locum habet in pia cauſa, quando ad eam applicabilis eſt, & quando eadem ratio militat in vtroque, nec contrarium reperitur à iure diſpoſitum: quia libertas † & pia cauſa æquiparantur, vt vult Bald. in l. 2. circa princ. C. de fideicom. lib. & idem Bal. in l. ſi iure, C. de manumiſſ. teſtamen. & Bartol. in l. ſi vnus, C. de teſt. & idem Bartol. in l. Titio vſusfructus. §. fi. ff. de condit. & demon. & idem Bart. & Ioã. de Imol. in l. proxime, in fine, ff. de his quæ in teſta. delen. & Alexan. de Imo. in l. centurio, in 2. colum. ff. de vulg. & pup. & ponit pro regula Matteus Mateſſelanus in notabili ſuo 114. pro quo etiam facit, quia dare libertatem ſeruo, eſt actus pietatis, l. 1. circa fin. & ibi Bald. notat, C. de commu. ſer. manu. & l. veterum, C. ad Vellei. q̃ induci poteſt ad multa pulchra & ſingularia dicta, quotidie in foro occurrentia, ex quibus pro inſtructione iuuenũ referam primo x. & vij. poſita per Ludo. de Rom. in aurea ſua repetitione, Auth. ſimiliter, C. ad leg. Falcid. Et deinde ſubnectam decem, & ſeptem alia pulchra, ſingularia, & nõ minus vtilia, pro nunc occurrentia, ex hac argumẽtatione reſultãtia. Et in primis iſtud facit ad hoc, q̃ ſicut † fauore libertatis mulier fideiubens pro ſeruo, vt cõſequatur libertatẽ, nõ iuuatur beneficio Velleiani, vt eſt text. notab. in d. l. interim: Ita etiam mulier non iuuabitur beneficio Velleiani, quando fideiubet pro pia cauſa, eadem ratione: & ita ſingulariter dicit Lud. de Ro. in dicta repetitione Auth. ſimiliter, in tertio ſpeciali piæ cauſæ circa cõtractus: quod an verum ſit, pendet ab illo, an ratio d. l. veterum, mĩ liret in pia cauſa: quod ſi ſic, debebit, & in pia cauſa locum habere diſpoſitio, d. l. ueterum, ſecundum Salycet. ibidem. Secundo iſtud facit ad hoc, quod ſicut fauore libertatis † mandatum re integra non finitur morte mandantis: ut eſt text. notabilis iuncta gloſ. in l. ſi pater filio, in principio

ff.de manu.vindicta. ita etiam mandatum non finitur rei integra morte mandantis fauore piæ cauſæ eadem ratione : & ita ſingulariter vult Ludouicus.de Roma in d.repetitione Auth. ſimiliter , in 17. ſpeciali piæ cauſæ circa contractus,& Baldus in l.mandatum,in 4.columna. C. mandati, per l.ſi ego.§.1.hoc decidens,in dote.ff.de iure dotiũ, quã ad hoc reputat ſingularem:& idem vult Baldus in authentica ſi qua mulier, circa finem,C. de ſacroſanct. eccleſ. & Hippolitus de Marſiliis ſingulari 44.& Franciſcus de Crema in ſingulari 143.& dictam , l. ſi ego. §. 1. etiam ad hoc notat Benedictus,de plumbino in dict.ſi pater filio:& eius meminit gloſ.ibidem. quod tene menti. Tertiò iſtud facit
4 ad hoc,quod ſicut fauore libertatis † pluribus probationibus vel ſententiis hinc inde repugnantibus,& contrariis,illi probationi,vel ſententiæ ſtatur, quæ eſt pro libertate, vt eſt textus notabilis vnicus,& ſingularis in l.lege Iulia & Papia.ff.de manumiſſio. ita etiam erit fauore piæ cauſæ,eadẽ ratione, & ita ſingulariter vult Ludouicus de Roma in dicta repetitione Auth.ſimiliter,in primo ſpeciali piæ cauſæ circa iudicia:& Anton.Corſetus in ſingulari ſuo 231. Nec mirum, quia Papiniano teſte ſumma eſt ratio,quæ pro religione facit, l. ſunt perſonæ. ff. de religio. & ſumpti. fune.
5 Quarto iſtud facit ad hoc, quod † ſicut legatum libertatis debetur, licet reperiatur cancellatum, quia iuris præſumptione cenſetur cancellatum inconſultè circa intentionem teſtatoris,niſi contrarium probetur: vt eſt text. ſingularis in
M. d.l.proximè. in fine. ita etiam erit in legato relicto ad pias cauſas,eadem ratione:& ita decidunt Barto. & Ioannes de Imo.in d.l.proximè,& idem Barto.in d.l.ſi vnus, vbi dicit ſe ſic conſuluiſſe,& ibi Iaſon & nouiſſimi, & Ludouicus de Roma in d.repetione Auth. ſimiliter,in primo ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates, & Anton. Corſetus in ſin-
6 gulari ſuo 68. Quinto iſtud facit ad hoc , quod ſicut † non reiicitur conditio fauore libertatis , quæ alias reiiceretur: vt eſt text.in d.l.Titio vſusfructus. §.ſi. ita etiam non reiicitur conditio,alias reiicienda,fauore piæ cauſæ,eadem ratione & per iſtud dicũt Gulielm.& Albericus in d. l.Titio vſusfructus.§.ſi.quod ſi legato virgini relicto apponitur cõditio,quod non nubat , vel quod nubat de conſenſu tertii,

& ſi

& ſi ſecus fecerit,quod bona eidem legata applicentur alicui pro loco:hoc caſu non reiicitur conditio, ex quo cauſa in quam facta eſt translatio eſt priuilegiata : & hoc dictum refert & ſequitur Ludouicus de Roma in dicta repetitione Auth.ſimiliter,in 2. ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates : quod eſt notabile pro limitatione Auth. cui relictũ, & totius tituli,C.de indicta viduitat.& hoc notat Iaſ.in d. Auth.cui relictum,& in l. 1.eiuſdem titu. Sextò iſtud facit
7 ad hoc, quod ſicut fauore † libertatis libertas relicta per verba notantia temporis lapſum,puta anno duodecimo,peti poteſt in initio anni duodecimi:vt eſt tex.notabills in l.ſi ita fuetit libertas relicta.ff.de manum.teſtamen. ita etiam legatum tali modo relictum ad pias cauſas, peti poterit in ipſius anni,vel temporis initio eadem ratione, & ita ſingulariter vult Ludo.de Roma in dicta repetitione Auth. ſimiliter,in quinto ſpeciali piæ cauſę circa ultimas voluntates. & idem repetit ipſe in 31. ſpeciali. De intellectu tamen d. l.ſi ita fuerit libertas relicta,uide plene ibidem per Benedictum de Plumbino,& per Io.de Imola & Alexand. in l.quĩ hoc anno.ff.de verbor.obligationib.& per Bar. Io.de Imola & Alexand.in l.ſi cui legetur. ff.de legat. 1.& per Salyce. in l.1.C.quando dies lega.cedit,per Angel.in l.ex his, illo.
8 eod.titu.Septimò iſtud facit ad hoc,quod ſicut fauore † libertatis libertas relicta ſeruo,cum Titius ad certam ætatẽ peruenerit,peti poteſt die veniente,licet Titius ad ætatem per teſtatorem determinatam morte prçuentus non peruenerit:vt eſt tex.notabilis in l.ſi ita ſcriptum fuerit.ff.de manumiſſ.teſta.in l.ſi ſeruus liber eſſe iuſſus ſit.ff. de ſtatu liberis.ita etiam legatum tali modo relictum ad pias cauſas peti poterit die veniente,licet ille Titius morte præuentus ad ætatem determinatam per teſtatorem non peruenerit: eadem ratione. Et ita ſingulariter vult Ludouicus de Roma in dicta repetitione Authentic.ſimiliter,in ſexto ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates. Octauo iſtud facit ad
9 hoc,quod ſicut fauore † libertatis,legatum libertatis debetur hæreditate non adita: ut eſt textus pulcher in l.neque. §.fin.& in l.tractabatur.ff.de teſtament.milita.& in l. Antonius ff.de fideicom.liber. ita etiam debetur legatum pium hçreditate non adita:eadem ratione. Et ita tenet glo. ſin-

gularis in l.eam quam,& ibi Barto.& docto.C.de fideicom miſſ.& Bald.in d.Auth.ſi qua mulier,circa finem , & idem Bald.& Florianus de ſancto Petro in l.1.ff.de lega.1. & Io. And.in addit.ad Specu.in titu.de inſtru.æditio.§. nunc ue ro aliqua,in verſic. ſed pone quod ex eo teſtamento nõ eſt adita hæreditas,& Petr.de Anchor.in conſilio 144. & Panormita.in conſil.32.ſecundi voluminis,& Bald.in conſilio 39.quinti voluminis,& Ludouicus de Roma in cõſilio ſuo 428.& Matthæus Matteſſelanus in notabili 162.de quo articulo tamen pulchro,diſputabili,& quotidiano,nide latiſſimè per Ludouic.de Roma in d.repetitione Auth. ſimiliter,in 20.ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates : ubi cum dictione quadam idem tenet , & per Iaſonem in d.l. eam quam,& per eundem in l.1.in 1. lectura in 6. colum. in verſic.extra glo.C.de ſacro.eccle.& per eundem in 2.lectura d.l.1.in vltima columna & per Salyce. in repetitione eiuſdem l.1.in 13.quæſtione,& per Benedictum de Plumbino in d.l.Antoninus. vbi plenè reperies: ad quos breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat,in quibus locis etiam reperies, quod ſicut fauore libertatum conſeruandarum , nemine adeunte hæreditatem, ſerui poſſunt petere ſibi addici bona,iuxta conſtitutionem diui Marci,de qua in l.fina. C. de manu.teſta.& inſtit. de eo cui libertatis cauſa bona addicuntur,per totum:ita & legatarii ad pias cauſas poſſunt petere ſibi addici bona,eadem ratione. & ante eum hoc voluit Bar.in d.l. eam quam , quod eſt nota dignum. Nonò iſtud facit ad hoc,quod ſicut fauore libertatis ſi rei legatæ
go † & voluntariè ſequatur redemptio,reſultat eiuſdem legati reſuſcitatio,vt eſt tex.notabilis in l.verum. ff. de manu.teſta.quem tex.ad hoc notant Bal.Ang.& Salic.in l.qui poſt C.de legatis. ita etiam legatum pium per redemptionem ſubſecutam,cenſebitur reſuſcitatum eadem ratione. & ita ſingulariter vult Ludouicus de Roma in dicta repetitione, Aut.ſimiliter,in 23.ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas uoluntates. Sic etiam fauore piæ cauſæ,ſi teſtator iubeat conſtrui hoſpitale in domibus ſuis,& illud inſtituat, poſtea auem domos illas alienet & alias emat,ualet & tenet inſtitutio,& conſtruendum erit hoſpitale in domibus nouiter emptis: Ita ſingulariter decidit Barto.in conſilio ſuo 36.inci-

piento

piente,in Christi nomine amen,testator in testamento di-
spoſuit,&c.& idem volunt Bartolus,Bald.Ange.& doct. in
l.placet.ff.de liberis & posthumis.quod tene menti. Decī
11 mò istud facit ad hoc , quod sicut † fauore libertatis relic-
tæ sub conditione negatiua non requiritur pro implemen
to conditionis cautio mutiana,nec extinguitur in dubio le
gatum libertatis sub conditione negatiua: puta si non asce
deris capitolium relictum,licet legatarius ex interuallo cō
trāueniat: cum sufficiat,quod cum primum potuit contra-
uenire non contrauenerit,vt est tex.singularis in l.libertas.
§.hæc autem scriptura.ff.de manu.testa.quem text.ad hoc
signanter notat glos. in l. Titio fundus. ff. de conditio. &
demonst. ita etiam erit in legato pio:eadem ratione. & ita N.
singulariter vult Ludouicus de Roma in dicta repetitione
Auth.similiter,in 24. speciali piæ causæ circa vltimas uolū
tates:quod est nota dignum , quia quilibet prima facie di-
ceret contrarium,Vndecimo istud facit ad hoc, quod sicut
12 fauore† libertatis legatum relictum sub conditione,& per
mortem ciuilem legatarii iam extinctum reuiuiscit, si pen
dente conditione legatarius restituatur : vt est casus singu
laris in l.Aristo.ff. de manumiss.testamen. ita etiam erit in
legato pio,eadem ratione. & ita vult Ludouicus de Roma
iu dicta repetitione Authen.similiter in 35.speciali piæ cau
sę circa vltimas voluntates. Duodecimo istud facit ad hoc,
13 quod sicut fauore libertatis † uerba adulatoria ad hono-
ratum directa inducuut dispositionem:vt est casus singula-
ris in l.Paul.§.primo,ff. de fideicom. liberta. ita etiam erit
in legato pio : eadem ratione & ita vult Ludouicus de Ro-
ma in dicta repetitione Auth. similiter , in 26. speciali piæ
causæ,circas ultimas voluntates. Decimò tertio istud facit
14 ad hoc, quod sicut † fauore libertatis conditio negatiua
existens trahitur retro in legatis : ut est text. notabilis in l.
Neratius.ff.de manu. testa. ita etiam erit in legato pio:ea-
dem ratione : & ita vult Ludouic. de Roma in dicta repe-
titione Authen.similiter,in 28. speciali piæ causæ circa vl-
timas voluntates. Decimo quarto istud facit ad hoc , quod
sicut fauore libertatis pluribus conditionibus disiunctim in
diuersis testamenti partibus legato libertatis ascriptis suf-
ficiat leuiorem pro complemento libertatis impleri: ut

est tex.iu l.sub diuersis in principio.ff.de condit. & idem.& in l.in libertatibus,& i l.quod vulgo.ff.de manumiss. testa. Ita etiam erit in legato pio,eadem ratione,;& ita vult Ludouicus de Roma in dicta repetitione Authen.similiter,in 29.speciali piæ causæ circa vltimas volũtates:cui adde, q̃ dixi supra in loco a legatis ad fideicommissa.Decimo quin-
25 to illud facit ad hoc,quod sicut libertatis fauore† libertas relicta à substituto vulgari debetur etiam hærede instituto adeunte hæreditatem,quia iuris præsumptione & libertatis fauore ab vtroque gradu legatum relictũ videtur:ut est casus singularis,mirabilis,& peregrinus in l. secunda.ff. de
N. manumiss.testamen.ita ẽt erit in legato pio:eadem ratione. & ita vult Ludouicus de Roma in dicta repetitione Auth. similiter,in xxx.speciali piæ causæ circa vltimas voluntates vbi dicit hoc esse mirabile,& quod quilibet dicere contrarium qui ignoraret illam legem:& verum dicit.Decimo sexto illud facit ad hoc, quod sicut fauore libertatis tempora
26 † interpellata coniunguntur,etiam contra expressam voluntatem testatoris,vt est tex.notabilis in l.fideicommissaria libertas 1.§.fina.ff.de fideicommiss.libertat. & l. seruus qui testamento,circa finem.ff.de statu liberis. ita etiam erit in legato pio:eadem ratione,& ita notabiliter vult Ludouicus de Roma in dicta repetitione Authentic. similiter in 32. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates: ubi per hoc dicit,quod si piæ causæ relinquantur prædia sub conditione, si continuis annis certum quid fiat,si ex pluribus temporibus separatim ad inuicem coniunctis, resultat perfectum tempus à testatore præfixum, licet illud nõ sit continuum, pia causa consequetur nihilominus legatum: quod est nota
N. dignum.Decimo septimo illud facit ad hoc, quod sicut fa-
27 uore libertatis† non reijcitur cõditio iurisiurandi ascripta legato libertatis,licet remittatur id quod fuit in ea conditione positum ut est text.in l. si quis ita. §. q ita.ff.de statu liberis , & in l. si quis libertatem , & ibi pulchrè Benedictus de Plumbino. ff. de manumiss. testament. Ita etiam erit in legato pio, eadem ratione. & ita vult Ludouicus de Roma in dicta repetitione Authenticæ, similiter,in 136. speciali pię causæ circa vltimas voluntates: quod nota, quia ex hoc habes magnam limitationẽ ad legem quę sub

conditione

conditione.ff.de condition.inſtit.& hæc quidem ponuntur & pro veris aſtruuntur per Ludouicum de Roma in dicta repetitione Authenticæ,ſimiliter,per hunc locum à libertate ad piam cauſam. Sed vltra prædicta iſte arguendi modus facit decimo octauo ad hoc,quod ſicut fauore liber
18 tatis†conditione mixta aſcripta libertati deficiente per ca ſum fortuitum,& non facto eius,cui relicta eſt libertas, legatum libertatis debetur:vt eſt text.in l.libertate , iuncta glo.ff.de manumiſſ.teſtamen. & in l. ſi peculium.§. is cui ſeruus.ff.de ſtatu liberis,& in l.cum ita datur.ff. de condit. & demonſtrat.& tex.peculiaris in l.cum quidam,C.de condit.in certis,& ibi glo.Bar.Bal.Angel.Paul.de Caſt. Salic. & docto.& volunt Paul.de Caſt.& Io.de Imol.in l.in teſtamento ij.ff.de cond.& demonſt.niſi de mente teſtantis expreſſe conſtet,quod nolit competere libertatem niſi conditione verè impleta,lege fina.in fine,iuncta gloſſ.ff. de manumiſſ.teſtam.& vult Benedictus de Plumbino in d.l.libertate,& Ang.in d.l.cum quidam , qui plus dicit, videlicet idem debere cenſeri,quando veriſimile eſt teſtatorem noluiſſe competere libertatem,niſi conditione verè impleta: & allegat d. l.libertate in fine,quæ hoc bene probat iuncta glo.quam etiam ſequitur ibi Benedictus de Plumbino. Ita etiam erit in legato pio,vt conditione mixta adiecta,lega- .t.
to,deficiente per caſum fortuitum, debeatur nihilominus legatum,eadem ratione:& ita ſingulariter reperio velle Ludou.de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 284. incipiente. Tu habes quod quando conditio mixta, &c. quod tenementi,quia non memini me in ſpecie legiſſe alibi. Et per hoc ſingulariter limitatur.lege legatum,C.de condit.incertis,& dicta lege in teſtamento,& lege prima.C.de inſtit. & ſubſtit.ſub conditio.factis:in quibus locis reperies per glo. & docto.de materia conditionis mixtæ ad ſaturitatem: vbi vide. Decimo nono iſtud facit ad hoc,quod ſicut olim iure digeſtorum,teſtamento exiſtente inualido,ex cauſa præteritionis,non debebantur libertates,l.filio præterito,ff.de iniuſto,rup. irritove teſta. Ita nec debebantur legata ad pias cauſas. Ita reperio velle Io.de Imol.in d.l.filio præterito in primo notabili. Hodie autem hoc caſu debentur legata etiam non pia: vt eſt tex.in Auth.ex cauſa,C.de libe.

pręteritis. De quo vide pleniſſimè per Ioan. de Imo. in d.l. filio pręterito ad quem breuitatis gratia te remitto. Vigeſimo iſtud facit ad hoc, quod ſicut fauore libertatis fideicõ
19 miſſum † libertatis non eſt nullum, ſed debetur ab hærede, licet legatum ſerui ſit nullum & pro non ſcripto, vt eſt tex. in l. cum vero. §. ſi pro non ſcripto. ff. de fideicom. liber. Ita etiam fideicommiſſum relictum ad piã cauſam non erit nullum, licet legatũ ſit nullum: Ita ſingulariter dicit Pau. de Caſtr. in l. vnica. §. in primo, circa principium, C. de caduc. tollend. & Bart. in lege alio. in prima columna. ff de alimen. & cibar. lega. Ex quo ſequitur, quod ſi lego mille Titio, qui non eſt in rerum natura, & mando, ut diſtribuat illa inter pauperes, valet fideicommiſſum, licet non ualeat legatum: tenebuntur hoc facere illi, apud quos remanet legatum: quod memori teneas mente, & vide quod dicam infra loco proximo. Vigeſimo primo iſtud facit ad
20 hoc, quod quemadmodum † legatum libertatis, relictum in teſtamento condito inter liberos, ſcripto manu patris ſine teſtibus, non debetur, licet teſtamentum valeat quo ad liberos, vt eſt textus iuncta gloſ. in uerbo inter filios, in Authentica de teſtament. imperfect. in princip. collatione octaua. Ita nec legatum ad pias cauſas ualebit, arguendo a libertate ad piã cauſam, & ita ſingulariter decidit Alex. de Imo. in conſ. ſuo 76. 3. uolum. incipiente redemptoris, &c. ponderatis his de quibus in themate, &c. penul. col. & hoc dictum refert & ſequitur Iaſ. in Auth. q; ſine, C. de teſta. Nec obſtat text. in d. Authen. quod ſine, in fine, quĩ præmiſſis uidetur refragari: quia debet intelligi & ſuppleri per text. in corpore unde ſumitur, qui clarè hoc decidit: quod imis reponas ſenſibus, quia eſt quotidianum, & habui de facto, & faciliter errares ſi non perpenderes.
21 Vigeſimo ſecundo iſtud facit ad hoc, quod ſicut † fideicõmiſſum libertatis relictum ab vno ex hæredibus inuicem ſubſtitutis, illo abſtinente ab hæreditate debetur à cohærede ſubſtituto, nec contradictio fideicommiſſarij poteſt eã impedire, ex quo non eſt hæres: ut eſt text. ſingulariſſimus in l. Lucius j. ff. de fideicomm. liberta. ita etiam erit in legato pio, eadem ratione. quod memori teneas mẽte, quia cum caſus occurriſſet de facto ita cõſului per d.l. Lucius.

cius,& per l.2.ff.de manum.testamen.supra allegatam,& p l.4.§.Lucius,cum ibi notatis per Barto.ff.de alimen. & ciba.leg.licet neminem repererim specifice hoc attingentem. Vigesimo tertio istud facit ad hoc,quod sicut fauore liber-
22 tatis scientia† absque contradictione habetur pro consensu,& operatur remissionem pignóris:ut est tex.in l.j. C. de remiss.pignoris. Ita etiam fauore piæ causæ scientia & patientia haberi debet pro consensu, & operari remissionem pignoris:& ergo si debitor rem mihi pignoratam me præsente,& non contradicente donare pio loco,vel ecclesiæ,valeret donatio,& censeretur remissum pignus hoc casu fauore libertatis:ita singulariter dicit Bal.in d.l.1. C.de remiss. pigno.& sequuntur Ludouicus de Roma & Alex. de Imol. in lege quæ dotis.ff.soluto matrimon.& probatur in Auth. si seruus sciente,C. de episcop. & cleric. quod est nota dignum:& idem comperimus in fisco eius fauore:vt est tex. notábilis in l si hypothecas,iuncta sua glo.C.de remiss. pigno.quod tene méti,quia est quotidianum.Vigesimo quar-
23 to istud facit ad hoc,quod sicut fauore libertatis dalet† sententia lata pro mortuo: vt est tex.in l.cum quasi, in principio.ff.de fideicomm. liberta. Ita etiam erit, ubi agitur fauore ecclesiæ,vel piæ causæ,eadem ratione. & ita [illegible] riter dicit Bal.in d.l.vnic.§.in primo circa finem. ubi [illegible] Romæ in consistorio Papæ decisam esse talem quæst. A[illegible] tigauit aduersus B,super quodã beneficio, tandem auditor pronunciauit pro dicto A,credens eum uiuere cum esset mortuus: post. quidam C. obtinuit se surrogari in locum dicti A, & petiuit sententiam latam pro dicto A, mandari executioni contra dictam B, qui B, obiecit, dictam sententiam esse nullam, ex quo lata fuit pro dicto A, mortuo: lege eius qui in prouincia, & ibi Paul. de Castro eam ad hoc notat. ff. si certum petatur, sicut si lata fuisset contra mortuum,l. penultima.ff. quæ sententia sine appell.rescin.sed hoc non obstante dicit Bal.fuisse decisum, dictam sententiam ualere, & executioni mandandam esse contra dictum B,fauore ecclesiæ, sicut in dicta l.cum quasi in principio,dispositum est fauore libertatis, arguendo a libertate ad ecclesiam vel piam causam, quod est ualidum secundum eum;& hoc dictũ tanquã pulchrum,& singulare

refert

refert,& ſequitur Alex.de Imo.in d.l.eius qui in prouincia, in 7.colum.quod memori teneas mente,quia eſt quotidianum.Vigeſimo quinto iſtud facit ad hoc, quòd ſicut lega-
24 tum libertatis† validum eſt,& debitum per hæredem,licet teſtator errauerit credens ſeruos illos,quibus per fideicommiſſum libertatem dedit,eſſe ſuos:vt eſt tex.in dicta l.Pau. in prin.& in l.quidam ita.§.ſi quis filium. ff. ad Trebell. ita
N. etiam ualet legatum rei alienæ relictum piæ cauſæ quoad eſtimationem,eadem ratione,& ita ſingulariter volunt Salyc.Alex.Iaſon & docto.in l.cum alienam, C. de legatis, & Ange.in § non ſolum. Inſti. delegatis,& gl.in c.filius, de teſtā.& Ludouicus de Roma in conſilio 235. incipiente, quo ad primum quo quæritur.in 4.dubio,& docto.ſæpe alijs locis.In contrarium tamen uidetur eſſe text.ad literam in d. c.filius,de cuius intellectu vide ibi latiſſimè per canoniſtas maxime per Card.Ioann.de Imo. Panormitan. Barbatiam & modernos,qui uarios illic tradunt intellectus,& latè per Panormit.in repetitione c.cum eſſes,de teſta.in 1.q. & amplè per Lu.de Roma in dicta repetitione Auth.ſimiliter, in x.ſpeciali pię cauſę circa ultimas voluntates : ubi poſt longam diſputationem ſentire uidetur,legatum rei alienæ relictum pię cauſæ ualere de iure ciuili,& inter ſubditos imperij:ſecus autem de iure canonico,& inter ſubditos Papę vel eccleſiæ:ſed communis opinio habet,ut dixi, quod legatum rei alienę ad pias cauſas ualet utroque iure quoad æſtimationem,& ad dictum capitulum filius,patet reſponſio ex notatis per doctor.in locis ſupra commemoratis:quod tenementi.Vigeſimo ſexto iſtud facit ad hoc,quod ſicut fauore
25 libertatis† teſtamentum imperfectum ratione voluntatis eſt & ualidum:ut eſt tex.not.in l.in teſtamento. ff.de fideicom.liberta.Ita etiam teſtamentum imperfectū ratione voluntatis ad pias cauſas erit ualidum quoad diſpoſita:ita notabiliter dicunt Bar.& Benedictus de Plumbino in d.l.in teſtamento:ubi Bar.dicit,ſe.ſit conſuetudo.
N. Contrarium tamē in hoc pulchro & quotidiano articulo tenet Lud.de Ro. in d.repetitione Auth.ſimiliter,in 18.ſpeciali piæ cauſę circa vltimas uoluntates,ubi plenè de hoc reperies,& per Bar. & doct.in l.ſi is qui,& in l.ex ea ſcriptura.ff.de teſta.& per Panor.& canoniſtas in c.1.de ſucceſſ.ab inteſta.Vigeſimo ſeptimò

26 mò istud facit ad hoc, quod sicut† legatum libertatis eius fauore potest committi in liberam voluntatē tertij: ut est tex. in l. fideicō. libertas ita dari, in uers. sed & si ita. ff. de fideicom. lib. quem tex. ad hoc notat gl. in l. captatorię. ff. de lega. 1. & in l. captatorias, C. de testa. mil. & alibi. Ita etiam legatum ad pias causas eius fauore potest committi in uoluntatem tertij & sic licet captatoria uoluntas regulariter non ualeat, l. illa institutio. ff. de hæredi. instituen. cum similibus de quibus ibi in gl. in legatis tamen ad pias causas ualet, c. cum tibi, ubi est tex. singularis secundum unum intellectū de testamen. & istud expresse uolunt Bar. Bal. & docto. in l. 1. ff. de lega. 1. & idem Bar. Bal. & Paulus de Castr. in d. l. captatorię, & Barto. in d. l. 1. C. de sacrosanct. eccle. & Benedictus de Plumbino in dicta l. fideicommissaria libertas, & doctor. aliis sępe locis. de quo articulo pulchro, & quotidiano uide latissime per Petr. de Ancho. Ioann. de Imola Barbatiam & nouissimos in d. c. cum tibi, & per Bald. Angel. Saly. Alexand. Iasonem & docto. in d. l. captatorias, & per Ioann. de Imola in d. l. captatorię, & per modernos in d. l. 1. C. de sacrosan eccle. ad quos remisisse sufficiat. Vigesimo octauò

27 istud facit ad hoc, quod sicut fauore libertatis hęres † creditor inuitus cogitur recipere a seruo particulareni solutionem: ut est tex. in l. cum hęres. §. item si 10. ff. de statu libe. ita etiam dicendum erit in creditore pię causę, ut teneatur recipere particularem solutionem: eadem ratione, & ita reperio singulariter uelle Ludo. de Ro. & Alex. de Imol. in l. quidam existimauerunt. ff. si cert. pet. quod infige cordi, & nunquam tradas obliuioni. Vigesimo nono ex ista equiparatione libertatis, & piæ causę inferri potest unum aliud singulare, uidelicet, qđ sicut† uerba enūciatiua propter aliud prolata fauore libertatis disponunt, l. unica, § similiq; modo C. de latina liber. toll. & §. finali, insti. de adop. ita etiam fauore piç causę disponent eadem ratione & ita reperio uel le Iason. in l. ex his uerbis, in 2. col. post alios per eum relatos, C. de testa. mili. & de hoc est tex. singularis secundum unū intellectum in c. cū dilectus, & ibi plene p Pan. & alios canonistas, de succes. ab intesta. & dixi supra loco proximo; qđ memori teneas mēte, qa est quotidianū & seruit ad multa. Trigesimo istud facit ad hoc, qđ sicut fauore libertatis

precium

29 præcium † seruorum, quos testator emi iussit, & manumitti, habetur loco æris alieni, & sic ex consequenti fit priuilegiatum, vt ante deducatur, l. æris alieni. ff. ad l. Falcid. & l. si quis seruum. §. fi. ff. de leg. 2. ita etiam legatum ad pias causas, quod sortitur fauorem libertatis, si hæreditas aliis legatis non piis solutis, futura sit non soluendo, deducetur ante
N. legata non pia, tanquam æs alienum. Ita singulariter reperio dicere Paul. de Cast. in d. l. si quis seruum. §. fi. in lectura Paduana: & sentit tacite ibi Bar. & idem aperte decidit ipse Paul. de Castr. in l. eius serui, in lectura Paduana. ff. ad legem Falcid. pro qua decisione facit licet ipse non alleget, L. 1. C. de bonis auto. iudi. possid. vbi illi, qui debent habere legata ab hærede præferuntur alijs, quibus ipse hęres nũc
2 defunctus legata reliquit, & ponitur illic in tex. ratio, quia illa prima legata censentur tanquam ęs alienum, quantum ad bona eius a quo relicta sunt. Hæc tamen decisio Pauli de Castro redditur dubia propter authoritatem plurium doctorum tenentium contrarium, vt videre poteris per gl. Bart. & docto. in dict. Auth. similiter, & per Alex. de Imola in l. sed si non seruus. §. si incertum. ff. ad legem Falci. & in locis per eum commemoratis, quò recurre sed quis iustius induit arma, cum casus iste qui quotidianus est occurrerit ęquo iudici dispiciendum relinquo. Trigesimoprimo istud
30 facit ad hoc, quod sicut † per pactum impeditur dari libertas, quæ semel difficulter reuocatur, lege ea quidem, C. si mancipium ita fuerit alienatum: Ita etiam per pactũ impeditur res fieri sacra, vel religiosa, eadem ratione. Ita notabiliter volunt Bart. Ang. & doct. in l. ea lege, C. de condict. ob cau. & probatur in l. fin. C. de pactis inter emp. & vendi. compo. de hoc tamen uide latius per Sali. in d. l. ea leg. quo recurre. Trigesimosecundo ex ista æquiparatione libertatis, & piæ causæ inferri potest & aliud quidam singulare, videlicet quod sicut libertas relicta in testamento, quod postea
31 † pronunciatur falsum, & pręstita per legatarium bona fide, non retractatur ob id, quod testamentum postea pronũciatur falsum, ut est tex. in d. l. 2. C. de fideicom. liberto. Ita etiam est hoc casu in legato ad pias causas relicto, & ergo si ex testamento falso authoritate episcopi sit constructa ca-
N. pella, vel hospitale, non poterit, destrui. Ita singulariter de-

cidit

cidit Bal.in d.l.2.& ibi Alex.in apostillis ad Bal. id notat & eius meminit Ias.in l.2.in §.si quid ex testamento. ff.de cõ dic.indebiti:q; tene menti. Trigesimo tertio ex ista æquipa ratione libertatis,& piæ causæ inferri potest aliud etiã singulare,videlicet quod sicut fauore libertatis mora contra-
33 hitur † re ipsa absq; aliqua interpellatione,vt est tex.in d. l.cum vero.§.apparet igitur,& notatur per gl.in l.mora. ff. de vsuris:Ita ẽt fauore piæ causæ contrahitur mora re ipsa absq; interpellatione,q̃ doctores vocãt irregularem:vt singulariter uult Bal.in Auth.hoc amplius,in 2.col.C.de fidei com.& dicam latius infra in loco à minoribus ad ecclesiam, vel piam causam,in prin.quo recurre. Trigesimo quarto ex ista æquiparatione libertatis,& piæ causæ inferri potest &
34 illud notabile, quod sicut quis interdum † cogitur care re re propria,recepto,iusto precio fauore libertatis,l.2.3.& 4.C.pro quib.cau.seru.præmium liber.accipiant. Ita ẽt fauore ecclesiæ,religionis,vel piæ causæ,eadem ratione & ma determinat Inn.Io.And.Car.& Pet.de Anch.in c. q; super his,de uoto:vbi per hoc decidunt,quod infidelis habens tẽ porale dominium alicuius loci,populo sibi subdito conuer so ad fidem propter periculum fidei,vel fidelium põt com- pelli ad recipiendum precium,vel cõmutationem,licet non posset precisè cogi ad fidem:& idem eadẽ ratione dici pos- set in habente domum iuxta ecclesiam,vel monasterium,vt cogatur vendere,& præciũ iustũ recipere,exigente necessi- tate,vel magna vtilitate ecclesiæ: & ita apertissimè tenent Guil.Floria.in l.si quis sepulchrum,in princ.per illum, tex. ff.de religio.& sump.funerũ Bal. & Ang.in l.1.ff. de sol.ma trimo.& idẽ Bal.in d.l.1.C.de comm.ser.manumisso.& Ias. in l.nec emere,C.de iure deliberandi,& Cæpol.in suo ele- ganti libello seruitutum vrbanarum in viti.col. ubi dicit se sic obtinuisse Veronæ,& sequitur Fel. in c. omnes leges in penult.col.in prin.decreti quod memori teneas mente. Sũ- mè tamen cauendum est,ne sub prætextu religionis grauẽ tur,aut fraudentur pauperes subditi Cęsaris:quia ita debe
35 mus fauere † piæ causæ,viduis,& aliis miserabilibus perso nis,vt alijs iniuriã non faciamus,c.ex tenore, de foro com- petenti,& habetur originaliter Exodi 23.ibi, pauperis non misereberis in iudicio,intellige in causa iniusta,ut ibi d.gl.

Posset

Posset & ad multa alia,ex præmissis,& alijs iuribus colligibilia, induci hæc æquiparatio libertatis,& piæ causæ: ad prædicta pro gustu iuuenibus dando sufficiunt.Et procedit
36 hæc † argumentatio à libertate ad piam causam, quando lex loquens libertate applicabilis est ad piã causam,& quando eadem ratio militat in vtroque, nec contrarium reperitur decisum in iure, alias secus quia expressum facit silere tacitum,l.finali,C. de pactis conuen. & diuersitas rationis diuersitatem iuris & dispositionis inducit,l.adigere. §. quã uis,cum ibi notatis.ff. de iure patro.& l.cum pater. §. dul-
37 cissimis.ff.de leg. 2.cum similibus. Quando † autem legatum dicatur pium,seu ad pias causas,vide per gl.& docto. in l.si quis Titio.ff.de leg.2.& per glo.& doct.in l.illud, C. de sacrosan.eccle.& per Panor.in rubrica extra de testa. & per Ias.in d. l.1.in prima lectura,in ultima col.C.de sacro. eccle.& per Bar.Bal.& doct.in d.Auth. similiter,in quibus locis reperies,quod legatum relictum pro anima,item pauperibus etiam amicis,ecclesijs,hospitalib.vel alijs xenodochiis,dicitur pium,seu ad pias causas: & talia legata pia sũt loco proximo,& patebit latissimè infra in pluribus locis proximè sequentibus & videre poteris per canonistas in c.relatum 1.de test.& per legistas maxime per Bar.& Bal.in repetitione d.l.1.C.de sacro.eccl.& plenissime per Lud.de Roma in dicta repetitioue Authen.similiter: & attingit obiter Franciscus de Crema in singulari suo 9. Quæ omnia commenda memoriæ,& uide q. dicam infra loco proximo,& sequẽtib.& in loco à speciali,& q. dixi supra in loco à simili.

SVMMARIA IN LOCVM AB ALIMENTIS AD PIAM CAVSAM.

1 *Causa alimentorum pia & fauorabilis.*
2 *Alimentorum,& pia causa fauore legatum incertum debitum.*
3 *Feriate die inducto ob vtilitatem hominum procedi potest in causa alimentorum & pie cause.*
6 *Diminutio eorum quæ relicta sunt in testamento facto in codicillis per verba generalia,non extenditur ad ea quæ relicta sunt prò alimentis.*

Legata

Digitized by Google

7 *Legata relicta nominatim ab harede alimentorum & pia causa fauore, a substitutio censentur tacite repetita.*

8 *Res ex qua solui debet legatum alimẽtorum fauore censetur pro legata obligata & hypothecata idem in legato pio.*

9 *Actio personalis an aliquo casu detur contra singularem successorem, vel colonum rei obligatæ & nu-seq.*

10 *Colonus non sibi, sed alij possidet.*

11 *Argumentatio ab alimentis ad piam causam quando procedat.*

LOCVS AB ALIMENTIS AD piam causam.

COngruenter subnectitur nunc locus ab alimẽtis ad piam causam: à quo sumptum argumẽtum est probabile, frequentissimum, & vtilissimum. Vbicunque enim lex aliquid statuit, vel disponit fauore alimentorum, illa lex ẽt locum habet in pia causa, quando ad eam applicabilis est, & quando eadem ratio militat in vtroque, nec aliter repe-
1 ritur dispositum in iure: quia † causa alimetorum de se est pia, & fauorabilis. l. Mela, ibi, pietatis intuitu, cum ibi nota. per gl. Bar. & docto. ff. de alimen. & ciba. lega. Multa autem specialiter statuta sunt à iure fauore alimentorum, quæ diligenter colligit Bar. in d. l. Mela, & docto. alijs locis, ex quibus subsistẽte identitate rationi, quando aliter nõ reperitur dispositũ à iure, & casus est applicabilis ad piã causam: arguí põt ad piã causã, & ex hoc maxima resultat vtilitas huius lo-
2 ci. Et in primis istud facit ad hoc, q̃ sicut fauore † alimẽtorũ legatum incertũ ratione summæ est validum, & debetur in specta patrimonii legãtis facultate, & personæ legatarii qualitate, seu dignitate: ut est tex. notabilis in l. si cui. ff. de annuis leg. Ita etiam erit in legato pio, seu ad pias causas relicto, eadem ratione, & ita notabiliter vult glo. quę hoc argumento vtitur in d. l. si cui, & sequitur Ludouicus de Roma in repetitione Authent. similiter, C. ad legem Falcid. in 27. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates. Secundo
3 istud facit ad hoc, quod sicut in causa † alimentorum procedi potest die feriato inducto ob vtilitatem hominum, l. 2.

ff. de

ſt. de ferijs,& vult Bar in d.l. Mela. Ita etiam illo tempore
procedi poterit in cauſa pia,eadem ratione, & iſtud eſt de
mente Specu.in tit.de ferijs.§.ſequitur, circa prin.& ſequi
tur Ludouic.de Roma in dicta ſua repetitione Auth.ſimi-
liter,in 8.ſpeciali piæ cauſæ circa iudicia. Tertio iſtud fa-
4 cit ad hoc,quod ſicut † fideicõmiſſum à legato pro non ſcri
pto dependens, fauore alimentorum debetur ab hærede,
vel ab eo,apud quem remanet:vt volunt Bar.Alex.& doct.
in l.alio,in 1.colum. per illum text. ſecundum vnam lectu-
ram. ff.de alimen.& ciba.leg.& idem Bart.l.fi.ff.de his quę
pro non ſcriptis habentur,& idem Bart.Alex. Florianus de
ſancto Petro,& docto.in l.pater filium.§.Tuſculanus.ff. de
lega.3.& Petr.de Ancho.in cle.2.de religio.domibus, licet
alias legatum pro nõ ſcripto regulariter remaneat apud hę
redem ſubſtitutum,vel coniunctum ſine onere, l. vnica.§.
in primo, C. de caduc. tollend.· Ita etiam fideicommiſ-
ſum ad pias cauſas dependens à legato pro non ſcripto de-
betur ab hærede,vel ab illo,apud quem remanet legatum,
ſit ſubſtitutus vel coniunctus. Ita notabiliter uolunt Bart.
Alexand.Flo.de ſancto Petro,& Pet.de Ancho. in locis ſu
pra commemoratis,& Paul.de Caſtr.in dict.§.in primo, &
dixi ſupra loco proximo. Quarto iſtud facit ad hoc,quod
5 ſicut fauore † alimentorum relictorum in vltima uoluntа-
te minus ſolemni, pręſtatio triennalis operatur,& inducit
neceſſariam præſtationem in futurum, ac ſi relicta fuiſſet
in teſtamento ſolenni:vt eſt text. ſingularis in l.1. C. de fi-
deicommi.Ita etiam hoc idem operabitur præſtatio trien-
nalis in relictis ad pias cauſas in vltima voluntate,licet mi-
nus ſolemni, eadem ratione: & ita ſingulariter decidunt
Bar.Bal.Ang.Alex.& Iaſon,in l.ſi certis annis,C.de pact.&
idem Alex.& Iaſon. in d. l. 1. quod eſt ſingulariter notan-
dum,quia quotidianum.Quinto iſtud facit ad hoc, quod
6 ſicut fauore alimentorum diminutio † eorum,quæ relicta
ſunt in teſtamento, facta in codicillis per verba generalia,
non extenditur ad ea,quæ relicta ſunt pro alimentis: ut eſt
text.ſingularis in l.libertis 2.§. poſthumis. ff. de alimen.&
ciba.leg.& vult Bar.in d.l.Mela. Ita etiam per verba gene-
ralia poſita in codicillis non minuitur legatum in teſtamẽ
to relictum ad pias cauſas: eadem ratione,& ita ſingulari-
ter

ter vult Ludo.de Roma in dicta repetitione, Authen. ſimiliter, in 4.ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates & idē Lud.in aurea repetitione ſua, l.ſi uerò.§.de viro, in 24.fallentia, ff.ſolu.matrimonio. Vbi ad hoc allegat tex.ſingularem in cap.ſi propter tua debita, de reſcrip. libro 6. quod eſt bene notandum, quia eſt ſingulare & quotidianum. Sextò iſtud facit ad hoc, quod ſicut fauore alimentorum le
7 gata† relicta nominatim ab hærede, vel ab hæredibus debē tur à ſubſtituto, vel à coniunctis, à quibus alimentorum fauore cenſentur tacitè repetita: ut eſt caſus ſingularis in l.4. §.Lucius, ſecundum unam lecturam glo.quam ſequitur ibī Bar.ff.de alimen.& cibar.lega.& uult Barto.in d.l. Mela, & Ludo.de Roma in conſilio ſuo 388. ita etiam erit in legato pio, eadem ratione & ita ſingulariter uult Lud.de Roma in d.repetitione Auth.ſimiliter, in 15.ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates: & faciunt, quæ dixi ſupra loco proximo, quod eſt nota dignum, & perpetuò memoriæ commendandum. Septimò iſtud facit ad hoc, quod ſicut fauore alimen
8 torum conditione † mixta aſcripta legato deficiente ob caſum interuenientem in perſonam eius, cui debet implere, nō deficit legatum, vt eſt tex.notabilis in l.illis libertis, ſecundum lecturam Bart.ff.de conditio.& demonſtra. & in l.prima.C.de legatis, cum ſimilibus. Ita etiā erit in legato pio, eadem ratione, & ita ſingulariter vult Ludou.de Roma in dicta repetitione. Aut.ſimiliter, in 37.ſpeciali piç cauſæ circa vltimas voluntates, & Franciſcus de Aretio in conſilio ſuo 93.in 2.column.& faciunt quæ dixi ſupra loco proximo, quod memori teneas mente, quia eſt ſingulare, & quotidianum. Octauo iſtud facit ad hoc, quòd ſicut fauore alimentorum.relictū pro alimentis ab eo, qui non eſt inſtitutus, vel honoratus, deputatus: tamen executor, valet, vt eſt tex.in d l.alio ſecundum primā lecturam glo. quam ſequitur ibi Bar. Ita etiam hoc caſu ualebit legatum ad pias cauſas, eadem ratione: quod & ſentit Bar.in d.l.alio, & Alex.ibī dem in apoſtillis ad Bar.& clarius Io.de Imo.in l. centurio, in 21.columna.ff. de uulga. & pupilla. ſubſtitu. quod tenementi. Nonò iſtud facit ad hoc, quod ſicut fauore alimēto-
9 rū res, ex qua ſolui debet† legatū cenſetur pro legato tacitè obligata, & hypothecata, ēt iure.ff.vt eſt gl.notabilis ī l.Luc,

ff.de alimen.& cibarijs lega. & glo.in l. Caius.ff. de annuis legat. & glos.in l.fi.ff.de contrahend.emp.& vendi. & est de mente Bart.& aliorum in l.cum hi.§.fi uni.ff.de transactio. licet glos.ibi vacillet,& probatur in l.2.in fine.ff.de alimen. & cibar.lega. & ponit pro constanti Lud.de Roma.in d. suo consilio 387. Ita etiam erit in legato pio:eadem ratione.Et ita reperio expresse velle Ludo.de Roma in suis singularibus singulari 431.in fine,vbi per hoc singulariter dici,quòd si testator in eademoratione posuerit legatum, pium & rem,ex qua voluit legatum pium persolui:licet postea rem illam alienauerit,non censetur tale legatum per huiusmodi alienationem extinctum, ex quo dicta res censetur pro legato pio obligata & hypothecata,& non præcisè posita,vt ex illa legatum soluatur: & dicit se hoc habuisse de facto Romæ,& iudicasse pro ecclesia sancti Pauli de urbe, cũ domino Ioanne Milis,& domino Ioanne de Roma præstantissimis doctoribus: quod commenda memoriæ, quia est quotidianum, & mirabiliter declarat,lege quidam testamento,in princi.ff.de legatis 1.& lege Lucius 1. & lege Lucius 2.§.ciuibus,ff.de legat. secunda, cum similibus. Decimò illud facit ad hoc,quòd sicut fauore alimentorum prædio ob alimenta præstanda alicui donato, alimentis non præstitis donatori nedum datur actio præscriptis verbis,vt impleantur promissa,verum etiam condictio ob causam ad repetendum prædium ob causam alimentorum donatum, causa non sequuta: & quod fortius est rei vendicatio:vt est tex.singularis in lege prima.C.de donatio. quæ sub modo. Ita etiam erit in pia causa, cui aliquid loco alimentorum relictum fuerit ex re alteri cum tali onere legata, facta per testatorem in piam causam cessione omnis iuris sibi quomodolibet competentis eadem ratione. & ita consului pro Zellarensibus Machlinienſibus contra Abbatẽ Vlirbacẽ sem, qui non destitit,nisi postquam per tres sententias conformes succubuit: quod nota, quia est utile,& quotidianum: Imo quod fortius est,si prædium donatum,vt aliquis, alimentetur, pereat chasmate, debentur nihilominus alimenta:ut decidunt Cyn.Alber.Bald. Angel. & alij in lege 1.C.de iure emphy.Vndecimò illud facit ad hoc, quòd si-
10 cut† actio personalis fauore alimentorum datur cõtra fun
di pos-

di poſſeſſorem,d.l.4.§.Lucius,ſecundum intellectum gloſſ. & Bart.quem tex.ad hoc reputat ſingularem Ludo. de Roma in d.ſuo conſilio 383. Ita etiam videtur dicendum in pia cauſa, vel eccleſia, eadem ratione: & ita reperio dicere Guidonem Papæ deciſione ſua 576. Vbi plus dicit, videlicet quòd cognitio talis cauſæ ſpectat ad iudicem eccleſiaſticũ,ut ibi latius per eum,& in additione illic poſita,quod eſt bene notandum pro conſuetudine quæ in dioceſibus Leodienſi & Cameracenſi obſeruata dicitur, vigore cuius pia loca,collegia,& eccleſiæ, coram epiſcopo,vel officiali ſuo paſſim,& indiſtinctè conueniunt colonos,tanquam defructuatores bonorum eccleſiæ,vel piæ cauſæ competentium,vel ei pro annuo cenſu,vel redditu hypothecarum: quamuis cum eis non contraxerint. Sed aduerte, quia ubi conſuetudo iam introducta eſt, nullum videtur dubium, quia conſuetudo inducit actionem, ſicut ſtatutum:arg.l.1.ff.de condictio.ex lege,& tribuit iuriſdictionem,l.1. C. de emancipa.libero. & cap.cum contingat,de foro compe.cum ſimilibus.Sed ubi non eſſet conſuetudo introducta, poſſet dici omnino contrarium per regulam l.1.§.ſi hæres percepto fundo. ff. ad Trebell. ubi habes, quod actio perſonalis non ſequitur fundum,vel fundi poſſeſſorem:& ad ſupra adducta in contrarium facilis eſt reſponſio. & primo non obſtat d.l.4.§.Lucius,iuncta glo.quia vt ibi dicit Albe. de Roſate poſt Dyn.glo.ibi mirabiliter ſomniauit, & dato,ꝙ lectura glo.quam ſequitur ibi Bar.eſſet vera,prout etiam ſentit Albe.ibidem,tamen nõ plus habetur ex ea,quam quod vniuerſaliter ſuccedens hæredi obligato,ut eſt ſubſtitutus vel coniunctus,tenetur actione perſonali ad ſoluendum id, ad quod obligatus fuit hæres inſtitutus:quod non eſt mirũ, quia eſt ſucceſſor uniuerſalis defuncti,& ſic eadem perſona cum defuncto,in Aut.de iureiu.a morien.præſti.in princi. colla.5.iuncta l.licet imperator,cum ſua materia.ff.de lega. 1.ſed ꝙ ſingularis ſucceſſor teneatur actione perſonali ad ſoluendum id,in quo is à quo cauſam habet actione perſonali eſt obligatus,non habetur ibi imò contrarium habetur in l.ob cauſam,C.de actio.& oblig.& in l.ſolutum.§.ſolutã, & ibi gl.& docto.ff.de pign.actio.& quia ille eſt debitor debitoris,ꝙ nõ cõuenitur niſi cõfiteatur debitũ,& niſi princi-

palis debitor sit condemnatus,& non soluendo, l.si causa l. si debitum,& l.non prius,C.qñ fiscus vel priua. debito. sui debi.conue.pos.& l.si is qui,C.depositi,nec est verũ, q; colonus defructuat,qui † nõ sibi,sed alij possidet,l.male agitur,C.de præscrip.30.vel 40.annorum , & ille.possidet ,cuius nomine possidetur,non qui est in possessione,l. q; meo, in princ.ff.de acquiren.pos. & Insti.de interdictis. §. retinẽdæ,circa finem,& si sequamur cõem,& verum intellectũ quem ad dictum §.Lucius,dant Dynus Alberic.de Rosate, & alij tunc ad huc minus obstat d.§.Lucius: quia tunc nihil aliud habetur ibi , quam quod legatum alimentorum simpliciter sine aliqua conditione relictum liberto , debetur eidem , etiam si non habitauerit in eadem domo cum hærede patroni: quod memori teneas mente , quia uidi in ardua q. multum de hoc certari,& obtinuit quod dixi,non obstante autoritate Ludo. & Guidonis: nec mirum, quia si bene consideres, Ludo. in dicto suo consilio uidetur vacillare,& ab eo quod prius dixit recedere,& lex super qua se fundat,nihil probat:ut supra ostendi. Guido etiam nihil ualidi pro se adducit,ut uidere poteris per eum.In duobus tamẽ casibus admitti posset,quem conueniri actione personali ratione de fructuationis. primo , qnando quis nomine proprio fructus colligeret ex re hypothecata ecclesiæ pro annuo redditu ecclesiæ relicto pro alimentis seruitorum ecclesiæ : & secundo,quando quis nomine proprio colligeret fructus ex re ecclesiæ,eidem relictę pro seruitio diuino,& alimentandis seuitoribus ecclesiæ : iuxta notata in simili per Bar.in l.in summa,§.& sic,ff.de condic.inde.,& faciunt ea quæ habentur & notantur in l.si me & Titium. ff. si cer. peta.quia cum præstationes in his duobus casibus sint fauorabiles , posset admitti competere actionem personalem contra de fructuatorem , ut dicimus,in tributis, lege imperatores.ff.de publica.& in decimis, secundum Hosti. & alios in cap.parochianos,de decimis:de quo tamen sunt opiniones.vt uideri potest per glo.& doct.in cap.moderamine 16.q.1.& per glos.Panor.& doct.in cap.tua nobis, in capit. commissum,& in c.cum homines,de decimis. Tenendo tamen, q; decimæ debentur,& peti possunt conditiones ex l. procedere posset quod dixi:in nullo tamen casuum prædictorum

ctorum videtur cognitio ſpectare poſſe ad iudicem eccleſiaſticum, vbi defructuator eſſet laicus: niſi dicamus hoc contingere propter quaſi ſacrilegium commiſſum per talem defructuatorem, qui rem eccleſiæ, vel eidem hypothecatam contractat inuita eccleſia, uel ſaltem ea inſcia: quo caſu præſumere debet ea inuita fieri l.qui uas. §. uetare.ff.de furtis,iunctis notatis per gloſſ.in noua conſtitutione Federici,item nulla communitas, C.de epiſc. & cler. & in cap.cum ſit generale,& in c.conqueſtus,de foro competen.ſed licet hoc procedere poſſet, quando quis defructuaret rem eccleſiæ ſine titulo, tamen non poteſt habere locum in caſu, quo quis defructuat rem ſuam, propriam, eccleſiæ pro redditu annuo hypothecatam: cum hoc caſu rem propriam non eccleſię contractet,& ſufficiat eum coram iudice ſuo laico actione perſonali,& hypothecaria conueniri poſſe. Tene menti prædicta,quia noua ſunt iſta & inaudita, uera tamen ni fallor: & hęc pro guſtu iuuenibus dando ſufficiant,licet ad multa alia induci poſſet hæc argumentatio ab alimentis ad piam cauſam. Quæ argumentatio † tunc procedit, ut dixi,quando caſus eſt adaptabilis, nec reperitur deciſum contrarium, & quando eadem ratio militat in vtroque, alias ſecus,& hinc eſt, quod licet in cauſa alimentorum non admittatur appellatio,leg. fina. ff.de appella.recipien.uel non, & uult Bartol. in dicta lege Mela: in cauſa tamen pia admittitur appellatio, quia non eſt eadem ratio vtrobique: nam in cauſa alimentorum ideo non admittitur appellatio, quia ipſa alimenta re ipſa non recipiunt dilationem,non mirum ergo, ſi non admittitur appellatio, iuxta regulam traditam in d. leg. fina. quæ ratio ceſſat in cauſa pia,& ita expreſſe reperio velle Ludouicus de Roma in d.repetitione Authent. ſimiliter, in 6. ſpeciali piæ cauſę circa iudicia, & Alexand. in d.l. Mela,in apoſtillis ad Barto.quo nota: & uide quod dixi ſupra loco proximo,& in loco à ſimili, & quod dicam infra in loco à ſpeciali.

† f.

12.

Digitized by Google

SVMMARIA IN LOCVM à Dote ad piam cauſam.

1 *Dos in ſe pietatem habet.*
2 *Dotis priuilegia multa: & quæ remiſſiue.*
3 *Arguere à dote ad piam cauſam quando liceat.*
4 *Mandatum re integra non finitur morte mandantis dotis & piæ cauſæ fauore.*
5 *Pœnitentia re integra non admittitur in contractu innominato fauore dotis, & piæ cauſæ.*
6 *Res empta per maritum de pecunia uel dote mulieris poteſt vendicari per mulierem.*
7 *In cauſa dotis poteſt procedi ſummarie & de plano idem in piæ cauſæ.*

LOCVS A DOTE AD PIAM Cauſam.

OCcurrit nunc locus à dote ad piam cauſam, à quo ſumptum argumẽtum eſt probabile, frequentiſſimum, & vtiliſſimum: quia dos, & pia cauſa ęquiparantur à iure, text. eſt notabilis in c. 1. §. donare, in tit. qualiter olim feudum
1 poterat alienari in vſib. feud. & dos † in ſe pietatem habet, l. cum is. §. ſi mulier. ff. de condict. indebiti, & vult Bal. in l. ſicut ab initio, in fine, C. de actio. & obliga. & idem Bald. in l. mandatum, in 4. colum. C. mandati, & eſt de mente Bart. in l. 2. §. finali, in princ. ff. de donation. & in l ſi ego. ff. de iure dotium, & de mente Alexan. in d. l. cum is. §. ſi mulier &
2 quia † multa ſunt priuilegia dotis collecta per Spec. in tit. de dote poſt diuor. reſtituen. in §. formatis, in fine, & per gloſſ Bartol. Bald. Paul. de Caſtr. Ludouic. de Roma. Ioan. de Imol. Alex. & docto. in l. 1. ff. ſolut. matrimo. & per Bald. & Salyc. in Rubric. C. de priuilegio dotis, & pleniſſimè per Baptiſtam de ſancto Blaſio in ſuo ſingulari libello de priuilegiis dotalibus, vbi ponit trecenta 55. priuilegia dotalia, & ampliſſime per Bald. nouellum in ſuo ſingulari tractatu de dotibus, in ſexta ſeptima octaua nona decima vndecima & duodeci-

3 duodecima partibus: ex quibus † ſubſiſtente identitate rationis, vbi contrarium non reperitur expreſſè deciſum in iure, & caſus eſt applicabilis ad piam cauſam, validè arguit poteſt ad piam cauſam: patet luculenter, quod iſte locus à dote ad piam cauſam eſt vtiliſſimus, & ad infinita induci poſſet: paucis tamen gratia exempli pro inſtructione iuuenum contentus ero. Et in primis hæc argumentatio facit
4 ad hoc, quod ſicut fauore dotis † mãdatum re integra morte mandantis non finitur, ut eſt tex. ſingularis ſecundum intellectum d. l. ſi ego. §. 1. licet regulariter mandatum, finiatur morte mandantis re integra, d. l. mandatum, cum ſimilibus: Ita etiam fauore piæ cauſæ morte mandantis re integra non finietur mandatum, eadem ratione, & ita ſingulariter vult Bald. in d. l. mandatum, in 4. col. & ſequitur Ludo. de Roma, licet occaſionem quærat impugnandi, in aurea ſua repetitione Authen. ſimiliter, C. ad legem Falcid, in 17. ſpeciali pię cauſæ circa contractus, & Hippol. de Marſiliis in ſingulari ſuo 44. & Franciſc. de Crema ſingulari 143. Se-
5 cundo facit ad hoc, quod ſicut fauore dotis † in contractu innominato non admittitur pœnitentia re integra, quin hæres cogatur adimplere uotum defuncti: ut eſt text. ſingularis ſecundum alium intellectum in d. l. ſi ego. §. 1. licet regulariter in contractu innominato admittatur pœnitentia re integra, l. ſi pecuniam, in principio, C. de condic. cau. da. cau. non ſecu. Ita etiam fauore piæ cauſæ in contractu innominato re integra non admittetur pœnitentia: eadem ratione. Et ita ſingulariter vult Bald. in dicta lege ſicut ab initio, in fine: & idem Bald. in dicta lege mandatum, in 4. column & ſequitur Ludouic. de Roma in dicta repetitione Authent. ſimiliter, in 18. ſpeciali piæ cauſæ circa contractus, vbi de hoc late per eum. Tertio facit ad hoc, quod ſicut fauore dotis mulier creditrix, cui animo compenſandi relictum eſt legatum ab vno ex heredibus, poteſt repudiato legato pro debito ſuo vſuq; ad quantitatem legati conueniri illum hæredem ſolum, & inſolidum etiam inuitum, vt eſt tex. ſingularis in l. cum ab uno, & ibi Bart. & doctor. notant. ff. de legat. ſecundo quem text. etiam ad hoc ponderat & valde exclamat Paul. de Caſtro in lege debitorum. C. de pactis, & gl. Cyn. & docto. in lege pro hæreditarijs, C.

de hæredita. actio. Ita etiam erit hoc casu in pia causa, eadem ratione: & ita vidi iudicari in fauorem cuiusdam loci pij Machilinensis contra dominium de Neuele: quod memori teneas mente, quia est quotidianum. Quarto fa-
6 cit ad hoc, sicut res empta † per maritum de pecunia, vel
N. dote mulieris potest vendicari per mulierem, lege vxor marito. ff. de donatio. inter uirum & vxorem. Ita etiam res empta per prælatum ecclesiæ de pecunia ecclesiæ, vel
N piæ causæ, potest per ecclesiam vendicari eadem ratione & ita singulariter decidit gloss. in d. leg. vxor marito, & gloss. in leg. si vt proponis, C. de rei vendica. & vtrobique, Salycet. & doctor. alijs sępe locis. Quinto per hunc arguendi modum dixit Ludouic. de Roma in dicta repetitione Authentic. similiter, in nouo speciali piæ causę circa
7 iudicia, quod sicut in causa † dotis potest procedi summarię & de plano, vt est textus notabilis secundum eum in clement. dispendiosam, de iudicijs: Ita etiam erit in pia causa, secundum eum: quod nota. De hoc tamen, an in causa dotis possit procedi summarię & de plano, sunt opiniones doctores, & quod in causa dotis possit procedi summarie & de plano, tenet Card. in dicta clem. dispendiosam, in 30. quæst. sed contrarium volunt Bart. Angel. & Paulus de Castro, in dicta lege prima. ff. soluto. matrimon. Petrus autem de Anchoran. in dicta clementin. dispendiosam, distinguit in hoc quotidiano articulo, & credo etiam dicere meram veritatem: Ioannes autem, de Imola, & Alexander plenè hunc atticulum quotidianum examinant in dicta lege prima, ad quos remisisse sufficiat. Posset & ad infinita alia pulchra, & quotidiana induci hæc argumentatio dotis, & piæ causæ, sed prædicta pro iuuenibus abundè sufficiunt. Reliqua uideat, & applicet studiosus cum otium superfuerit, & præmissis adde quod dicam infra in loco à fisco ad dotem, & in loco ab alimentis ad dotem, & in loco à dote ad alimenta, & in loco à speciali, & quod dixi supra in loco à simili.

SVM-

Digitized by Google

a fisco ad Ecclesiam, vel piam causam.

1 Fiscus & ecclesia equiparantur a iure. & nume. 4. cum multis sequen.
2 Fisci priuilegia qua sunt cum numero sequen. & per totum locum.
3 Fiscus superueniens ad defensionem emptoris trahit actorem ad suum iudicem. idem in ecclesia num. 10.
4 Executor ad pias causas non potest alienare, nec dominium transferre nisi presente pecunia. sicut nec procurator fisci.
5 Sententia lata contra fiscum, ecclesiam, & piam causam in defensos propter absentiam suorum aduocatorum & procuratorum, est ipso iure nulla.
8 Reus tenetur edere sua instrumenta fisco & ecclesia ad fundandam eorum intentionem.
9 In causis fiscalibus & pia causa proceditur die feriato ob utilitatem hominum inducto.
11 Fiscus non tenetur conficere inuentarium, nec tenetur vltra uires hereditarias idem in ecclesia.
12 Scientia absque cõtradictione fauore fisci habetur pro consensu, & operatur remissionem pignoris. idem fauore ecclesia.
14 Fiscus succedens priuato vtitur iure priuati pro tempore preterito: pro futuro autem iure fisci. idem in ecclesia.
16 Fisco & ecclesia fit mora re ipsa sine interpellatione.
17 Fiscus habens rem communem cum priuato potest rationem partis totam vendere.
18 Argumentatio à fisco ad ecclesiam uel piam causam quando procedit.
19 Consequentia valet, ita est in fisco, ergo idem erit in priuato, & contra: nisi ratio specialitatis in fisco subsit, uel nisi contrarium sit specialiter in iure decisum.
20 Intellectus l. non puto ff. de iure fisc.

LOCVS

Digitized by Google

LOCVS A FISCO AD ECCLESIAM

vel piam causam.

OFFERT se nunc locus à fisco ad ecclesiam vel piam, à quo sumptum argumentũ est probabile, forte, frequens, & valde utile: quia † æquiparantur à iure, l. fin. C. de sacrosanct. eccle. & §. finimus, iuncta glos. in Auth. de non alien. permu. reb. eccles. colum. 2. & c. quid ergo, iuncta glo. 23. q. 4. & est bona glo. in c. auditis, & ibi Panorm. notat de in integr. rest. & quia † multa sunt priuilegia fisci subtiliter collecta per Bald. in l. 1. C. de hæredita. & actio. uendi & per Sal. & Paulus de Castro in lege fi. C. de priuilegio fisci, & per Azonem in summa, C. illo eod. titu. Ad infinita adduci poterit hæc argumentatio, arguendo à decisis in fisco ad ecclesiam, vel piam causam, subsistente identitate rationis, vbi contrarium non reperitur expresse decisum in iure, & quando casus applicabilis ad ecclesiam, vel piam causam. Quod ut euidentius appareat, addo vltra priuilegia fisci posita per Azonem loco prædicto, per Bald. in dicta lege prima & per Salycet. & Paulus de Castro in dicta lege fina li. C. de priuileg. fisci, septem alia pulchra, & singularia priuilegia fisci: quorum primum est, quod repudians hæreditatem debitoris fiscalis occasione tributorum, priuatur omnibus bonis, quæ accepit ab ipso debitore fisci, quocunque titulo, etiam inter viuos: casus est singularis iuncta glo. in lege hæredes, C. de omni agro deserto libro 11, quem tex. ad hoc ibi ponderant Bar. & Ioan. de Platea, & Ludo. de Rom. in aurea sua repetitione Auth. similiter, C. ad leg. Falc. in 14. speciali piæ causæ circa contractu, & Anto. Cors. in singulari suo 135. Secundum est, quod reus cogitur fisco ædere instrumenta, ad fundãdum eius intentionem: casus est singularis & vulgaris in l. ne quisquam. ff. de edendo. Tertiũ est, quod fiscus potest species suas uetustate corruptas, quas per se sine magno damno vendere non potest, nisi illas cum bonis misceat, licitè immiscere: tex. est singularis in l. 1. C. de conditis in publicis horreis libro decimo, quem tex. ad hoc ponderat Ange. in l. annonam. ff. de extraord. criminibus,

nibus,& Ludouicus de Roma in aurea ſua repetitione, l. ſi verò.§.de viro in 10.fallentia.ff.ſolut.matrimo. Quartum eſt,quod ſecuritas alicui data à principe non extenditur ad debitum fiſcale,niſi id expreſſè dicatur:tex. eſt notabilis in §.publicorum,in Auth.de mãda.principum, coll.3.& vult Martinus Laudẽſis in libello ſuo de priuilegio & reſcripto, concluſione 14. & in libello ſuo de bello, concluſione 194. Quintum eſt,quod fiſcus ſuperueniẽs ad defenſionem em
3 ptoris trahit actorem ad ſuum iudicem,ſcilicet coram pro curatore cæſaris:tex.eſt ſingularis ſecundum unam lectur̃ in lege ſi minori,& ibi Ioannes de platea notat, C. de iure fiſci lib. decimo. Sextum eſt quod ſcientia creditoris abſq; contradictione fauore fiſci habetur pro conſenſu,& operatur remiſſionem pignoris:text. eſt notabilis iuncta gl.in lege ſi hypothecas,C.de remiſſ.pigno.Septimum eſt, quod fiſcus ſuccedens priuato , licet non utatur iure ſuo,ſed iure priuati pro tempore præterito, pro tempore tamen futuro poſtquam res,obligatio, vel actio ad eum peruenit , vtitur iure,& priuilegio ſuo:text,eſt ſingularis , mira dexteritate declarans hanc materiam in lege fiſcus.ff.de iure fiſci. Vndè deducendo vtilitatem ex hac argumẽtatione à fiſco ad eccleſiam,vel piam cauſam reſultantem ad vſum fori,referam pro inſtructione iuuenum ex multis pauca,pulchra,& quotidiana exempla,& in primis hoc argumento utitur gl. ad notabilem effectum in l.ſi procurator.§. fina. de iure fiſci,& eam ſequitur & commendat Panormit.in cap.ſecundo,in fine de precariis,& Bar.in l.a diuo Pio. §. ſed ſi em-
4 ptor.ff.de re iudica.vbi per hoc concluditur, quod † executor ad pias cauſas non poteſt alienare,vel dominium in aliũ transferre, niſi præſente pecunia, & ſic non poteſt habere fidem de pretio,ſicut nec procurator fiſci: d. l. ſi procurator, in fine:& ibi hoc firmat Alber.de Roſate etiam decreto,& ſolennitatibus interuenientibus ſecundum eum,quod nota,& tene menti. Secundo hoc argumento utitur glo. in l. vnica,C.de ſenten.aduo.fiſcum latis retractan.lib.10. ad il-
5 lum effectum, quod ſicut ſententia † lata contra fiſcum in indefenſum propter abſentiam ſui aduocati , eſt ipſo iure nulla,vt ibi dicit glo.& idem ſi feratur procuratore eius abſente: ut notat.glo.in l.3.§.diuus.ff. de iure fiſci quas gloſ.

refert

refert & ſequitur Ioan.de Platea,& poſt eum Pirrhus in d. l.unica.Ita etiam ſententia lata contra eccleſiam,vel piam
N. cauſam indefenſam propter abſentiam ſui aduocati vel procuratoris,eſt ipſo iure nulla:cum eccleſia,& pia cauſa gaudeat eodem fauore,quod fiſcus: iuribus ſupra in principio allegatis,& ita expreſſe reperio uelle Paul.de Caſtro, in l. uelamento,C.de poſtulando,& Pirrhum in dicta lege,vnica &quod ſententia lata contra eccleſiam indefenſam eſt ipſo iure nulla,uult glo.notabilis in l.ſi præſes,& ibi eam ſequuntur Bal.Salycet.& doctor.C. quomodo & quando iudex,& eſt text.vt arbitror in ca.1.de reb.eccl.non alie. lib. 6.qui non conſueuit ad hoc allegari.Tertio iſto argumento utitur gl.in lege imperatores.ff.de re iudicata, ad illum
6 effectum,quod ſicut reſpublica †, vel fiſcus aduerſus ſententiam contra ſe latam ex ſpeciali priuilegio reſtituitur in integrum,prætextu inſtrumenti de nouo repertorum: ut ibi eſt textus licet ſecus ſit in priuato,vt eſt text.in l. ſub ſpecie,C.de re iudicata.Ita etiam eccleſia, cum gaudeat eodem fauore,quo fiſcus: & hoc ſequitur Bartol. & docto.in d.l.imperatores,& Ioan.de platea in d.l.vnica,& gloſ.Salyce.Paul.de Caſtro,& docto. in dicta l.ſub ſpecie: ubi uide. Quarto,iſto argumento utitur Bald.in l.qui teſtamento.ff. de excu.tuto.ubi per hanc æquiparationem dicit,quod ſententia lata contra fiſcum,vel eccleſiam per falſas probationes contra abſentem ſcienter factas,eſt ipſo iure nulla,& allegat notata in d.l.unica,& l.ſi prætor.§.Marcellus.ff.de iudicijs,& cum eo tranſit Ioannes de Platea in dicta lege vnica:quod nota.Quinto per iſtam æquiparationem fiſci,& ec
7 cleſiæ,ſeu piæ cauſæ infertur ſingulariter,qđ ſi ſunt † duo teſtamenta , & neſcitur quod eſt prius,& quod poſterius, quia ſunt confecta eadem die,vel hora,licet regulariter ambo ſe confundant,& neutrum ualeat:iuxta notata per gl.notabilem in l.1.§.non autem,& ibi per Bartolum.ff.de bono. poſſ.ſecund.tabu.& notata per gloſ.& doctor.in l. finali,C. de edicto diui Adriani toll. & notata per gld.& canoniſtas in c.duobus,de reſcrip.lib.6.tamen ſicut fauore fiſci in du-
N. bio temporis præſumitur pro fiſco,ut eſt caſus ſingularis ſecundum unam lecturã in lege 1. C.de iure fiſci libro 10. & vult Bal.in dicta l.1.C.de hęredib.uel actio.vẽditio. & Salycet.

lycet.& Paul.de Caſt.in dicta l.final. Ita etiam fauore piæ cauſæ in dubio temporis præſumitur pro pia cauſa; Ex quo N. ſequitur,quod in dubio temporis illud teſtamentum præſumitur eſſe poſterius,in quo pia cauſa eſt inſtituta,uel pię cauſæ eſt aliquid relictum:quia hoc expedit piæ cauſæ. & ita ſingulariter notauit Barbatia in cap.relatum 1.in 18.colum.de teſtamen.& idem ante eum reperio velle Ludouic. de Roma in d.repetitione Auth.ſimiliter,in 12.ſpeciali pię cauſæ circa ultimas uoluntates: Idem etiam reperio uelle Iaſonem in d l.finali,in penul.colũ.C.de edicto diui Adria. tollend.Vbi dicit ſe ſic conſuluiſſe Brixiæ in cauſa hoſpitalis magni:quod memori teneas mente,quia eſt ſingulare,& quotidianum.Sexto ex iſta æquiparatione fiſci,& piæ cauſæ inferri poteſt aliud ſingulare,uidelicet quod ſi non conſtet donationem factam priuato præceſſiſſe obligationem bonorum generalem,ſeu hypothecam,quam habet eccleſia uel pia cauſa in bonis donatoris, in dubio præſumitur talis donatio facta priuato ſecuta generalem obligationem bonorum factam eccleſiæ,uel piæ cauſæ,& ergo talis donatarius ſi uult triumphare contra eccleſiam,uel piam cauſam agentem actione hypothecaria,debet probare donationem præceſſiſſe hypothecam,licet regulariter aliud ſit,lege de rebus,C.de donatio.ante nuptias: cum enim hoc reperiatur in fiſco,pro quo in dubio temporis præſumitur;ut eſt caſus ſingularis in dicta l.1. ſecundum unam lecturam, C.de iure fiſci libro 10.& uult Bald.in l.ſi debitor,C.de priuileg.fiſci.& idem Bald.in dicta l.1. C. de hæredita.uel actio.uendita,Salycet.& Paul.de Caſtr.in d.l.finali,& Ang. in §.illud 2.in Auth.de trien.& ſemiſſe, colla.3.& Lud.de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 160.& Antonius Corſetus in ſingulari ſuo 13.Ergo etiam idem erit in pia cauſa, quæ fiſco æquiparatur,iuribus ſupra in principio allegatis; & ita ſingulariter determinat Ludouicus de Roma in d.repetitione Auth.ſimiliter,in 13.ſpeciali piæ cauſæ circa contractus;& eſt de mente Bartol. in l.1.in principio.ff.ſolut. matr.& uult expreſſe.Ioã.de platea in d.l.1.C.de iure fiſci lib.10.& faciunt notata per Franciſcum de Crema in ſingulari 35.quod eſt ſingulariter notandum.quia multum limitat d.l.de rebus.Septimo ex iſta æquiparatione fiſci,& pię cauſæ in-

8 ſæ inferri poteſt,& hoc ſingulare, quod ſicut † fauore fiſci reus tenetur ei ædere ſua inſtrumenta ad fundandũ ipſius intentionem,vt eſt textus ſingularis in dicta l. ne quiſquã: ita etiam pia cauſa agente reus cogetur ſibi ædere inſtrumenta ſua : eadem ratione. & ita ſingulariter determinat Antonius de Butrio in cap. primo de probatio. & ſequitur ibi Felinus & Ludouicus de Roma in d. repetitione Auth. ſimiliter in 5. ſpeciali piæ cauſæ circa iudicia : quod commenda memoriæ,quia eſt quotidianum. Octauò ex iſta æquiparatione fiſci. & piæ cauſæ inferri poteſt aliud ſingula-
9 re,videlicet quod ſicut in cauſis fiſcalibus procceditur † die feriato ob vtilitatem hominum inducto,vt eſt text.in l.publicas,C de feriis: ita etiam poterit procedit dictis diebus feriatis in cauſis eccleſiæ,& piorum locorum:eadem ratione. & ita notabiliter determinat Speculator in titu. de feriis.§.ſequitur in principio, & ſequitur Ludouic.de Roma in d.repetitione Auth.ſimiliter,in 8.ſpeciali piæ cauſæ circa iudicia:& idem firmant & ualde exclamant Panormit.& Felyn.in c.finali de iudiciis : quod memori teneas mente. Nonò ex iſta æquiparatione fiſci & eccleſiæ uel piæ cauſæ
10 inferri poteſt & illud ſingulare, quòd ſicut † fiſcus ſuperueniens ad defenſionem emptoris, trahit actorem ad ſuum iudicem,ſcilicet coram procuratore cæſaris:ut eſt text. ſingularis ſecundum vnam lecturam in d.l.ſi minori,& ibi Io. de platea notat: Ita etiam eſt in eccleſia uel pia cauſa : eadem ratione. & ita decidit glo. ſingularis in capitulo clericum nullus præſumat, 11.quæſt.prima licet ſecus ſit in priuato,l.venditor.ff.de iudiciis, & lege prima, C. vbi in rem actio:& iſtud expreſſe firmat Ioannes de platea in dicta l.ſi minori,& idem Ioannes de platea in l.2.C. de ſuariis libro 11.Contrarium tamen iſtius determinat Panormitan.in c. fina.de emp.& vẽditione quem omnino uide.Decimò iſta, æquiparatio fiſci & eccleſiæ ſeu piæ cauſæ facit ad hoc, q
11 ſicut fiſcus † non tenetur conficere inuentarium,nec tenetur vltra uires hereditarias,l.j.§.an bona,& ibi gl.& Bar.ff. de iure fiſci,& l.nõ poſsũt,eo. tit. licet ſecus ſit in priuato, l.ſi C.de iure delibe. Ita etiã eccleſia & pia cauſa gaudebit eodem priuilegio : eadem ratione, & ita notabiliter dicit Bald.in Authen.ſicut alienatio,C, de ſacroſanct.eccleſi. &

ſe-

sequitur Paul.de Castr. in l. si seruus plurium. §. si ante. ff. de legat. 1. & idem Paul.de Cast. in Auth. ingressi, in 3. col. C. de sacrosanct. eccles. quod est memoriæ commendandum, quia quotidianum. Vndecimò ex ista æquiparatione 12 potest inferri aliud singulare, videlicet quod sicut fauore fisci scientia † absque contradictione habetur pro consensu, & operatur remissionem pignoris: vt est text. notabilis iuncta sua glo. in dicta l. si hypothecas: ita etiam fauore ecclesiæ vel pię causę scientia, & patientia habebitur pro consensu, & operabitur remissionem pignoris: & ergo si debitor rem mihi pignoratam me præsente, sciente, & non contradicente, donaret ecclesiæ, vel pio loco, valeret donatio, & censcretur remissum pignus fauore ecclesiæ, seu piæ causæ: eadem ratione, qua censetur remissum pignus hoc casu fauore fisci: & ita reperio sentire Bald. in l. 1. per illum text. loquentem in libertate, C. de remissio. pignor. & volunt Ludouic. de Roma & Alex. de Imol. in l. quæ dotis. ff. solut. matrimo. quod memori teneas mente, quia est quotidianum. 13 Duodecimò ista æquiparatio facit ad hoc, quod quēadmodum fauore † fisci instrumento subtracto statur depositionibus testium deponentium de tenore instrumenti, licet non sint adeò periti, vt sciant cognoscere defectus instrumentorum, vbi alias hoc requiretur l. secunda. §. diuus. & ibi notatur eleganter per Barto. ff. de iure fisci, & per doct. in l. si de possessione, C. de probatio. & per glo. Panormit. & canonistas in c. cum olim essemus, de priuilegiis: ita etiam erit in ecclesia, uel pia causa, quæ gaudet beneficio, & priuilegio fisci, iuribus supra in princ. alle. cum utrobiq; notatis per glos. & docto. & ita in specie decidit Præpo. in cap. quis nesciat, 19. dist. quod memori teneas mente, quia est vtile, & quotidianum. Decimo tertiò ex ista æquiparatione fisci & ecclesiæ seu pię causæ inferri potest & illud singulare, q. sicut fiscus potest dare rem sui in emphyteusim cum pacto, quod non cadat in commissum ob canonem non solutum: vt est text. in l. fundi, C. de fundis patrimonialibus, lib. 11. ita etiam ecclesia vel eius prælatus poterit rem dare in emphyteusim cum illo pacto, eadem ratione, & ita singulariter reperio velle Bart. & Io. de Platea in d. l. fundi: & sequitur Franciscinus in suo singulari libello feudorum parte 2. q.

quem

quem omnino, uide quia citat alios idem tenẽtos. Decimo quartò iſta æquiparatio fiſci & eccleſiæ, vel piæ cauſæ facit ad hoc, q; ſicut ex diutina ut decennali præſtatione præſumitur præſumptione iuris contracta obligatio allegata, nedum contra priuatum, ſed etiam cõtra fiſcum: ut eſt tex. ſingularis in l. cum de in rem uerſo. ff. de vſuris. Ita etiam erit in eccleſia vel pia cauſa, vt contra eam præſumatur cõtracta obligatio allegata ex diutina præſtatione, licet cõtra eam nõ præſcribatur, niſi ſpacio 40. annorum, c. de quarta, de præſcri. & Auth. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccleſ. & ita ſingulariter reperio decidere Bald. in dicta l. cum de in rem verſo & idem ibi volunt alii ſcribentes, & Panormit. in c. peruenit, de cẽſibus: quod imis reponas ſenſibus, quia eſt vtile & ſingulare. Decimo quintò iſta æquiparatio fiſci & 14 eccleſiæ ſeu piæ cauſæ facit ad hoc, quod ſicut † fiſcus ſuccedens priuato nõ vtitur iure ſuo, ſed iure priuati pro tempore præterito, pro futuro autem tempore poſtquã res, obligatio, vel actio ad eum peruenit, vtitur iure & priuilegio ſuo: vt eſt textus ſingularis in d. l. fiſcus: Ita etiam dicẽdum erit in eccleſia vel pia cauſa, eadem ratione. Et ergo ſi tu incepiſti præſcribere rem Titii, qui erat præſens in eadem prouincia, & continuaſti vſque ad dimidium præſcriptionis poſſidendo ipſam per quinquennium, deinde dominiũ peruenit ad eccleſiam vel piam cauſam. ut puta quia d. Titius eam legauit eccleſiæ vel pię cauſæ pro complendo aliã dimidiam non ſufficiet poſſidere eam per aliud quinquennium, ſed requirentur 20. anni, quia illi faciunt dimidiam præſcriptionis 40. annorum, quę requiritur contra eccleſiã vel piam cauſam: d. c. quarta, & præal. Auth. quas actiones, & ſic præſcribes illam rem, poſſidendo eam bona fide & iuſto titulo per 25. annos: nam eccleſia de prima dimidia completa contra priuatum illis 5. annis habebit acquieſcere, & pro reſiduo tempore utetur iure ſuo: ita notabiliter vult gl. in d. Authen. quas actiones, per d. l. fiſcus: & ibi hoc firmant Cyn. Bar. Bal. Paul. de Caſt. & alii: quod nota, quia eſt ſingulare & notabile. Caue tamen, quia d. l. fiſcus ſuper qua ſe fundant glo. Cyn. Bart. Bald. Paul. de Caſt. & alii, non loquitur in præſcriptione, ſed in obligatione, in qua fiſcus ſucceſſit priuato glo. tamen in l. apud Iulianum verſi. Marcellus.

ff. ex

ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur extendit eam in ſucceſſio ne præſcriptionis, & ẽt gl. in d. Auth. quas actiones: Quare de hoc articulo præſcriptionis pulchro & quotidiano uide latius per Cyn. Bal. & doctor. in d. Auth. quas actiones, ubi de hoc reperies ſatis plenè. Decimo ſexto iſta æquiparatio fiſci & eccleſiæ ſeu piæ cauſæ facit ad hoc, quòd ſicut fiſcus
15 † contrahendo cum aliquo priuato præfertur in bonis poſt quam obligationem quæſitis priuato etiam anteriori in tẽ pore, habenti omnia bona ſecum contrahentis præſentia & futura obligata: ut eſt tex. ſingularis in l. ſi is qui ff. de iure fiſci: Ita etiam ſit in eccleſia vel pia cauſa, eadem ratione p ſupradicta. Et licet neminem repererim hoc dicentem, credo tamen hoc verum, quia idem fauor debetur eccleſiæ q̃ fiſco: & magna eſt ratio, quæ pro religione facit, lege ſunt perſona. ff. de religio. & ſumptibus funerum cum ſimilibus: quod nota. Cogita tamen, quia in hoc caſu reperio gloſ. tenere contrarium in dote, in l. aſſiduis, C. qui potiores in pigno. habe. Sed Salycet. ibidem in 3. quæſtione tenet contra dicta glo. concludendo idem eſſe in dote, quod in fiſco. Decimo ſeptimò iſta æquiparatio fiſci & eccleſię facit ad hoc,
16 q̃ ſicut fiſco † fit mora re ipſa ſine interpellatione: ut eſt gl. reputata ſingularis in l. cum q̃dam. §. fiſcus. ff. de vſuris: ita etiam eccleſię ſit mora re ipſa: ut eſt gl. ſingularis in §. item mixta, in verbo iudicium Inſtitutis de actio. & volunt. Bald. Alex. & Iaſon. in l. 1. C. de his quibus vt indign. & doctores alij locis ut latè declarabo infra in loco a minoribus ad eccleſiã uel piã cauſam, & in loco a minoribus ad fiſcũ: ubi uĩ
17 de. Decimò octauò iſtud facit ad hoc, q̃ ſicut † fiſcus habens rem cõem cum priuato, poteſt rõne partis totam uendere: ut eſt tex. in l. vnica, C. de vendi. rerum fiſca. cum priua. communiũ. lib. 10. Ita ẽt eccleſia habens rem cõem cum priuato, poteſt rõne partis totam uendere, eadem rõne. Ita notabiliter volũt Io. de platea & Pirrhus in d. l. vnica: quod nota. Decimo nonò iſtud facit ad hoc, quod ſicut fiſcus vẽ dẽs rẽm tanq̃ pertinentem ad unam ſtationem, q̃ ad illã ſtationẽ non pertinebat, ſed ad aliã, nõ poſſit reuocare eandẽ vẽditionẽ ſub p̃textu, quod ad illã ſtationẽ nõ pertinebat, ut eſt tex. in l. 1. C. ne fiſcus rem quam vendidit euincat. ita ẽt eſt in eccleſia, eadẽ ratione. Et ergo ſi abbas habẽs plures

conuentus ſub ſe,vendat ſolenniter rem unius tanquam al terius,non poterit prætextu huiuſmodi erroris reuocare di ctam venditionem : Ita notabiliter dicit gloſſ.in dicta lege prima & ſequũtur ibi Bart. Io.de platea,& Pirrhus.de quo uide ibi latius per eos. Poſſet & ad multa alia pulchra & quotidiana induci hæc æquiparatio fiſci & eccleſiæ vel pię cauſæ,ſed prædicta pro iuuenibus abundè ſufficiant. Dum
a 8 modo tamen meminerint,tunc bonam † eſſe argumentationem a fiſco ad eccleſiam uel piam cauſam , & priuilegia competentia fiſco tunc obſeruari in eccleſia uel pia cauſa, quando eadem ratio militat in utroque,& quando contrarium non reperitur expreſſè deciſum in iure,& quando priuilegia fiſci ſunt talia,quod cõgruunt eccleſię uel pię cauſæ , & ad ea applicabilia ſunt , aliàs ſecus : ut dixi ſupra inſimili in loco a milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ, circa finem, & ſæpe alibi . Dummodo etiam meminerint , non ualere hanc conſequentiam , lex lo-
a 9 quitur in fiſco,ergo non habet locum in priuato:imò †ecõtra ualet conſequentia:ita eſt in fiſco,ergo idem erit in priuato: & econtra: niſi appareat cauſa uel ratio ſpecialitatis fiſco,vel niſi contrarium ſit ſpecialiter deciſum in iure,tex. ex notabilis in lege item ueniunt.§.aptanda,in verſic.in priuatorum,& ibi gloſſ.Pau.de Caſt.& docto.notant.ff. de petiti.hæredi. & in lege prima & ibi etiam gloſſ. Paulus de Caſtro, & docto.& eodem titu.& vult Odofred.in lege iuſtum deſiderium, C.de edendo, & eſt text. cum gloſſ.in l. iuſtas,& ibi Ioan.de platea notat, C.de iure fiſci libro 10. & text.cum gloſſ.in l.2. & ibi etiam Ioan. de platea notat, C.de paſcuis publi.vel priua. libro 11. & bona gloſſ.in l.ſi fundum,& ibi Sa y.notat.C.qui potio.in pign:habeantur:& uult Iaſon in §.in bonæ fidei iudicijs,inſti.de actio. Et de iſto poſſent dari infinita exempla,ſed tria propoſuiſſe contentus ero. Primum, ſi incarceratus pro debito eximatur, tenetur eximens creditori ſoluere de proprio,quaſi fideiuſſor exempti:tex.eſt ſingularis in l.quotiẽs,C.de exacto.tribu.lib.10.quod nedum locum habet in eximente debitorẽ fiſci,ſed etiam in eximente debitorem priuati,ſecũdũ Bartolum,Andream de Barulo,& alias in dicta l.quotiens;quãuis tex.loquatur in eximente debitorem fiſci,& licet aliud

ſenſerit

Digitized by Google

ſenſerit ibi gloſſ. & ita etiam tenet Bal. in lege addictos, circa finem, C. de epiſcop. audien. & Ioan. Fabr. in §. item aduerſus, circa finem, Inſtitut. de actio. Imo plus uoluit ſingulariter Salycet. in lege in bonæ fidei, in octaua tolum. C. de rebus credit. videlicet, quod eximens incarceratum pro debito, tenetur ſoluere creditori, etiam ſi talis exemptus denuo incarceretur: quod dictum refert & ſequitur Iaſon in lege prima §. quod prætor, circa finem, ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat. Secundum ſit hoc, qui oſtendit ſe tribus annis proximis ſoluiſſe, præſumitur pro præteritis præcedentibus annis ſoluiſſe: text. eſt ſingularis in lege quicunque, C. de apochis publi. lib. 10 qui text. licet loquatur in fiſco, habet tamen locum in priuato, puta in emphyteuta gloſſ. eſt valde notabilis in lege ſecunda, C. de iure emphyteu. quam ibi ſequitur Salycetus in ſecunda quæſtio. dicens Dynum ſic conſuluiſſe, & ſe de facto ita obtinuiſſe: & idem vult Salycetus, ibidem in 8. quæſtio. circa finem, & Iaſon illic in 52. columna, dicens dicta gloſſ. perpetuo notandam, & approbari per omnes: & idem vult Salycet. in dicta l. cum de in rem uerſo. Item ſit tertium. quod priuata ſcriptura non facit fidem pro ſcribente, l. exemplo, & l. rationes. C. de probatio. qui text. licèt loquantur in priuato, habent tamen locum etiam in fiſco. text. eſt ſingularis in l. inter cartulas, C. de conueniendis fiſci debi. libro. 10. & idem in infinitis alijs caſibus, quos commemorare magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile. Nec præmiſſis, quatenus dixi fiſcum multum eſſe priuilegiatum, obſtat † lege non puto. ff. de iure fiſci, quæ ſingulariter vult, quod in dubio iudicandum eſt pro priuato contra fiſcum; quia dico, quod dicta lege non puto, debet intelligi, quando fiſcus tractat de lucro, & priuatus de damno: quia tunc in dubijs quæſtionib. iudicandum eſt contra fiſcum: Secus autem ſi fiſcus ueniat ex contractu ſuo vel alterius cui ſucceſſit, quia tunc fiſcus eſt magis fauorabilis & priuilegiatus: & in dubio pro eo, & non contra eum ſententia ferenda eſt: Ita ſingulariter dicit Iaſon in lege de die, ff. qui ſatiſda. cogan. & Alex. de Imo. in dicta lege prima. ff. ſolut. matrimo. & idem Alexand. in dicta lege non puto, in apoſtillis ad Bart. ubi refert hoc voluiſſe Iacobum de bell. in l. vnica, in fine, C. de cad. tollend. &

idem vult Iaſ.in § ſi quis agens,inſtit.de actio. idem etiam vult Ang.in §.ſi.inſti.quibus modis teſta. infir.referens hoc voluiſſe Raphaelem in d.l.non puto;& doct. ſepe alibi. quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra,vtilia, ſingularia,& quotidiana, & uide quod dicã infra loco proximo, & in loco a republica ad eccleſiam vel piam cauſam.

SVMMARIA IN LOCVM a fiſco ad dotem.

1 *Fiſcus & dos in quibus conueniant. nu. 2. 3. 4. & 9. quibus differant. nu. 5. cum ſeq.*
6 *Fiſcus in delicti, an habeat tacitam hypothecam.*

LOCVS A FISCO AD DOTEM.

OCCVRRIT nunc commodiſſimè locus a fiſco ad dotem,a quo ſumptum argumentum eſt probabile,frequẽs,& vtile, quia partibus paſſibus ambulant,l.dotis tuæ,& ibi notatur C.de iure dot.& l.2.cum ſua gl.C. de priui. fiſci.Et iſto argumento vtitur Iuſtinianus Imperator in Authent.vt exactione inſtante dotis.§.1. collat. 7.conueniunt
1 †enim in hoc fiſcus & dos, ſeu mulier rõne ſuę dotis: quod vterque habet tacitam hypothecam ex cõtractu ſecum inito:de fiſco eſt tex.in l.aufertur.§. fiſcus.ff.de iure fiſci, & in l.2.C.in quib. cauſis pignus tacitè contrahitur & de mulie re eſt tex.in l.vnica.§.1.C.de rei vxoriæ actio.in l.fin. C.de pact.conuentis in §.fuerat,inſtitu.de actio.in l.aſſiduis, C. qui potiores in pignore habeantur.& in ca.ex literis,de pignorib.Vnde ſi concurrant inuicem,præfertur qui prior ex tempore,d.l.dotis tuæ,& præall.l.2.C.de priuile.fiſci. Hæc ergo æquiparatio fiſci , & dotis facit ad multa. Et inter alia
2 primo ad hoc,quod ſicut †fiſcus ratione ſuæ tacitæ hypothecæ non præfertur priuato anteriorem expreſſam hypothecam habenti,l.ſi fundum.C. qui potiores in pigno. habean. & l. ſi pignus. ff. eod. titu. Ita nec mulier in dote ratione ſuæ tacitæ hypothecæ præfertur creditoribus anteriorem expreſſam hypothecam habentibus , ſecundum opinionem gloſ.

Digitized by Google

glos.& cõunem: de qua in dict.§.fuerat, & in d. l. assiduis, c
& ibi Sali.in 2.quæst.Secundo ista æquiparatio fisci, & do-
3 tis facit ad hoc,quod sicut fiscus † ratione suæ tacitæ hypo
thecæ præfertur omnibus creditoribus generalem expres-
sam hypothecam, etiam anteriorem tempore habentibus,
in postea quęsitis,vt est tęx.singularis in l.si is qui.ff. de iu-
re fisci,& adminiculatur l.3.C. de priuil. fisci. ita etiam di-
cendum erit in dote: quia in dubiis fauendum est doti, l. in
ambiguis,pro dotibus.ff. de reg. iur, & ita post multa con-
cludit Sali.& dicit summè notandum in d.l.assiduis,& in 3.
quæst.licet gl.ibi velit contrarium,Sal.tamen de hoc dubi-
tauit in d.2.C.de priuile. fisci. Tertio ista æquiparatio facit
4 ad hoc,quod sicut † in dubio quando ignoratur,an obliga-
tio fisci præcesserit obligationem priuati,vel econtra: fauc-
tur fisco,& obligatio fisci præsumitur prior,vt est tex.singu
laris secundum unam lecturam in l.1.C. de iure fisci. libro
10. ita etiam dicendum erit in muliere agente pro sua do-
te:cum paribus passibus ambulent, iuribus supra in princi.
alleg.& ita tenet Saly.in d.l.assiduis,in 3.q.in fi.dicens hoc
summa notandum. circa hoc autem cadit pulchra,& dubi-
tabilis quæstio,quid si fiscus & mulier inter se disceptẽt cõ
tra tertium, & non appareat quis fuerit prior in hypotheca
tacita, qui eadem die contraxerunt, quis præferetur? de
qua quæstione vide per Baldum in dict.lege.dotis tuæ, quẽ
sequitur Iason in d.§. fuerat, & plenius per Salyc. in dicta
lege secunda.C. de priuilegio fisci,qui inter se variant: pro
babilior tamen & æquior uidetur opinio,Saly. distinguens
casus per rationes suas, ad quem recurre. Posset & ad mul
ta alia induci hęc argumẽtatio,sed prædicta pro iuuenibus
sufficiunt. Animaduerte tamen circa præmissa, quia fiscus
& mulier ratione suæ dotis in multis ambulant disparibus
5 passibus. Primò,in causa † primipilari, in qua fiscus est po-
tior,l.vtilitas,C.de primipilo lib.12.& l.satis.C. in quibus.
cau. pignus vel hypotheca tacitè contra. Secundo in alio,
quia mulier ratione suæ tacitè hypothecæ præfertur priua
to habenti etiam tacitam hypothecam anteriorem tempo-
re,dicta lege assiduis:& est conclusio Saly.in Auth. quo iu-
re,vbi hunc articulum quotidianum latè examinant,C.qui
potio.in pigno.habeantur. sed nõ sic est in fisco, lege vnica

C.rem alienam gerentibus,& præall.lege ſi pignus, & ſic.in hoc mulier eſt priuilegiator fiſco. & ita reperio expreſſe, velle Salyc.in dict.l.aſſiduis,in ſecunda,quæſt. circa finem, & eſt de mente Ioan.de platea in lege vnica,C. de pœnis fi ſcalibus.credito. præfer. libro x. & idem vult Dyn. in regula,qui prior,de reg.iur.lib.6.Tertio non ambulant pari-bus paſſibus, quando fiſcus prætendit ius ad bona alicuius ex maleficio:quia illo caſu etiam dos præfertur fiſco, licet ſit poſterior tempore:ita ſentit Bald.in d.l.dotis tuę.in noua lectura,licet in antiqua lectura aliud uelit, & non bene & ratio eſt euidens quia in delictis fiſcus non habet, tacitã hypotheeam,vt notatur per glo.in l.reſcriptum,in princ.ff. de pactis,& in d.l.aufertur. §. fiſcus de hoc tamen articulo
6 quotidiano,an † in delictis vel maleficiis fiſcus habeat tacitam hypothecam vel non uide latius per Cy.Saly. & docto. in l.ſi quis poſt hanc,C.de bonis pro ſcripto.& per gl. Ioan. de platea,& doct.in d.l.vnica,& pleniſſimè per Bal.Alex. & alios in d.l.reſcriptum.Et generaliter quis cui ex creditoribus præferatur,uide per gl.& doc.in l.priuilegia. ff. de priuil.credito.& per gl.& doct.in d.l.ſi is qui,& per Io.de platea in d.l.vnica,& accuratiſſimè ac pleniſſimè per Dy.in d. regula, qui prior:& quibus patet,qđ fiſcus & dos regulariter ſe habent ut paria, in aliquibus autem vt excedentia & exceſſa.Ex quo vlterius patet, quando hęc argumentatio procedit & quando non: illud tamen non eſt omittendum, quod ſi fiſcus ſit creditor ex maleficio & etiam priuatus, vt quia propter homicidium fiſco debetur certa quantitas ex bonis delinquentis,& certa quantitas etiam debetur hæredibus occiſi: hoc caſu quia ambo ſunt creditores eiuſdẽ tituli,id eſt,ex maleficio, fiſcus præfertur hæredibus occiſi in executione:ita ſingulariter dicit Baldus,in d.l.reſcriptũ, quod eſt ſummè notandum,quia limitat & reſtringit multum d.l.vnicam,nec memini me alibi legiſſe : ſed licet magna ſit autoritas Bal. non tamen credo hoc dictum indiſtinctè: verum, quid enim ſi alicui furto, uel ui ſubtracta ſint mille, quæ æquitas ſuadebit fiſcum præferri furtũ vel vim paſſo aut eius hæredi , ſi utrique ex integro non poteſt ſatis fieri ? certè meo iudicio nulla. Vnde credo diſtinguendum,Aut priuato quid abeſt. ita quod certat de damno uitando,

tando, fiscus vero de lucro captando. & tunc credo priuatũ debere præferri fisco, & sic pro cedit d.l.vnica, & l.nõ puto. ff.de iure fisci, Aut priuato uel eius hęredi nihil abest, sed vterque certat de lucro captando non de dãno uitando, ut in casu Bal.& tunc credo decisionem Bal.veram Aut. fiscus prosequitur rem familiarem, ut quia agit pro damno dato in fundo fiscali. & priuatur similiter, & tunc etiam credo decisionem Bal.veram quam hoc modo uidetur intelligere Alex.de Imo. in d. l. rescript um. quod commenda memoriæ, quia potest frequenter contingere: & vide quod dixi supra loco proximo.

1 *Fiscus & minores aquiparantur, & per totum.*

LOCVS A FISCO AD MINORES.

NVnc subnectemus locum a fisco ad minores, a quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile, quia † æquiparãtur gl. est notabilis in l.si procurator. §. fi. ff.de iure fisci quæ relata ad tex. singulariter decidit, quod habens potestatem uendendi rem. minoris, non potest habere fidem de precio, sicut nec habens potestatem uendendi rem fisci. Ex quo sequitur, quod non transfert dominium, nisi sit solutum precium, & hoc ibi tenet & commendat Bartol. & alii post eum idem etiam vult Bartol. & alii post eum in l.a diuo Pio. §. sed si emptor. ff.de re iudica. & idem dicendum est in prælato ecclesiæ uendente rem ecclesiæ, vt non possit habere fidem de precio, nec transferre dominium precio non soluto, vt vult gl.in d.§.fi.& Bar. in locis supra commemoratis, & Panor.in c.2.circa finẽ, de præcariis, & frequẽter alibi: q̃ nota. Secundo hæc equiparatio fisci & minoris facit ad aliud, uidelicet, q̃ sicut sententia contra fiscum vel rẽ publicam lata, potest ex speciali priuilegio retractari instrumẽtis de nouo repertis: vt est tex.in l.imperatores. ff.de re iudica. Ita etiam dicendum est in minori maxime pupillo, eadem ratione: cum gaudeat eodem priuilegio, & ita dicit gl. notabilis in d.l.imperatores, quã sequũtur ibi Bar. & doct.

Digitized by Google

& idem vult glo.& doct.in l.ſub ſpecie,C.de re iudic.& Io. de platea in l.unica,C.de ſenten.aduer.fiſcũ latis retractan. lib.10.quod nota. Tertiò ex iſta æquiparatione fiſci & minoris infertur & aliud, uidelicet, quod ſicut ſententia lata contra abſentem ſcienter facta,eſt ipſo iure nulla: Ita etiã eſt in minore:ita notabiliter dicit Bald.in l.qui teſtamento. ff.de excuſ.tuto.& allegat notata in d.l.vnica,& l.ſi prætor. §.Marcellus.ff.de iudiciis:quod nota. Quartò per hunc arguendi modum inferri poteſt , quod quia fiſcus ſuccedens priuato pro tempore præterito utitur iure priuati,& pro tẽpore futuro iure proprio,l.fiſcus. ff. de iure fiſci:ſicut ſi inchoetur præſcriptio contra priuatum,& perficiatur ſeu cõpleatur contra fiſcum ſuccedẽtem priuato,alia tempora ſeruantur contra fiſcum,quam contra priuatum:Ita etiam dicendum ſit,ſi pupillus ſuccedat priuato,cõtra quem inchoata fuit præſcriptio: ita ſingulariter vult gl. in l. apud Iulianum,verſi.Marcellus,ff.ex quib.cau.in poſſeſſ.eatur,& ibi illam glo.nota.Albe de Roſate:& idem eſt in eccleſiã,vt dixi ſupra in loco a fiſco ad eccleſiam,vel piam cauſam,& in loco a toto ad partem: pro cuius pleniori intelligentia videnda ſunt notata per gl.Bal.Saly.Pau.de Caſt:& doct in l. vnica,C.ſi aduer.vſucap.& notata per Cy.Albe.& doct. in l.ſi. C.in quibus cau.in integrum reſtitu.non ſit neceſſ.& notata per eundem Cyn.& alios doct.poſt glo.in Auth.quas actiones,C.de ſacroſan.eccle.quod tenementi,quia poteſt in foro quotidie in vſu venire. Poſſet & ad multa alia induci hęc argumentatio,cum multa ſint priuilegia fiſci diligẽter collecta per Bal.in l.1.C.de hære.vel actio.vẽdita, & per Saly. & Pau.de Caſt.in l.ſi.C.de priuilegio fiſci,quæ concurrẽte identitate rationis,vbi contrarium non reperiretur expreſſe deciſum , adaptari,ſeu applicari poſſent ad minores maxime pupillos: ſed prædicta pro guſtu iuuenibus dando ſufficiant.

1 *Argumentum a minoribus ad fiſcum eſt probabile,& vtile.*
2 *Fiſcus,minor,& eccleſia aquiparantur.*

LOCVS

fiſcum.

1 ECONTRA uero a minoribus ad fiſcũ ſumptum† argumentum etiam probabile eſt, frequens,& utile, quia æquiparantur, ut habẽs gl.notabilem in l.ſi procurator.§.fi.ff.de iure fiſci,& dixi ſupra loco proximo. Vnde ſicut ſententia lata pro minore indefenſo eſt ualida,vt eſt tex.notabilis in l.nõ eo minus, C.de procuratoribus:ita etiam ſententia lata pro fiſco indefenſo eſt ualida:licet ſecus ſit econtra,quando fertur contra minorem vel fiſcum indefenſum ita dicit gl.notabilis in l.3.§.diuus.ff.de iure fiſci,& ſequitur Io.de platea in l.unica,C.de ſenten. aduer. fiſcum latis retractan.lib.10.Et idem eſt in eccleſia,ut volunt legiſtę in d.l.non eo minus,& gl.Bal.Salyc.& docto.in l.ſi pręſes, C. quomo.& quan.iudex,& Panor. & canoniſtæ in c. cauſam, 1.de iudicijs.Item ſicut minori ſit mora re ipſa abſque ulla interpellatione,ut eſt tex.in l in minorum,C.in quibus cauſis in integrum reſtitu.non eſt neceſſaria.& in l.Titia Seio. §.uſuras.ff.de leg.2.Ita etiam fiſco fit mora rei ipſa abſque aliqua interpellatione:Ita dicit glo. ſingularis in l. cum quidam.§.fiſcus,in uerbo inferunt,ff.de uſuris, & uult Bal. & poſt cũ Iaſon in l.1.C.de his qbus ut indignus,& ibi Alex. in apoſtillis ad Baldum refert,idem tenere Ludouicum de Roma in l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.oblig.per gl. & idem refert Iaſon in §.item mixta,quẽ legit ſub.§ ex maleficijs, Inſti.de actio.per d.gl.quam reputat ſingularem:& idem dicendum eſt in eccleſia & pia cauſa, vt eis fiat mora re ipſa: ut eſt gl.ſingularis approbata per docto.in d.§. item mixta. Tertio iſtud facit ad hoc,quod ſicut minori ſuccuritur per in integrum reſtitutionem,ſi per ſuos curatores vel procuratores damnum patiatur,& illi nõ ſint ſoluẽdo,ut eſt tex. in l.properandum,in fine,C. de iudi.Ita etiam hoc caſu fiſco ſuccuritur,eadem rõne;& ita punctaliter uult Pirrhus in l.iuſtas,in finalibus uerbis,C. de iure fiſci lib. 10.& pari rõne ét ſuccurritur eccleſiæ,ut uult Card.in clem.unica in x.q.de in integrũ reſtit.& Salyc.Alex.& Iaſon in d.l.properandum,

2 randum,in ſine:quod nota.Hæc enim tria,† minor,fiſcus,& eccleſia æquiparantur: de quo ut nunc memoriæ occurrit, ſunt quinque glo.notabiles,una eſt in d.l. ſi procurator. §. fin.ſecunda in lege ſub ſpecie,C.de re iudicata. tertia in d. l.vnica.quarta in l.imperatores.ff. de re iudicata. & quinta in cap.auditis,de in integrum reſtituti. quod commẽda memoriæ,quia poteſt induci ad multa alia, & vide quod dixi ſupra loco proximo, & in loco a fiſco ad eccleſiam vel piã cauſam,& quòd dicam infra loco a re publica ad eccleſiam vel piam cauſam, & in loco a minoribus ad eccleſiam uel piam cauſam.

1 *Eccleſia quibus priuilegiis gaudeat.*
2 *Argumentatio ab eccleſia ad fiſcum,non procedit in panalibus.*

LOCVS AB ECCLESIA

ad fiſcum.

OCcurrit nunc locus ab eccleſia ad fiſcũ a quo ſumptum argumẽtũ eſt probabile,frequens, & vtile:quia æquiparãtur a iure,l.ſin.C.de ſacroſanct.eccleſi.& §.finimus,iuncta gl.in Authen.de nou alienan.aut permutan.rebus eccleſi collat.2.& c.quid ergo,23.q 4.& eſt bona glo.in c.auditis,& ibi Panor.notat,de in integrum reſtitu. Vnde cum
1 † multa ſint priuilegia eccleſiæ accurrate collecta per Lud. de Roma.in aurea ſua repetitione Auth.ſimiliter,C. ad legem Falc.per Bar.Bald.& doct.in l. j.C.de ſacroſanct.eccle. & per canoniſtas in c.reletum.j.de teſtàm.Ad infinita trahi poterit hæc argumentatio, quando eadem ratio militat in vtroq; nec contrariũ reperitur expreſsè deciſum in iure: & quando priuilegia competentia eccleſiæ ſunt talia, q̃ congruunt fiſco: vt dixi in caſu cõuerſo ſupra loco a fiſco ad eccleſiã vel piã cauſam, & in loco a milite armatæ militiæ ad militem cæleſtis militiæ & ſæpe alibi.Et gratia exempli inter alia iſtud facit ad hoc, quod ſicut acquiſita per epiſcopum,prælatum,vel adminiſtratorem eccleſiæ poſt adeptam adminiſtrationem, præſumuntur acquiſita intuitu & ex bonis

Digitized by Google

bonis eccleſiæ, Authent. licentiam, C. de epiſc. & clericis & §. interdicimus, in Authen. de eccle. titulis, colla. 9. & toto tit. de peculio cler. cum illic notatis per Panor. maxime in c. vt vnuſquiſque : Ita etiam acquiſita per officiarum fiſci, præſumitur acquiſita intuitu & ex bonis fiſci : Ita decidit glo. reputata ſingulari in l. defenſionis facultas, in fine, C. de iure fiſci lib. 10. de quo tamen articulo quotidiano uide latius per doctores, & ſingulariter per Ioannem de Platea in d. l. defenſionis facultas, & per Bald. in leg. cum oportet, in verſ. quæro quid in adminiſtratore reipublicæ, C. de bonis quæ liberis, ad quos remiſiſſe ſufficiat. Hæc tamen argumé
2 tatio † non procedit in pœnalibus: Ita dicit gloſ. ſingularis in §. item mixta, Inſtit. de actio. cum qua tranſeunt ibi cõ- c
muniter omnes doctores, excepto ſolo Angelo, qui per plura probabilia media tenent contra d. glo. quem omnino vide: & ibidem latè per Iaſonem. De hoc tamen quotidiano articulo, an & quando in pœnalibus licita ſit extentio, uide infra in loco a ratione legis larga ampla ſeu generali ad extenſionem ipſius legis, in tertio principali, vbi reperies de hoc ſatis plene.

1 *Pupillus & reſpublica æquiparantur a iure & nu. ſeq.*
2 *Conuentio quod de damnis & interesſe ſtetur dicto partis an valeat.*

LOCVS A PVPILLO AD rempublicam.

HAbemus etiam in iure locum a pupillo ad rẽ publicam, a quo ſumptum argumentum eſt probabile, frequens, & vtile quando eadẽ eſt
1 ratio in vtroq; quia † æquiparantur a iure, l. rempublicã, cũ ibi notatis C. de iure reipub. lib. 11. l. qui ſolidum. §. etiam, & ibi Io. de Imol. notat. ff. de leg. 2. l. reſpublica, C. ex quib. cau. maiores, & l. 1. iuncta gl. C. de offi. eius qui uicem alicuius iudicis obtinent, cum ſimilibus. Et in primis per hãc æquiparationem pupilli & rẽ
2 publicæ, dixi ſemel in quæſtione, in facto occurrẽte: q † cõuentio facta per gubernatores reipublicæ Louanienſis, qua

caueba-

cauebatur, quod de damnis & intereſſe ſtaretur ſimplici vel ſoli dicto creditoris,non valebat: quia ſimilis conuentio facta per tutorem,vel pupillum cum authoritate tutoris,non ualet,lege iuſiurandi gratiam,cum gl.& ibi hoc expreſſe notat Bart.ff.de iureiuran.& habetur pleniſſime per Iaſonem in lege iuſiurandum quod ex conuentione,illo eodem titulo ergo etiam non debet valere talis conuentio facta per gubernatores oppidorum vel reipublicæ: iuribus ſupra allegatis,& ita fuit iudicatum. An autem talis conuentio valeat,& quid operetur,quando fit per priuatũ maiorẽ 25.annis,uide pulchre per Bar. Ioan.de Imol.& docto.in l. fi.ff.de præto.ſtipula.& per Cyn.& doct.in l.ſi quis in conſcribendo,C.de epiſc.& cleric.ad quos breuitatis gratia te remitto. Secundo iſtud facit ad hoc, quod ſicut ſententia diffinitiua lata contra pupillum,vel quod fortius eſt contra minorem indefenſum,eſt ipſo iure nulla:vt eſt tex.cum ſua ſingulari gl.in l.cum & minores,C.ſi aduer.rem iudica. Ita etiam ſententia lata contra rempublicam alicuius ciuitatis indefenſam,eſt ipſo iure nulla:ut eſt tex.cum glo. in l. 1.& ibi Bar.& Io.de Platea not.C.de iure reipub.lib.11. Tertio iſtud facit ad hoc,quod ſicut debitor pupilli vel adulti repellitur a tutela vel cura,Auth.minoris debitor,C.qui da. tuto.poſſ.& in corpore vnde ſumitur: Ita etiam debitor reipublicæ repellitur ab honorib.& adminiſtratione honorem habente annexum,niſi prius ſoluat debitum,l.1.C. de debito,ciuitatum lib.11.& l.reſcripto.§.debitores. ff. de muneribus & honoribus. Poſſet & ad multa alia pulchra & quotidiana induci hæc argumentatio a pupillo ad rempublicã, ſed prædicta pro iuuenibus ſufficiunt. Reliqua autem ſtudioſus uidere poterit per Io.de Platea in d.l.rempublicam, & in l.ſeq.& in leg.1.& 2.C.de adminiſtr.reipub. lib. 11.ad quem remiſiſſe ſufficiat,cum ab omnibus habeatur,& egregie loquatur & vide quod dixi ſupra in loco a minoribus ad fiſcum, & quod dicam infra loco a pupillo ad eccleſiam vel piam cauſam.

1 *Sententia reſcinditur fauore Reipubl. & pupilli pretextu inſtrumentorum de nouo repertorum: licet ſecus ſit in priuato.*

LOCVS

LOCVS A REPVBLICA AD pupillum.

EContrario etiam a rẽpublica ad pupillũ ſumptum argumentum eſt probabile, frequens & vtile, quando eadẽ ratio in utroque: quia æquiparãtur a iure, l. rempub. cum ibi notatis, C. de iure reipublicę lib. 11. & l. qui ſolidũ. §. ẽt, & ibi Io. de Imo. notat. ff. de leg. 2. cum ſimilibus. Et hinc eſt, quod ſicut fauore † reipublicæ prætextu inſtrumẽtorum de nouo repertorum reſcinditur ſentẽtia, licet ſecus ſit in priuato l. imperatores, vbi de vtroque eſt tex. ff. de re iud. & l. ſub ſpecie, cũ ibi notatis, C. eodẽ tit. Ita ẽt fauore pupilli prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum reſcindetur ſententia: & ita decidit gl. in l. ſub prætextu 1. & ibi Bar. Bal. & doct. C. de tranſactio. per d. l. rempublicam, & idem decidit gl. in d. l. imperatores, & ibi Bar Io. de Imol. Alex. & doct. & idem ſentit gl. in l. vnica, C. de ſent. aduer. fiſcum latis retractan. lib. 10. Poſſet & ad multa alia pulchra & quotidiana induci hęc argumentatio a republica ad pupillum, ut pulchre declarat Io. de Platea in d. l. rempublicam, & in l. ſequen. & in l. 1. & 2. C. de adminiſtr. rerum publi. lib. 11. ad quem remiſiſſe ſufficiat, cum ab omnibus habeatur. Et vide quod dixi ſupra loco proximo. & quod dicam infra loco ſequen.

SVMMARIA IN LOCVM. à pupillo ad eccleſiam &c.

1 *Eccleſia loco pupilli eſt.*
2 *Mandato generali non uenit delictum.*
3 *Pupillus etiam authoritate tutoris non poteſt vendere rem immobilem niſi urgente debito, & interueniente decreto iudicis.*
4 *Pupillus tenetur de eo quod ad eum peruenit, & in quo factus eſt locupletior idem in eccleſia.*
C.de curato.furio.Et idem vult Pau.de Caſt.& doct. in d. l.fi.C.in quibus cau.in integ.reſtitut.non eſt neceſſaria.Idē etiam vult Io.And.in addi.ad Specu.in rubrica de præſcriptiō.circa medium,& Pano.Felin.& alii moderni in d.c. cū non liceat. Hoc tamen q̄ dixi de præſcriptione,intellige ſa ne de prę̄ſcriptione extraiudiciali:& ita proprie loquitur d. l.fi. ſecus autē eſt in præſcriptione iudiciali,quia illa ita be ne currit ipſo iure contra minores, furioſos, mente captos, dementes,& prodigos, ſicut cōtra maiores licet per eos poſ ſet peti reſtitutio in integrum in ſubſidio , quando ſcilicet minori,furioſo,mente capto,de menti,vel prodigo ſuccurri non poteſt contra ſuos adminiſtratores. quia forte non sūt ſoluendo.tex.eſt ſingulari in d.l.properandū,in fi.& ibi hoc volunt Bal.Ang.Saly.Pau.de Caſt.Alex.Iaſ.& doct.qui di cunt,quod minoribus ſicut maioribus currit tempus ipſo iu re ad appellandum,ad appellationem proſequendum, ad in uentarium conficiendum : & idem dicunt in præſcriptione ſtatutaria vel conſuetudinaria,de qua in ca. conſtitutus de in integ.reſt.ut ibi latius per eos.Septimò ex iſto inferri po
6 teſt,q̄ ſicut † pupillus non cogitur iurare pacem.vel præſta re iuramentum fidelitatis ſuo principi , cum non intelligat quid agat. Ita nec furioſus, demens vel mente captus , qui pupillo ſimiles ſunt iuribus prę̄all.& ita ſingulariter decidit Bal.in extrauagāti,de pace conſt.in §.uaſalli noſtri:q̄ tene mēti. Hinc etiam imperator Iuſtinianus in l.ſi furioſi,C.de nuptiis,legem ſeu conſtitutionem diui Marci loquentē in filio mente capti rectè extendit ad filium furioſi,vt illic uidere licet per Bal.& alios:q̄ nota.Ex æquiparatione autem
7 furioſi † & prodigi infertur primò, quod prodigo etiam nō petenti poteſt dari curator,ſicut furioſo : & ita notabiliter vult Bal.in l.qui habet in prin.ff.de tutelis:& ante eum hoc voluit Bar.in l.hæc autem,in prin.ff.ex quib.cau.in poſſ. ea tur. Secūdò infertur ex hoc,q̄ ſicut furioſo ſubſtitui poteſt exemplariē:ita eriā prodigo exēplariē ſubſtitui poteſt:& ita notabiliter vult Bar.& alii poſt eum in l.ex facto, in 6.col. in verſ.quæro vtrum ſit reperire,&c.ff.de vulga.& pupil. ſub-
8 ſtit.Et procedit iſta æquiparatio † prodigi & furioſi & argu mētatio de vno ad alterum,vbi eadē eſt ratio in utroque,vi delicet , quantum ad hoc ne prodigus faciat concluſionem

ſuam

ſuam deteriorem:quia ſibi bonorum diminutio interdicta eſt,ſicut furioſo:ſecus autem eſt,quando agitur de acquirẽ do,quia ille cui bonis interdictum eſt , non prohibetur ſibi acquirere:vt hæc omnia probantur in d. l.is cui bonis , & in d.l.certi condict.§.quoniam,in fi.nam quoad acquirendum prodigus æquiparãtur pupillo,iuribus præal.& vult Alex.de Imo.in d.l.is cui bonis,in prin.in delictis autem quæ in faciendo conſiſtunt,excepto caſu d.l.ſi quis in tantã,prodigus æquiparatur maiori ſanæ mẽtis, & punit ut quilibet alius, vt notat Ang.in d.§.adeò,& idem Ang.& Alex.in d.l. is cui bonis:licet ſecus ſit in delictis conſiſtentibus in omittendo vel negligẽdo,vt ibi latius per eos:q; nota,quia valet ad multa,vt videre poteris per Alex.in d.l.is cui bonis, in 4.col.Et q; in delictis ita puniatur prodigus,vt alius ſanæ mẽtis,vult etiam Bal.in l.furioſum,in fi.C.qui teſtamen.facere poſsũt, quem omnino uide.interdum autem prodigus ęquiparatur adulto curatorem habenti,vt eſt tex.in d.l. ſi curatorem habens,& ibi habetur pulchrè per gl.Bar.& doct. vbi plene reperies,in quibus conueniunt,& in quibus differunt:quo re curre.Aduerte etiam,q; licet gl.in §.furioſi,inſtit.de curatoribus & in l.de creationibus,C.de epiſc.audi.dicat. q; cura legitima nõ reperitur,niſi in furioſo & prodigo, nec aliquid dicat de mente capto: tamẽ quod idem ſit in mente capto, quod in furioſo & prodigo,eſt text. notabilis in Auth. vt hi qui obli.ſe ha.perhi.res mino.§.1.in fi.coll. 6. quem ad hoc ponderat Bal.in d.l.ſi furioſi:quod tene mẽti, & uide quod dixi ſupra in loco à lege ad teſtatorẽ. Poſtremo volo te non
9 ignorare,q; ſiue † prodigus ęquiparetur furioſo ſiue pupillo,non poteſt condere teſtamentum , etiam ad pias cauſas. ita expreſſe decidit Bal.in l.1.in 3.col.C.de ſacroſ.eccl.in lectura,& Pano.in rubrica de teſta.& Pet.de Anch.in c. quia ingredientibus,in 3.col.in verſ.circa ſextum,illo eod.tit. & Philip.Fran.in rub.de teſta.libro 6.in 4.col.vbi reperies de hoc ſatis plenè.Quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra,vtilia,ſingularia,& quotidiana:& vide quod dixi ſupra in loco a ſimili,& quod dicam infra loco proximo, & in loco a ſpeciali.

SVM-

SVMMARIA IN LOCVM a minoribus ad eccleſiam &c.

1 *Eccleſia fungitur vice minoris 8.*
2 *Argumentum a minoribus ad eccleſiam quando procedat.*
3 *Mora fauore minorum, & eccleſia contrahitur re ipſa abſque interpellatione.*
4 *Minor laſus ſui facilitate vel dolo aduerſarii reſtituitur in integrum idem in eccleſia, & pijs locis.*
5 *Priuilegiatus contra priuilegiatum an & quando utatur ſuo priuilegio.*
6 *Beneficium reſtitutionis competens minori non porrigitur ad fideiuſſorem. Idem in eccleſia.*
7 *Sententia lata contra minorem indefenſum aut eccleſiam, non valet.*
8 *Alienatio facta per minorem de re immobili ſine authoritate curatoris & decreto iudicis non valet.*
9 *Minor non poteſt cedere actiones & iura ſua ſine decreto.*
10 *Minor non poteſt cedere actiones & iura ſua ſine decreto.*
11 *Terræ ſteriles minorum an poſſint alienari.*
12 *Minor & eccleſia in quo differant.*

LOCVS A MINORIBVS AD Eccleſiam, vel piam cauſam.

COMMODVM ſubſequitur nunc locus a republica ad eccleſiã vel piam cauſam, a quo ſumptum argumentũ eſt probabile, frequẽs,
1 & vtiliſſimum, quia † eccleſia fungitur iure minoris: c. 1. & c. auditis, de in integr. reſtit. & pius locus minori æquiparatur l. orphanotrophos, in princ. & ibi Bal. no. C. de epiſc. & cle. & clem. quia contingit, poſt mediũ: & ibi Io. de Imo. notat, de religioſis domibus. Et iſto argumento a minoribus ad eccleſiam vel piam cauſam utitur glo. in l. 3. C. quando ex facto tutoris, & gl. in l. reſpublica. C. ex quib. cau. maiores, & Io. And. in reg. in toto, de reg. iur. lib. 6. in Mercu. & doct. in infinitis aliis locis. Vndè cum
2 † multa ſint ſtatuta a iure in fauorẽ minorũ, ad multa trahi poterit hæc argumentatio, concurrentidẽtitate rationis, &

alio

alio expreſſe non diſpoſito a iure. Et gratia exempli pro inſtructione iuuenum iſtud primò facit ad hoc, q̃ ſicut fauore † minorum mora contrahitur re ipſa abſq; interpellatione l.minorum,C.in quibus cauſis in integr.reſtit. nõ eſt neceſſ.& l.Titia Seio.§.vſuras.ff.de legat. 2. ita etiam fauore eccleſiæ uel piæ cauſæ mora contrahitur re ipſa abſq; interpellatione, quam doctores appellant moram irregularem, ita dicit Bal.in Auth.hoc amplius, in 2.col.C. de fideicom. & Pet.de Ancho.in repetitione regulæ,acceſſorium,in 6.q. de reg.iur.lib.6.& idem Petr.de Ancho.in conſ.ſuo 281.incipiente in Chriſti &c. in auxilium veritatis &c. circa finẽ, & Io.de Imo.in capit.breui,de iureiurando & eſt gl.ſingularis in §.item mixta,ſuper verbo,iudicium,circa princ.Inſti. de actio. quam ad hoc ponderat & exclamat Ludo. de Ro. in ſuis ſingularibus,ſingulari 117.incipien.tu habes &c.illã gl.etiam ad hoc notat Io.de Imo.in repetitione l.ſi verò §. de uiro.ff.ſolu.matr.& Nicolaus de Neapoli. & Iaſ. in d.§. item mixta,& docto.ſæpe alibi:& quod tene menti.Secundo iſtud facit ad hoc,quod ſicut † minor læſus ſui facilitate vel dolo aduerſarii,r eſtituitur in integrum,toto tit.ff.de mino. ita etiam eccleſia,pia cauſa,& loca pia,vt hoſpitalia, monaſteria, collegia,& quælibet alia loca, in quibus ſenes, debiles, infantes ſeu paruuli expoſiti, & aliæ perſonæ miſerabiles aluntur,& in quibus opera charitatis exercentur: ſi lędantur reſtituuntur in integrum:ita ſingulariter dicit Io. And.in c.2.de in,integ.reſtit.lib.6. in nouella,quem refert & ſequitur Panor.in c.reletũ.1.de teſta.& idem Pano. in d.c. 1.& gl.in d.c.auditis,& ibi etiam Pano.qui dicit, q̃ omnia iura loquentia de minoribus in materia reſtitutionis, poſſunt & debent trahi ad eccleſias, q̃ dicit memoriæ commõdandum:& idem ſentit Paul.de Caſt.& poſt eum doct.in d. l.orphanotrophos,& Ludo.de Ro.in ſuis ſingularibus,ſingulari 95. vbi per hoc decidit illam pulchram & quotidianã quæſtionem,Hoſpitali relicta erat hæreditas ſub conditione,ſi intra annum ædificet ſacellum in certo loco,& ſi ſacellum in loco deſignato intra annum conſtructum non fuerit, voluit teſtator,q̃ alius locus pius haberet hæreditatem ad miniſtratores autem hoſpitalis intra annum non conſtruxerunt ſacellum: quæritur an hoſpitale poterit reſtitui aduerſus

ſus lapſum temporis & negligentiam commiſſam per admi niſtratores in nõ ædificando ſacellum,in præiudicium alte ritus prj loci:& decidit ipſe ſingulariter,q̃ ſic:inſtar minoris per tex.ſingularem in l.3.§.& ſi hæres, ff.de minor. & idẽ fuit de mente Bal.licet vacillet,in l.pupillorum,C.de repu-
diam.hæred.hoc tamẽ depẽdet a deciſione illius quotidia-
5 ni articuli,an priuilegiatus ꝓtratur priuilegio cõtra æquè priuilegiatum,& quando,& qñ nõ,de quo vide in l.verum, §.fi.cũ l.ſeq.ff.de mino.& in Auth.quas actiones,per glo.& doct.C.de ſacroſ.eccle.& in d.c.auditis,vbi plenè de hoc re peries.Tertiò iſtud facit ad hoc,q̃ ſicut præſcriptio iudicia lis currit ipſo iure contra minorem, ſicut contra maiorem, vt eſt tex.ſingularis in l.properandum,in fi. & ibi hoc volũt Bal.Ang.Sal.Paul.de Caſt.Alex.Iaſ.& docto.C.de iudicijs licet ſecus ſit in præſcriptione extraiudiciali,l.fi.C.in quib. cau.in inte.reſti.nõ eſt neceſſ.Ita etiam præſcriptio iudicia-
lis currit ipſo iure cõtra eccleſiam & piam cauſam, licet ec cleſia & pia cauſa læſa poſſet reſtitui in integrũ in ſubſidiũ, qñ ſibi ſuccurri nõ poteſt aduerſus ſuos adminiſtratores,q̃a forte nõ ſunt ſoluẽdo,vt dicit in minoribus in d.l.properan dum,in fine:& ita notabiliter cõcludit Card.in cle.vnica,in 10.q.de in integ.reſtitu.& volunt Saly.Alex.& Iaſon in d.l. properãdum,in fine: quod tene mẽti.Quarto iſtud facit ad hoc,quod ſicut minori ſuccurritur nedũ quando ipſe facto ſuo læſus eſt,ſed ẽt quando læſus eſt p ſuos curatores ſeu adminiſtratores,l.fi.C.ſi tutor vel curat. interuc. Ita ẽt eſt in eccleſia vel pia cauſa,q̃a delictũ ꝑſonę &c.regula delictũ de reg.iur.lib.6.& ita notabiliter vult Hoſtien.in aurea ſua ſumma,in ti.de in integ.reſtit.§.in quib. Quinto iſtud ĩdu-
6 ci poſſet ad hoc,q̃ ſicut ſingulare beneficium reſtitutionis in integrum cõpetens minori rõne ætatis, nõ porrigitur ad fideiuſſorem: vt eſt tex.in l.1.& 2.cum ibi notatis per gl. & doct.C.de fideiuſſo.minor.Ita ẽt ſingulare beneficiũ reſti-
tutionis in integrum,cõpetens eccleſiæ vel pię cauſæ, non porrigitur ad eius fideiuſſorem,eadem rõne:& q̃a æquipa-
rantur,iuribus ſupra in prin.alleg. Non memini tamen,ali-
quẽ doctorem hoc expreſſe ponere,licet magnam fecerim diligentiã ad perq̃rẽdũ,cũ q̃ſtio accidiſſet de facto Effectus aſit huius inductionis eſt magnus,vt videri ꝓt ĩ d.l.1. & 2.&

in l.in causæ 1.cum ibi notatis.ff.de minoribus, & l.minor. ff.de procuratorib.Sextò istud facit ad hoc,q; sicut sententia lata procuratore minoris non legitimè constituto,vel p minore per se in iudicio litigante valet,licet contra eum latanō valeat:vt est tex.pulcher & menti commendandus in l.non eo minus,C.de procurator. Ita etiam sentētia lata p ecclesia vel pia causa valet,licet nō interuenit consensus superioris:quamuis lata contra ecclesiam vel piã causam hoc casu non valeret. Ita singulariter volunt Ioan.And.Pan.Io. de Imo.& communiter docto.canonistæ in ca. causam 1.de iudicijs,& est de mente Ioan.de Imo.in l.quæsitum, super prima gl.ff.de re iudica.& volunt expresse Alex. de Imo.& Iason in d.l.non eo minus quod tene menti.Septimò istud
7 facit ad hoc,quod sicut†contra minorem indefensum non ualet sententia lata nec in prima instantia l. cum & minores,cum sua singulari gl.C.si aduer.rem iudi.nec etiam in secunda instantia l.si præses,C.quomodo & quando iudex: Ita etiam non valet sententia lata contra ecclesiam vel piã causam viduata pastore vel rectore, & sic indefensam. Ita singulariter dicit gl.in d.l.si præses,quam ibi sequūtur Bal. Saly.& docto.pro qua decisione ego allego tex. notabilē in c.1.de rebus.eccle.non alienan.lib.6.vbi singulariter habetur,q; actus gestus contra ecclesiam viduatam pastore vel rectore,est ipso iure nullus,nisi fuerit ei datus defensor q̄ est memoriæ commendandum,quia singulare & quotidianum. Aduerte tamen ne decipiaris,quia sententia lata contra ecclesiam habentem prælatum,indefensam tamen, ualet:cap.prout,& cap.fina.de dolo & cōtumacia,& c.cum ex literis de in integr.restitut. & vult singulariter Matthæus Matesselanus in notabili suo 45.licet secus sit in minore,secundum eum,d.l.cum similibus.Octauò istud facit ad hoc q; sicut res empta ex pecunia minoris efficitur minori,licet emens emerit nomine proprio l.curator, C.arbitr. tutel. & leg.2.ff.quando ex facto tutoris:Ita etiam res empta ex pecunia ecclesiæ uel piæ causæ,eadem ratione:& ita tenet gl. in d.l.2.& gl.in l.si ut proponis, C.de rei vendication.& in l.si patruus,C.commu.vtriusque iudicij, & gl.in c.inquirēdum,de pecul.clericorum: gl.in c.apostolicos, 12.q.2.& Panorm.in consilio suo 94.2.volumi. incipiēte, Christi &c.

quæ-

quæſtione &c. & idem Panormitan.in d.c. inquirendum: de quo vide quod dixi latius ſupra in loco a milite ad eccleſiam vel piam cauſam Nonò iſtud facit ad hoc,quòd ſicut in minorem competit actio ex pecunia mutuo ſumpta per curatorem eius, ſi in ipſius vtilitatem ſit conuerſa: vt eſt tex.in d.l. 3.C.quando ex facto tuto. Ita etiam in eccleſiã vel piam cauſam hoc caſu dabitur actio:Ita dicit glo. ſingulari in d.l.3.cum qua ibi indifferenter conſentiunt omnes doctor.quos viderim , & eam ad hoc ſpecialiter notat Ioan.de Imol.in repetitione d.l.ſi verò.§.de viro, & faciũt notata per gloſ.Bar.& docto.in Auth.qui res iam dictas,C. de ſacroſ.eccleſ.& notata per glo.Salycet.& doctor. in Authen.hoc ius porrectum,circa finem,ilo eod.titu. & notata per Anton.de Butrio,Card,Ioan.de Imo Panorm.& canoniſtas in cap.1.de depoſito,& ea quæ habentur & notantur per gloſ.& docto.in c.penult.de fideiuſſor.limitã tamen ut illic per Panor. qui exquiſitiſſimè hunc articulum quotidianum examinat , ubi etiam plene habetur per Innocen. Hoſtien.Ioan.And.Antonio de Butrio Cardi.Pet. de Anchora. & Ioan.de Imola quando ciuitas, eccleſia, uel alius obligatur ex facto ſui adminiſtratoris,& per Bart. Iaſonem & legiſtas in lege ciuitas,ff.ſi certum petatur & per Baldus in dicta Authentica,hoc ius porrectum . Decimo iſtud poteſt induci a d aliud,videlicet,q ſicut minor eo ipſo quod compromittit in arbitrium cenſetur lædi,& poteſt deſidera re in integrum reſtitui,lege ſi minor 2.§.finali,& ibi Barto.
8 ff.de minoribus.Ita etiam dici poſſet in eccleſia † quæ fungitur vice minoris,iuribus ſupra in principio alleg.Sed hoc nõ affirmo,quia Iacobus de Rauẽn.& Alberic.de Roſate in d.§.ſi.nõ ſic indiſtincte intelligunt illum tex.ſed eum rõnabiliter reſtringunt ad caſum ,quando electus arbiter eſſet inimicus uel ſuſpectus minori:& hoc etiam ibi ſentit gl. ut latius ibi uidere poteris, quare ceſſat illatio, de qua ſupra opinionem tamen Bald.ſequuntur Angel.Paul.de Caſtro & Alexand.de Imola,in lege nam & poſtea, §. ſi minor. ff. iureiurand.qua opinione uera exiſtente, bona uidetur argumentatio ſupradicta.Vndecimo iſtud facit ad hoc, quod ſicut ſententia lata contra minorem dolo aduerſarij,eſt ipſo iure nulla,l.ſi.C.ſi ex falſis allegationib. & l.ſi pſes,C.de

prædiis minor.& notat Bar. in l.si is ad quem. ff.de acquir. hæred.& in l.penul.ff.de iusti.& iure: Ita etiam sententia lata contra ecclesiam dolo aduersarii erit ipso iure nulla, eadem ratione: & ita reperio uelle Matthæum Mateſſelanum in d.notabili suo 45. Duodecimò istud facit ad hoc, quod si cut † alienatio facta per minorem de re immobili sine autoritate curatoris & decreto iudicis, non valet in præiudicio minoris,l.si resoluēdam,C.de prædiis mino.& toto ti.ff.de reb.eo.qui sub tute. vel cura sunt, & habetur pulchrè per Bal.in l.si curatorem habens,C.de in integ.restitu.si tamen minori expedit contractum seruari & adimpleri,maior qui cum eo cōtraxit,tenetur eundem adimplere:arg.tex. Initi. de auto.tuto.in princip.& l.Iulianus. §. si quis a pupillo. ff. de actio.emptio. Ita etiam dicendum erit in ecclesia & pia causa alienante sine solēnitate requisita a iure. Et ita singulariter reperio velle Innoc.& canonistas in ca. 1.de his quæ fiunt a prælato sine consensu capituli,& Matthæum Mateſſelanum in notabili suo 155.& Alex.de Imo.in l.cum lex.ff. de fideiussor.in apostillis ad Bar.quod tene menti. Decimo tertio istud facit ad hoc, quod sicut minor qui potuit per transactionem a lite liberari,& malè consultus transactionē non acceptauit, sed in litigio perseuerans sententia cōtra se lata succubuit,potest in integrum restitui:vt est text:singularis in lege si ex causa.§.nunc uidendum, & ibi Bartol. Bald. Albericus de Rosate,& docto.ff.de minoribus refert. & sequitur Ludouicus de Roma in singulari 402.Cępola cautela 6.& Franciscinus de Crema singulari 29. Ita etiam dicendum erit in ecclesia & pia causa, eadem ratione, & quia æquiparantur iuribus supra in principio alleg. & licet neminem reperiam hoc dicentem, credo tamen verum, dictam æquiparationem: & quia eadem est ratio in vtroque, & quia non reperio contrarium, arg. eorum quæ dicit Salycet. in lege fina. C. de inofficio. testamen. & quod dixi supra in loco a legitima patroni ad legitimam filii, & in loco a simili. Decimo quartò illud facit ad hoc, quod sicut † minor non potest cedere actiones & iura sua sine decreto, vt determinat Specul. in titulo de cessione actionis. §. primo, verſiculo sed nunquid minor: Ita nec ecclesia vel pia causa, capitulo secundo,de reb. eccle.

non

non alienand. libro ſexto, & ibi hoc notat Ioan. And. in nouella. Ex iſta æquiparatione etiam ſequitur, quod ſicut minor paſſus iacturam cauſæ, quia ceſſit actionem potentiori, non reſtituitur in integrum: quia minor contra delictum ſuum non reſtituitur, lege auxilium. ff. de minorib. cum ſimilibus: Ita nec eccleſia hoc caſu reſtituetur in integrum, eadem ratione. Et ita ſingulariter determinat Specu. in d. titulo de ceſſione actionis. §. primo, in verſicu. quid ſi minor: vbi vide. Poſſet & ad multa alia pulchra & quotidiana, ex præmiſſis et aliis iuribus colligibilia, induci hæc argumentatio a minoribus ad eccleſiam vel piam cauſam, ſed prędicta pro iuuenibus abundè ſufficiunt. Hoc tamẽ uolo te ſcire, quod hæc argumentatio non procedit in alienatione † rei immobilis, ſterilis, ſeu infructuoſæ: quia in eccleſia illa alienatio permittitur, Authenti. item prędium. C. de ſacroſanct. eccleſi. & capitu. terrulas, 12. quæſtione ſecunda, ſed in minore non permittitur, vt eſt text. ſingularis in lege ſi fundus ſit ſterilis. ff. de reb. eorum qui ſub tute. vel cura ſunt, & vult Ludouicus de Roma, in repetitione d. l. ſi verò. §. de viro, in 12. fallentia. De hoc articulo tamen vide latius per Alberic. de Roſate, Iaſonem. et recentiores in lege ſecunda, ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſ. In
12 alio etiam differt eccleſia † vel pia cauſa a minore: quia eccleſia vel pia cauſa læſa, reſtituitur etiam poſt quadriennium, quando rationabilis cauſa hoc ſuadet: vt eſt textus cum ſua ſingulari glo. in cap. primo, de in integr. reſtit. libro 6. minor verò non reſtituitur, niſi in minore ætate ſit læſus, vel infra quadriennium poſt legitimam ætatem, l. doli, verſi cul. diuerſum, et ibi Alberic. de Roſate notat. ff. de nouationibus, et vult Hoſtienſ. in ſua aurea ſumma in titu. de in integr. reſtit. in §. quando minor, circa finem. Non procedit etiam hæc argumentatio a minoribus ad eccleſiam uel piam cauſam in præſcriptione temporali: nam licet præſcriptio temporalis extraiudicialis non currat hodie ipſo iure contra minorem, vt eſt text. ſingularis in dicta lege ſi. C. in quib. cau. in integr. reſtitu. non eſt neceſſ. tamen currit contra eccleſiam vel piam cauſam, vt probatur in d. Authen. quas actiones, vbi vſucapio triẽnii vel præſcriptio quadrienni de iure ciuili nouiſſimo currit contra eccleſiam &

piam cauſam,licet reſtituatur: & ita notabiliter decidit Io. de Imo.in d.repetitione l.ſi verò,§.de viro.in 9.col.& Lanfrancus ibidem in ſua repetitione, in 5. concluſione interpretationis extẽſiuæ,& gl.& doct.in d.Auth.quas actiones, & eſt de mente Anto.de Butrio.in repetitione c. fi.de conſuetu.in 6.fallentia, in fine, & de mente Hoſtien. in aurea ſua ſumma,in d.titu. de in integr. reſtitut.in d.§.quando,& in §.cui,in fine:vbi etiã dicit, q̃ priuilegia minoris & eccleſiæ habent ſe vt excedentia & exceſſa. Quæ omnia commẽda memoriæ tanquam pu chra,ſingularia,utilia & quotidiana: & vide quod dixi ſupra loco proximo, & in loco a pupillo ad eccleſiam vel piam cauſam,& in loco a ſimili, & quod dicam infra loco proximo,& in loco a ſpeciali,& in loco a ratione legis larga ampla ſeu generali, ad extenſionem ipſius legis,in 2.caſu principali.

1 *Priuilegia omnia competentia eccleſiis,competunt etiam pĩs locis.*
2 *Contra eccleſiam vel pia loca regulariter non præſcribitur niſi ſpacio 40.annorum.*
3 *Argumentatio ab eccleſia ad pia loca non procedit in penalibus.*

LOCVS AB ECCLESIA AD pia loca.

NVNC ſubnectemus locum ab eccleſia ad pia loca,a quo ſumptum argumentũ eſt probabile,frequẽs,& vtile: quia generaliter om
1 nia † priuilegia competentia eccleſiis, competunt etiam piis locis:tex.eſt ualde notabilis in l.omnia priuilegia,& ibi Bar.notat; C. de epiſc.& cleri.et bonus tex.in §.pro tẽporalibus,in Auth. de eccleſiaſticis titulis coll.9.& facit l. illud cũ gl. C. de ſacroſan.eccl.& affirmat tanquam rem euidentem Io.And.in c.2.de in integr.reſtitu.lib.6.in notiella,& ſequitur Pano.in c.relatum 1.de teſta.& idem Pano.in c.1.de in integ.reſti. in antiquis: & facit ad multa. Et inter alia gratia exempli pro inſtructione iuuẽnum illud primũ facit ad hoc, q̃ ſicut
2 contra † eccleſiam regulariter non præſcribitur, niſi ſpacio 40.annorum,ca.de quarta,de præſcrip.& Auth.quas actiones,

nes,C.de ſacroſanct.eccl.Ira nec contra pia loca,d.§. pro tẽ poralibus,vbi de hoc eſt caſus.& vult notabiliter Bald.in d. Auth.quas actiones,vbi dicit hoc eſſe notabile & memorię commendandum: & idem vult Pano.in d.ca. de quarta,in vltimo notabili, vbi dicit idẽ eſſe in legatis ad pias cauſas. Secundò iſtud facit ad hoc,quod ſicut eccleſia læſa reſtituitur in integrum,cle.vnica,de in integ. reſtitu.cũ ſimilibus. Ita etiam capitulum,collegium,vniuerſitas, vel hoſpitale, ſi lædatur poteſt petere reſtitutionem in integrum:& ita notabiliter decidunt Innocen.Pet.de Ancho.& Io.de Imo.in c.niſi eſſent uiri prouidi,de præben.& Io.And.in d.ca. 2.& Panor.in d.c.relatum, & in d.c.1.Tertiò iſtud facit ad hoc, quod in alienationibus bonorum hoſpitalis vel pii loci eadẽ requiritur ſolemnitas, quæ requiritur in alienatione bonorum eccleſiæ:ita notabiliter dicunt Ant.de Butrio,Ioan.de Imo.& Panor.in c,nulli,de rebus eccleſi.non alienan.& probatur in Auth hoc ius porrectum,in prin.C. de ſacroſan.eccle.Poſſet & ad multa alia pulchra & quotidiana induci hęc argumentatio ab eccleſia ad pia loca, quæ uidere poteris per Fely.in d.c.de quarta,vbi vltra hæc tria priuilegia competentia eccleſiis & piis locis egregiè ſanè collegit decem & ſeptem alios caſus, in quibus hoſpitalia & pia loca æquiparãtur eccleſiis,& gaudent priuilegiis eccleſiarum ad quẽ breuitatis gratia remiſſiſſe ſufficiat, cum ab omnibus habeatur. Illud tamen nolo te ignorare,quod hæc argumenta
3 tio † non procedit in pœnalibus:ita dicit gl. ſingularis in §. item mixta,inſtitut.de actio.cum qua conſtituunt ibi communiter omnes docto.excepto ſolo Ang. qui per plura probabilia media ibi tenent contra eandem gloſ.quem omnino uide.De hoc tamen pulchro & quotidiano articulo,an in pęnalibus licita ſit extenſio, & quando, & quando non. vide quod dicam infra in loco a ratione legis larga ampla ſeu generali ad extenſionem ipſius legis in 3. caſu principali: vbi de hoc reperies ſatis plenè. & uide q, dixi ſupra loco proximo,& in loco a ſimili, & quod dicam infra in loco a ſpeciali,& habetur ſatis late per Iaſonem in d. §. item mixta, quem legis ſub §.ex maleficiis quo recurre.

SVMMARIA IN LOCVM à matrimonio carnali ad ſpirituale.

1 *Matrimonium carnale & ſpirituale æquiparantur a iure.*
2 *Matrimonium rite contractũ nõ diſſoluitur per inferiorẽ à Papa.*
3 *Argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale quando procedat, vel non.* 9
4 *Matrimonium ſpirituale contrahitur per profeſſionem.*
5 *Conditio legato ad ſcripta per quam libertas matrimonii impedi tur, reiicitur.*
6 *Bona reſtitutioni ſubiecta poſſunt alienare pro dote filiæ.*
7 *Procurator conſtitutus ad contrahendum matrimonium carnale poteſt reuocari, antequam contrahat.*
8 *Matrimonia debent eſſe libera, non coacta.*
9 *Diuerſitas rationis iuris diuerſitatem inducit.*
10 *Matrimoni carnalis & ſpiritualis differentia vigeſimo tertio vſque ad finem.*

LOCVS A MATRIMONIO carnali ad ſpirituale.

LOCVS iſte a matrimonio carnali, ad ſpirituale frequenter etiam apud noſtros in vſu eſt: Et ab eo ſumptum argumentum probabile eſt & 1 vtiliſſimum: quia † æquiparantur a iure. text. eſt notabilis in cap. quoniam frequenter, §. porro, vt lite non conteſtata: & bonus tex. in c. inter corporalia. & in c. fi. de transla. epiſcop. & in c. cum inter canonicos, de elect. in ca. ſicut alterius, & Dominicus notat 7. q. 1. & in Authen. niſi rogati, & ibi Cy. Saly. & doct. notant, C. ad Trebel. 2 cum ſimilib. ſicut enim matrimonium † carnali ritè contractum non diſſoluitur per inferiorem a Papa, ſed per ſolum Papam qui vicem dei gerit in terris. cum limitationem tamen: de qua in capitulo ex publico, de conuerſio. coniuga. & per Henricum BoicK in cap. fi. de ſponſa. duorum. Ita nec etiam matrimonium ſpirituale, in capitulo inter corporalia, & præalleg. ca. fi. Item ſicut per mutuum conſenſum uiri & mulieris contrahitur matrimonium carnale: ita etiam per conſenſum eligentium & electi contrahitur matrimonium

ſpirituale

ſpirituale inter eccleſiam & epiſcopum,d.c.cum inter eccleſiam & epiſcopum,d.ca.cum inter canonicos. Nedum enim in matrimonio carnali,ſed etiam in ſpirituali,contrahendo requiritur conſenſus mutuus,ca.penul.de ſponſalibus iuncto c.quam ſit,de electio.lib.6.& c.ſi tibi abſenti, de præbē. eod.lib.Item ſicut cum agitur de matrimonio carnali, poſſunt teſtes recipi,& ſententia diffinitiua ferri contra contumacem,lite non conteſtata. Ita pariformiter fieri poteſt cū agitur de matrimonio ſpirituali:cum in hoc æquiparentur. Nam ſicut abſentia viri eſt periculoſa vxori,ita etiam abſentia prælati eſt periculoſa eccleſiæ. & ergo neuter poteſt ſe abſentare ſine cauſa,d.§. porro cum ibi notatis per Panormita.& docto.& iſto argumento vtitur glo.ad duplicem effectum in capitu.cupientes,§.certum,de electio.libro 6.Eo etiam vtitur Anto.de Butrio in repetitione capitulo fina.in 33.colum.de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, & Præpo. in c.tuæ,de ſponſalibus,& Ioannes An. in regula,quod alicui ſuo:& in regula,cum non ſtat: & in regula , poteſt quis per alium:& in reg.quod ob gratiam:& in regula,dolo facit, de regul.iur.lib.6.in Mercurialib. Iſto argumēto etiam vtitur Panormit.ad notabilem effectum in ſua eleganti diſputatione incipiente , epiſcopus & quidam rector,in 3.colum. & docto.ſæpe alibi,vt infra patebit:multa enim præcipua reperiuntur inducta & ſtatuta fauore matrimonii carnalis , quæ diligenter collegit Felyn.in rubrica de ſponſalibus,ex
5 quibus ſubſiſtente identitate rationis, vbi † contrariū non reperitur expreſſe a iure diſpoſitum,et materia eſt applicabilis ad monaſterium ſpirituale , ſeu congruit matrimonio ſpirituali,argui poteſt matrimonio carnali ad ſpirituale. Vnde deducendo utilitatem ex hac argumentatione prouenientem ad praxim,referā ex his quæ uidi et legi pro inſtructione iuuenum ex multis pauca,pulchra,et quotidiana exempla.Et inter alia iſtud primo facit ad hoc,quod ſicut filia cōtrahens matrimonium carnale,debet dotari a patre,l.qui liberos.ff.de ritu nuptiar.ētſi habeat aliūdè vndè ſe dotet:vt eſt tex.ſingularis in l.fi.C.de dotis promiſ.Ita ēt filia ingrediēs monaſteriū,et ibi profeſſionē faciens,debet dotari a pa
4 tre,quia † p profeſſionē cōtrahitur ſpirituale matrimoniū, d.c.inter corporalia,et ita expreſſe decidit Bal.in d.l.fin.in

2,col.

2.col.Imo quod fortius eſt,ſtatutum diſponens filiam contrahentem matrimonium carnale debere dotari, vendicat ſibi locum in filia ingrediente & profitente religionem approbatam,vt ſingulariter decidit Petrus de Ancho. in conſilio ſuo 118.incipiente,in paucis verbis,&c.Secundo iſtud facit ad hoc,quod ſtatutum aliquid diſponens contra carnaliter cognoſcentem mulierem nuptam,vendicat ſibi locum in cognoſcente carnaliter monialem, quia matrimonium dicitur contrahi cum eccleſia vel Chriſto c. viduas, 9.quæ Chriſto,& c.hi qui,27.q.1.& ita ſingulariter determinat Marianus in cap. qualiter & quando 2.de accuſatio. quem refert & ſequitur Fely.in c.non ſatis,de ſimonia: & docto.alibi.Tertio iſtud facit ad hoc, quod ſicut pater qui ſemel dotauit filiam,tenetur eam ſecundo nubentem redotare per mortem generi,pactionis, vel patriæ poteſtatis iure ad ſe reuerſa,& eandem dotem ſit ad reuerſam conſtituere,niſi eius facultates clade aliqua diminutæ fuerint,& hoc probare poſſit vt eſt textus notabilis in Authentic.ſed quamuis,C.de rei vxo.actione,& in corpore vnde ſumitur. Ita etiam tenetur hoc facere pater quando filia ſua vidua prius dotata & dote ad ſe reuerſa, inter religionem per eccleſiam approbatam,arguendo a matrimonio carnali ad ſpirituale,& ita ſingulariter determinant Cyn. And. Io.Fabri Alber.de Roſat.& alii docto.in d.Auth.ſed quamuis,& Io. And.in addi.ad Specu. in tit. qui filij ſunt legitimi parum ante finem,quem refert Ludouicus de Roma in ſuis ſingularibus, ſingulari 783. ita etiam ſingulariter vult Baldus nouellus in ſuo ſingulari tractatu de dotibus, in 6.parte, in 16.priuilegio circa principium, vbi dicit ſe ſic conſuluiſſe apud Spoletum Contrarium tamen in hoc quotidiano articulo tenent Salyc.in d.Auth.ſed quamuis.Quarto iſtud facit ad hoc, quod ſicut † reiicitur conditio virgini aſcripta in legato ſibi relicto ſi non nupſerit, quia impeditur libertas matrimonii carnalis,non autem reiicitur conditio ſi nõ nupſerit Titio,quia per hoc non impeditur libertas matrimonii carnalis,cum poſſit nubere Seio: ut eſt text.in lege Titiæ ſi non nupſerit,& in lege cum ita. ff. de conditio. & demon.iuncta Authent.cui relictum,cum ſua ſingulari glo ſa,C.de indicta viduita. Ita etiam reiicitur conditio abſolute

lute & præciſe retrahens a vita contemplatiua, vel impediens matrimonium ſpirituale puta ingreſſum monaſterii vt eſt tex. ſingularis in §.ſed & hoc preſenti, in Authentic. de ſanctiſſ.epiſcopi colla.9.& in d.Auth.niſi rogaci, & in c. in præſentia,cum ibi notatis de probatio.Non tamen reiicitur conditio, per quam quis retrahitur a religione mendicantium, quia per hoc non dicitur impediri vita contemplatiua,cum poſſit intrare alia religionem ab eccleſia approbatam,arguendo a matrimonio carnali ad ſpirituale: & ita ſingulariter vult Bal.in d l.cum ita,& Io. de Imol. in l.hoc modo,illo eod.tit.& Barbatia in conſilio ſuo 4. primi uoluminis incipiente ſcribitur,&c.in 3.colum.& Socinus in conſilio ſuo 92.incipiente dominus labia mea aperiat.&c.circa primum huius conſultationis articulum,&c.in 3. colum. & Paul.de Caſtr.in l.ſed in hoc,in §.cum vir vxori, in fin.ſub quo legit d.l.cum ita,& hoc modo ff.de condi.& demonſt. quod tene menti,quia habui de facto.Quinto iſtud facit ad
6 hoc,quod ſicut † bona ſubiecta reſtitutioni poſſunt alienari pro dote filiæ, ipſa contrahente matrimonium carnale: vt eſt caſus in Auth.res quę,C.commu.de leg. & in corpore unde ſumitur: Ita etiam potuerunt alienari pro filia ingrediente monaſterium arguendo a matrimonio carnali ad ſpirituale:& ita ſingulariter determinãt Barto. Bald.& docto.in dict.Authen.res quæ,quod tene menti. Sexto iſtud facit ad hoc,quod quemadmodum furioſus uel mente captus non poteſt contrahere matrimonium carnale, c. dilectus,de ſponſalibus. Ita nec matrimonium ſpirituale, c. ſicut tenor,de regularibus, arguendo a matrimonio carnali ad ſpirituale,& ita determinat Præpo.& docto. in dict.cap. dilectus,& Alexander de Imol.in conſilio tertio ſexti voluminis,vbi vide.Septimo iſtud facit ad hoc,quod ſicut conditio vel proteſtatio contra ſubſtãtiam matrimonii uitiat matrimonium carnale,capitulo finali, de conditio. appo. Ita etiam conditio vel proteſtatio contra ſubſtantiam uitiat matrimonium ſpirituale, arguendo a matrimonio carnali ad ſpirituale, quia ſimilitudo rationis eſt in vtroque : Ita ſingulariter dicit Cardina.in clementin.eos,in ſexta quæſtione poſt Paulum ibidem in regularibus. De hoc vltimo tamen ſunt opiniones,ut videre poteris per Cardinalem &

alios

alios canoniſtas in dicto capitulo finali & per Cyn. & legiſtas in Authentic.ingreſſi, C. de ſacroſanct. eccleſ. & alibi. Octauo iſtud facit ad hoc,quod ſicut per diutinam cohabitationem viri & mulieris tractantium ſe ut coniuges vna cum fama vicinę, præſumitur titulus matrimonii carnalis, capitulo illud,cum ibi notatis,de præſumptio. Ita etiam dicendum eſt in matrimonio ſpirituali, eadem ratione & ergo ſi aliquis per decem annos ſtetit in aliqua eccleſia vt clericus vel rector eiuſdem & probat per famam viciniæ,quod ita ſit,iudicabitur pro eo non ſolum in poſſeſſorio,ſed etiam in petitorio. Ita ſingulariter uolunt Hoſt. Cardin.Anton.de Butrio,Ioan.de Imol.Panormitanus, & Felyn.in d.cap.illud,ad quos recurre. Nono iſtud facit ad hoc quod ſi ex pacto vel conſuetudine, vaſalli aut ſubditi teneantur præſtare auxilium domino, quando maritat filiam,pro ut in pluribus locis ſeruatur de conſuetudine, & videtur rationabile vt ſingulariter determinat Specula. in tit.de feud.in §.quoniam,in verſic.& nota, & eſt gloſ.quæ hoc ſentit in lege placet, C.de ſacro. eccle. Ita tenebuntur etiam præſtare auxilium domino,quando filia eius intrabit religionem,arguendo a matrimonio carnali ad ſpirituale:& tanto fortius tenebuntur in hoc caſu, quia magis curandum eſt de anima,quam de corpore,l.ſancimus 1. C.de ſacroſanct.eccle.cum ſimilibus,& ita reperio ſingulariter decidere Iacobinum in ſuo notabili libello feudorum in illis verbis,qui quidem inueſtiti, in fin. vbi dicit ſe ſic in caſu de facto occurrente conſuluiſſe,& quod plures alii,præſtantiſſimi docto.ſe ſubſcripſerant. Decimo iſtud facit ad hoc,
7 quod ſicut †procurator conſtitutus ad contrahendum matrimonium carnale, poteſt reuocari ante quam contrahat matrimonium carnale,& quod fortius eſt tenet huiuſmodi reuocatio etiam non intimata procuratori,vel illi cum qua matrimonium contrahere iuſſus eſt, vt eſt text. ſingularis in capit. finali, de procura.lib.6.Ita etiam dicendum eſt in procuratore conſtituto ad contrahendum matrimonium ſpirituale, puta ad eligendum vel ad confirmandum electum,vt reuocatio etiam non intimata impediat matrimonium ſpirituale contrahendum, arguendo a matrimonio carnali ad ſpirituale:& ita ſingulariter tenet Paul. de Lia-

ta,in clement.vnica de renuncia.& Petr.de Ancho.Domini.Philip.Francus & docto.in dicto c.finali,quod tene mem
8 ti.Vndecimo iſtud facit ad hoc,quod ſicut † in matrimonio carnali contrahendo diſſoluendo plena debet eſſe libertas, & nulla coactio,alioqui non valet matrimoniuum,capitulo cum locum,de ſponſali.& c. accedens, de procura.Ita & in matrimonio ſpirituali , ſiue agatur de eo contrahendo , ſiue diſſoluendo.Ex quo ſequitur primo, quod ingreſſus religionis factus per metum non tenet,capitu.1. quod metus cauſa:& dicam latius infra . Ex iſto etiam ſequitur ſecundo , quod electio facta per metum vel per impreſſionem, non tenet,cap.in nomine domini, 23.diſtinct.& cap 1. & c. ſi quis pecunia 79,diſtinct.& nota in capitulo bone 1.& in capitulo quod ſicut de elect. & eadem ratione non valebit collatio beneficii facta per metum,& hoc tenet Ant.de Butrio in c.abbas,quod met.cauſa.Ex iſto etiam ſequitur tertio,quod renunciatio facta de beneficio per metum non tenet:& ita tenet Anto.de Butrio in dicto capi.abbas, & in c. ad aures,illo eod.titu.& ibi etiam idem ſentit Petr. de Ancho.in primo notabili: ſed hoc vltimum non affirmo quia reperio Rotam tenere contrarium in deciſione 374. alias eſt deciſio 5.incipiente facit dubitatum tit.de renuntia. in nouis , & illa opinio forte ſeruaretur in practica , ut dicit Ioan.de Imola in dict.capit.ad aures, imo ſine forte , quia reperio Cardin. & Panormitanum eandem opinionem tenere in dict.cap.abbas, & in dict. cap. ad aures , & Petr. de Anchio.Card.Ioan.de Imol.& Panormit.in clemen.2.§.ſane,de pænis per illum text.qui hoc probat per locum a ſpeciali,quod tene perpetuo menti. Duodecimo iſtud facit ad deciſionem illius quotidianæ quæſtionis: pater reliquit filiæ cétum ſi nuberet:& ſi religionem intraret, quinquagin ta:ingreſſa eſt religionem , quęritur an debeat habere ſola quinquaginta,an centum?& deciditur,quod debet habere centum : ſicut ſi matrimonium carnale contraxiſſet: per hunc locum a matrimonio carnali ad ſpirituale ita ſingulariter decidit Ioan. And. in additio. ad Specula. in rubrica de ſtatu mona.Bartol.in l.2.ff.de his quæ pœnæ nomine & Antonius de Butrio in d. cap. in præſentia, in 16. col. & doct.ſæpe alibi:quod tene menti,quia ex hoc habes, quod

legatum

legatum relictum filiæ si nupserit debetur eidem si intrat religionẽ. De quo articulo quotidiano uide pleniſſimè per Iaſonem, & in locis per eum commemoratis, in Auth. ſi qua mulier, C de ſacroſanctis eccleſijs quo recurre. Poſſet & ad multa alia induci hæc argumẽtatio a matrimonio carnali ad ſpirituale, ſed prædicta pro iuuenib. ſufficiunt. Et procedit
9 hæc† argumentatio, quando eadem, par, vel maior ratio eſt in matrimonio ſpirituali ac in carnali, & ubi contrarium nõ reperitur deciſum a iure, & materia eſt applicabilis ad matrimonium ſpirituale ut dixi: ſed quando diuerſa ſubeſt ratio, vel quando contrarium reperitur expreſſe diſpoſitum in eo quod erat inferendum, vel materia non eſt applicabilis ad matrimonium ſpirituale, tunc non procedit hæc argu
, mentatio: quia diuerſitas rationis diuerſitatem iuris inducit, l. adigere. §. quamuis, cum ibi no. ff. de iu. patro. & l. cum
, pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. & expreſſum facit ſilere tacitum, l. fi. C. de pac. conuen. & in incertis non in certis locus eſt conie&turis, l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obl. Vnde cum multæ ſint differentiæ inter matrimonium carnale & ſpirituale, vt infra dicam, patet non ſemper procedere hãc
10 argumentationem. Primo enim† differunt in hoc, quia matrimonium carnale non poteſt contrahi niſi cum una eodem tempore: nam non poteſt quis eodem tempore habere plures vxores, etiam ex diſpenſatione Papæ: cum ſit contra ius diuinum, cap. gaudemus, de diuor. & §. affinitatis, & §. ſocrum, inſti. de nup. cũm ſimilibus: ſed quis bene poteſt habere plura beneficia eodem tempore, vt eſt tex. cum ſua ſingulari glo. in cap. gratia, de reſcrip. lib. 6. maxime ex diſpẽ ſatione Papæ, c. de multa, cum ibi no de præben. & c. dudũ, 2. de electio. cum ſimilibus. Secundo differunt in hoc, quia ad matrimonium carnale non requiruntur verba, ſecundũ
(communem opinionem de qua in d. capi. tuæ, ſed ad matrimonium ſpirituale requiruntur verba eligentium & electi, c. quia propter, de elect. cum ſimilib. Tertio differũt in hoc, quia nemo cogitur ad matrimonium carnale contrahendum, imo debet eſſe voluntarius & importunè petens, d. capit. cum locum, & c. veniens 1. & 2. de ſponſa. & capitu. inſtitutum, iuncta gl. 27. quæſt. 2. In matrimonio autem ſpirituali debet quis a principio inueniri volens & fugiens, capitu.

qualiter,

qualiter,de elec.& ca.in ſcripturis, iuncta gloſ. 8.q. 1.& l.ſi quemquam,C.de epiſ.& cle.& peccat electus non accepta do dignitatem ad quam eligitur, ſi non reperitur alius æque idoneus,per quem poſſit eccleſiæ conſuli:ut ſingulariter dicunt Archi.& Io.And.in c.ſi electio,de elect.lib.6. in nouella.Quarto differuut in hoc,quia in matrimonio carnali admittitur conditio,dummodo non ſit contra ſubſtantiam matrimonij,& valet matrimonium ſub conditione cõtractum,cap.de illis,c.ſuper eo,& d.cap.finali,& per totum de conditionibus appoſitis: in matrimonio vero ſpirituali abeſſe debet omnis conditio, vt eſt tex.in c. 2.de elect. lib. 6.Quinto differunt in hoc quia in matrimonio carnali poteſt interuenire pecuniæ datio & promiſſio,& quæ ſit cauſa contrahendi:prout quotidie fit.nam communiter dos datur & donatio propter nuptias conſtituitur, licetſine dote poſſit eſſe matrimonium,c.nullum 30.q.5.& l cum multæ, C.de donat.ante nupt.In matrimonio autem ſpirituali non debet interuenire pecuniæ datio quæ ſit cauſa contrahendi,ut eſt tex.in c.gratia,in c.qui ſtudet, & in capitulo ſunt nonnulli,1.q.1.& de ſimonia per totum.Sextò differunt in hoc,quia in matrimonio carnali debet interuenire propoſitum retinendi inuicem indiuiduam uitæ conſuetudinem: ut eſt tex.in d.c.fin.de condi.appo.nec poteſt ſeparari poſtquam eſt conſummatum carnali copula etiam per Papam: ut notatur per gl.ſingularem & docto.in d.c.ex publico,& in c.commiſſum,de ſponſalib.& per Henricum BoicK.in d. c.fi.de ſponſa.duorum,& per Ioan.And.in regu.actus legitimi,vbi arguit pro & contra,de re iu.lib.6. in mercurialibus.In matrimonio verò ſpirituali poteſt in mente gerere beneficiatus,quòd ab una adminiſtratione transferatur ad aliam,non tamen ambiendo,ſed magis proficere intendendo,d.c.fin.de translat.prælat.& c.qui epiſcopatum 8.q.1.& poteſt quis priuari beneficio ſuo per Papam,licet Papa nõ poſſet omnes priuare:& eſt glo.ſingularis in c.per principalem 9 q.3.Septimo differũt in hoc, quia in matrimonio carnali nõ admittitur tranſactio vel cõpoſitio,vt eſt tex.in c.fi. de trãſact.In matrimonio verò ſpirituali bene admittit amicabilis cõpoſitio,vt eſt tex.notabilis ĩ c.ſup eo,de trãſactio. & ĩ c.niſi eſſent viri ꝓuidi,de ꝓbẽ.qđ c. niſi eſſent viri ꝓuidi ſe-

Digitized by Google

di fecit multos uiros improuidos,& ut timeo , ſi moniacos Octauo differunt in hoc, quia matrimonium carnale nihil ſpiritualitatis in ſe habet , nec per illud confertur gratia: imo potius dicitur ſacramentum , quia ſacræ rei ſignum , quam quia ſacrum: vt eſt text.cum ibi no.in c.debitum, de biga.Matrimonium autem ſpirituale habet in ſe aliquid ſacri quia propter adminiſtrationem ſacramentorum & diuinorum datur,d.c.inter corporalia . De hoc tamen vide latius per Antonium in tertia parte ſuæ ſummæ,tit. 14. §. 9. circa fi.& per Eraſmum Roterodamum in libello ſuo ſingulari,cui titulus,Chriſtiani matrimonij inſtitutio.Nono differunt in hoc , quia matrimonium carnale perficitur ſolo conſenſu,d.l.c.cum locum,& c.cum apud, de ſponſalibus . Matrimonium autem ſpirituale non perficitur ſolo conſenſu,ſed vltra hoc requiritur certa forma , d.c.quia propter q confirmatio in inferioribus prælaturis,c.nihil,de elect.& d.c.quam ſit,& c.cupientes,eod.tit.lib. 6. & in epiſcopatibus & ſuperioribus dignitatibus requiritur cõſecratio vt eſt tex in c.tranſmiſſam,cum ibi notatis de elect.cum ſimilib. Per electionem enim datur duntaxat poteſtas adminiſtrandi in habitu , per confirmationem vero datur in actu & ſic confirmatio deducit potentiam quæſitam per electionẽ ad actum.Ita ſingulariter dicit gl.in c.quanto 63. diſtin. & eſt de mente Rotę deciſione 4. in nouis , ſecundum numeros meos vnde eleganter dicit tex.in dicto c. fi.de translatione prælatorum,quod per electionem & conſenſum electi ante confirmationem,matrimonium ſpirituale dicitur initiatum.per confirmationem aũt ratum,& per conſecrationem conſummatum: q autem per conſenſum eligentiũ & electi non perfecte contrahitur matrimoniũ ſpirituale vult tex.in d. c.cum inter canonicos,in verbo quaſi. Decimò differunt in hoc,quia ad matrimoniũ carnale contrahendum ſufficit pubertas,c.puberes,de deſpon.impube.& inſtit.de nuptijs, in prin.imo ſufficit q malitia ſuppleat ætatẽ c.de illis 2.deſpõ.impub.ad matrimoniũ vero ſpirituale cõtrahendũ varia ętas requiritur ſecundũ qualitatẽ beneficiorum,vt videri poteſt in c.cum in cunctis,de electio.& in c.ſuper inordinata,iunctis ibi notatis per Ioan.And.Panor.& doct,de prę ben.Vndecimo differunt in hoc,quia in matrimonio carna-

qualitas personarum regulariter non attenditur, dummodo habeant intellectum, d.c.cum apud, & d. c. dilectus, de coniugio seruorum per totum, & de coniugio leprosorum per totum, cum similibus, nisi expresse prohibeantur: ut videri potest in frigido, monacho, consanguineo, & similibus toto titulo, de frigidis & maleficiatis, & toto titulo, ne clerici vel uouentes, & toto tit. de consanguinitate & affinit. cũ similibus. In matrimonio autem spirituali attenditur qualitas personarum, d.c.cum in cunctis, & d.c.cum inter canonicos, & c.innotuit, de electio. & de filiis præsbyt. & de bigamis per totum. Duodecimo differunt in hoc, quia matrimonium carnale est de iure diuino institutum in paradiso, genesis 2. & c.vnico, iuncta glos. de uoto lib. 6. Matrimonium vero spirituale inductum est postea iure positiuo nam status beneficiorum iure positiuo est inductus, vt bene declarat Panor. in c. postulasti, de rescrip. & idem Panor. in c. episcopus, de prębend. & in disputatione sua incipiente, Titius clericus, vbi etiam eleganter habetur, an clericus habens patrimonium & beneficium ecclesiasticum possit salua cõscientia conseruare patrimonium & viuere de reditibus beneficii, quo recurre. Decimotertio differũt in hoc, quia matrimonium carnale inductum est ad fornicationem euitandam, & multiplicationem generis humani ut est pulcher tex. in §. his ita, 32.q.2. Matrimonium vero spirituale inductum est ad regimen fidelium, & animarum curam, c.cum sit ars artium, de ætate & qualita. ordi. iuncto d. c. cum in cunctis. Decimo quarto differunt in hoc, quia matrimoniũ carnale parit filios carnales, spirituale autem spirituales, vt de vtroq; est tex. in c.olim, 8.q. 2. Decimoquinto differunt in hoc, quia matrimonio carnali propter adulterium separato quoad thorum, neuter cũ alio contrahit, quia vinculum manet, cap. 2. de diuortiis. Sed prælato deposito propter crimen, potest ecclesiæ prouideri de alio vt est text. in c. postquam quenquam, 1, distin. iuncto c. qualiter & quando. 2. de accusatio. Decimo sexto reperio aliam differentiã, quia doli capax ante pubertatem potest obligari diabolo, delinquendo, c. 1. de delictis puerorum, & matrimoniũ carnale per eum contractum tenet, d.c. de illis, & tamen doli capax ante pubertatem nõ potest valide facere professionẽ

di fecit multos uiros improuidos,& ut timeo , ſi moniacos Octauo differunt in hoc, quia matrimonium carnale nihil ſpiritualitatis in ſe habet , nec per illud confertur gratia: imo potius dicitur ſacramentum , quia ſacræ rei ſignum , quam quia ſacrum: vt eſt text.cum ibi no.in c.debitum, de biga.Matrimonium autem ſpirituale habet in ſe aliquid ſa tri quia propter adminiſtrationem ſacramentorum & diuinorum datur,d.c.inter corporalia . De hoc tamen vide latius per Antonium in tertia parte ſuæ ſummæ,tit. 14. §. 9. circa fi.& per Eraſmum Roterodamum in libello ſuo ſingulari,cui titulus,Chriſtiani matrimonij inſtitutio.Nono differunt in hoc , quia matrimonium carnale perficitur ſolo conſenſu,d.l.c.cum locum,& c.cum apud, de ſponſalibus . Matrimonium autem ſpirituale non perficitur ſolo conſenſu,ſed vltra hoc requiritur certa forma , d.c.quia propter q confirmatio in inferioribus prælaturis,c.nihil,de elect.& d.c.quam ſit,& c.cupientes,eod.tit.lib. 6. & in epiſcopatibus & ſuperioribus dignitatibus requiritur cõſecratio vt eſt tex in c.tranſmiſſam,cum ibi notatis de elect.cum ſimilib. Per electionem enim datur duntaxat poteſtas adminiſtrandi in habitu , per confirmationem vero datur in actu & ſic confirmatio deducit potentiam quæſitam per electionẽ ad actum.Ita ſingulariter dicit gl.in c.quanto 63. diſtin. & eſt de mente Rotę deciſione 4. in nouis , ſecundum numeros meos vnde eleganter dicit tex.in dicto c. fi.de translatione prælatorum,quod per electionem & conſenſum electi ante confirmationem,matrimonium ſpirituale dicitur inițiatum,per confirmationem aũt ratum,& per conſecrationem conſummatum: q autem per conſenſum eligentiũ & electi non perfecte contrahitur matrimoniũ ſpirituale vult tex.in d. c.cum inter canonicos,in verbo quaſi. Decimò differunt in hoc,quia ad matrimoniũ carnale contrahendum ſufficit pubertas,c.puberes,de deſpon.impube.& inſtit.de nuptijs, in prin.imo ſufficit q militia ſuppleat ætatẽ c.de illis 2.deſpõ.impub.ad matrimoniũ vero ſpirituale cõtrahendũ varia ętas requiritur ſecundũ qualitatẽ beneficiorum,vt videri poteſt in c.cum in cunctis,de electio.& in c.ſuper inordinata,iunctis ibi notatis per Ioan.And.Panor.& doct,de prę ben. Vndecimo differunt in hoc,quia in matrimonio carna-

Iqualitas personarum regulariter non attenditur, dummodo habeant intellectum, d.c.cum apud, & d. c. dilectus, de coniugio seruorum per totum, & de coniugio leprosorum per totum, cum similibus, nisi expresse prohibeantur: ut videri potest in frigido, monacho, consanguineo, & similibus toto titulo, de frigidis & maleficiatis, & toto titulo, ne clerici vel uouentes, & toto tit. de consanguinitate & affinit. cũ similibus. In matrimonio autem spirituali attenditur qualitas personarum, d.c.cum in cunctis, & d.c.cum inter canonicos, & c.innotuit, de electio. & de filiis præsbyt. & de bigamis per totum. Duodecimo differunt in hoc, quia matrimonium carnale est de iure diuino institutum in paradiso, genesis 2. & c.vnico, iuncta glos. de uoto lib. 6. Matrimonium vero spirituale inductum est postea iure positiuo nam status beneficiorum iure positiuo est inductus, vt bene declarat Panor. in c. postulasti, de rescrip. & idem Panor. in c. episcopus, de prębend. & in disputatione sua incipiente, Titius clericus, vbi etiam eleganter habetur, an clericus habens patrimonium & beneficium ecclesiasticum possit salua cõscientia conseruare patrimonium & viuere de reditibus beneficii, quo recurre. Decimotertio differũt in hoc, quia matrimonium carnale inductum est ad fornicationem euitandam, & multiplicationem generis humani ut est pulcher tex. in §. his ita, 32.q.2. Matrimonium vero spirituale inductum est ad regimen fidelium, & animarum curam, c.cum sit ars artium, de ætate & qualita. ordi. iuncto d. c. cum in cunctis. Decimo quarto differunt in hoc, quia matrimoniũ carnale parit filios carnales, spirituale autem spirituales, vt de vtroq; est tex. in c.olim, 8.q. 2. Decimoquinto differunt in hoc, quia matrimonio carnali propter adulterium separato quoad thorum, neuter cũ alio contrahit, quia vinculum manet, cap. 2. de diuortiis. Sed prælato deposito propter crimen, potest ecclesiæ prouideri de alio vt est text. in c. postquam quenquam, 1, distin. iuncto c. qualiter & quando. 2. de accusatio. Decimo sexto reperio aliam differentiã, quia doli capax ante pubertatem potest obligari diabolo, delinquendo, c. 1. de delictis puerorum, & matrimoniũ carnale per eum contractum tenet, d.c. de illis, & tamen doli capax ante pubertatem nõ potest valide facere professionẽ

vt obligetur Deo,& matrimonium ſpirituale teneat: ita dicit glo.notabilis 20.quæſt.1.in ſumma,& ibi late Archidia. dè hoc tamen remitto te ad notata per Io.And.in c.1.de regularibus lib,in nouella,ſuper prima gl.poſt Hoſt.& ad notata per canoniſtas in c.ad noſtram, de regulari.& adnotata per Archid.in capitulo proclinus,20.q.tertia.Decimo ſeptimo reperio aliam differentiam, quia licet in matrimonio carnali confeſſio contra matrimonium non præiudicet confitenti,vt eſt text.ſingularis in c.ſuper eo,qui cogno.cõ ſanguineam vxor.ſuæ,tamen in matrimonio ſpirituali, confeſſio præiudicat confitenti,vt ſibi ſilẽtium imponatur tex. eſt iuncta gloſ.in c.poſt electionem, de conceſſ. prçben. & ibi hoc notat Ioan. de Imol.Decimo octauo reperio aliam differentiam, quia licet clandeſtinitas non vitiat matrimonium carnale,capitulo 1.de cland.deſpon. tamen uiciat electionem & matrimonium ſpirituale,d.c.quia propter, & c. fi.eo.tit.lib.6.& notat Panorm.in d.c.1. Decimonono repetio aliam differentiam,quia licet matrimonium carnale cõtractum per reuerentiam paternam, non inualidetur propter hoc,l.ſi patre cogẽte.ff.de ritu nuptiarum,& vult Pan. in d.c.veniens,1 & Præpo.in d.c.cum locum,ubi late hunc articulum examinat,& faciunt notata per Card. in conſil. primo,in tit.de ſponſ.Matrimonium tamen ſpirituale;puta profeſſio aut ingreſſus religionis per filium vel filiam metu reuerentiæ paternæ cõtractum,propter hoc inualidatur & impeditur glo.eſt ſingularis in c.præſens clericus, 20. q. 3.quam valde commendat Ioan.de Imo.in l.ſi cum dotem. §.eo autem tempore.ff.ſolut.matrimon.& Iaſon in §. quadrupli,Inſtit.de actio.& doct.ſæpe alibi.Vigeſimo reperio illam differentiam,quia conſenſus ſemel præſtitus ad matrimonium carnale contrahendum poteſt reuocari antequã contrahatur,d.c.fi.de procurat.lib.6.ſecus autem eſt in matrimonio ſpirituali,cap.publicato,de electio.& notatur per glo.Domini.Philipp.Francum & doct.in d. c.fi.& ſic in uno locum habet pœnitentia,actu nondum perfecto, in alio vero non quod nota.Vigeſimo primo reperio aliam differentiam quia procurator conſtitutus ad contrahendum matrimonium carnale,ẽt cum certa perſona,non poteſt ſubſtituere,d.c.fina,& tamen deputatus ad prouidendũ certę perſo-

næ

næ de beneficio,& ſic ad contrahendum matrimonium ſpi rituale,poteſt ſubſtituere:caſus eſt in c.is cui,de offic.dele-gat.lib.6.Vigeſimo ſecundo reperio aliam differentiã, quia ſpirituale matrimonium poteſt committi ut contrahatur cum perſona incerta,d.c.is cui:ſed non carnale, præall.c.fi. & ibi hoc notat Petr.de Anchor.quod nota. Vigeſimo ter-tio reperio aliam differentiam,quia ſenex & in mortis arti culo conſtitutus poteſt contrahere matrimonium carnale, L.ſed quæſitum,& ibi glo.Angel.& doctores,ff.de liberis & poſthumis,c.nuptiarum,& ibi gl.27.q.1.& volunt Ioan.An. & docto.in cap tanta,qui filij ſunt legitimi, & Panormitan. & doctores,in c.commiſſum,de ſponſalibus:& tamen ſenex vel in mortis articulo conſtitutus non eſt qualificatus ad contrahendum matrimonium ſpirituale,puta ad acceptan-dum epiſcopatum,c.Florentinum,85.diſtinct.& uult Ange. & poſt cum Salycet. in lege nuper.C.de natura, libe. licet malum numerum aſſignent:quod nota.Et ſic patet,quod in multis caſibus non procedit hæc argumentatio a matrimo nio carnali ad ſpirituale, & ſi libet uidere plures caſus, in quibus non procedit argumentatio a cognitione carnali ad ſpiritualem , vide Eraſmum in dicto ſuo ſingulari libello Chriſtiani matrimonij: quibus adde, quod licet cognatio carnalis non poſſit contrahi per procuratorem , quia non perfectum ſacramentum vel ipſius ſignificatum ante con-ſummationem, quæ conſummatio per procuratorem non fit : tamen cognatio ſpiritualis poteſt contrahi per procura torem , ſecundum opinionem Marſilij , Cardinalis , Pa-normitan.& aliorum , ut videri poteſt per Cardi.& Pan.in c.veniens,de cogna.ſpiri.licet Archid.Ioan.And. & alij te-neant contra in hoc ultimo,ut plenè videri poteſt per Ioan. An.in regula,quod quis p aliũ,de reg.iuris lib.6.in Mercu rialibus,& per Dominicum & Philippum Francum in cap. 1.de cogna.ſpiri.eod.lib.& per Cardin.& Panorm. in dicto cap.veniens.Illud autem certum eſt, quod non procedit ar-gumentatio a matrimonio carnali contrahendo , ad matri-monium ſpirituale diſſoluendum, vel econtra : ut patet ex dicto cap.finali,de procura.lib.6.iuncta præall.clem. unica, de renũcia.de qua materia uidere poteris per Anto. de Bu trio,in dicto capitulo inter corporalia,& per Card.in dicta

cle.vnica,& per Io.And.Anto.de Butrio, Præpo.& alios in d.c.tuæ,& per Panormitan. in d.diſputatione,epiſcopus & quidam rector,& per doct.in d.c.fi.quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra,vtilia,ſingularia,& quotidiana & vide quod dixi ſupra in loco a ſimili,& in loco a contractu ad diſtractum,& quod dicam infra loco proximo, & in loco a ſpeciali.

1 *Matrimonium carnale an contrahi poſſit in extremis.*
2 *Matrimonium doloſe contractum an teneat.*
3 *Argumentatio a matrimonio ſpirituali ad carnale quando procedat.*

LOCVS A MATRIMONIO ſpirituali ad Carnale.

COmmodum ſubſequitur nunc locus a matrimonio ſpirituali ad carnale, ex quo ſumptũ argumentum eſt probabile, frequens, & vtile quia æquiparantur a iure c. quoniam frequenter.§.porro,vt lite non conteſtata, c.inter corporalia,& c.fina.de translat.epiſcop.c.cum inter canonicos,de election.c.ſicut alterius,7.quęſt.1.& Auth.niſi rogati & ibi Cyn. Salycet. & docto. notant,C.ad Trebell. cum ſimilibus. Et iſto argumento a matrimonio ſpirituali ad carnale vtitur Ioan Andr.in regula,ſine culpa, de regul. iur.lib.6.in Mercurialibus,in primo dubio, ad deciſionem illius pulchræ & quotidianæ q.an † matrimonium carnale contrahi poſſit in extremis,& concludit quod ſic,arguendo a matrimonio ſpirituali ad carnale:ſed matrimonium ſpirituale contrahitur in extremis,c.ſicut tenor,de regularib.ergo & carnale.Eo etiam,vtitur Io.And.in pulchra & quotidiana q.ad duos effectus in regula,quæ contra ius fiunt,de regul.iur.lib.6.in Mercurialibus,& idem Ioan. And. in regula,actus legitimi in ardua q.de reg.iur. lib.6 in Mercurialibus,& Anton.de Roſell. in ſua monarchia folio 80. & docto.ſæpe alibi.Et vltra pręmiſſa referam aliqua quotidiana exempla, & inter alia hæc argumentatio facit ad hoc, quod ſicut tenet ingreſſus religionis,licet quis dolo fuerit

inductus

inductus ad intrandum religionē, nec subueniatur dolum passo quoad ingressum, licet hæredibus ingressi sit consultum quoad bona sic delusi, ut est textus singularis in cap. constituit, 20. q. 3. & in cap. cum dilectus, cum ibi notatis,
2 de his quæ vi metusve causa fiunt. Ita etiam † tenet matrimonium carnale, licet quis dolose ad contrahendum matrimonium carnale inducatur, ita dicit glo. singularis in d. c. cum dilectus, & ibi hoc approbant Io. de Imol. Panormit. & docto. & vult Iason in §. actionum, in 7. colum. Instit. de actio. & Bal. in l. cum Archimedoram, C. vt in possess. lega. & est de mente gl. in l. a diuo Pio ff. de ritu nupt. cogita tamen. Item induci potest hæc argumentatio ad aliud, videlicet, quod sicut minor 25. annis intrans religionem non posset post ingressum & professionem restitui in integrum aduersus ingressum tanquam læsus, d. cap. cum dilectus, cū ibi notatis per Panormitanus, & Bal. qui etiam dicit, quod non sufficit timere indignationem paternam, quia volebat filium exhæredare, nisi fieret monachus, clericus, vel sacerdos: Ita etiam puella inducta ad contrahendum matrimonium carnalæ, & læsa, non potest petere restitui in integrum, etiam matrimonio non consummato: ad finem nubendi alteri. Ita singulariter dicit Bald. in rubrica extra de iudiciis, in secunda colum. & ratio est secundum eum, quia spiritualia sic inherent ossibus, quod auelli non possunt: habent enim diuinam virtutem potius, quam humanam, secundum eum. De hoc tamen vide quod dixi supra loco proximo. Posset & ad multa alia induci hęc argumentatio, sed
3 prædicta pro iuuenibus sufficiunt. Et procedit hæc † argumentatio, quando eadem est ratio in vtroque, nec contrarium reperitur expresse decisum a iure, & quando materia est applicabilis, sed quando diuersa subest ratio, vel quā do contrarium, reperitur expresse decisum a iure in eo quod uenit in ferendum, vel materia non est applicabilis, tunc non procedit hęc argumentatio quia diuersitas rationis diuersitatem iuris inducit, l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. secundo, & lege adigere. §. quamuis, cum ibi notatis. ff. de iure patronat. & expressum facit silere tacitum, lege finali, C. de pact. conuent. & alia ratio reformat pactum, lege interpositas, C. de transactio. In incertis enim

non incertis locus erit coniecturis,l.continuus. §. cum ita. ff.de verb.oblig.cum ergo multæ ſint differentiæ inter matrimonium ſpirituale & carnale, vt dixi ſupra loco proximo: patet,in multis non procedere hanc argumentationem vbi autem contrarium non reperitur expreſſe diſpoſitum, nec apparet diuerſa ratio,& materia eſt applicabilis,ad hãc æquiparationem recurrere debemus,& procedit hæc argumentatio:vt in ſimili notat Salyc.in l.fin.C.de inoffic. teſt. quod nota,& vide quod dixi ſupra loco proximo.

SVMMARIA IN LOCVM

à Ratione legis ſtricta &c.

1 *Ratio cuiuſque diſpoſitionis reſtringit diſpoſitionem ſeu dictum ad limites ipſius rationis, & nume ſequ. & quomodo procedat, num.9.& ſeq fallit num.11.*

2 *Ratio anima eſt legis.*

3 *Doctoris dictum debet intelligi ſecundum legem quam allegat.*

4 *Precedentia recipiunt interpretationem, & reſtrictum a ſequentibus,& contra.*

5 *Generaliter dictum quando debeat generaliter intelligi.& n. ſeq.*

7 *Diſpoſitio quantumcunque generaliter loquens recipit reſtrictionem de habilitate perſona.*

8 *Intellectus.l.proſpexit.ff.qui,& a quib.remiſſiue.*

12 Lex noua generalis an reſtringatur per legem veterem & nume ro 113. 14.15.

13 *Inſtrumenta notariorum de iure communi non habent executionem paratam.*

14 *Statutum debet interpretari ſecundum ius commune, quando alias quis indebite damnum pateretur.*

15 *Legitima debet iure inſtitutionis relinqui.*

16 *Statutum diſponens idem quod ius commune, an debeat limitari & reſtringi ſecundum ius commune, an vero debeat intelligi generaliter ſicut loquitur.*

LOCVS

Digitized by Google

LOCVS A RATIONE LEGIS
ſtricta ſeu limitata ad reſtrictionem ipſius legis.

FRequentiſſimum in iure noſtro eſt, vt a ratione legis argumenta ducantur : quod quoniã dupliciter ſit , vel ad legis diſpoſitionem reſtringendam, vel eandem , extendendam de vtroq; videndum eſt,& primũ de loco quem vocant a ratione legis ſtricta ſeu limitata ad reſtrictionem ipſius legis,ex quo ſumptum argumentum eſt forte , frequentiſſimum & vtiliſſimum,conducens ad infinita , vt infra patebit.Vbicunq; enim ratio legis eſt ſtrictior dicto ſeu diſpoſito , ibi ad ſtrictitudinem ipſius rationis reſtringitur
1 ipſa lex vel diſpoſitio & formatur hoc modo. Ratio† cuiuſque diſpoſitionis reſtringit diſpoſitionem ſeu dictum ad limites ipſius rationis tex.eſt notabilis in l.cum pater. §.dulciſſimis,& ibi Bar.Ioan.de Imol.& alii id notant.ff.de leg. 2.& pulcher tex.in l.adigere.§.quamuis,& ibi Bar.ff. de iu. patro.& bonus tex. in l.hæc actio,ſecundum 2.lecturam gl. quam approbat ibi Bart. ff. de calumniato.& elegans text. iuncta gloſ. in l. ſi is qui animo, & ibi Paul.de Caſtr.& alii hoc notant.ff.de acq.poſſ.& text. notabilis in l.milites agrũ in principio.ff.de re militari,in quibus iuribus pro inſtructione iuuenum varia habentur exempla: & hanc regulam pro firmo fundamento ponit Salyc.in ſua notabili repetitione,l. 2.C.de noxa.actio.& Ioan. Baptiſta in ſua ſingulari repetitione, l. omnes populi circa 6. principalem quæſtio. Bar.ff.de iuſtit.& iure,& Panormitan.in c.eccleſiæ in 2. colum.de immunitate eccleſ. & in c. ad audientiam de decimis,& idem Panor.in c.fi.de reſcrip.& doct. aliis ſæpe locis
2 & ratio iſtius eſt, q a † rõ legis eſt anima legis vnde ſicut anima dominatur corpori, ita rõ legis vel canonis dominatur verbis,l.ſcire leges.ff.de leg.l.cũ mulier,& ibi doc.ff.ſol.matri.l.nõ dubiũ,& ibi notatur per gl. & doct.C.de legib. l.nominis & rei.§.verbum ex legibus,iuncta gl.ff.de verb.ſign l. & c.fin.& ibi Dyn.notat de reg.iur.lib.6.& c.ſecundo,requiris,& ibi Panorm.& doct.de appellat.cum ſimilibus. Intelli

Digitized by Google

gentia enim dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi,capitulo intelligentia,& capitulo præterea,de verborum.ſig.
3 cum utrobique notatis.Hinc etiam eſt, quod dictum† doctoris debet intelligi ſecundum legem quam allegat, ut dicit Bartol.in l.non ſolum,§.ſi liberationis uerba,ff.de libe ratio.lega.& docto.frequenter alibi:& generaliter limitata cauſa ſeu ratio limitatum producit effectum,l.in agris.ff.de acquirendo rerum dominio,l.& ſi ſeuerior,& ibi Bald.Alexand.& alij notant,C.ex quibus cauſis infam.irrogatur, & §.quod autem,& ibi Baldus & Angel.notant Inſtit.de legitima agnato.tute.& habetur pulchre per Felynum poſt gl. & Barbatiam in capitulo cum ordinem, in 4.columna, de reſcrip.ubi plura reperies quotidiana exempla:Imola,quod plus eſt,ratio adiuncta facit recedi a proprio ſignificato verborum antecedentium,quod operatur quod illud quod dubitatiue eſt dictum,debeatur pro dicto ſine aliqua hæſitatione:tex.eſt in l.ſi ſeruus legatus,§.qui quinque ff. de legat. 1. & ibi hoc notant Bald. & Paul. de Caſtro. qui per hoc ſingulariter dicunt,quod valet teſtimonium teſtis deponentis per hæc uerba,credo contenta in articulo eſſe vera, quia vidi & præſens fui: non ratione dicti, ſed ui rationis adiunctæ per quam uerbum credo ponitur affirmatiue & non dubitatiue,licet hoc non ſit de ſui natura, refert & ſequitur Iaſon in dicta l.non dubium,& Hippol.de Marſilijs ſingulari ſno 183. poſt alios per eum relatos: Imo quod fortius eſt,verba legis vel ſtatuti generalia,etiã ſi nõ habeant rationem annexam,debent nihilominus ſãne intelligi & reſtringi ad id quod eſt rationis.ita notabiliter dicit Bal.in Aut.ingreſſi,in 2.colum.C.de ſacroſan.eccl. & ſequitur ibi Iaſon,& idem Iaſon.in d.l.non dubium,& eſt tex.cũ glo.in c.ſi verò 1.de ſentent.excommunica & in c. dilecto, iuncta glo.eo.tit.lib.6.& text.cum glo.in c.ad noſtram 3.de iureiuran.& in l.quæſitum,& ibi Ioan.de Imol.notat.ff. de re iudica.& de hoc ponuntur plura exempla per glo:in l.ſi. C.ſine cenſu vel reliquiss:non enim debent verba legis intelligi iudaice ut ſonant, ſpreta mente, ut dicit glo. in d.l. non dubiũ,& gl.in l.damni infecti ſtipulatio competit.§.ſi is q vicinas,ff.de dãno infecto,& Bal.in l.q cunq; in 4.col. C.de ſeruis fugit,nec debẽt verba legis captari calũniari,l.

penult.

Digitized by Google

4 penult.ff.ad exhibendum sed † præcedentia recipiunt interpretationem & restrictionem a sequentibus; & econtra, l. si cum fundum, cum sua glos.ff.de verbo.sign.& l. cum in testamento.§.fina.iuncta gl.ff.de hæredi.instituend.& lege si seruus plurium.§.fina.ff.de legatis primo cum similibus. Virtus enim legis consistit in ratione, medulla, & mente legis: non autem in verbis, d.l.scire leges,& c.Marchion & Basilides.1.q.1.cũ aliis iuribus supra allegatis. Sed contra premissa fortiter obstat vulgata regula, quæ habet, quod generaliter dictum generaliter debet intelligi,l.1. iuncta glo.ff. de lega.præstan.& lege fin.C. de dotis promissione. & quod tibi textus non distinguere debemus*, lege de precio, cum glos,ff.de publica. & quod a verbis legis non est recedendum,etiam si lex sit per quam dura,capitulo in memoriam 39.distinct.& lege prospexit.ff.qui & a quibus, cum similibus. Istud contrarium turbauit spiritum Cyn.vt ipsemet refert in lege prima in 3.oppositione,C.quæ sit longa consuetudo,sed si bene expendatur,non obstat,quod ut euidẽtius appareat in hoc quotidiano articulo cum quæritur, an lex
5 † vel dispositio generaliter loquens, generaliter debeat intelligi: an vero pati debeat restrictionem: distingue post Barto.in dicta lege non dubium, & in dicta lege omnes populi,&in dicta lege adigere. §. quamuis, aliquibus additis hoc modo: Aut restrictio fit per aliam legem, aut non,primo casu indubitanter admittitur restrictio, per ea quæ habentur & notantur in dicta lege de precio,vbi est bona glo. & in capitulo quod si dormierit, 31. quæstione prima & in lege quamuis. vbi Angel.ff. de in ius uocan. & de hoc uidere poteris pulchrum exemplum per Matthæum Mattesilanum in notabili suo 60.sic etiam vna lex aliam legem extendit seu ampliat, vt pulchrè declarat Bart. in lege si constante,in principio,in septima & nona quæstione. ff. soluto matrimo.vbi dicit hoc procedere etiam si in lege vel canone habeatur dictio taxauit, de quo uide quod dicã infra in loco a natura dictionum taxatiuarum, ubi satis plenè repe
6 ries de natura dictionis taxatiuæ.Secũdo casu quãdo † restrictio nõ fit per aliã legem,& quæritur an solũ ex ui rationis possit restringi lex uel dispositio per hominẽ, tũc subdistingue:Aut quis puniret cõtra mẽtẽ legis & pateretur dã-

num

num indebitè,nisi fieret restrictio, aut non: primo casu restrictio fieri potest ex vi rationis dicta lege adigere.§.quamuis,ubi est text.notabilis:nam nisi fieret ibi restrictio,perderetur ius patronatus indebitè,vt patet ex lege qui contra,illo eod.titu.& idem probatur in dicta lege secunda nam nisi ibi fieret restrictio statuti,de quo facit ibi mentionem glos. super verbo saluti,in secunda lectura communiter approbata,dominus serui tenetur insolidum indebitè. Pro isto etiã est tex.notabilis in capitulo cum dilectus,& in capitu. ad audientiam,de clericis nõ residentibus: & vtrobique notatur per Ioannem de Imo. & istud est de mente glos. singularis in lege fi.in §.in computatione, super verbo confundantur, in fine.C.de iure delibe.quæ singulariter dicit,quod statutum disponens quod executio instrumenti fiat contra hæredem,sicut contra defunctum,debet restringi,nisi hęres fecerit inuentarium,& hoc ne indebitè damnum patiatur:& illam glos.sequuntur & exclamant ibi Barto.Baldus & docto res.Hinc etiam dicit Bart.in dicta lege omnes populi, in 6. quæs.principali,quod si statutum dicat,quicunque extraxerit sanguinem in palatio,capite puniatur:tonsor tamen,qui aliquem flebotomauit in palatio,non puuietur pœna statuti: sed restringetur statutum ad eum, qui extraxerit sanguinem in palatio iniuriosè,& hoc ne sequatur absurdum:quia le est, quod respublica perdat personam , & patiatur damnum indebitè. & hoc dictum sequitur Panorm.in cap.solite,de maioritat.& obed.uerba enim legis non debent captari,vt supra dixi: quod est verum, etiam si alio statuto cauea tur,quod verba statutorum intelliguntur præcisè & ad literam sine alia interpretatione : vt dixi supra in loco ab absurdo,vbi reperies & alia exempla quotidiana. Secundò casu quando quis non pateretur damnum indebitè, licet non fieret restrictio,iterum subdistinguo: aut quis indebitè lucraretur,aut indebitè lucrum perderet : primo casu sit restrictio.text.est notabilis in lege vt gradatim.§. & si lege.ff. de muneribus & honoribus,qui tex.semper allegat ad hoc,
7 quod † omnis dispositio quantumcunque generaliter loquens recipit interpretationem & destructionem de habilitate personæ, hoc est,dummodo persona sit habilis, præcipuè quando alias quis indebita lucraretur,vt ibi:& faciunt

ea quæ ſingulariter notat Bald. in lege ſecunda, §. & filius ff.qui ſatiſda.cogan. quod facit contra nobiles quorundam oppidorum in idoneos ad regimen,qui tamen ſub prętextu priuilegiis conſuetudinis, vel legis municipalis diſponẽtis, ad regimen oppidi debere eligi aliquos de progeniebus ſeu familiis nobilium,rempublicam longo tempore detinuerſit lamentabiliter occupatam. Et idem dicendum eſt, quando quis lucraretur vltra mentem diſponentis, niſi ex adiuncta ratione fiat reſtrictio, quia etiam tunc facienda eſt reſtrictio:tex eſt notabilis in dict.§.dulciſſimis, quem nota,quia poteſt induci ad multa. Id tamẽ quod dixi fallit ratione publicæ utilitatis,quia hoc caſu non fit dicta reſtrictio de habilitate perſonæ, text. eſt ſingularis in lege ſi quis in graui. §.vtrum,verſicul.hi quoque, & ibi pulchrè Bartol.ff.ad Silleian. & commemorat Iaſon in dicta lege non dubium, & Bald.in lege prima,in fine, C. de precibus impera. offeren. vbi ſingulariter per hoc dicit,quod ſi ſtatutum dicat, quod capiens bannitum habeat centum,quilibet ad hoc lucrum conſequendum eſt idoneus & habilis, etiam ſi ipſemet ſit bannitus, quia hoc expedit reipublicæ:quod commẽda memoriæ, quia eſt ſingulare & vtile in praxi. Secundo caſu quãdo quis indebitè lucrum perderet niſi fieret reſtrictio, tunc non fit reſtrictio, dicta lege proſpexit, quæ ad hoc eſt ſingularis. nam ibi ſeruus perdit lucrum libertatis ſine ſua culpa,quod eſt iniquum & contra rationem: & tamen non recedimus propter hoc a verbis generalibus legis, nec illa reſtringimus. & per hoc dicit Barto.in dicta lege omnes populi,in 6. quæſtione principali, quod ſi ſtatutum diceret, quod quicunque extraxerit ſanguinem in palatio,priuetur aliquo lucro,tonſor qui fleubotomauit aliquem in palatio, priuabitur illo lucro, nec fiet hoc caſu reſtrictio ad extrahentem, ſecundum eum per dicta lege proſpexit: & idem dicit ipſe Bartol.in dicta lege,non dubium,& ſæpè alibi, & eum ſequuntur communiter alii: ſed hoc vltimum eius dictum non videtur procedere, quia longè alia eſt ratio in caſu dicta lege proſpexit, & in caſu per eum poſito in barbitonſore: & ergo contra Bartol.in hoc tenet Salycet.in repetitione dicta lege ſecunda in verſicul. tranſeo ad ſecundum interpretationem, & Iaſon in dicta lege non dubium, verſi.

verſi. ſecundus articulus eſt, & Ioannes Baptiſta de ſancto Seuerino in repetitione dicta lege omnes populi, in 110. colum.& Felyn.in cap.ſi quando, in 7.columna , & ſeq. de reſcrip.& iſtud credo uerius:quia non eſt veriſimile,ſtatuentes voluiſſe punire medicum in chirurgum,qui præmio potius inuitandus erat: quod tene menti. & licet Iacobus de Aret.dixerit,quod d.l.proſpexit caret,vt refert Bald.in dicta lege non dubium,in 3.colum. & Cyn. in dicta lege prima. C. quæ ſit longa conſue. dixerit, quod dicta lege proſpexit,vbicunque occurrit turbat ſpiritum ſuum : tamen ſi
8 bene perpendatur d.l. proſpexit † habet ſpiritum & neminem turbare debet: quod vt euidentius cognoſcas, vide Iaſonem in dicta l.non dubium, & Lanfrancum in aurea ſua repetitione l.ſi verò.§.de uiro ff.ſoluto matrim. in materia interpretationis reſtrictiuæ,& Fely.in d.capitulo ſi quando, in quibus locis tractatur de intellectu d.l.proſpexit: tenentes tamen opinionem Barto.plus volunt,videlicet,quod nõ ſit reſtrictio,vbi qui indebitè lucrum perderet, etiam quando ratio limitata eſt expreſſa in l. vel canone, etiam ſi agatur de correctione iuris antiqui,per text.in clem.1.de electio. iũcta glo.1.& glo.in verbo homines , quæ ſingulariter vult, quod ſtatutum generale ibi poſitum non reſtringitur per rationem præambulam & ſic magis attendimus ibi uerba ſtatuti & diſpoſitionis generalis,quã uerba rationis ſpecificæ & limitatæ: ita ſingulariter per dicta gloſ. dicit Ioan. de Imol.in repetitione d.l.ſi vero,§.de viro & Anto. de Butrio in d.clem.1. de hoc tamen uide latius per Lanfrancum locó prædicto,& per Ioan. de Imol.in d.cle.nec per hoc recedo ab eo quod dixi de barbitonſore fleuboromante . q̃ comméda memoriæ,quia valet ad multa. Vel poterit aliter tradi hęc materia per regulam,ampliationes.& fallentias,&
9 regula ſit,quod lex † recipit reſtrictionem ſeu interpretationem reſtrictiuam a ratione poſita ſeu ſcripta in lege, per iura ſupra in princip.allegat.quæ regula ampliatur & declaratur multis modis. Primo vt procedat non ſolum quando ratio eſt expreſſa in lege,canone,vel ſtatuto, ſed etiam quando vnica tantum coniecturari poteſt : Ita notabiliter uolũt Pet.Cyn. Paul. de Caſtro & doctor . in dicta lege non dubium,& Bald.in lege maximum vitium,C.de libe.præte. &

Panor.

Panormit.in d.c.ad audientiam,de decimis,& idem Pano. in d.c.fi.de reſcrip.& idem Panorm.in c. nihil, de elect. ubi per hoc decidit pulchram & quotidianam q.ratio iſtius eſt, quia vbi non poteſt reddi nisi una ratio ſtatuti, illa habetur pro expreſſa iu ſtatuto : ita dicit gloſ. ſingularis in lege quamuis,& ibi Bald.& Pau.de Caſt.notant,C.de fideicom. Secundo dicta regula procedit & fit reſtrictio legis vel ſtatuti generalis,etiam ſi ratio non ſit ſcripta in lege vel ſtatuto ,quando per aliam legem vel ſtatutum reperitur facta reſtrictio,dicta l.quamuis,& ibi Ange.ff.de in ius uocan.& notatur per gloſ.in dicta l. de precio, & in d.l.non dubium,& dixi ſupra. Tertio dicta regula procedit & fit reſtrictio,
10 † etiam ſi ratio non ſit ſcripta in l.vel ſtatuto , quando reſultaret abſurditas ſi nõ reſtringeretur lex vel ſtatutum generale.text.eſt notabilis in l.ſcire oportet.§.aliud.ff. de excuſ.tuto.& facit d.l.vt gradatim.§. & ſi lege. & l. 1. iuncta gloſ.in uerbo,vnuſquisque,C. de ſacr.eccl. & l.cæſar. ff.de publica.& l.fin.C.de teſta.milit.& dixi ſupra in loco ab abſurdo.Quarto dicta regula procedit & fit reſtrictio,etiam ſi ratio non ſit expreſſa in l.canone,vel ſtatuto, quando fieret præiudicium tertio,ſi non fieret reſtrictio:tex. eſt notabilis in l.ſi quando,in princi.C.de inoffi. teſta.& eſt ratio , quia princeps condendo legem generalem,vel cõcedendo alicui priuilegium generale,non videtur velle reuocare legis ſpeciales,vel præiudicare tertio, c. eccleſia veſtra 2. de electi, & l. 2.§.ſi quis a principe,& § merito.ff.ne quid in loco publico,& c. quamuis,de reſcript.lib.6.cum ſimilibus.Quinto d.regula procedit & ſi reſtrictio,etiam ſi ratio non ſit expreſſa in lege vel ſtatuto , quando quis indebite damnum pateretur in perſona vel rebus,niſi fieret reſtrictio, tex. eſt notabilis in d.l.2. & ibi Salyc.& doct. & pulcher text. in d. cap. cum dilectus,& in d. c. ad audientiam, & ibi Ioan. de Imo.& in c.cum dilectus,de conſuetud.& eſt gloſ. ſingularis in d.l.fina.§.in computatione,& ibi habetur pulchrè per Barto.Bald. Paul. de Caſtro Alex. Iaſonem & docto. Sed illa regula ſic ampliata & declarata recipit quatuor notabi
11 les & ſingulares limitationes, quarum prima eſt vt † non procedat ubicunque in ſtatuto generali habente ſcriptam rationem vel non cauetur illud ſtatutum ſeruari debere ad

literam

literam prout iacet,tunc enim non restringitur per rationē ita clare probatur in d.l.prospexit , quæ hoc modo intellecta habet spiritum,& ita eam intelligit Lanfrancus loco prędicto. Secunda limitatio est,vt dicta regula non procedat, vbicunque in statuto nulla est expressa ratio & dubia est causa statuti,quia nescitur quid potuit mouere statuentē ad faciendum tale statutum,tunc enim standum est legi & verbis legis,& ab illis non est recedendum,l.1.§.si qui nauem,ff.de exercitoria,& l.non aliter,ff.de lega.3.& ita vult Bal.in d.l.maximū vicium,& idem Bal.in l.3.in noua lectura,C.de iu.dot.per tex.in d.l.si vero.§.de viro, & notata,pgl.& doct.in d l.non dubium. Tertia limitatio est secundū aliquos,vt dicta regula non procedat,quando quis indebitè perderet lucrum,siue ratio sit expressa in lege, siue non d.cle.1.cum sua singulari gl.& præall. l. prospexit: sed hoc non teneo,& cōtrarium istius tenent Sal.Ias.Io.Baptista,& Fely.vt latius dixi supra.Quarta limitatio multum notabilis est,quando expedit reipublicæ legem non restringi, sed generaliter intelligi : tunc enim intelligitur generaliter & non restringitur,textus est singularis in d.l.si quis in graui. §.vtrū,versi.hi quoq;,& uult Bald.ibi supra,& in dicta l.cū mulier,& latè tractatur de hoc per Iasonem in l.1.§.nunciatio.ff.de noui oper.nūciatio,ad quem quia ab omnibus habetur remisisse sufficiat.Sed hic cadit pulchrum & subtile
13 dubium:an scilicet ubi agitur de correctione,lex†noua generaliter loquens debeat generaliter intelligi: an uero debeat restringi per legem ueterē in quo articulo quotidiano uidetur prima facie dicendum,q; debeat generaliter intelligi,per id quod habetur in Auth ex causa,maximè per Iasonem in 2.columna,C.de libe.præte.& per glos. magnam in fine,in Auth.ex testamēto,C.de coila.& ibi not.per docto. & maximè per Iasonem,& per id quod habetur in c.contra Christianos, de hæretic.lib.6. in glos.fina. In contrarium autem facit Authentica,offeratur, C.de litis contesta. & quod notatur per glo.& doct.in l.sciendum,& in princip.ff. qui satisda.cogan.& not.in l.non est nouum, & in lege, sed & posteriores,ff.de legib.Sed concludiue loquendo & omnia ad concordiam reducedo ex mente Ioan.de Imol.in d. §.de uiro,in 3.col.& ex mente Bartol.Paul.de Cast. Alex.
& Ia-

& Iasonis in dicta lege sciendum,& ex mẽte eiusdem Pau. de Cast.in dicta lege non est nouum,in hoc quotidiano articulo dicendum est hoc modo. Aut constat legem nouam generaliter & indistincte loquentem uelle corrigere iura antiqua,& tunc generaliter debet intelligi: & sic loquitur dicta Authen.ex testamento,quam constat æditam ad correctionem iuris antiqui,ut patet ex textu in corpore unde sumitur in ultima columna,& sic etiam loquitur dicta Authentica ex causa,& dicto c.contra Christianos, iuncta gl. fi.Si uero non constet de mente,quod uelit corrigere in materia de qua quæritur,licet forte constet q̃ in alio corrigat & tunc lex noua generaliter loquens nõ debet generaliter intelligi,sed debet distingui & restringi per antiquam de eadem materia loquentem:& sic loquitur dicta Auth.offeratur,nam licet constet,quod dicta Auth offeratur,corrigat inquantum uult libellum offerri in scriptis,quod olim non erat, l.1.ff.de edendo: tamen non constat quod in materia fideiussionis uult corrigere:& ergo quod ibi dicitur generaliter & indistincte de fideiussore præstando, debet distingui secundum legem ueterem, quando reus non possidet immobilia,in l.sciendum in principio cum sua singulari gl. & idem uidetur dicendum etiam si constet, quod lex noua uelit corrigere,dum tamen nisi fiat restrictio quis indebite uexaretur,ut est glos. singularis in dicta lege fi.§. in computatione,quæ singulariter uult,q̃ licet statutum nouum corrigens ius commune disponat, quod quis possit offenso instrumento debiti,capi pro debito,ita quod instrumentum habeat executionem paratam sicut sententia, quod duplicicer est contra ius commune. primo, quia non est incipiendum a captura personæ,ubi quis possidet bona, l.3. §.tutores,iuncta sua notabili glo.ff.de inspectis tuto. & l. a diuo Pio.§.in uenditione.ff.de re iudicata. Secundo,quia
13 instrumenta † notariorum de iure communi non habent executionem paratam tex.est singularis in l.minor 25. annis cui fideicommissum.ff.de minorib.quem tex.Ang.dicit esse meliorem de iure,in l.si cum dotem.§.eo autem tempore ff.soluto matri.& Iaso.in §.item si quis postulante aduersario,institut.de actio.& idem Iason in l. finali, in quinto notabili,C.de edicto diui Adriani tollendo: & eum ad

hoc

hoc notant Alex.& Iaſon in l.2.ff.de iureiurand.& Angel. & Ioan.de Imo.in l.ait prætor. §. 1.ff.de re iudica. Tamen hoc reſtringit, niſi ſit hæres qui confecit inuentarium, etiam ſi ſtatutum expreſſe loquatur de debitore & eius hærede,vt dicit,ita gloſ.ſingularis,quam ad hoc põderat Bal. in l.cum a matre circa finem C.de rei vendi. & ratio iſtius eſt,quia multò fortius in correctorijs debet fieri reſtrictio, quam in alijs,exorbitantibus ſcilicet vel pœnalibus:ſi ergo fiat reſtrictio in caſu dicta lege adigere.§.quamuis,& in caſu d.l.2.C.de noxali.actio,nẽ qs indebite puniatur, vel ne indebitè damnũ patiatur, ut ſupra dixi:multo fortius faciẽda erit reſtrictio in caſu iſto,ſecundum Io.de Imo.in d. §. de viro in 4.col.& uolũt Pau.de Caſt. Alex. Iaſon & doct. in d.§.in computatione,qui reputãt.d.gl.ſingularẽ ad hoc,
14 q; ſtatutum debet † interpretari ſecundum ius commune, etiam ſi ſic interpretando nihil operaretur, quando alias quis indebitè damnum pateretur: de quo vide ibi plenius per eos,& per Io.Baptiſt.& Iaſonem in d.l.omnes populi,& faciunt exquiſite notata per Alex.de Imo.in l. poſtulante, ff.ad Trebell.quod eſt nota digniſſimum,& nullis laudibus ſatis extoll.poſſet.Hinc etiam dixit ſingulariter Barto.in l. 1.§.lex Falcidia,ff.ad l.Falcidiam,per illum tex.quòd ſi ſtatutum diſponat,q; filiusfamilias poſſet teſtari,quod eſt contra ius commune,l. ſenium,C.qui teſta. face.poſſ.& l.qui in poteſtate,ff.de teſtamento talis filij familias requiretur, quod teſtes ſint rogati,& quod ſint ſeptem,& quod habeat locum lex Falcidia, ſicut in teſtamento aliorum, quod eſt nota dignum.Hinc etiam dicit ſingulariter Calde.in conſilio ſuo 32.ſub rubrica de teſta.quod ſi ſtatutũm auget legitimam filiorum,habebunt nihilominus locum iura communia diſponentia de legitima, & ergo filius in tali legitima nõ poterit grauari,ſicut ius commune diſponit,l. quoniam
15 in prioribus,C.de innoffi.teſta.& debebit † legitima iure inſtitutionis relinqui.§.aliud quoque capitulum, cum ibi notatis,per glo.& docto.in Auth.ut cum de appella.cognoſca.colla 8.& hoc dictum Calde. tanquam notabile refert & ſequitur Alexand.de Imo.in l.ſi quis priore,ff.ad Tebel. & idem Alex.in d.l.maximũ uiciũ, in apoſtillis ad Bal.licet cõtrariũ ibi ſentiat Bal. & meo iudicio non bene. Pro quo

etiam

etiam facit quod notat ipſemet Bald.in rubrica de cauſa poſſ.& proprietatis circa finem,ubi dicit, quod ſi ſtatutum venit ad ampliandum ius commune,idem erit in ampliante quod in amplio,& allegat in argumentum, l.inter ſocerum,§.cum iter.ff.de pactis dotalibus:quod memori teneas mente.Et eſt ſciendum,quod poteſt conſtare ſeu apparere de mente legis generaliter & indiſtinctè loquentis, quòd velit corrigere ius antiqua,ſi in ea dicatur, non obſtante aliqua lege generaliter uel ſpecialiter contrarium diſponẽte,ſecundo Bar.in extrauaganti ad reprimendum,in verbo non obſtante,& ſequuntur Pau.de Caſt.Alexan.Iaſ.& alij in d.l.ſciendum,& Pet.de Ancho.in aurea ſua repetitione, c.canonum ſtatute,in 6.q principali.de conſtitutio.non autem ſufficeret clauſula illa generalis,non obſtante quacunque alia l,quia intelligeretur non obſtante quacunq; alia l. ſcilicet contraria,quæ cum hac non poteſt ſuſtineri: ut eſt glo.ſingularis in Aut.de hæredita.quæ ab inteſta.deferuntur,in princ.ſuper verbo uocantibus,coll.9. quam ſequuntur Pau.de Caſt.Alex.Iaſ.& doct.nouiſſimi in d.l.ſciendũ, & Bar.in d.extrauaganti ad reprimendum,& Pau.de Caſt. in d.l.non eſt nouum,& Pet.de Anch.loco prædicto,& Iaſ. in d.Auth.ex cauſa,in 10.col.in uerſ.quartò circa eundem tex.quæro:quod eſt nota digniſſimum,& perpetuo memoriæ commendandum,quia poteſt quotidie uſuuenire. Sed hic cadit aliud pulchrum & ſubtile dubium,an ſcilicet ſta-
16 tutum†diſponens idem quod ius commune,debeat limitari & reſtringi ſecundum ius commune: an uero debeat intelligi generaliter ſicut loquitur:in quo articulo pulchro & quotidiano Bar.in l.4.§.prætor.ff.de damno infecto,dicit:q̃ debet intelligi ſimpliciter & generaliter,ut in exẽplo quotidiano per eum illic poſito:ſed Io.de Imol.in d.§.de uiro, in 4.colum.aliter dicit,uidelicet quod ſi ſtatutum aliquid poteſt operari debet limitari & reſtringi ſecundum ius cõmune,cum quodammodo cẽſeatur ius commune,iuxta notata per glo.ſingularem & docto.in c.1.de cõſtitutio,lib.6. & per Bar.& alios in d.l.1.circa principium,ff.ad legem Falcidiam:ſecus ſi nihil operaretur, quia tunc debet intelligi ſimpliciter & generaliter ut iacet, ut aliquid operetur, l.ſi q̃,in princi.ff.de lega.1.& c.ſi Papa,de priuileg.li.6. & ſic

debet intelligi dictum Barto.in d. §. prætor ſecundum eũ: idem autem Ioan.de Imo.in dicto.§.prætor, aliter dicit,& melius meo iudicio,videlicet, quod ſtatutum intelligendũ eſt prout verba ſonant, vt aliquid addat iuri communi,quãdo ſic intelligendo non inſurgit graue præiudicium , & ſic poteſt intelligi exemplum Barto. in d.§.prætor, ſecundum eum: & quando autem generari poſſet graue præiudicium ſi non fieret reſtrictio ſecundum ius commune,tunc debet intelligi ſecundum ius commune : quia potius tolerandum eſt quod ſtatutum ſit fruſtratorium & nihil operetur quam quòd quis indebitè damnum patiatur,iuxta notata per glo ſam & doctores in dicto.§. in computatione : & idem poſt longam diſputationem vult Alex. de Imol. in dicto §. prætor,& de hoc habetur latiſſime per Iaſonem in l.properandum.§.ſiue autem alterutra,in 2.& 3.col.C.de iudiciis,de quo etiam vide per Franciſcum de Crema in ſingulari 120. & per Matthæum Mateſſelanum in notabili 85. Et ſi plenius vis inſtrui in hac materia interpretationis reſtrictiuæ quotidiana & latiſſima. in qua reperiuntur traditæ plures diuerſe doctrinæ, vide Barto.Alexand. & Iaſonem in dicta l.1.§.nuuciatio.& eundem Bartolum in d.l.non dubium,& in d.l.omnes populi,& in dicta lege adigere. §. quamuis, & in lege,3.§.hæc verba.§.de nego.geſtis, & in l. conſtitutionibus.ff.ad municipales,& Bald.in lege ita nobis pudor,C. ad legem Iuli. de adulte. & eundem Baldus in lege ſed & & eundem quæſitum in prima oppoſitione. ff. ſi quis cautio. & eundem Baldum in rubrica, C. qui accuſ. non poſſunt,& glo.ſingularem & docto.in dicta lege fin.§. in computatione,& Albe.de Roſate in prima parte ſtatutorũ,quæſtioue 9. & latè per Lanfrancũ in d.repetitione l. ſi.uero.§. de uiro,& pulchrè per Salyc.in d.repeti.ſua l.2. & latiſſimè per Pet.de Anch.in d.repetitione ſua c.canonicum ſtatuta, in 14.quæſtione principali:& pleniſſimè per Ioan.Baptiſt.in ſua ſingulari repetitione dicta l.omnes populi,circa ſextam principalem quæſtionem Bar.& ampliſſimè per Lud.de Roma in ſua aurea repetitione d.l.ſi verò.§.de viro,& per Ange.de Aret.in §.ius autem ciuile,in uerſ.ſextò principaliter quæro,an ſtatuta recipiant interpretationem per 4. colum. Inſti.de iure natu,gen.& ciuili.& per Ioan. And.in reg.pro

poſſeſſo.

poſſeſſione,de reg.iu.lib.6.in Mercuria.& per Io.de Imo.& alios in d.cle.1.& per Zaſium in libello cui titulus, Intellectus iuris ſingulares , in illo articulo , an vniuerſalis ſermo ſeu enunciatio vniuerſaliter intelligatur,& per Ang de Perusino in l.non eſt nouum.ff.de legib.in quibus locis perſpicue videbis,quã ſubtilis,profunda: & periculoſa ſit hæc materia interpretationis reſtrictiuæ , & quam uariè doctores ſenſerint in ea: & vide quod dixi ſupra in loco a generalitate,& quod dicam infra loco proximo, vbi tractabo de interpretatione extenſiua,non minus pulchra,ſubtili, difficili,& quotidiana.

SVMMARIA IN LOCVM
à Ratione legis larga,ampla.&c.

1 *Ratio legis quandocunque eſt amplior vel generalior dicto ſeu diſpoſitio ,tunc ad amplitudinem rationis extenditur diſpoſitio.*
2 *Verba renuntiatiua non diſponunt.*
3 *Argumentum à ratione legis larga ad extenſionem ipſius quando procedat.*
4 *Interpretatio, dictio ſumitur duobus modis.*
5 *Quatuor caſus conſiderandi in materia extenſionis.*
6 *Extenſio in correctoriis an admittatur. uſque ad nu. 40. Cauſa finali inſpicitur,quando agitur de extenſione legis,non autem cauſa impulſiua.*
7 *Lex vt ſubſiſtat , ſufficit unam ex cauſis finalibus legis ſubſiſtere.*
8 *Ratione legis correcta, quando eſt unica,tunc cenſetur correcta, ipſa lex.nu.ſeq.*
9 *Cognati hodie vocantur ad tutelam ſicut ad ſucceſſionem.*
11 *Extenſio in correctoriis,pœnalibus & exorbitantibus ex uirtute regulæ,cui licet quod plus,ſemper admittitur nu.14. cum multis ſeq.*
12 *Regulæ,cui licet quod eſt plus,&c.fallit quatuor caſibus.*
13 *Actor mandato contiguus vel vicinus mandato non dicitur contra, nec prater mandatum.*
15 *Correctio legis aut extenſio quibus modis inducatur. & nume. ſequen.*

Digitized by Google

16 Clauſula, non obſtante quacunque alia lege, an inducat correctionem.
17 Intellectus l. non poſſunt cum l. ſeq. ff. de legib.
19 Ratio legis & mens legis idem ſunt.
20 Solennitas ſeptem teſtium non eſt ſublata in terris imperij per c. cum eſſes de teſtam.
21 Ratio unica quando tantũ poteſt aſſignari, habetur pro expreſſa.
25 Taxatiua dictio negationem includit.
26 Cauſa impulſiua & finalis quæ dicatur.
27 Extenſio in correctoriis quando admittatur. cum nu. ſeq vſque ad num. 40
30 Extenſio fit ad vitandam abſurditatem.
33 Extenſio in diſpoſitione hominis non admittitur.
35 Extenſio in correct. riis admittitur quãdo duo ſic ſe habent, quod vnum venit accеſſoriè ad alterum.
36 Idem ſi conſecutiuè.
38 Exempla non reſtringunt regulam.
39 Extẽſio paſſiua quæ ſit vi regula iuris antiqui, ſẽper admittitur.
40 Extenſio in correctoriis an admittatur ex identitate rationis.
41 Extenſio in exorbitantibus an admittatur. cum nu ſeq. vſque ad num. 55.
42 Extenſio in exorbitantibus ſemper admittitur, vbicũque admitteretur in correctoriis.
44 Extenſio in exorbitantibus ex identitate rationis an admittatur.
45 Taxatiua dicto in diſpoſitione fauorabili videtur tantum excludere caſus habentes diſſimilitudinem rationis.
46 Taxatiua dictio non inducit correctionem alterius legis.
47 Taxatiua dictionis natura.
49 Extenſio in diſpoſitione valde odioſa non fit.
51 Immunis a collectis tenetur ad eas collectas quæ imponuntur ratione belli ſuperuenientis.
53 Exceptio quod formet regulam in caſibus non exceptis, quomodo procedat.
55 Extenſio in penalibus an & quando licita cum num. ſeq. vſque ad num. 76.
58 Lex debet eſſe de caſu dubitabili.
62 Annullatio actus inducta per legem vel conſuetudinem, an dicatur pœna: & an quod obtinet in penalibus obtinere debeat in talibus nullitatibus.

64 Intel-

Digitized by Google

64 Intellectus. § sed quia natura qua fuit prima cauſ. benefic. amit. in vſib feud.

67 Quinque in praxi occurrentia.

69 Fidei præſtatio & iuramentum æquiparantur.

70 Extrema vbicunque ſic ſe habent, quod de vno peruenitur ad re liquum, extenſio etiam in materia pœnali licita eſt.

71 Lex pœnalis emanata in fauorem Reip extenditur ex identitate rationis.

73 Lex pœnalis loquens in vno ex correlatiuis extenditur ad reliquum.

75 Pœna vbi imponitur ipſo iure propter delictum commiſſum, fit ſtricta interpretatio.

76 Extenſio in non correctorijs nec exorbitantibus, nec pœnalibus fit ex identitate rationis.

78 Statutum in venditione trahitur ad locationem, vbi non eſt contraria conſuetudo.

Remedium l. 2. C de reſcindend vendit. locum habet in omnibus contractibus bonæ fidei.

79 Præſcriptionum & conſuetudinem, regula, vt tantum præſcriptū vel vſurpatum, quantum poſſeſſum vſitatum, & non plus.

80 De interpretatione extenſiua plura, remiſſiuè.

LOCVS A RATIONE LEGIS

Larga, ampla, ſeu generali, ad extenſionem ipſius legis.

COMMODVM ſubſequitur nunc locus a ratione legis larga, ampla ſeu generali ad extenſionem ipſius legis: ex quo ſumptum argumentū eſt forte, frequentiſſimum. & vtiliſſimum, ſeruiens ad infinita, vt infra patebit. & formatur hoc modo: quandocunq; † ratio legis vel canonis eſt amplior uel generalior dicto ſeu diſpoſito, tunc ad amplitudinē rationis extenditur ipſa diſpoſitio: tex. eſt notabilis in l. regula. §. fin. & ibi Bar. & Bal. notant. ff. de iuris & facti ignо. & bonus tex. in l. 2. § ſi mater, in uer. quid ſi curatores, & in uerſ. quid ſi deceſſerint. ff ad Tertul. & pulcher tex. in l. nomē debitoris. §. fi. ff. de legat. 3. & hanc regulā pro firmo fundamento ponit Pano. in c. ſicut, circa fin. de teſti. & Car.

in clem.i. de elect. & Anton. Corset. in singulari suo xxiii. & in singul.ccxviii.& doc.frequenter alibi:audiui etiam sæpe ad istud propositum allegari.§.fundum in l.pater filiam. ff.de lega.3.quẽ etiam allegat Ant. Corset. loco prædicto, & Panorm.in c.fin.de rescrip.sed d.§.fundum,licet aliquid facere videatur si in cortice inspiciatur, tamen in veritate nihil facit,quia verba illic posita,ita enim fiet,&c. non fue-
2 runt prolata per modum causæ,sed sunt verba † enunciatiua cuiusdam futuri euentus,quem testator sperabit euenire propter suam dispositionẽ,quæ verba nullo modo dispositionem inducunt,secundum Bart.ibidem:& hoc patet manifestè ex eo,quia si illa uerba fuissent ibi prolata per modũ causæ,cũ ratio esset amplior & generalior dicto, debuisset Papinianus iurisconsultus decidere contrarium eius, quod illic deciditur:quod quia non facit,sequitur quod ad istud
3 propositum malè allegatur. Et procedit iste † arguendi modus,ẽt quando causa impulsiua est stricta:hoc enim non obstãte,si ratio finalis est larga, fit extensio constitutionis etiã pœnalis ad amplitudinem rationis finalis : Ita in pulchra & quotidiana q.dicunt Io.de Imo.Domi.& Philip.Franc.in c. pro humani,de homicidio lib.6. Et isto argumento vtuntur Barto.& Salyc.in constitutione saci amenta puberum, C. si aduer.uenditio.& docto.in infinitis aliis locis,ut infra patebit.Verum quia hic modus arguendi est frequentissimus & vtilissimus,& materia interpretationis extẽsiuæ, super qua fundatur hic locus, in se est valde subtilis & scrupulosa, in qua glosæ & docto.uarias & contrarias tradunt regulas, & nedum inter se discordant,sed etiam sibijpsis sæpe contrariantur,vt ex locis infra allegãdis liquebit.Idcirco pro eius
4 clara & plena notitia præmitto primò,q; ille † terminus interpretatio,sumitur duobus modis. Vno modo propriè secundum eius propriam significationem,& tunc interpretatio idẽ est quod congrua verbi vel orationis declaratio seu expositio,& de hac nihil in hoc loco expectet studiosus, sed de ea videre poterit per Bar.in repetione l.omnes populi,in 3.q.6.q.principalis.ff.de iusti.& iure,& per Saly. in repetitione l.2.in 1.col.C.de noxalibus actio. & per Lanfrancum aurea sua repetitione,l.si verò.§.de uiro, circa principium ff.solu.matr.& per Pet.de Ancho.in celebri illa sua repetitione,

tione,c.canonum ſtatuta,de conſtitutio.in 14.q.principali.
Alio modo interpretatio capitur largè pro correctione,pro arctatione,ſeu reſtrictione,& pro prorogatione ſeu extẽſione: Ita dicit gl.notabilis in l.1.in principio.ff.de orig.iur.& gloſ.in l.1.§.qui operas.ff.ad Tertul.Secundo præmitto,q; de interpretatione arctatiua ſeu reſtrictiua nihil in hoc loco dicturus ſum de ea dixi ſatis plenè ſupra loco proximo. vbi videre poteris: In hoc autẽ loco principaliter dicturus ſum,ſed de ea dixi ſatis plenè ſupra loco proximo, vbi uidere poteris:In hoc autem loco principaliter dicturus ſum de interpretatione extenſiua , quæ in ſe etiam comprehendit interpretationem correctiuam , vt ſtatim patebit. Quibus præmiſſis,licet Ludo.de Roma in dicta ſua repetitione, l.ſi vero.§.de viro,in 5.col.dixerit,impoſſibile eſſe hanc materiam interpretationis extenſiuæ , quam tamen ſpecialiter non attingit,modo aliquo determinatè poſſe docere: tradere tamen conabor eam clarè per quatuor caſus principales, procedendo per diſtinctiones,regulam,& fallentias: excludendo primò caſus minus dubitabiles, & capiendo ſemper communes & magis approbatas doctrinas ſeu theoricas gloſarum & doct.& ueniendo ad rem ſpecialiterque inſequendo Matthæum Mateſſelanum in notabili libello ſuo extenſionum,& Io.de Imo.in repetitione d.l. ſi uero. §. de viro, vbi eundem refert tacito nomine, aliquibus per me ubi opportunum viſum fuerit pro inſtructione iuuenum adiectis:
5 dico quod in hac † materia extenſionis conſiderandi ſunt quatuor caſus principales : quia aut extenſione ſequeretur correctio legis,& ſic agitur de extenſione fienda in correctorijs:aut ex extenſione ſequeretur ampliatio fallentiarũ regulæ,& ſic agitur de extẽſione fienda in exorbitantibus a iure cõi & regulari:aut ex extẽſione ſequereť ampliatio pœnæ ad aliũ caſum,& ſic agitur de extẽſione fienda in pœnalibus aut ex extenſione ſequeretur anpliatio ad alium casũ in his quæ ſunt ſecundum ius vel præter ius,& ſic agitur de extenſione fienda in non correctoriisnec exorbitãtibus nec
6 pœnalibus. Primo caſu principali quando agitur † de extẽſione fienda in correctoriis,aliqui caſus habendi ſunt in cõſideratione;nam aut ex extẽſione ſequeretur correctio de ratione diſpoſiti ad ipſum diſpoſitũ. hoc eſt in effectu quæ

rere, an correcta ratione legis eo ipſo cenſeatur correcta lex? aut ex extẽſione ſequeretur correctio in alio caſu: hoc eſt quærere, an extenſio in correctoriis debeat fieri ad aliũ caſum ex identitate vel maioritate rationis? Primo caſu cõ clude, aut ratio eſt impulſiua, aut finalis: ſi impulſiua, vel ut ita loquar remota, tunc ea correcta nõ inducitur correctio diſpoſiti vel ſtatuti, per l. 1. §. ſextum. ff. de poſtulando: quia ceſſante cauſa impulſiua, non ceſſat diſpoſitio: vt ibi, & l. 2. §. fi. ff. de donationibus: ſi autẽ ratio eſt finalis, aut eſt una, aut plures: ſi plures, & tunc una, correcta, non intelligitur
7 correcta lex: quia ſufficit † vnam ex pluribus rationibus finalibus remanere ad hoc, vt remaneat, & non ceſſet lex: per id quod habetur in §. affinitatis, & in §. ſocrũ, Inſti. de nuptiis. Et pro hoc ego allego tres glo. notabiles, quæ communiter non ſolent ad hoc allegari: una eſt in l. ſi uentri. §. in bonis, & ibi Bart. & Ang. eam notant. ff. de priuile. credi. alia eſt in l. tam is. §. primo & ibi Io. de Imo. eam commendat. ff. de donatio. cau. mortis: & tertia eſt in §. minima: & ibi Angel. de Aretio eam ponderat & multum commendat, Inſt. de capi. diminu. hoc tamen limita dupliciter, vt dicam infra in loco a contrario ſenſu, vbi vide: ſi autem unica tantum eſt ratio
8 finalis legis, & certè tunc † illa correcta per legem nouam, correcta etiam cenſeri debet ipſa lex antiqua: text. eſt cum ſua ſingulari glo. in l. 1. in principio, & ibi Bart. & doct. notat. ff. de legitimis tuto. & eſt tex. in Auth. ingreſſi, in fine, iũcta l. generali, C. de ſacroſ. eccle. & de hoc ibi habetur pulchrè per Saly. in 1. & 2. colum. & per eundem in l. vt liberis, in fi. C. de collatio. & per Bal. in l. 1. ff. ſolu. matrimo. & ibi Alex. de Imo. reputat d. glo. pro ſingulari: illam etiam reputat ſingularem Io. de Imo. in repetitione d l. ſi verò. §. de viro, in 5. col. vbi de hoc articulo quotidiano habetur per eum ſatis plenè, cui tamen adde ea quæ ſingulariter notat Franciſcus de Aretio in lege ſecunda in 5. colum. ff. de vulg. & pupil. vbi dicit tunc demum procedere d. regulam, quando ratio legis generaliter corrigitur, ſecus ſi aliquo caſu tantũ, vt ibi latius per eum. & hinc rectè dicit gloſ. in lege prima in princip. ff. de coniugen. cum emancipa. libe. quod hodie ille titulus eſt correctus, ex quo correcta eſt ratio originalis per ſublationem differẽtiæ inter ſuos & emancipatos, licet

igitur

igitur olim pater neceſſario cogebatur nepotem ex filio emancipato inſtituere hæredem, uel exhæredare: hodie tamen non cogitur, cum ratio legis antiquæ: ſit correcta: quoniam ſublata eſt hodie differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis, §. nullam, in Authen. de hæreditate, ab inteſta. colla. nona, Hinc etiam eſt, quod licet olim †cognati
9 non uocabantur ad tutelam ea ratione, quia non uocabantur ad ſucceſſionem: hodie tamen correcta dicta ratione uocantur ad tutelam ſicut ad ſucceſſionem, d. l. 1. cum ſua ſingulari gloſ. & §. ex hic autem, in Auth. de hæredi. ab inteſta. uenientibus, colla. 9. & Auth. ſicut hæreditas, C. de legiti. tuto. Hinc etiam eſt, quod licet olim frater non erat legitimus tutor fratris emancipati ea ratione, quia non uocabatur ad ſucceſſionem eius propter ius agnationis perditum per capitis diminutionem, ſed erat fiduciarius tutor, quia lex de eo confidebat ut habetur Inſtitu. de fiducia. tute. & ibi Ioan. Fabri notat: hodie tamen eſt legitimus tutor, quia hodie etiam ſuccedit fratri emancipato, ut eſt textus in lege penul. & ibi Salycetus, notat, C. de legitimis tutori. Hinc etiam eſt, quod licet olim nothi, quos uulgi baſtardos uocant non habebant legitimos tutores, lege fina. C. quando mulier tutelæ officio fungi poteſt, hodie tamen habent coniunctos ex latere matris, propter ſublatam differentiam agnationis & cognationis in tutelis. Ita notabiliter dicit Bald. in dicta lege, fin. quam legit cum lege, prima & 2. eiuſdē tit. Hinc etiam dici poteſt quod ex quo hodie pater & frater utrinque coniunctus ſuccedunt defuncto æqualiter in hæreditate, ut eſt textus, in Auth. defuncto, C. ad Tertul. & in corpore unde ſumitur, hodie etiam pariter uocabuntur ad tutelam; & per hoc faciunt notata per Saly. in Authen. matri & auiæ, in 8. q. poſt medium, C. quando mulier tute. offi. fungi poteſt. Hinc etiam eſt, quod
10 cognati †hodie ſuccedunt uſque ad decimum gradum, ſicut agnati. licet olim ſecus erat, ut eſt text. iuncta glo. in §. fi. Inſti. de ſucceſ. cogna. & not. glo. in Auth. in ſucceſſione, & ibi Salyc. C. de ſuis, & legiti. hære. & glo. in §. ſi uero neque, & ibi Barto. in Authen. de hæred. ab inteſt. uenien. colla. 9. & uult Nicolaus de Vbaldis in tractatu ſuo ſucceſſionum ab intellato, in 3. parte circa finem, quo nota. Hinc

etiam

etiam dicit ſingulariter Iaſon in l.2.in 5. colum. & ſeq. C. de bono.poſſeſſ.contra tabulas,poſt Ang.Lud.de Roma, & alios per eum relatos,quod filio præterito a matre ſine cauſa, datur bonorum poſſeſſio contra tabulas matris de iure prætorio,ſicut ipſi competit ius dicendi nullum de iure ciuili,& mouetur inter alia per dictam theoricam, Correcta ratione legis neceſſario corrigitur lex: vt ibi latius per eũ. De hoc tamẽ quia articulus eſt quotidianus, ſubtilis,& dubius,vide latius ibidem per Alexan.& modernos, & per Alciatum lib.paradoxorum 4.cap.12.& per Io.de Imo.in repetitione l.filio præterito,in 26.colum.ff.de iniuſto rup. irrito ve teſta.Secundo caſu quando ſcilicet ex extentione fienda & identitate vel maioritate rationis ſequeretur correctio in alio caſu,ſub diſtingue:quia † aut maioritatis ratio 11
nis ſurgit ex vi regulæ cui licet,de regul.iur.lib.6.& l.non debet cui ff.eodem titulo, aut ſurgit aliunde. Primo caſu extenſio eſt permiſſa,vnde ſi ſtatutum vel ex noua permittat indiſtincte marito occidere adulterium,contra l. nec in ea,in fine.ff.ad legem Iulianam de adul. extendetur etiam ad vulnerantem:Ita notabiliter dicit Anto.de Butrio in repetitione c.fi.in prima fallentia, de conſuc. & bene faciunt notata per Bar.in d.l.nec in ea. §. ius occidendi, & notata per eundem in l.relegatorum.§.interdicere,& §.ſequen.ff. de interdict.& relega.& notata per Cyn.in l.1.circa finem, C.quę ſit longa conſue. & ratio illius eſt,quia talis extẽſio ſurgit ex vi regulę antiquæ, & ſic potius dicitur extenſio paſſiua authoritate legis,quam extẽſio actiua hominis,quę extenſio paſſiua ſemper eſt permiſſa, ſecundum Ioannem de Imol.in dicta l. ſi vero.§.de viro,in 5.colum.& vult Bar. in repetitione d.l. omnes populi in 46.quæſt.principalis,& Anton.de Butrio in repetitione d.c.fi.poſt decimam quintam fallentiam,vbi hoc declarant per exempla,& Salyce.in repetitione d.l.2. C. de noxa. actio.& facit l. ſi quis ſeruo, cum ibi notatis per gloſ.Bald.& Ange. C. de furtis:faciunt etiam notata per Bart.in lege ſecunda.ff.de legat. primo & notata per eundem in l.1.§.lex Falcid.ff.ad leg.Falcid.Ad- 12
uertte tamen ne decipiaris,quia dicta † regula,cui licet fallit in quatuor notabilis caſibus, qui pro præſenti occcurrunt,Primo enim fallit in decreto iudicis,tex.eſt ſingularis

in l.ſi

in l. ſi pupilloruin. §. ſi prætor. ff. de reb. eorum, quem text. ad hoc ponderat Ludo. de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 218. & Iaſon in lege in actionibus. ff. de in litem iuran. & ratio iſtius ponitur per gloſ. in d. l. non debet cui nam ex quo in decreto iudicis requiritur cauſæ cognitio, l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. non venit in decreto iudicis id, ſuper quo cauſæ cognitio non præceſſit. Secundo fallit d. regula in facultate diſpenſandi in certo caſu, non tamen debet huiuſmodi facultas extendi ad cauſam ſimilem, vel habentem maiorem rationem, ex quo materia deuiat a iure communi: Ita notabiliter dicit Federicus de Senis in conſilio decimo quarto incipiente, monachus Peruſinus, & Ioannes Andreas in regula, quæ a iure, de regulis iuris libro ſexto & lege quod vero contra. ff. de legibus. Tertio fallit dicta regula, quando ratio per quam mihi licet quod eſt plus, non concurrit in eo quod videtur eſſe minus: ita dicit gl. ſingularis in cap. ſi. ſuper verbo ad parem, de tranſla. præla. quam ad hoc ponderat Ludouic. de Roma. in conſilio ſuo 436. in fine: quandoque enim id quod minus videtur, eſt in veritate maius eo, reſpectu quo ius plus illi reſiſtit ex cauſa: vt declarat gloſ. notabilis in clemen. 2. ſuper verbo defenſor, de reb. eccle. non alienan. Quarto fallit d. regula in mandato de prouidendo alicui de beneficio certi valoris aut ſimili, cuius fines diligenter ſunt ſeruandi, c. cui de non ſacerdotali, de præben. lib. ſexto iuncta lege diligenter. ff. mandati, & c. cum in illis. §. cum autem, de præbend. libro ſexto & ibi hoc notat. Andr. in nouella, & poſt eum Domini. & Philip. Francus: quod nota pro declaratione dictę regulæ, cui licet. Hoc tamen volo te ſcire, & memoriæ commendare, quod † actus contiguus vel vicinus 13
mandato non dicitur contra nec præter mandatum: Ita ſingulariter dicit Hoſtien. quem alii ſequuntur in cap. cauſam quæ, & ibi latiſſime hoc declaratur per Felyn. de re iudic. & habetur etiam de hoc per Iaſonem in lege ſi procurator, C. de procurat. & eſt bonus textus in lege iam tamen. §. in hac ſtipulatione hoc tractatur, in fine. ff. iudica. ſolui. quod tenementi, quia eſt vtile ſeruiens ad multa, vt videre poteris per Felin. in dicto c. cauſam quæ. Aduerte tamen, quia in bello eſt ſpeciale, vt præciſe debeat obedire ſuperiori, vt

de qui

de qui rem a duce prohibitam fecit,aut mandata non ser-
uauit , capite punitur, etiam si res bene cesserit tex.est sin
gularis in lege tertia.§.in bello. ff. de re milita. de qua re
extant egregia exempla apud Valerium Maximum libro
2.capite 2.cui titulus,de disciplina militari. Illud etiam te
nolo ignorare,quod quando in commissione hominis expri
mitur id quod a iure communi inest , si a iure non datur
pro forma,non inducit ex commissione nouam formam:Ita
singulariter dicit & magistraliter declarat Felin. in dicto c.
causam quæ,in 4.colum.quod tene menti,quia potest quo
14 tidie vsuuenire in praxi. Secundo casu , quando † maiori-
tas rationis surgit aliunde,quam ex vi dictæ regulæ, cui li-
cet,tunc idem est dicendum , sicut quando solum subest
identitas : rationis & isto casu pro regula tenendum est ,
quod in legibus vel canonibus correctoriis non est licita ex
tentio,etiam ex maioritate rationis : textus est iuncta glos.
quę ponitur quotidianum exemplum in Authentica quas
actiones,in versicu.an idem in ciuitate,C. de sacrosanct. ec
cle.& ibi habetur per Bar.Bald. & docto & est bonus text.
in l.illam,& ibi hoc notant Bald.Paul.de Cast. Alex. & do-
cto.C.de collatio.& pro hac regula facit l.sancimus , C.de
testa.& l.præcipimus,in fine,& ibi hoc firmat Bar. C.de ap
pellatio.pro isto etiam facit text.in dicta lege si vero. §.de
viro,secundum communem intellectum.& est text. melior
de iure in Auth.de administrantibus in sacris appella.in fi-
ne,colla,3 & ibi glo.expresse ad hoc notat illum text. istud
etiam est de mente glos.in d.l.tam is §. 1. istud etiam fir-
mat Barto. & post eum docto.in l.si constante in 9.q.primæ
partis principalis,vbi egregie ad modum loquitur.ff. solut.
matrimo.& Io.And.in regula odia,de reg.iur.lib.6.in Mer
curia.istud etiam vult glo.in c.idemnitatibus. §.cæterum,
super verbo confirmetur,in fine , de elect.lib.6.& Paul. de
Castr.in l.neque leges.ff.de legib. & Salycet. in d. repeti-
tione l.2.& hinc glo.in l.damni infecti stipulatio competit
in §.si is qui vnis.ff.de damno infecto, alludens ad carmen
Horatii in arte Poetica dicit, si cœna potest duci sine cor-
rectione dicatur,cuius etiam meminit Paulus de Castro
in dicta lege præcipimus,& Hostien.& Ioan.& And.in ca.
ex parte,de sponsalibus:iura enim sunt iuribus concordan

da l.

Digitized by Google

da l.vnica,C.de inoffic. dotib. & c. cum expediat,de elect. libr. 6. & lex noua correctoria in ſuis propriis terminis eſt ſeruanda,vt vult glo.ſingularis in d.Authen. quas actiones in verſiculo,an idem in ciuitate,quam approbat ibi Bartol. & communiter doctores,etiam ſi loquatur generaliter: niſi conſtet,quod corrigere velit in caſu de quo eſt quæſtio:vt
15 dixi ſatis ample ſupra loco proximo,vbi vide. Sicut† enim per repetitiones, ſubauditiones, aut tacitos intellectus, non inducitur correctio legis vel canonis,vt eſt gloſ. ſingularis approbata per docto.in capitulo cupientes. §. quod ſi per viginti,in verbo petere de elect.libro ſexto nec per argumentum a contrario ſenſu, vt dicam infra in loco a contrario ſenſu, nec per dictionem taxatiuam tantum, ſolum, vel ſimilem,vt eſt text.iuncta gloſ.in l.ob æs, C.de prædijs mino.& vult Bart.in leg.tertia.§. cum Titio.ff.de adimen. lega.& notata per gloſ.Bald.Salycet.Iaſon,& docto. in l. 1. C.de bono.poſſeſſ.contra tabulas,& per gloſ. & Salycet. in dict.Authentica matri & auiæ,in 4. column. nec per clau-
16 ſulam † non obſtante quacunque alia l. vt eſt text. iuncta ſua ſingulari glo.in d. Authentic. de hæredi. ab inteſta.ue-niẽtibus,in principio,& dixi ſupra loco proximo: Ita etiam non debet induci correctio vel fieri extenſio in correctoriis ad alium caſum ex maioritate rationis: quia per neutrũ horum modorum poteſt dici expreſſe conſtare de mente diſponentis,quod velit corrigere, quod tamen requiritur ad hoc, vt inducatur correctio: cum hoc ſit proprium munus legislatoris inducere correctionem,argu. l. finali,C.de legib.& c.inter alia de ſenten.excommunic.quando autem de voluntate legislatoris corrigere volentis expreſſe conſtat,ſatis eſt: nec eſt neceſſe, quod in lege noua corrigente expreſſe fiat mentio de lege antiqua: licet quandoque ad cautelam de illa fiat mentio,cap.1.cum ibi notatis, de conſtitut.lib.6.& c.contra Chriſtianos,de hæreti.eod.lib.& faciunt notata per Barto.in repetitione d.l.omnes populi, & hanc concluſionem firmat Ioan.de Imo.in d.l.ſi vero. § de viro,in 5.& 6.colum.quod vt melius intelligas,vltrá exemplum poſitum per gloſ.in d.Authen. quas actiones,ſubiicio tria alia quotidiana exempla. Primũ eſt,pro homicidio per ſtatutum imponitur pœna pecuniaria,& corrigitur lex quæ

imponit

Digitized by Google

imponit pœna corporalem,l.3.C.de epiſco.au dien.ibi,homicida quod facit, ſemper expectet: quæritur an in alio crimine minori homicidio, pro quo de iure imponitur pœna corporalis,licet ſit maior ratio minuendi pœnam, in minori delicto cenſeatur correcta lex: & concluditur q̃ non Ita tenet Cy.in d.l.1.circa finem,C.quæ ſit longa conſue. & Ioan.de Imo.in d.§.de viro,in 9.colum.& docto.ſæpe alibi. Secundum exemplum eſt,ſtatuto cauetur,quod extante patruo,non ſuccedat mater ab inteſtato: pene modò q̃ non extat patruus,ſed amita,quæ eſt in eodem gradu cum patruo:an illa excludat matrem,& dicendum eſt quod non: quia ſtatutum loquens de patruo,non eſt extendendum ad amitam:quia ex tali extenſione ſequeretur correctio iuris, puta d.Auth.defuncto,Tertium exemplum eſt, ſtante eodem ſtatuto,pone q̃ non ſtat patruus,ſed extat frater conſanguineus ex latere patris,q̃ eſt agnatus & in patiori gradu quam patruus,quia ipſe frater attinet defuncto in ſecundo gradu, & patruus in tertio de iure ciuili:an talis frater conſanguineus excludet matrem ex forma dicti ſtatuti? & uidetur q̃ ſic?ne ſit melioris cõditionis patruus qui eſt frater patris defuncti,quam frater ſuus proprius.Contrarium tamen eſt verum,quia per identitatem uel maioritatem rationis nõ debet fieri extenſio ad legis correctionem,ſed ex huiuſmodi extenſione inducereturcorrectio dicta Authẽ: defuncto:Ergo huiuſmodi ſtatutum loquens in patruo nõ debet extendi ad fratrem , per ſupra dicta , & ita expreſſe vult Paul. de Caſt.& alij docto.in dicta.l.illam,& ſequitur Alexan.de Imol.in conſilio ſuo 45.ſeptimi volum.incipiente,habita:item potes uidere aliud notabile exemplum per Raphaelem Cum.in conſilio ſuo 154.incipiẽte,uiſis: quod vt clarius intelligas uide Salyce.in l.quamuis 2. C. ad leg. 17 Iuli.de adulte.Nec præmiſſis†obſtat l.non poſſunt,cum l. ſeq.ff.de legib. ubi habetur, quod leges ex identitate rationis trahuntur in argumentum , & proceditur de ſimilibus ad ſimilia: quia illud eſt uerum, quando per hoc non ueniremus contra aliam legem ſcriptam,& ſic ad correctionem legis,alias ſecus per ſupradicta. Ita notabiliter uult Barto.in l.non dubium,in 2.colum.C.de legib.& Bal.in c. inter cęteras,de reſcrip.& Panor.in c.trãslato,circa finem,

de con

de constitu.& Ioan.de Imo.in d.§.de viro: quod nota. Sed
18 ista regula sit declarata fallit in multis casib. Primo† enim fallit,quando ratio est scripta in lege vel canone corrigente quia tunc licita est extensio ex maioritate rationis.Ita notabiliter vult Bald. in dicta Auth.quas actiones,in 2 columna per l.his solis,in illis verbis, satis tacitè tantũ putamus, C.de reuocand.dona.& bene facit l.emptor, in fine,ibi, ea ratione reddita.ff.de rei vendica.& l.in fideicommissi.§.cũ Pollidius,ibi,idq; sibi mater ideo placuisse testamẽto comprehendisset,& c.ff.de vsuris,& est tex.cum glos.quæ consueuit computari singularis in dicta cle.1.in verbo eligatur in verficulo sed nunquid de electione, & illam glos. sequitur Ioan. de Fantusijs , prout ibi referunt Anton.de Butrio & Ioan.de Imol.& idem Ioan. de Imol.in dicta l.si vero.§.de viro,in 7.columna,& ratio istius est, quia vbi ratio est expresse in lege vel canone corrigente,tunc non dicitur proprie extensio hominis, sed lex ipsa dicitur loqui: ratio
19 †enim legis & mens legis idem esse videntur : nam ex ratione legis colligitur mens legis,l. cum mulieri. & ibi Raphael Cumanus,Ioan.de Imol. Paul. de Cast. & doct. notant.ff.solu.matri.& est bonus tex,iuncta glo .in l.nominis & rei.§.verbum ex legibus ff.de verb.signi. & dixi latè supra loco proximo: quod autem licita est extensio in correctorijs ex maioritate rationis , quando ratio est expressa in lege vel canone corrigente,tenet etiam Paul.de Cast. in l. quamuis,in fine,C.de fideicom.& idem Paul.de Cast.in d. l si vero.§. de viro,& Panormi.in dicto c.fina. de rescrip.& idem Panor.in c.nihil,de elect.& Iason in d.Authen. quas actiones,& idem Iason in l.de quibus.in 5.colum. ff. de legib.vbi per hoc decidit notabilem q. quam vide per te ; & idem vult Alex.de Imo.in consilio suo 17.tertij voluminis, incipiente , ponderatis his quæ in themate narrantur, &c,
20 vbi per hoc singulariter dicit,†quod c.cum esses, de testa. quod venit ad correctionem iuris ciuilis requirentis in testamento septem testes,extenditur ad casum illum quãdo conditum est testamentum in terris ecclesiæ coram quatuor testibus absq; presbytero parochiali: ex quo ratio scripta in dicto cap. cum esses, scilicet , quod in ore duorum vel trium stat omne verbum , ita bene militat in vno casu,

ſu,ſicut in alio:& hoc etiam eſt de mente Specu.in titu.de inſtru.editio.in §.compendiosè,in verſic.item per ius canonicũ, quod eſt ſingulariter notandum:Et notanter dixi, in terris eccleſiæ , quia in terris imperij ius ciuile manet incorrectum:vt volunt Ioan.And.Cardinal. Petr.de Ancho. & Ioan. de Imola , qui cæteri clarius & perfectius loquitur dicto cap.cum eſſes & hoc tene quicquid dicat Saly.in l.1.C.de ſacroſan. eccle. Debet ergo intelligi regula ante tacta , q̃ non fiat correctio legis a tacita uel coniecturata ratione quæ colligitur ex verbis legis nouæ:ſed bene ab expreſſa vel ſcripta in lege vel canone, ſecundum Bal. Paul. de Caſt.& docto.in dicta Authen. quas actiones. Et licet plures docto.non recipiant iſtam fallentiam,ſed aliqui ſimpliciter teneant regulam ſupra tactam , q̃ in correctorijs non eſt licita extenſio etiam ex maioritate rationis:Alij autem diſtinguant,vt Ioan.de Imo.in d.l.ſi verò,§.de viro,in 7.col.& idem Ioan.de Imo.in dicta clem.1.ſuper glo.in verbo eligantur,& docto.ſæpe alibi.Suſtinendo tamen hanc fallentiam,primo ampliabo eam,deinde dabo aliquas declarationes ad eam ex mente & ſcriptis gloſarum & docto. Am-
21 pliatur enim,quia quando†vnica tantum ratio poteſt aſſignari,etiam ſi non ſit expreſſa in lege,tunc illa habetur pro expreſſa:gloſa eſt ſingularis in dicta lege quamuis, & ibi expreſſe hoc volunt Bald.& Paul.de Caſtr.& idem Bald. in l. maximum,vitium, vbi per hoc decidit quotidianam q. C. de libe. præte. & Paul. de Caſtro in conſilio ſuo 338.incipiente,præſens caſus,& idem Pau.de Caſt.in conſilio 352. incipiente,viſa quædam ſecuritate,in antiquis, & Bald. & Ioan.de Imola in l.final.ff.de hæredibus inſtituendis,& facit quod notat glo.reputata ſingularis in lege,tale pactum, §.finali,ff.de pactis; & hoc caſu etiam licita eſt extenſio ab huiuſmodi unica ratione coniecturata. Ita ſingulariter volunt Paul. de Caſtro,& Raphael Cumanus in dicta l. ſi verò,§.de viro, & Alexand. de Imola in conſilio 50. ſecundi voluminis,incipiente viſis actis cauſæ, & idem Alex. in d.l. ſi conſtante,& Iaſon in dicta auth.quas actiones,& Pau.de Caſtro in dictis conſilijs,& Felyn.in dicto cap.translato,circa finem,& Io.Bapti.in dicta repetitione l.omnes populi,in materia interpretationis extẽſiuæ in 16.fallentia,& Lãfran

cus

Digitized by Googl

cus in d.repetitione l.si vero, §.de viro, in 14.conclusione interpretationis extensiuæ,& docto.frequenter alibi. De-
22 bet ergo intelligi regula antedicta,q; † in correctorijs non licet arguere etiam a maioritate rationis,quando ratio nõ est scripta in lege vel canone,& plures coniecturari possunt secus,si ratio sit scripta in lege vel canone,aut una tantum coniecturari potest per supradicta:quibus etiam consonant notata per Cyn.post Petr.in dicta lege non dubium,ubi habetur,quod quando ratio non est expressa in l.debemus cõiecturare per similia rationem naturalem,quæ mouere potuit legislatorem:nam sine ratione non fuit motus,cum sine ratione non sit lex,c.erit autem lex,4.distinctio.& secũdum illam rationem coniecturatam possumus extendere & restringere legem etiam odiosam,secundum eum ibidem, quem refert & sequitur Panormitan. in c. ad audientiam, de decimis & in dicto c.fina.de rescrip.& in d.c.nihil. Sed
23 hic cadit pulchra dubitatio:quid si una† partium dicat,q; non posset assignari nisi una ratio , alia autem pars dicit, quòd imo possunt assignari plures:quid præsumetur in dubio?& certe in dubio non debet præsumi, quòd unica tantum ratio posset reddi,& sic sit licita extensio:imò præsumi debet oppositum.Ita singulariter dicit Salycet. in d.repetitione l.2.ubi ponit hanc materiam interpretationis extensiuæ : & hoc dictum refert & sequitur Alex.de Imol.in d.l.si constante,& Iason in dicta Auth. quas actiones: arbitror tamẽ id plurimum in arbitrio iudicis consistere. quid enim si una tantum probabilis sit,ut in statuto filiam dotata tam a successione paterna excludente:nam intelligere debemus, statutum nedũ loqui de ea quæ marito coniuncta est & dotem recepit,sed etiam de ea cui pater in testamento dotem assignauit,ut illa etiam excludatur fauore agnationis,q; sola uidetur fuisse ,pbabilis rõ dicta statuti, arg.§. cæterum,Instit.de legit.agna.succes.& ita decidit Bar.in l. Titio centum,§. Titio genero,ff.de condi.& demon.& Bal. in l.nõ sine,C.de bonis q̃ lib.& seq;tur simpliciter Io. Bap. de sancto Seuerino in repetitione d.l.oẽs populi,in 120.colum.in ver.24.dicit statutum,de hoc tamen articulo quotidiano vide latius per Geor.Nattam in repetitione c.quam
24 uis, de pact.lib.6.in 31.colum.Sed danda † nunc est decla-

ratio ad d. fallentiam ſic ampliatam, primo vt intelligatur quando lex eſt correctoria tantum ſecus, ſi ſit correctoria & pænalis ſimul: tunc enim etiam ſi ratio ſit ſcripta in lege vel canone non eſt licita extenſio glo. eſt ſingularis iuncto tex. in clem. 2. in verbo in eiſdem, de æta. & qualita. ordin. quam ad hoc ponderat Lud. de Roma in conſilio 129. incipiente, licet magna apud me fuerit dubitatio. & Alex. in d. l. ſi conſtante, & Dominic. & Philip. Franc. in c. 1. de tempo. ordin. lib. 6. & Iaſon in dicta Authent. quas actiones, & Anto. de Butr. in repetitione d. c. finali, de conſuet. in 1. fallentia & iſte eſt verus intellectus d. gloſ. ſingularis quæ etiam hoc modo ſeipſam declarat, circa finem: licet Ioan. de Imol. in d. l. ſi vero. §. de viro, in 8. colum. det alium intellectum ad eam, qui etiam verus eſt in ſe. Secundo intellige d. fallentiam ſic ampliatam, quando lex correctoria non loquitur taxatiue, vel per dictionem taxatiuam: quia ſi loqueretur taxatiue, non fieret extenſio, etiam ſi haberet rationē expreſſam. Ita notabiliter dicunt Bald & Iaſon in d. Auth. quas actiones, poſt Guliel. de Cuneo, & Cyn. in additio. ibi
25 dem. Dictio † enim taxatiua negationem inducit, & ergo vbi illa ponitur in lege correctoria vel exorbitante odioſa non fit extenſio: ita notabiliter dicit Philip. Francus in cap. conſtitutione de regularibus lib. 6. & multo fortius non fit extenſio, quando illa eſt expreſſe prohibita, vt eſt text. in dicto cap. conſtitutionem, iuncto cap. non ſolum, eodem titulo, & libros cum ibi notatis per glōſam & doctores. Tertio intellige hoc ſane, quando ratio expreſſa in lege vel canone corrigente eſt finalis: ſecus ſi eſt impulſiua. Ita notabiliter dicit Matthæus Matteſſelanus in d. ſuo libello extē
26 ſionum. Et dicitur † cauſa vel ratio impulſiua, quando deciſio legis eſt magis generalis quam ſit ratio: tunc enim, quia ratio generaliter non militat, patet rationem eſſe impulſiuam, & non finalem, exemplum patet in d. l. 1. §. ſexum & quando vero ratio eſt generalior deficiente, vel æque generalis: tunc dicitur finalis, & non impulſiua. Ita notabiliter declarat Bal. in l. generaliter, in 3. colum. C. de epiſc. & cle. & Bart. in extrauaganti, ad reprimendum, in verbo, nec ex eorum abſentia: & commemorat Iaſ. in d. Auth. quas actiones, & facit quod habetur per Barto. & Io. de Imol. in d. l. 2.

in

in §.fin.ff.de donatio. Quarto iſtud intellige,niſi alia ratio non ſcripta in lege vel canone ſuaderet extenſionem non debere fieri:ex hoc enim deprehenditur, quod in caſu non expreſſo non militat omnino eadem ratio, quæ in caſu expreſſo tex.eſt cum ſua ſingulari gl.in c.conſtitutio, de elec. lib.6.& ibi hoc notant Io.de Imol.Domini.& Philip.Franc. & idem Io.de Imo.in d.l.ſi vero.§.de viro, & Salyc.in c.repetitione leg.2.Quinto iſtud intellige quãdo caſus nõ expreſſus eſt ęque fauorabilibus ſecus ſi caſus non expreſſus non eſt æque fauorabilis:tunc enim non fit extentio , licet ratio ſit expreſſa in lege vel canone: glo. eſt ſingularis iuncto tex.in c.in fidei,hæreti.lib.6.& vult Io.de Imo. in d. §. de viro,& doct.ſępe alibi. Concluſiue ergo dico,ꝙ quando ratio eſt expreſſa in lege,quæ eſt correctoria tantum , non pænalis,nec loquens taxatiue,& quando illa ratio eſt finalis,nec reperitur alia rõ non ſcripta,quæ ſuadet cõſtitutionẽ non intelligi generaliter,ut ſonat rõ ſcripta in lege , vel qñ vnica tantum ratio coniecturari poteſt, & quando caſus non expreſſus eſt æque fauorabilis cum expreſſo,tunc licite arguitur a maioritate rationis etiam ad correctionẽ alterius legis alioqui autem ſecus. Et hæc eſt prima fallentia ad dictam regulam,communiter approbata per docto.ut patet ex præmiſſis.Opinio tamen Io. de Imo. in d. §.de viro, & in d.clem.1.ſuper gl.in verbo eligatur,& in d. c. conſtitutio,per quam videntur concordari poſſe opiniones,eſt multum probabilis & memoriæ commendanda. Secundo fallit d.regula,qñ duo caſus æquiparantur per legem antiquam in omnibus & per omnia in materia de qua agitur,nã tunc
27 † lex noua corrigens in uno ex purificatis, intelligitur etiã corrigere in alio: exempli gratia,regula iuris antiqui habet quod qui non poteſt teſtari non poteſt etiam codicillari,vt eſt tex.in l.2.ff.de leg.1.modo per legem nouam vel ſtatutũ,minor 20.annis non põt teſtari, vbi tñ per legem antiq̃ maior 14.annis poterat teſtari,l.qua ætat.ff. de teſt.cum ſimilibus,certe hæc lex noua corrigens in teſtamento,cenſebitur ẽt corrigere in codicillis,& ſic minor 20.annis in loco vbi viget illa lex noua vel ſtatutũ,nõ poterit codicillari.Ita notabiliter dicit Bar.& poſt eum alii in d.l.2.ff.de leg. 1.& Ant.de Butr.in repetit.d.c.ſi. de conſuet.in 3.fallentia,pro

quo etiam est glo.iuncto tex.in c.si postquam.§.1.& §.fi.de elec.lib.6.& glo.iuncto tex.in d.l.si quis seruo,& ibi Bald. si Ange.notant,& gl.in d l.quod vero contra,in fine & licet glo.in d.c.si post quam,loquatur in pænalibus, & aliæ duæ glo.loquantur in exorbitantibus & non in correctoriis: tamen quod idem est in correctoriis:tenet Bar. & docto.in l. Marcellus,in principio.ff.ad Trebell.& idem Bart.Cyn. Sa lycet.& docto.in Authen.sed cum testator,C.ad leg.Falci. & idem Bart.in d.l.2.ff.de leg.1.& ibi plene per Alexan.de Imol.nec mirum,quia hæc est interpretatio passiua,quæ fit vi regulę iuris antiqui,quæ semper est licita: ut dixi supra, & dicam latius infra,& hoc vult Anton.de Butrio in repetitione d.cap.fina.in 3.fallentia,& Ioan.Baptista in d.l.omnes populi,in 1.fallentia:& Lanfrancus in repetitione d.l.si vero.§.de viro,in 5.conclusione,quam ponit in materia interpretationis extensiuæ. Hanc tamen fallentiam non admittit Ioan.de Imola in d.leg.si vero.§.de viro,in 8. colum. quando fieret extensio ad aliam personam, per notata in dicta Authentic. quas actiones, iuncta l.fin.eam tamen admittit, quando fieret extensio solum inter easdem personas,& omnino eadem subesset ratio,vel maior:per gl.quam reputat singularem in Authent.& eo non obseruato, C.de testam.iuncta leg.iubemus,eod.titul.quem vide.Tertio fal
28 lit d.regula in correlatiuis, quia lex † noua corrigens in vno correlatiuorum,puta in vxore, extéditur ut etiam corrigat in alio,& sic in marito tex.est notab.in l. fi. & ibi hoc notat Bart.Angel.Iason,& alii,C.de indic.uidui.& Bald.& Pau.de Castr.in d.Authent.quas actiones,& Petr.de Ancho.in d.repetit.c.canonum statuta.in 6.q.principali,& Io. de Imo.in d §.de viro,in 8.colum.& Ioan.Baptista in repe. d.l.omnes populi,in 9.fallentia,& Lanfrancus in repetitio. d.leg.si vero.§. de viro,in tertia,conclusione interpretationis extensiuæ,& Anton.de Butrio in repetitione d.capi.fin. in 2.fallentia,& doct.aliis sæpe locis. Hinc etiam uidemus, quod lex corrigens in actore extenditur ut etiam corrigat in reo,vt est glo.in l.per interuallum.ff.de iudiciis, & gl. in Auth.qui semel in verbo triginta dierũ,& ibi doct.C.quomodo & quando iudex:quod intellige verũ, quando eadẽ est ratio in vtroque,vt in dictis iuribus,alias secus, ut in l.

curato-

curatorem,cum ibi notatis per glo.Cyn.& doct.C.de inter dicto matrimonio & in l.fi.& ibi Saly.C.de rescind. vendit. & vult Io.de Imo.ibi supra:de quo vide quod dixi latius supra in loco a correlatiuis.Quarto fallit dicta regula, quando lex ‡noua corrigens reduceret nos ad ius antiquum cõ suetum,quia cum res de facili redeat ad naturam suam, l. si vnus.§. pactus ne peteret. ff.de pactis,& cap.ab exordio, 35.distinct.materia censetur fauorabilis , & sic extenditur quamuis correctoria,glos.est singularis in cap. statutum,in verbo numerandum,de prębend.lib. 6. quam ad hoc notat & ponderat Alexan.in d.l.si constante,& Iason in d. Auth. quas actiones,& idem Iason in d.§.pactus ne peteret: illam glos.etiam reputat singularem Felynus in cap.cum accessis sent,in 2.colum.de constitutio.& idem volunt Ioan.Andr. Anton.de Butrio,& Panorm.in c.olim tibi,per illum tex.secundum vnum intellectum,de verb.signif. quod tene menti. Quinto fallit dicta regula,quando resultaret absurditas, nisi in correctoriis fieret extensio: tunc † enim fit extensio ad vitandum absurditatem,glo.est singularis in clem.fin.de rescrip.inquantum glo.ibi extendit id , quod ibi dicitur de habente literas Papæ ad habentem literas legati : nam absurdum esset dicere,quod habens literas legati plus consequeretur,quam habens literas Papæ in eadem forma , cum econtra esse debeat,c.hi qui,& c.si pluribus,de præben.lib. 6. & ita notabiliter vult Ioan. de Imol. in d. l si vero.§.de viro,in 6.colum.& Bartol.in l.si quæsitum.ff.de testib.& dixi supra in loco ab absurdo . Sexto fallit dicta regula , vbi agitur de salute animæ : nam tunc dispositio etiam correctiua censetur fauorabilis, & extenditur ex maioritate rationis , licet sit prejudicialis in rebus,ita singulariter dicit Bartol.& communiter doctores in d.constitutione sacramẽta puberum,& vult Philippus Francus,in d.cap. 1.de tempor.ordin.lib.6.in versiculo,quarto limita, & idem Philippus Francus in cap.sciant cuncti,de electio.eod.lib. & Alexand.de Imol.in l.4.§.Cato,in 6.colum.ff.de verbor. oblig. vbi pro hoc allegat glos. notabilem in l. omnes 2. in verbo apostolica,C.de feriis,quæ singulariter vult,quod feriæ cõtra ius inductæ in festis apostolorum, ex maioritate rationis extenduntur ad diem Beatę Mariæ Virginis, & idẽ vult

Anton.de Butrio in repetitione d.c.fi.de consuet. in 1. fallentia,& Domini.in d.c.1.in 1.fallentia & idem Domini. in d.c.pro humani.§.fin.in 1.colum.& Felyn.in d. c.translatio, vbi dixit hoc seruire ad multa,& Ioan.Baptista in repetitione d.l.omnes populi,in 8.fallentia,& Ludouicus de Roma in aurea sua repetitione Auth.similiter, in 19. speciali piæ causæ,circa vltimas voluntates,C.ad leg.Falcid. Et multo fortius vbi tractatur de salute animæ sit extensio iuris pœnalis,vt est gl.notabilis in d.c.sciant cuncti,& vult Io.And. in c.ex tenore,qui filij sunt legitimi, quem sequuntur ibidem Panorm.& Præpos.& idem Panorm.in c.quæsiuit,de diuortiis,& idem Panor.in c.quintauallis,in 14.column.de iureiur.& Domini.in d. c.pro humani §. fin. Septimo fallit
31 dicta regula, quando lex † vel constitutio alias esset illusoria, & nullum sortiretur effectum si non extenderetur: Ita notabiliter vult Iason in d.Authen.quas actiones, post Ioan. de Anania in rubrica de apostatis, qui mouetur per duas glo.quarum una est in clem.1.in verbo sepelire, in fine,de sepulturis alia est in c. quanquam, in fine,de vsuris lib.6.sed illæ glosæ non plus probant,q̃ quod cõstitutio pænalis extenditur ex identitate vel maioritate rationis, qui non est casus noster, vbi tractamus de extensione fienda in correctoriis.Ratio tamen dictarum glosarum æque militat in correctoriis,sicut in pænalibus, & bene facit c. si ciuitas in ratione sui,de sentent. excommun. lib. 6.& c.commissa. §.1.de elect.eod.lib.& istud expresse firmat Fely.in d. cap. translato,circa finem,& sentit Lanfrancus in repetitione d. §.de viro,in 10.conclusione interpretationis extensiuæ, & Philippus Francus in d.c.1.in 18.fallentia,& Bartol. in d.l. non dubium,& in repetitione d.l.omnes populi, in penult. colum.& Anton.de Butrio in repetitione d.c. fi. in 10.fal-
32 lentia.Octauo fallit d.regula † quandó verba constitutionis correctoriæ,ex lata significatione vocabuli trahi possũt ad casum,in quo concurrit maioritatis rationis, nam tunc fit extensio exempli gratia, statutum vel lex noua excludit filiam a successione,extante filio masculo,contra d. l.maximum vicium,talis lex noua correctoria extenditur etiam ad neptum,vt sic ipsa excludatur, in qua est maior ratio exclusionis & quodãmodo filia dici potest,l .filii appellatione

l.iusta,

l.iuſta,& l. liberorum. ff. de verbor. ſignif. Ita ſingulariter vul▸Bald.in d.l.maximuu vicium,& idem Bald.& doctor. in l.2.C.de in ius vocand.& idem Bal.in d.l.quod vero contra,& idem Bald,Paul.de Caſtr. & docto.in d.l.ſi vero. §.de viro,& ibi Io.de Imo.ante finem, & Lanfrancus etiam ibidem in 2.concluſione interpretationis extenſiuæ, & Ioan. Baptiſta in repetitione d.l.omnes populi,in 7.fallentia, & Anton.de Butrio in repetitione d.c.fin. de conſuetudi. in
33 prima fallentia. Hoc tamen nolo te ignorare,quod in † diſpoſitione hominis non fit extenſio ad alium caſum, etiam ſi ſublata ſignificatione comprehendatur,c.ſina.de pręben. & cum in illis,eod.tit.lib.6.& c.ſuſceptum,de reſcrip.eod. lib.cum ſimilibus,& vult expreſſe Ioan.de Imol.in d. §.de viro,in octaua colum. & in d.cle.1.de elect.in multis enim aliter diſponitur in diſpoſitione hominis, quam in diſpoſitione legis, vt dixi late ſupra in loco a lege ad teſtatorem,
34 vbi vide. Nono fallit d.regula.quando † duo ſe habent ad inuicem gradatim,ita quod vnum mẽſuratur gradatim ab alio aliquo accidenti:nam tunc facta mutatione vel correctione,in uno,cenſetur etiam facta in alio, exempli gratia, licitum eſt donare certam quantitatem laico ſine inſinuatione,& licitum eſt donare maiorem quantitatem eccleſiæ ſine inſinuatione,ſi poſtea per ſtatutum vel legem nouam augmentetur quantitas in laico, cenſebitur etiam quantitas ampliata gradatim & proportionaliter in eccleſia.Ita dicit gloſ.notabilis,& poſt eam Guil.Cyn.Bart.& docto.in l. illud,C.de ſacro.eccl.& glo.in l.ſancimus.C.de donatio. & ſequitur Domini.in d.c.1.in 7.fallentia,& Lanfran. in repetitione d.§.de viro,in 8.cõcluſione interpretatis extenſiuæ & Ant.de Butrio in repetitione d.c.ſi.de conſuetu.in 7.fallentia.Item aliud exemplum ponitur in §.hinc datur intelligi,22.diſtinct.vbi habetur,quod ſi aliqua eccleſia conſueuit eſſe prima,& per legem nouam alia fit prima, illa quæ conſueuit eſſe prima remanet ſecunda,& illa quæ conſueuit eſſe ſecunda remanet tertia,& idem dici poteſt, quando in aliquo conſilio fit alteratio, ita quod vbi erat unum caput fiant duo vel tria capita,v[illegible]ieri uidi in conſilio Hollandiæ:nam ſecundum hoc in ſeſſionibus & aliis actibus cæteri ſe regulare debent. Hinc ẽt dicit gl.in cle.generalẽ, de

xta.& qualit.ordi.q̃ quia certum tempus determinarum eſt ordini ſubdiaconatus,& certum ordini præsbyteratus, facta immutatione in uno ex ordinibus,facta uidetur muta
35 tio & in alijs.Decimo fallit d.regula,†quando duo ſic ſe ha bent,quod unum venit acceſſorie ad aliud,vel menſuratur ad inſtar alterius:vt eſt publica honeſtas, q̃ veniebat olim acceſſoriè ad ſecundum & tertium genus affinitatis. Vnde ſublato hodie ſecundo & tertio genere affinitatis,cenſetur etiam ſublata publica honeſtas ex hoc deſcendens, tanquã acceſſoria,licet in lege noua correctoria vel diſpenſatione de publica honeſtate nõ fiat, mentio,vt eſt gloſ.notabilis in capitul.non debet,& ibi id bene declarat,& multum excla mat Panorm.de conſanguin.& affinit. Et uult Dominic.in d.capitul.1.in 5.fallentia, & Philip.Francus ibidem 9.fallentia,& Ioan. Baptiſta in repetitione d.l. omnes populi,in 12.fallentia,& Lantrancus in repetitione d.§,de viro, in 7. concluſione interpretationis extenſiuæ, & Anton. de Butrio in repetitione d.ca.fin.in 5.fallentia,Vndecimo fallit di
36 cta regula,quando duo ſic ſe habent,q̃† unum venit ad al terum conſecutiuè:tunc enim ſi fiat mutatio vel correctio in vno, hæc alteratio uel mutatio extenditur ad alterum. Ita notabiliter dicit Dominicus in d.ca.1.in 4.fallentia, & Ioan.Baptiſta in repetitione d.l.omnes populi,in 10.fallentia,& Lanfrancus in repetitione dicto,§. de viro, in 6.concluſione interpretationis extenſiuæ,& Anton.de Butrio in repetitione d.cap.fina.in 4.fallentia,& idem Anton.de Butrio,Panorm.& docto.in cap.cum in cunctis,in §.cum vero de electio.ubi dicũt, quod ſi electus in epiſcopum obtineat diſpenſationem a Papa,quod non teneatur accipere munus conſecrationis intra annum vel biennium, ubi de iure com muni deberet conſecrari intra tres menſes: in diſpenſatione autem nihil cauetur de retinendis prioribus beneficij, quæ de iure communi vacant poſt lapſum dictorum trium menſium,ut eſt tex.cum glo.in dicto §.cum vero:nihilomi nus tamen,quia vocatio beneficiorum electi ad epiſcopum uenit conſecutiuè ad cõſecrationem, diſpenſatio huiuſmo di extenditur, ut impediat etiam vocationem beneficiorum,ſiue huiuſmodi diſpenſatio ſit facta motu proprio,quo caſu non eſt dubium:ſiue etiam ſit facta ad inſtantiam electi,

Digitized by Googl

&i,ſecundum eos:quicquid dixerit ibi Io.And.& ratio huius eſt,quia licet diſpenſatio de ſe ſit ſtricti iuris,vt habetur in c.quod dilectio,de conſang.& affi.& in cap.1.& 2.de fil. præsby.lib.6.tamen ſe extendit ad conſecutiuum illius,ſuper quo eſt diſpenſatum,ut eſt glo.ſingularis in ca. quia in tantum,de præb.& ibi eam ualde notant Panor. & Ioan.de Imo.Neſcio tamen, an curia hoc ſeruaret, & credo q̃ non quia eſt contra commodum burſale.Hinc etiam eſt,q̃ licet epiſcopus in ſolennibus diebus,puta in natiuitate domini, epiphania,paſchate,& pentecoſte , debeat intereſſe diuinis in eccleſia ſua cathedrali,vt eſt tex.in ca. ſi quis in clero,7. q.1.alias punitur,vt ibi: Tamen ſi Papa ſecum diſpenſauit, vt poſſet habere plures epiſcopatus,cenſetur etiam diſpenſatum in conſecutiuis, vt ſcilicet ad id quod dictum eſt non cogatur:vt eſt glo.ſingularis in dicto capitulo ſi quis in clero,ſuper uerbo ſolennibus: dummodo tamen in aliquo eorum reſideat,vt ibi dicit Archid.Hinc etiam eſt,quod ſi Papa diſpenſet,ut quis poſſit habere & licitè retinere duo beneficia curata,licet nihil dicatur in diſpenſatione de reſidẽtia, per talem tamen diſpenſationem uidetur conſecutiuè diſpenſatum, ut non teneatur in utroque reſidere ſed reſidendo in altero vel viciſſim in ambobus ſatisfaciet ita dicit glo.ſingularis in c.non poteſt.§.illud,ſuper verbo retinere, de præben.lib.6. & ibi late de hoc per Domini.Philip.Francum,& alios,& per Panor.in repetitione cap.extirpandæ.§. qui verò,de præben. Duodecimò fallit d. regula , quando

37 † caſus qui extenditur comprehenditur ſub expreſſo ſecũdum communem uſum loquendi,licet non ex propria ſignificatione uocabuli:Ita notabiliter dicit Ioannes de Imo. in repetitione dicto.§.de viro,in 8.col.& ſequitur Philip. Frãcus in d.c.primo in 14.fallentia,per id quod legitur & notatur in l.librorum.§.quod tamen Caſſius.ff.de lega.tertio & in lege cum de Labonis.§.aſinam.ff.de fundo inſtruc. & in l. Labeo.ff.de ſupel.lega. & in d.l.non dubium, in d.l.omnes populi,maximè per Bar.& per Pau.de Caſt.in l.ſcire leges. ff.de legibus. Faciunt etiam ad hoc ea quæ ſatis amplè dixi ſupra in loco ab opinione vulgi. Decimò tertiò fallit dicta

38 regula quando † per eandem legem vel aliam declaratur, aliquid gratia exempli fuiſſe dictum.Exempla enim non re-

ſtringunt

stringunt regulam siue disposition em, l.1. §. quod vulgo. ff. de ui & ui armata, & l. damni infecti stipulatio pertinet. ff. de damno infecto. & bene facit quod notatur in l. 1. ff. vti possidetis, & in cap. 1. ne cleri. vel monachi: Ita notabiliter vult Io. de Imo. in repetitione d. §. de viro in 8. colum. & sequitur Philip. Francus in d. c. 1. in 12. fallentia. Pro quo vltra prædicta bene facit id quod notat gl. singularis in cle. 1. super verbo præsidentes, in fine, de rescrip. commẽdata ibidem per Anto. de Butrio. Cardi. & Io. de Imo. quæ singulariter vult, quod dictum in uno etiam in constitutione pœnali non uidetur in alio negatum: quando ratione frequentioris usus id quod est dictum, fuit expressum: nõ autem ut notaretur aliud, diuersum in expresso ad tacitũ. Decimò quar
39 tò fallit dicta regula, quando † agitur de extensione passiua, quæ ht ui regulæ iuris antiqui, quæ semper est licita, secundum omnes, vt patet ex præmissis, quod est ualde vtile, quia ex hoc sequitur, quod lex noua correctoria recipit omnes limitationes et declarationes, quas habet: & recipit lex antiqua: De quo plura possunt dari exempla, vt uidere licet per Bart. in repetitione dicta lege omnes populi, loco supra commemorato. & per Angel. qui eum in hoc simpliciter sequitur in §. ius autem ciuile, Insti. de iure natu. gen. & ciuĩ li. in versi. quarto casu principali in materia interpretationis extensiuæ. & per Saly. in repetitione dicta lege secunda. item per Bar. in dicta lege prima §. lex Falcidia, & per eundem in dicta l 2. ff. de leg. 1. quæ deberent meritò sufficere. Sed vltra hæc, quia materia est quotidiana, cape plura alia notabilia & quotidiana exempla. Et primum sit, olim in primitiua ecclesia ordo subdiaconatus non erat sacer hodie autem est sacer: vnde euenit & sequitur, quod omnia jura loquentia de ordine sacro, præsbyteratu scilicet & diaconatu, tam in voto castitatis in electione ad episcopatum, quã in seruis ad ordines sacros ordinatis in seruitutem reuocãdis vel non: & in aliis, veniunt extendenda ad ordinem subdiaconatus: & perinde censeri debent, ac si de illo specificè loquerentur, tex. est expressus in c. a multis, de ætate & qualita. ordi. & in c. miramur, de seruis non ordinand. cum utro bique notatis, quos tex. ad hoc ponderat Anto de Butrio in repetitione d. c. fi. colum. 56. Aliud exemplum notabile ha-

bes

bes in c.contra Christianos, iuncta glo. fin.de hæreti lib.6. vbi canon cõtra Christianũ transferentẽ se ad ritum Iudaicum,procedit vult contra hæreticum,quod glo.illic intelligit nedum de pœna personali, sed etiam de pœna confiscationis bonorũ,prout statutum est in hæreticis,c.cum secundum leges,de hæreti.eod.lib. quasi dicat, iura antiqua loquentia de hæreticis, debere habere locum in isto qui per legem nouam habetur hæretico:& ad hoc notat illum text. cum glo.Anto.de Butrio loco prædicto. Tertium notabile exemplum habetur per Iacobum Butrigar.in l.placet, C. de sacrosanct.eccles.quem refert & sequitur Anton. de Butrio in loco supra commemorato, & est tale. Indictio hodie de extraordinario munere facta,est munus ordinariũ,l.1.C.de indictio.lib.10.Vnde omnes leges loquentes de ordinario munere,ad hoc munus sunt extendende: quare consequenter sequitur,quod ecclesia quæ non excusatur a munere ordinario,licet excusetur a munere extraordinario, dicta l.placet,non excusabitur etiam hodie ab indictione. Et singulariter concludunt Iacobus Butrig. & Ant.de Butrio in locis prælegatis.Ita plura alia notabilia & quotidiana exempla habes in clem.vnica,iuncta glos.in verbo amittendis, in uerbo promouendis,in verbo sacerdotium,& in verbo ętate,de offic.vicarii:ubi inter alia singulariter habetur, quod pœna extrauagãtis execrabilis in §.qui uerò,de præbend.quæ loquitur in rectoribus ecclesiarũ parochialium, locum habet etiam in uicariis perpetuis ecclesiarum parochialium,ad q̃ illam glo.notat Anto.de Butrio loco prælleg. & Lanfrancus in repetitione dicta lege si vero in ca.conclusione interpretationis extensiuæ,licet malè alleget,de ætat. & qualit. ordi. Debuit enim allegare de offic.uicarii:quod est perpetuò menti tenendum. Illud autem pro certo & indubitato
40 teneas,q̃ † ex identitate vel paritate rationis non licet extendere legem correctoriam:& multò minus ex similitudine rationis licet Fulgosius voluerit contrarium per l.non sine,C.de bonis quæ libe.sed illa lex hoc non probat,& communis & vera opinio est in contrarium,vt dicit Ias.in d. Authen.quas actiones,in 7.col.Pau.ñ de Cast.in cõs.suo 39.incipiente,in causa capturæ. in antiquis admittit extensionẽ in correctoriis ex identitate rationis,licet non ex similitudine

dine rationis,& idem vult ipſe Paul.de Caſt.in dicto conſi. ſuo 338.incipiente,præſens caſus &c.vbi uide.Et tantũ de primo caſu principali,qui fuit de extenſione fienda in correctoriis,qui eſt articulus valde ſingularis,ſubtilis,& quoti
41 dianus.Secundo caſu principali, quando agitur † de extenſione fienda in exorbitantibus, prima facie videtur , quod non eſt licita extenſio,regula,quæ a iure,de reg.iur.lib.6.& d.l.ſi verò.§.de viro, vbi prouiſio legis contra ius commune non extenditur vltra illud quod exprimitur in ea:licet eadem ſit ratio,& probatur in lege prima.ff.de conſtitu. in princip.& in §.plane,Inſtitu.de iure natu.gen.& ciuili.& in l.3.in fine,C.de legib.& in c.ſanè,de priuilegiis,cum ſimilibus:in contrarium autem videtur text.cum gl.in d.l. ſi conſtante,in princip.& tex.pulcher in c.eum dilecta , & ibi Panormi.eum ad hoc ponderat & valde commendat, de con-
42 firma.vtili vel inutili concluſiuè dicas , quod † in caſibus , in quibus dixi ſupra in primo caſu principali fieri poſſe extenſionem in correctoriis, multo fortius fieri poterit extenſio in exorbitantibus:hoc eſt in fallentiis regularium ſeu in legibus declaratiuis ſeu diſtinctiuis:cum magis ſit prohibita extenſio in correctoriis,quam in aliquo alio caſu , vt patet ex ijs,quæ habẽtur & notãtur in dicta Auth.quas actiones,& in d.l.pręcipimus , cum aliis iuribus ſupra in ptimo caſu principali allega. In aliis verò caſibus conclude, quod
43 † aut agitur de extẽſione fienda ex maioritate rationis,aut de extenſione fienda ex identitate rationis. Primo caſu aut maioritas rationis ſurgit ex vi dictæ regulæ,cui licet,& hæc in effectu eſt extenſio paſſiua,quę ſecundum omnes eſt permiſſa: vt dixi ſupra in primo caſu principali : & pro hoc in propoſito eſt tex.cum ſua notabili gloſ.in l.2.C.de patribus qui filios diſtraxe.quæ vult, quod ſicut pater poteſt vẽdere filium ſuum quem habet in poteſtate propter neceſſitatem famis,& ſic facere de libero ſeruum: ita etiam põteſt eũ obligare,pro quo etiam facit textus notabilis cum ibi notatis per Bartolum in dicta lege nec in ea.§.ius occidendi; & notata per Cynum in dicta lege prima, ad finem , C. quæ ſit longa conſuetudo:vbi habetur,quod ſi ſtatutum permittit impunè occidi bannituim,poterit,etiam impunè vulnerari: licet ſtatutum hoc non dicat;cum plus ſit occidere. quã vulnerare:

Digitized by Google

nerare.d.regula,cui licet,pro cuius tamen regulæ limitatio ne & declaratione uide quod dixi ſupra in primo caſu prin cipali.Si autem maioritas rationis ſurgit ex alio, quã ex ui dictæ regulæ,cui licet , tunc non videtur præmiſſa extẽſio: Vndè ſi ſtatutum pro homicidio imponat pœnam pecuniariam,propterea non erit dicendum, quod idem erit in alio crimine minori,pro quo lex imponit pœnam corporalem,li cet maior ratio videatur attenuandi pœnam in minori deli cto. Ita notabiliter dicit Cynus in dicta lege prima circa finem,& ſequitur Ioan.de Imo.in repetitione d.§.de viro, in 9.colum. & dixi ſupra in primo caſu principali. Secundo
44 caſu, quando requiritur, an fiat † extenſio ex identitate rationis? ſubdiſtingue: nam aut agitur de extenſione fienda inter eaſdem perſonas ad alium caſum ſimilem, aut agitur de extenſione fienda ad alias perſonas. Primo caſu poteſt fieri extenſio, ſi diſpoſitio in ſe eſt fauora bilis ex humanitate inducta: tex.eſt notabilis cum ſua gloſſ.in l. vnica, C. de his qui ante apertas tabulas, vbi patet quod licet exorbitans ſit,hæreditatem non aditam tranſmitti: & licet ſpecialiter ibi diſponatur, quod hæreditas aſcendentiũ delata ex teſtamento,tranſmittitur ad deſcendentes, licet non ſit adita: tamen hoc extenditur etiam ad hæreditatem aſcendentium delatam ab inteſtato: quod procedit etiam ſi promptior ſit ratio in caſu expreſſo,quamin alio: vt patet in dicta lege vnica nam promptior eſt ratio in tranſmiſſione ſucceſſionis ex teſtamento quæ fit ex voluntate expreſſa, quam in illa quæ fit ab inteſtato & ex voluntate tacita,lege conficiuntur ff.de iure codicil.& quod fortius eſt,illud procedit etiam ſi in diſpoſitione fauorabili ſit dictio taxatiua: nam illa non obſtante adhuc extenditur ad alium caſum inter eaſdem tamen perſonas,ex identitate rationis: vt eſt gl. ſingularis iuncto textu in lege fina. ſuper verbo voluerint, C.de reuocan.dona.& ibi Cynus & Salycetus,hoc notant, & habetur per gloſ.& docto.in lege illud,C.de ſacroſan.eccleſ.& per Bartol. in dicta lege ſi conſtante,in 9.quæſt.primæ partis principalis,& per eundem Barto.in lege ſerui nomine.ff.de vſucapio.& per Pau.de Caſt.in dicta l. neque le
45 ges,& per Bal.in l.fi.C.de interdicto matrimo.dictio† enim taxatiua poſita in aliqua diſpoſitione fauorabili, videtur

tantum

tãtum excludere casus habentes dissimilitudinem rationis, vt habetur & notatur in dictis iuribus : secus autem est, quando dispositio continet quid valde odiosum: tunc enim non fit extensio ad alium casum ex identitate rationis, si in ea habetur dictio taxatiua: vt est tex. iuncta sua notabili gl. in d.l.2.C.de patribus qui filios distraxe. quæ vult, quod licet pater possit filium suum vendere ob necessitatem famis, non tamen poterit filium vendere ob aliam causam, & hoc facit dictio taxatiua, prohibens extensionem, posita in d.l.2.ibi, in hoc tantummodo casu &c. alias autem fieret extensio etiam constitutioni : odiosa ex identitate rationis, iuxta notata per Dyn. in dicta regula, in argumẽtum, & per Bar. in d.l. serui nomine, & per eundem in d.l.si constante, in 9.q.primæ partis principalis, & per Iacob. de Bel. & Bal. in noua lectura, & Alberi. in dict.l.fina.C. de interdicto matrimo. qui vltra præmissa tangunt tertium membrum, videlicet, quando lex continet, fauorem & odium simul, & distingunt pulchre: vt ibi per eos, & per Philippum Francum in dicto capi. constitutionem, & per Panormi. in dicto c. cũ dilecta : præmissa tamen intellige sane, nisi extensio fiat per aliam legẽ, quia illa semper fieri potest, etiam si in lege vel canone de cuius interpretatione seu intellectu dubita-
46 tur, esset dicto taxatiua: quia † per eam non censetur ìndu
cta correctio alterius, legis, ut probatur in dicta lege, ob æs cum sua notabili glo. & in l. ita nobis pudor, cum ibi notatis per glossa, Cyn. Angel. & docto. C. ad legem Iuliam, de adulte. & vult Barto. in d.l. serui nomine, & in d.l.3.§. cum Titio, & in d.l. si constante, in 9.q.primæ partis principalis, & ibi etiam Alex. & Bar. in l.1.§. & parui. ff. quod vi aut clã
47 & dixi supra in primo casu principali. natura † enim dictionis taxatiuæ est, sic excludere penitus extranea, quod cuncta pertinentia ad rem includat: ut est tex. singularis in clemen. exiui de paradiso. §. cum autem, de verborum significatio. Hinc est, quòd similia, æquipollentia, vel expresse alibi permissa, non excludit, de quo dicam latius infra in loco a natura dictionum taxatiuarum, quo recurre. Si vero agitur de extensione ferenda ad alias personas, tunc fac regulã & dic, q̃ regulariter non debet fieri extensio, d. regula, q̃ a iure, cum sua singulari gl. & d,c. nõ solum, & d.c. cõstitutione,

ne,cum ſua notabili gl.& clemen.dudum,de ſepulturis, & dicto.§.de uiro,& dd fina.C.de interdicto matrimo. cum vtrobiq; notatis per gl.& docto.& per Philippum in d.c. cõſtitutione. Sed iſta regula fallit in tribus caſibus. Primo
48 † quando agitur de extenſione fienda ad aliam perſonam, quæ ſecundum latam ſignificationem poteſt comprehendi ſub expreſſa : hoc probatur in l.ſenatuſconſulto.ff.de ritu nuptiarum,& in l. filium habeo.ff.ad Macedonianum,iuncta d.l.liberorũ,§.ſed & Papyrius,& faciũt notata per Cynum in d.l. 1.circa fin.C. quæ ſit longa conſuetudo, quem ſequuntur Bal.& Paul.de Caſtr.in d.l. maximum uicium, & idem Bald. & Paul.de Caſtro, & Ioan.de Imol.in repetitione d.§.de viro,& Bar.in d.l.liberorum, & Domini. & Philip.Francus in d.c. 1.de tempor.ordin.lib.ſexto ubi per hoc decidunt illam pulchram & quotidianam quæſtionem ſtatutum excludit filiã a ſucceſſione paterna extante filio, an extendatur ad neptem ut ſic illa excludatur extante filio? & concludunt,q; ſic; quia in ea eſt maior ratio excluſionis,& quodammodo filia dici poteſt,& dixi ſupra in primo caſu principali.Hinc etiam eſt quod iura loquentia de militibus armatę militiæ habẽt etiam locum in clerico, qui eſt miles cœleſtis militiæ,& in aduocato,qui eſt miles iuſtitię vt dicit gloſa ſingularis in l.miles,in principio; & ibi Barto. ff.de re iudicata,& uult Ioãnes de Imola in repetitione d. §.de uiro,& dixi late ſupra in loco a milite armatæ militię ad militem cœleſtis militiæ,quo re.curre.Et eadem ratione uidetur, quod debeat fieri extenſio de una perſona ad aliam,quæ ſecundum iuris interpretationem reputatur eadem cum expreſſa;ut eſt bonus textus in l.libertum.§. primo,ff de ritu nuptia.hæc tamen fallentia debet ſanè intelligi,dummodo ſubſit eadem ratio,ut in exemplis præmiſſis alias ſecus,per gloſam notabilem in dicta clem.ſecunda in uerbo in eiſdẽ,quam ſic intelligit Ioãnes de Imola in repetitione dicto §.de uiro; illa gloſ.tamen habet alium & ueriorem intellectum,ut dixi ſupra in primo caſu principali.
49 Item debet intelligi dicta fallentia ,niſi † diſpoſitio ſit valde odioſa , quia tunc non fit extenſio aliquo modo; textus eſt notabilis in argumentum in l.patri.ff.ad leg. Iuliam de adul.& idem ſi modicum generaretur præiudicium , caſu

quo

quo non fiat extenſio: quia tunc etiam non debet fieri extẽ ſio,l.ſed milites.§.1.ff.de excuſa.tuto. iuncto eo quod not. Bar.in d.l.liberorum, declarando vt declarat Io. de Imo.in repetitione d.§.de viro, in 10.colum. Et idem quando ius perſonale,vel ut ita loquar,priuilegium cõtra ius commune inducitur,d.c.ſanè,cum ſimilibus. Et ergo priuilegium militum, vt poſt ſententiam adhuc exceptione peremptoria ſe tueri poſſint,de quo in l.1 C.de iuris & facti igno. non extendetur ad militem cœleſtis militiæ: & ita ſingulariter decidit Bar.in præallega.l.1.in fine & communiter omnes alii ibidẽ,& Matthæus Mateſſelanus in notabili ſuo 62. & dixi ſupra in loco a milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ,in fi. quod tene mẽti. Secũdo d.regula fallit, quã-
50 do † ſumus in fauorabilibus,quibus iura fauẽt propter publicam autoritatem,vel piam cauſam, aut aliam ſimilem ſauorabilem cauſam:nam tunc poteſt fieri extẽſio,vt eſt tex. iũcta ſua notabili glo.in d.l.illud,in verbo.alia cauſa,& in l. fi. iũcta ſua notabili gloſ.in verbo captiuorum, illo eo d.tit. & bonus tex.iũcta ſua gloſ.in dicta l.ſi cõſtãte.in princip.& & ibi Bar.Alex.& doct.& tex.iuncta glo.in l.2.§. quod ſi in patris,ſuper verbo ſui iuris.ff.ſolu.matrimo. & bonus text. iuncta gloſ.in dicta l.miles,in principio & in l.cætera.§. ſed & ſi quis , & ibi Io.de Imo.notat.ff.de lega.1. & hoc potiſſimum,quãdo non reperitur expreſſe regulam in cõtrarium tradita,ſecũdum Bartolum & Io.de Imol.in l.2. in princip. circa penult.colum.ff.de vulga.& pupilla.ſubſtitu. & Io.de Imol.in repetitione d.§.de viro,in 9.colum.Hinc eſt, quod bona eſt argumẽtatio a libertate ad piam cauſam, ita quod diſpoſitum in libertate,trahitur & extenditur ad piam cauſam: vt dicunt Barto.& Ioan.de Imo. in lege proxime, in fine.ff.de his quæ in teſta. delentur,& doct.ſæpe alibi: item ab alimentis ad dotem ita quod diſpoſitum in alimentis, trahitur & extenditur ad cauſam dotis: ut dicit Barto.in lege,cum de in rem uerſo,in principio.ff.de vſuris. & in lege ſi certis annis,C.de pactis:& de minore ad eccleſiam,adeò vt diſpoſitum in minore, extenditur ad eccleſiam: vt eſt gl. notabilis in lege tertia,C.quando ex facto tutoris , & bona gloſa in §.item mixta, ſuper verbo in iudicium , inſtitu.de actio. & a minoribus ad furioſos , vt dicit gloſa ſingularis

in l.

gitized by Google

In l.2.C.de curato.furioſi. vult Ioan.de Imola in repetitione d.§.de viro,in 11.columna,De quibus omnibus & pluribus aliis dixiſatis plenè ſupra in loco a libertate ad piam cauſam,& in pluribus locis ſequentibus: quo recurre. Hinc etiam poſt longam diſputationem concludit ſingulariter Alexand.de Imol.in l.ſi ex toto,in princio.ff.de legatis 1.q
51 † ille † cui conceſſa eſt immunitas a collectis, tenetut nihilominus ad eas collectas,quæ imponuntur ratione belli ſuperueniẽtis,idque ex ratione l.iubemus nullã nauem,C.de ſacroſanctis eccleſiis & extendendo eam ad caſum ſuperuenientis belli propter fauorẽ publicum : quia deſimilibus ad ſimilia fit extenſio ex identitate rationis, etiam in exorbitantibus a regulis iuris communis,quando agitur de fauore publico,ſecundum eum: qui ad hoc allegat multa ex iuribus ſupra commemoratis;& optimè ad hoc facit glo.iuncta textui in l.1.C.vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare,lib.10.& notata per Bald.& Pau.de Caſt. in dicta l.iubemus,& idem vult Dyn.ac plures alii in dicta lege ſi ex teto,& Ioan.And.in additio,ad ſpecu.in titu.de cenſibus.§.nunc dicendum,circa finem,in additione magna, in verſ.eſt ſciendum,& Cæpola cautela 63.& Felyn.& capitu. cauſam quæ, in 12. columna de reſcrip. quod tene menti, quia habui in facto. Tertio fallit dicta regula, quando
52 † aliqua ſũt cõmuniter & generaliter æquiparata ſeu parificata a iure vel in eadẽ materia ſaltem in genere nam tũc ſtatutum in vno extenditur ad aliud, glo.eſt notabilis in dicta l.ſi quis ſeruo,& bona glo.in d.l.quod verò contra,& faciunt notata per gl.in dicto c.ſi poſtquam.§.1.& §.ſi.& Probatur optimè in Auth.de nõ eligen.ſecun.nuben.mulieres. §.1,in verſ.quia uerò,& §.colligentes,colla.1. & vult notabiliter Anto.de Butrio in repetitione d.c.finali,de conſuetu.in 6.fallentiæ.ſecus, ſi aliqua ſolum reperiantur parificata in certo caſu & non communiter,ſicut ſunt ordines mẽdicantes,quia iure parificantur, quoad receptionem alicuius ad profeſſionem d.c.conſtitutionem,& dicto ca. non ſolum,non autèm quoad d.cle.dudum:& ergo d.cle. dudũ,loquẽs de fratribus Minoribus & Prędicatorib.nõ eſt extẽdẽda ad Carmelitas vel Auguſtinẽſes:vult gl.in d.regula,quæ a iure,& in d.c.conſtitutionem,& Io. Baptiſta in repetitio-

ne d.l.omnes populi in 10.fallentia. Hodie tamen dicta clem. dudum, est prorogata & extensa per Clementem quintum. ad eremitas sancti Augustini, & per Ioannem 23. ad Carmelitas, secundum Ioan. And. in c. constitutionem, in nouel. Intellige tamen hanc fallentiam sanè, quãdo vtrobique est eadem ratio, alias secus esset: vt vult gloss. notabilis in cap. primo in verbo, declaramus ne clerici vel monachi, lib. 6. & gl. in capit. præsenti, de senten. excommunication. eod. lib. & gloss. in capit. licet canon, super verbo parochialis, de elect. eod. libro, & vult Philip. Francus in dict. c. constitutionem, & in dicto c. 1. de tempo. ordi. lib. 6. & Lanfrancus post Anton. de Butrio loco prædicto in repetitione dicto. §. de viro, in 5. conclusione interpretationis extensiuæ, vbi de hoc satis plenè: quas fallentias cum suis declarationibus tene perpetuò menti, quia seruiunt ad infinita. De qua materia si libet videre poteris latius per Io. de Imol. in repetitione dicto. §. de uiro, in 10. & 11. columna, & per Ludo. de Roma ind. aurea sua repetitione Auth. similiter, & per Matthæum Matesselanum in dict. suo libello extensionum, & per Alexand. de Imol. in l. centurio, post principium. ff. de vulga. & pupil. Nec præmissis obstat si dicatur, firma & vera est theo
53 † rica quæ habet, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, lege nam quod liquidè. §. fina. ff. de pen. legata, & l. quæsitum. § denique. in fine. ff. de fundo instructo, cũ similibus: Ergo extra casus exceptos standum est regulæ, & per connsequens non debet fieri extensio fallentiarum regulæ ex identitate rationis: quia dico, quod dicta theorica, exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, procedit: nisi casus non excepti sint similes exceptis. & est pulcher tex. in dicto c. cum dilecta, & ibi hoc notat Panormi. & dixi satis amplè supra in loco ab exceptione ad regulam, & faciunt notata per Io. Andr. in dicto capitu. si postquam, in nouella, & quod dicam statim infra in tertio casu principali, & infra in loco a speciali. Illud autem nolo te ignorare, quod
54 † quando in lege vel canone pluries exprimitur & repetitur idem verbum, tunc de mente legis uel canonis exorbitantis vel pœnalis est, quod non fiat extensio legis ad alium casum, quam ad nominatum in lege: licet materia de sui natura esset proportionalis aliis, quia repetitio facit, quod

hoc

hoc censeatur seriosè sic expressum: de hoc est glos. singularis in cle. 1. super verbo diocesanis, de iure patrona. quam refert, & sequitur Domini. in ca. duobus, super glos. in verbo primo præsentauerit, de rescrip. libro sexto ubi per hoc dicit se consul. isse contra dominos de Rota in vna ardua & quotidiana q. & cum eo transit ibi Philip. Francus, vbi recurre: & uide quod dicam infra in loco a vi geminationis: & tantum de secundo casu principali, qui fuit de extensione fienda in exorbitantibus, qui est articulus pulcher, subtilis, vtilis, & quotidianus. Tertio casu principali, quando quæritur de extensione fienda in pœnalibus, licet prima facie videatur extensionem non fiendam. per regulam in pœnis, & regulam odia, de reg. iur. lib. 6. cum aliis iuribus infra allegandis: in contrarium tamen videtur tex. in c. 1. §. sed quia natura, in titu. quæ fuit prima causa beneficii amittendi, in vsibus feudorum: & pro hoc allegatur glos. singularis in dicto capitulo 1. super verbo Italiæ, circa principium, de tem-
35 po. ordin. libro sexto, quæ videtur velle, quod quando † eadem est ratio & penitus omnimoda similitudo, tunc licita est extensio in pœnalibus, nec dicitur tunc propriæ extensio vel ampliatio, sed potius inclusio propter identitatem rationis: vt dicit illa glo. singularis quæ nulli non est in ore. Vnde. pro concordia multorũ iurium & glosarum, quæ videntur cõtrariari, dicas cõclusiuè, excludendo primo casus minus dubitabiles, iuxta doctrinam And. super data 6. lib. & in regula: cum sunt partium, & in regula, in malis, & in regula, quæ contra ius sunt, de regu. iur. libro sexto in Mercuriali. quod in omnibus casibus in quibus dixi supra fieri extensionem in correctionis, etiam licita est extensio in pœnalibus, cum magis stricte sit procedendum in correctoriis, quam in pœnalibus uel exorbitantibus. ut supra dixi. In aljs, autem distingue. quod aut agitur de pœna euitanda,
56 aut de pœna ex extensione incurrenda. Primo † casu fieri potest extensio, saltem ut iam factum excusetur a pœna. licet ante factum tutius fuisset abstinere, per id quòd nota singulariter Io. An. in d. c. nihil, super glo. licet finesi & faciunt notata per eundem in c. significauit, super prima glo. de iudeis & notata per eundem in c. statutum, super prima glos. de elect. lib. 6. in nouella, & notata per glo. in cle. 1. su-

per verbo presbyteri,de priuilegiis: sæpe enim ante factum aliquid consulimus, contrarium cuius post factum tenemus,secundum Io. An. Panorm. & doct.in dicto cap.nihil, Io.& An.in regula, cum quid prohibetur,de reg. iur.libro sexto in Mercurialib. & eadem ratione dicendum est,quod licita est extensio ad euitandum pœnam, quando illud ad quod fit extensio surrogarur loco illius de quo loquitur dispositio.Et hunc est,quod cle.2 de rescrip.loquens de officiali episcopi,& permittens, quod ei possit delegari causa a sede Apostolica,locum etiam habet in officiari capituli sede vacante,& ad eum extenditur:quia sede vacante, capitulum surrogatur loco episcopi, capitu.cum olim, de maiori.& obedien.Ita notabiliter dicit glos. singularis in dict. clemen 2.super verbo episcopi quam sequitur ibi Cardi. & doct.& Domin.& Philip.Francus in dict.cap. primo,& Ioã. Baptista in d.repetitione l.omnes populi,& Anto.de Butrio in repetitione d.cap.fina.in 11.fallentia & Lanfrancus in repetitione dic.§.de viro,in 11. conclusione interpretationis extensiuæ; quod commenda memoriæ,quia per hanc extẽsionem euitatur,nullitas processus inducta per cap.statutũ, in principio iuncto fine, de rescriptis libro sexto,Secundo §7 † casu, quando agitur de pœna incurrenda ex extensione, tunc subdistingue:quia aut verba sunt ambigua & dubia,& possunt se habere ad casum de quo quæritur, & etiam ad alium propter diuersam punctuationem vel similem causã: aut sunt certa & clara. Primo casu ex idẽtitate rationis fit extensio ita & taliter, quod lex vel canon intelligitur generaliter in vtroque casu; text.est not. cum sua singulari glo. in dict. capitulo primo, in verbo clericum, & ibi hoc expresse vult Domi.hoc tamen intellige esse uerum, si sit eadem ratio,& non subsit causa restringendi. alias secus: arg. capitu.si compromissarius in §. restringitur, de elect. libro sexto, iuncto d.c.cum in cunctis. Verba enim dispositionis pœnalis non debent ita largè sumi sicut possent secundum latam significationem uerborum: sed debent restringi ex quo subest aliqua ratio seu æquitas restringendi, vt probatur in dictis iuribus simul iunctis,& vult singulariter Io. And.in d.reg.odia,in Mercurialib.quem refert & sequitur Panormit.in d. cap.cum in cunctis,in §.clerici sanè,& doc.

alijs

aliis ſæpe locis. Circa quod uolo te ſcire, quod quando lex poteſt dupliciter punctari,& vno modo punctuata decidit caſum dubium,alio autem modo punctuata non decidit caſum dubiũ,ſemper eſt ita punctuanda, vt decidat caſum dubium quia † lex ſemper debet eſſe de caſu dubitabili, lege quod Labeo.ff.de carbo.ædicto, lege prima, ff. ad municipales,& capitulo cum in iure peritus,& ibi Panormitat.notat,de electione. Ita notabiliter dicit Ioan. Baptiſta in dicta repetitione leg. omnes populi, & Ludouicus de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 748. incip. dicit ſtatutum, idem Ludouic. in conſilio ſuo 519. & eſt de mente gloſſ.in dicto capitulo primo,in verbo clericum,ſi bene ponderetur, quam Ludoui. loco ſupradicto reputat ſingulare. 58 59 rem. Secundo caſu, quando † verba ſunt certa & clara, tunc aut quæritur an fiat extenſio ex maioritate rationis, aut ex identitate. Primo caſu aut maioritas rationis ſurgit ex ui dictæ regulæ, cui licet, & tunc fieri poteſt extenſio, quia illa eſt extenſio paſſiua quæ fit per aliam legem, & ſemper eſt licita,vt dixi in aliis duobus principalibus caſibus, & ergo hic non repeto: Aut maioritas rationis ſurgit aliunde, & tunc dic, ut dicam in caſu ſequenti, quando agitur de extenſione fienda in pœnalibus ex identitate rationis: quo caſu conclude, quod aut diſpoſitio eſt pœnalis ſolum reſpectu nullitatis actus, & non poterit fieri extenſio vt pœna locum habeat, licet bene fiat extenſio ut diſpoſitio locum habeat: Ita ſingulariter dicit Ioan. Andr. in cap.diſpendia,de reſcrip.libro 6.in nouella: ubi dicit illum textum qui loquitur in actionibus perſonalibus, non procedere in actionibus realibus,quatenus agitur de pœna nullitatis actus: & hoc dictum reputat ſingulare in materia extenſionis Pau.in dicto cap.fin.de reſcrip. quod commẽda memoriæ, quia ex hoc habes, quod diſpoſitio pœnalis ex identitate rationis bene extenditur reſpectu ſtatuti hoc eſt, vt obſeruetur ipſum ſtatutum ſeu diſpoſitio in caſu ad quem facta eſt extenſio: ſed non quo ad pœnam, hoc eſt, ſi de facto diſpoſitio non eſt obſeruata, non incurritur pœna: & hoc expreſſe etiam vult Ioan.de Imo.& in repetitione d.§.de viro,in 14.colum.& eſt ipſa ueritas: licet aliud uoluerit Philip.Francus,& meo iudicio nõ bene,in d.

c.1.in 21.fallentia.Et ratio illius eſt,quia negari non poteſt quin conſtitutio tunc ſit exorbitans quatenus ipſo iure annullat actũ,ubi alias regulariter non annullatur: & ergo nil mirũ,ſi non fiat extenſio quo ad pœnã nullitatis actus, per ea quæ dixi ſupra in materia extenſionis fiẽdæ in exorbitã
60 tibus,iſtud tamẽ limito primò ſingulariter uerũ,niſi † verba cõſtitutionis pęnali ex lata ſignificatione trahi poſſent ad caſum in quo concurrit paritas rationis:nam tunc fit extenſio cõſtitutionis pęnalis etiam quo ad pœnam nullitatis actus gloſ.eſt de hoc ſingularis in c.fina.ſuper verbo electione,circa finem, de elect.lib.6. quæ extendit illum tex. pœnalem loquentem de electione, ad præſentationem : nam ſub lata ſignificatione electionis,continetur etiam præſentatio,cum præſentans ſatis dicatur eligere eum,quem pręſentat c.querelam,de electione:& uult notabiliter Anto.de Butrio in repetitione d.c.fin.in 1.fallentia,& ſic debent cõcordari illa duo dicta Ioan.And.quæ prima facie videntur
61 contraria.Secundo iſtud † limito non procedere, quando conſtitutio eſt emanata in fauorem animæ,quia tunc cenſetur fauorabilis,& eſt extendenda:Ita ſingulariter dicit Ioã. And.in cap. ex tenore,& ibi Panormit.& Pręp.qui filij ſunt legitimi,& Bartol.& docto.in dicta conſtitutione ſacramenta puberum,& Anton.& Butrio in repetitione d. cap. fina. in prima fallentia,& Felynus in dicto cap.translato, circa finem,& Ioan.Baptiſta in repetitione d.l.omnes populi,in 8. fallentia,& Dominicus in d.c pro humani,in verſi.ſacri,circa principium:& ibi etiam Philippus Francus & doctore ſæpe alibi:ut dixi ſupra in primo caſu principali.Et per hoc ſemel dixi.in quæſtione de facto concurrẽte,quòd.ca.ordinarij.§.in conferẽdis,de offic.ordinarij lib.6. quod eſt pœnale annullãs collationem beneficij curati dignitatis,aut perſonatus,factam habenti plura ſimilia beneficia curata,dignitates,aut perſonatus,non uiſa diſpenſatione, etiam ſi talis cui fit collatio,ſufficientem diſpenſationem habeat, quod tamen in dubio non præſumitur,vt ibi eſt text. ſingularis, extendi debet ad collationem factam de canonicatu & præbenda,illi qui in eadem eccleſia in qua erat præbenda habebat decanatum & plebaniam,quorum vtrſique habebat cufam animarum annexam:quia licet d.c.ordinarij.§.in cõ

ferẽ.

ferendis sit pœnale annullans actum: tamen quia emanauit in fauorem animarum, c. dudum 2. cum ibi notatis, de electio. debet extendi per prædicta. per hoc etiam dixi in alia q. de facto occurrente, quòd d. c. ordinarij, §. in conferendis quod loquitur in collatoribus, debet etiam habere locum in eligentibus ad dignitatem eum, qui plura beneficia curata obtinebat, non uisa dispensatione, quæ in dubio non præsumitur: vt ibi, & hoc, quia d. constitutio concernit fauorem animarum, licet sit pœnalis annullans actum. Item per hoc etiam semel dixi in q. tunc occurrente, quod c. de multa, de præben. licet sit pœnale, & non loquatur, de episcopatibus, sed beneficijs curatis & dignitatibus inferioribus, locum etiam habet in pluribus episcopatibus: ita q; per adeptionem secundi episcopatus, cum effectu vacet primus: & ita reperio uelle Panor. in cap. bonæ, i. de postula. præla. & est de mente glos. & doctorum in d. c. de multa: licet in modo vacandi sit differentia, ut ibi habetur, & in dicto capitulo cum in cunctis, §. cum vero. Licet enim episcopatus nõ sit dignitas, sed dignitatum culmen, & ergo in eo videatur requiri specialis nota, ut uult glo. singularis in cap. 2. de præb. lib. 6. Identitas tamen uel maioritas rationis, concurrente fauore animæ, inducit hanc extensionem, maximè cũ hoc fiat in correctorijs: vt patet ex his quæ dixi supra in primo casu principali, quod est nota dignum & memoriæ com-
62 mendandum. Circa istud tamen volo te scire, quod ſ pœna nullitas actus non est proprie pœna, cum non sit diminutio patrimonij vel iuris iam quæsiti: Ita notabiliter dicit Ioan. Andre. in d. c. fi. de electio. libro 6. in nouella, super d. glo. in uerbo electione, & idem Ioã. Andr. in dicta regula, odia, in Mercuria. & hoc etiam sentit glo. singularis in cap 2. super verbó dispẽdijs, de cõstitut. de quo uide satis late per Fel. in c. in nomine, circa principium, de testib. Et hinc est, quod iura dicentia cõstitutionem pœnalem nõ ligare probabiliter ignorantes, dicto capit. secũdo cum similibus, in proce-dunt in pœna extrinseca: secus in pœna nullitatis actus. Ita notabiliter dicit Paul. de Liazarijs in prœmio Clemẽtinarum, in verbo de cætero, & est glo. singularis in cle. 2. in verbo ex nunc, in fine, de hæreticis. In contrarium tamẽ quod scilicet annullatio actus sit pœna, est glos. singularis in cap.

decet, ſuper verbo proceſſus, de immunitat.eccl.lib,6.ſed d.dúas gloſ.concorda,prout eas concordant Card.Ant. de Butrio, Io.de Imo.& Panor.in d.c.2.& Bal.in d.l. non dubium,ad quos remiſiſſe ſufficiat.Aut agitur de alia pœna, & tunc ſubdiſtingue:aut eſt pœna,non mera, ſicut eſt pœna expenſarũ,quæ eſt pœna reſpectu ſoluentis,non autem reſpectu recipientis:aut eſt mera pęna etiam reſpectu recipientis.Primo caſu poteſt fieri exrenſio ex identitate rationis,pro hoc adduco gloſ.notabilem in dict.clemen. 1.ſuper verbo præſidentes,circa finem,& vult Philipp.Francus in d. cap.1.in 21.fallentia,& Ioan. de Imola in repetitione d.§. de viro,in 14.columna, quod maxime procedit ſecundum eum,quãdo caſus expreſſus ideo fuit expreſſus,quia ſi communiter contingebat,vt patet ex glo.prælleg. quæ vulgò allegatur pro ſingulari ad hoc,quod quando lex vel canon loquitur in aliquo caſu ratione frequentioris uſus,quia ſcilicet magis frequenter ſolitum eſt ita fieri per hoc lex vel canon negat,quin idem ſit in alio caſu omiſſo,habente eandem rationem:& ita eam ponderant ibi Anton.de Butrio, Cardi.& Ioan.de Imola,Cenſetur enim tunc talis caſus expreſſus gratia exempli ſecundum Cardi.& alios ibidem: & hanc theoricam firmat etiam Iaſ.in Authen. ex teſtamento, in 8.columna,C.de collatio.ubi allegat alias gloſas iuris
67 ciuilis,ad quem recurre.Secundo caſu,quando agitur de mera pęna,vt quia eſt pœna etiam reſpectu recipientis,tũc fac regulam quòd conſtitutio pœnalis non extenditur ad alium caſum, etiam ſi ſit eadem ratio & omnimoda ſimilitudo,nec etiam ex maioritate rationis, quãdo maioritas rationis non ſurgit ex vi dictæ regulæ, cui licet: per ea quæ notat Cyn.in d.lege 1.circa finem,C.quæ ſit longa conſuetud.& per ea quæ notat Ioan.And.in dicta regula,odia maximè in prima ratione primæ partis,iuncta ſolutione quæſtionis:& bene facit textus in d.regula,in pœnis,& in dicta regula,odia,& in l.ſi præſes,& in l.interpretatione,ff.de pęnis,& de pœnit. diſt. 1.§.pœnæ, & l.cũ quidam.ff.de lib.& poſth.& quod notat gl.in dicto §.item mixta,quod habetur in d.c.ſtatutum,de elect.lib.6.& in dicto capitulo primo ne clerici vel mõnachi,eo.lib.in clemen prima de rebus eccle. non alienan.bene facit etiam d.lege fina. C. de interdicto ma-

matrimonio,& vulgata glo.in d.c.1. in verbo Italiæ,licet il
la glo.consueuit per aliquos allegari in oppositum,vt tetigi
supra in principio istius tertij casus principalis:se reuera d.
gloss.ibi finaliter decidit oppositum, & ita etiam sentit ibi
Io.And.seipsum declarans in nouella, & hãc regulam fir-
mant ibi Domini.Philipp.Francus & alij, & Ioan. de Imo.
in repetitione d.§.de viro,in 14. columna. Hæc regula ta-
men fallit in pluribus casibus.Primo enim fallit, quando ex
tensio non fit ad alias personas, sed ad alium casum omni-
no similem,& in quo est eadem ratio vel maior; inter eas-
dem tamen personas,glo.est de hoc singularis in clem. 2.in
verbo lineum,de vita & honesta:clerico.quam ad hoc pon-
derat Ioan.de Imo.in repetitione dicto,§.de viro,in 14. co
lumna pro qua gloss. etiam facit , quia aliàs si teneremus
oppositum eius ,quod ibi dicit glos.sequeretur absurdum,
videlicet quod clericus portans insulam sericam minus pu
niretur,quam portans lineam, qnod videatur absurdum:
ideo non mirum si fiat extẽsio,arg.d.l.scire oportet,§.aliud
cũ hoc fiat in correctoriis:ut dixi supra in primo casu prin-
cipali. Et notanter dixi supra fieri extensionem in pœnali-
bus inter easdem personas ad casum omnino similem,nam
secus est si casus non est omnino similis , quia tunc non fit
extensio saltem ex identitate rationis , per ea quæ notant
Ioannes Andr.in d.regula,odia,in mercurialibus,ubi dispu
tando tenet,quòd pęna d.c.cum in cunctis,quod loquitur
in eligentibus episcopum illiteratum uel criminosum, non
debet extendi ad eligentes bigamum , licet in eo videatur
eadem ratio vel maior, ut ipse tangit in prima ratione pri-
mæ partis,quod est singulare & memoriæ commendandũ,
& firmat Ioan.de Imo.in repetitione d.§.de uiro.in 15.co-
lum,& doct.sæpe alibi.Nec præmissis obstat,illud quod ha-
64 betur in†d.§.sed quia natura, vbi tex.videtur velle,q; indi
stincte fienda est extẽsio ex identitate uel maioritate ratio
nis in consuetudinibus uel statutis pœnalibus,quẽ tex.Bal.
ibi dicit esse meliorem de iure,quia ad hoc respõdet Io.de
Imo.loco prædicto notabiliter tribus modis. Primo, quod
ille tex.non plus probat,quam q; fiat extensio in pœnalibus
ad casum omnino similẽ inter easdem,tamẽ personas,quod
non repugnat fallẽtiæ supradictæ & sic etiã posset intelligi
quod

quod dixi gl.arguẽdo in d.c.in verbo Italię. Secundo quod ille tex.debet intelligi prout loquitur in materia quodammodo extensibili,propter pluralitatẽ casuum in quibus eadem pœna imponitur,quasi tunc mẽs iuris sit,q; alij casus ideo nõ exprimuntur,quia de facili enumerari nõ possunt, arg.d.l.nõ possunt non autem, quia velit diuersum esse in alijs casibus nõ expressis nam multi casus ibi exprimuntur in quibus eadem pœna locum habet: & ita apertè sẽtit ibi Præpos.dum dicit,quod materia priuationis feudi propter delictum uasalli est arbitraria, dummodo arbitriũ iudicis uersetur ad similes causas vel maiores exhæredationis,reuocationis,donationis,vel diuortij: & idem clare sentit ipse Præpositus in capitulo si capitanei,in principio.in tit.quib. modis feud.amittatur, in vsibus, feudorum. Tertio dicit posse responderi,quòd ibi non agitur de mera pœna: quia ibi agitur de amissione feudi,& deciditur quod debet reuerti ad dominum directum qui recipit suum,& sic nõ est mera pœna quoad eum & propterea non est mirum,si facilius ibi fiat extensio ex identitate vel maioritate rationis, quam ubi agitur de mera pœna,ut loquitur d.regula:quas solutiones tene mẽti pro intellectu d.§.sed quia natura,q; ualde uidetur obstare prima facie,sed in veritate nõ obstat ut patet ex præmissis.Secundo d.regula fallit,quãdo alias, 65 † nisi fieret extensio,dispositio posset de facili reddi illusoria.de hoc est tex.iuncta sua notabili gl.in d.capi.quanquã in fine,quæ illud quod ibi dicitur in tex.de testamento manifestorum usurariorum,extendit ad codicillos, & donationes causa mortis: nam alias de facili posset illud dispositio dicti cap.quanquam,non faciendo testamentum,sed codicillos uel donationem causa mortis:& ita vult Fel.in d.capitulo translato, circa finem,pro hoc etiã faciũt notata per Paul.de Liazarijs in d.cle.1.de sepulturis, ubi illud quod est ibi dispositum de sepelientibus manifestos usurarios in cimeterijs,extendi ad sepelientes in ecclesijs,quia eadem est ratio & maior, nam ubi non fit extensio ad alias personas,sed inter easdem ad casum ualde similem,ad quem si nõ fieret extẽsio,resultaret absurdum,quia minus puniret peccãs ĩ ecclesia,q; ĩ cimiterio,& de facili posset dispositio reddi illusoria,sepelliẽdo vsurarios nõ ĩ cimiterijs,sed ĩ ecclesia:

eleſia:iõ nil mirum,ſi ibi fiat extenſio,pro quo optime facit dicto capitulo ſi ciuitas.Imo plus vult glo. in clem. 1 .ſuper verbo ſepelire,in fine , quod etiam facienda eſt extenſio cõ ſtitutionis pœnalis ad alias perſonas:quando alias , niſi fieret extenſio,diſpoſitio poſſet de facili reddi illuſoria, quod eſt ſingulariter notandum,quicquid dicat ibi Card.Tertio
56 fallit d. regula , † quando agitur de extenſione fienda in communiter æquiparatis a iure in materia de qua agitur , per ea quę habentur & notantur in dicto capitulo ſi poſtquam,§.primo & §.ſi.& maxime per Ioan. And. in nouella,vbi notabiliter dicit,quod obiectio quæ fieri poteſt de c. ad audientiam,de decimis , volente quod attendi debent verba diſpoſitionis,quia ſi legislator idem voluiſſet in caſu non expreſſo,quod voluit in expreſſo,bene expreſſiſſet &c. locum habet in his,quæ non ſunt,expreſſa,nec pro expreſſis habita,id eſt,in diſſimilibus , & in quib.non eſt penitus eadem ratio,& pro hac fallentia faciunt notata per gl. Bal. Ang.& doct.in d.l.ſi quis ſeruo & in d.l.quod vero contra, & iſtud expreſſe vult glo.notabilis in d.c.de multa , in verbo eccleſia,& ibi Panor.& Ioan.de Imol.& Philip.Francus in d.c.1.in 2.limitatione,& Anton.de Butrio in repetitione d.c.ſi.de conſuetudo.in 6. fallentia , & Ioan. de Baptiſta in repetitione d.l.omnes populi,in 10.fallentia. Quarto fallit d.regula,ſi fiat extenſio in his quæ poſſunt ſublata ſignificatione comprehendi,vel ex iuris interpretatione, argu. dicta lege ſenatuſconſulto,& d. l. libertum.§.1.iuncta l.peu ulti. C.de interdicto matrimo.hoc tamen intellige, ut ſupra dixi , niſi ſubſit ratio reſtringendi,item niſi pœna eſſet valde odioſa,quia tunc non fieret extenſio d.l.patri,& vult Io.de Imol.in repetitione d.§.de viro, in 16. colum. Quinto fallit d.regula , niſi noua conſtitutio pœnalis ſit interpretans vel declarans,nam tunc extenditur ad extremum ſub lege interpretata comprehenſum . Et ergo ſi lex noua interpretans antiquam loquatur ſolum in uno caſu,extenditur tamen ad omnes caſus ſub lege interpretata incluſos:Ita notabiliter dicit Ioan. And.in d.c.diſpendia.ſuper verbo quæſtiones,in nouella,& eſt glo.valde notabilis in clem. ſtatutum,ſuper verbo conſuetudinẽ,de elec.& bona gl.in c.quæ põtra ſuper verbo facta,de elect.lib.6.& eſt tex.notabilis in

Authen.

Authen.de filiis ante dotalia inſtrumen. natis,circa finem, colla.3. & ibi Bar.hoc notat,& Bald.in conſtitutione habita,in 10.col.C.ne filius pro patre uolunt Domini. & Philipp.Francus in d.c.1.& Anton.de Butrio in repetitione d. c. fin.in 14. fallentia, & Ioan. Baptiſta in repetitione dictæ lege omnes populi,in decimaſeptima fallentia , & Lanfrancus in repetitione dicto §.viro,in decimatertia concluſione interpretationis extenſiuæ.Circa quod uolo te inciden ter ſcire quinque pulchra quotidie in praxi occurrentia .

67 Primum eſt, † quod ſi in fine alicuius legis , canonis, vel ſtatuti pænalis , fiat aliqua additio , tunc pæna appoſita in principio videtur repetita in tali adiectione: ex quo enim adiicitur,videtur pars illius ſtatuti. Vt puta cum dicitur in fine alicuius legis vel canonis,adiicientes &c.vel, huic inſuper adiiciamus factiomi,vel hæc verba, idem iudicium eſſe volumus &c.glo.eſt de hoc notabilis in d.c.de multa,ſuper verbo eccleſia,& ibi eam ſequitur Panorm.& communiter docto.& idem vult Card.& reputat ſingulariter notandum in d.cle.ſtatutum,in 3.oppoſitione , & ita teneas quicquid dicat gl.in d.cle. 2.in verbo ſanctioni,quæ communiter probatur:de hoc articulo tamen vide latius per Anton.Corſeum in ſingulari ſuo vigeſimo.Secundum eſt,quod conſtitutio antiqui iuris declaratoria non habet locum, niſi in caſibus in quibus locum habet ius antiquum, de hoc eſt glo. notabilis in capitulo ſi cui , & ibi hoc firmant Dominic.& Philip.Francus,de elect.libro ſexto. Tertium eſt, quod ubi lex vel ſtatutum emanat ad ſupplementum aliam legē vel ſtatutum,non habet locum,niſi in caſibus in quibus loquitur ſtatutum ſuppletum,ſicut dicimus de lege interpretante & interpretata.Ita ſubtiliter notat Dominic. in capitulo vt circa,ex gloſ. ſuper verbo appellari,de election.libro ſexto.Quartum eſt,quod vbi lex veniens ad interpretationem alterius legis extendit ipſam diſpoſitionem vel legem per hoc tamen nō videtur extendere pænam legis interpretatæ,niſi id exprimat,glo.eſt notabilis in leg.fina. ff.de in ius uocan.quam ad hoc notat Anto. de Butrio in repetitione d.cap.fin.de conſuetud.in 57 column.Quintum eſt , quod vbi lex ippohit pænam ſuper certo facto prohibito, & poſtea ab illa prohibitione excipit vnū caſum ſub certa limi-

tatio

ratione, pœna appoſita ſuper facto, extenditur etiam ad caſum exceptum ſi forma ſeu limitatio non ſeruatur, gloſ. eſt de hoc ſingularis in c. vnico, ſuper verbo neceſſario, & ibi eam commendat Domin. & Philipp. Francus de poſtul. præ-
68 lat. lib. 6. Sexto fallit d. regula, quando † conſtitutio pœnalis contineret fauorem eccleſiarum, quia tunc debet largo modo interpretari, & extendi ad alium caſum ex identitate rationis, Ita dicit gloſ. notabilis in dict. cap. ſciant cuncti, ſuper verbo alios, & ibi hoc firmant Domin. Philipp. Francus, & idem Domi. & Philipp. Francus in d. capitulo primo & Angel. multum ſingulariter in d. §. item mixta, imo plus ſingulariter vult gl. in d. c. ſciant cuncti, videlicet quod quãdo conſtitutio pro parte eſt fauorabilis, & pro parte odioſa, tunc attenditur id ſuper, quo principaliter intendit prouidere, & ex hoc inducatur fauorabilis vel odioſa, & ſi id ſuper quo intendit principaliter prouidere eſt fauorabile, conſtitutio extenditur, quod reputant ibi Domi. & Philip. Francus valde notabile, & idem vult gl. notabilis in l. 2. C. de in ius voc. & ibi de hoc habetur pulchre per Laſ. & doct. & eſt de mente Bar. & aliorum in d. conſtitutione ſacramenta pu berum, & eſt de mente eiuſdem Bar. in l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. pet. & in l. qui exceptionem. ff. de condict. inde. & habetur pulchre per Pet. de Anch. in d. repetitione c. canonum ſtatuta, in 14. q. principali, ad quos breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat. Septimó fallit d. regula, quando conſtitutio emanauit in fauorẽ animæ, & quia de hoc ſatis plene dixi ſupra in primo caſu principali, & ẽt in iſto tertio caſu principali, idcirco hic non repeto. Vnũ tñ adiiciendũ decreui, q̃ quia ubicunque agitur de obſeruatione iuramenti, conſtitutio eſt fauorabilis & extendenda, quia cenſetur emanata in fauorem animæ, vt ſupra dixi, ſequitur q̃ etiam fidem promiſſam violans priuari poteſt beneficio, ſicut periurus, gl. eſt de hoc notabilis in c. ſi. ne prælati vices ſuas. Aeque enim puniuntur tranſgreſſores fidei & iuramenti, vt dicit
69 gloſ. in cap. conſtitutus, de tranſact. & ſunt †æquipollentib, fidei & preſtatio & iuramentum, vt dicit gl. notabilis in c. 2. de ſponſali. & probatur in c. ad aures, quod met. cauſa, & in c. 1. de ſepul. lib. 6. cum ſimilibus. & ita poſt longam diſputationem firmat Pan. in c. querelam, de iureiurando, & ibi per

hanc

ideo minus, C. de accusatio. & ibi etiam aliquid per Cy. & exquisitè per Alciatum paradoxorum lib. 5. cap. 9. Decimo
72 tertio d. regula, quando † dispositio pœnalis disponit super certo actu; uam si talis actus iteratur pluries, & eadem ratio subsit in actibus iteratis, extenditur cõstitutio ad actus iteratos in alia persona, glos. est de hoc notabilis iuncto tex. in c. si electio, super uerbo aliam, in principio, de electio. lib. 6. iuncto c. pro defectu, eod. titu. in antiquis: & uolunt Dominic. & Philipp. Francus in d. cap. 1. & Anton. de Butrio in repetitione dicto c. fina. in 9. fallentia. Decimo quarto fallit d. regula in casibus conuersis, si sunt paris rationis. Vnde si lex uel canon loquitur de ultramontano propter longitudinem itineris, curia existente in Italia, habebit etiã locum in Italico citramontano, curia existente ultra montes, quando eadem subest ratio: Ita notabiliter volunt Guil. & Garsias in cap. auaritiæ, de electio. libro 6. & Hostien. & Panorm. in d. cap. nihil: de quo tamen uide ibi latius per alios, & per glo. & Dominicum in dicto c. 1. in uerbo Italiæ, & per Antonium de Butrio, in repetitione d. c. fina. in 15. fallentia. Et pro hac fallentia adduco bonam glos. in c. ut commissi, in uerbo procedendi, de hæreticis lib. 6. Decimo quinto fallit d. regula ubicunque extensio fit per aliam legem, quia illa fieri potest etiam si in lege esset dictio taxatiua, ut probatur in d. l. ob æs, iuncta glo. & in d. l. ita nobis pudor, cum ibi notatis per glo. Cyn. & docto. & faciunt notata per Barto. in d. l. si constante in 7. & 9. primæ partis principalis, & notata per eundem in d. l. serui nomine & in dict. l. 1. §. 1. ff. quod ui aut clam, & vult Io. de Imol. in repetitione d. §. de uiro, in 17. colum. & doctor. sæpe alibi.
73 Decimo sexto fallit d. regula in correlatiuis: nam † lex pœnalis loquens in uno ex correlatiuis, extẽditur ad reliquũ: Ita notabiliter vult Bald. in d. l. fina. C. de indicta uiduita. & in prælleg. l. fina. ff. de acceptillatio. & Lanfrancus in repetitione d. §. de uiro, in 3. conclusione interpretationis extensiuæ, & dixi supra in primo casu principali, & in loco a correlatiuis, quare hic non repeto: Quibus adde, q; lex quæcumcunque pœnalis & per consequens odiosa & restringenda, loquens in marito, in his q̃ ab eo transeunt ad yxorẽ, extẽditur ad uxorẽ. tex. est notabilis ĩ l. 1. & ibi Bal. & Pau. de Castro,

Castro notant,C.de in ius vocand vbi habetur, q̃ libertus faciens in ius uocari vxorem patroni,nõ interpretata venia agendi,incidit in pœnam 50.aurcorum,sicut si ipsum patronum in ius vocasset. Extra autem dictos casus stat regula,
74 quod in † mere pœnalibus vbi pœna imponitur ipso iure, non est fienda extensio ex identitate rationis& multo minus,si non sit eadem ratio,ut d.l.fi.C.de interdicto matrimo.secundum verum intellectum,quem ibi tetigit Ioco.de Bel.q̃ tene menti. Quid autem iuris sit,si pœna non sit imposita ipso iure per legem,sed veniat imponenda per sentẽtiam iudicis,quia non est materia nostra,uide per Ioan. de Imol.in repetitione d.§.de viro,in 17. column. vbi reperies de hoc per eum satis plene post alios per eum relatos : cui adde notata per glosam singularem, Petr.de Ancharano, Domini.& Philipp.Franc.& Io.And.in nouella in d.capit.si compromissarius.§.fi.& notata per Ioan.And.in regula,nemo potest ad impossibile,de regulis iuris libro sexto in Mercurialibus de cæco,& notata per glos. & doctor.in l.hodie. ff.de pœnis,& in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff. de his qui notan.infa.& in l.& si seuerior,C.ex quibus cau. insa.irroga.& notata per Panor.& Felyn.& canonistas in c.ex literis
75 de constitutio.Illud autem nolo te ignorare,quod †vbi pœnaim ponitur pro iure propter aliquod delictum commissum,nedum fit stricta interpretatio in pœnalibus, vt scilicet pœna locũ non habeant in casibus non expressis,sed ẽt fit stricta interpretatio,ne tam late sumantur verba, quam sumi posset significatio verborũ, q̃n subest aliqua ratio vel æquitas restringẽdi,d.c.si cõpromissarius.§.restringitur, & dixi supra.Et quod fortius est, vbi pœna imponitur ipso iure propter delictum commissum,nunquam est locus illi pœnæ nisi delictum illud sit consummatum,quantumcunque fuerit inchoatum,licet posset extraordinarie puniri, quia delictum inchoauit:hoc probatur in d.cap.cum in cũctis.§. clerici sane,iuncto cap.perpetuo,eo.tit.lib.6.& vult singulariter Ioan.And.in d.regula,in pœnis,in Mercurialibus, quẽ refert & sequitur Panorm.in d.§.clerici sane , & Ludouic. de Roma in consilio suo 427.incipiente,in proposito casu:& faciunt notata per omnes in l.is quis cum telo, C.ad legem Corn.de sica,q̃ est memoriæ commendandum . Et tantum

decet, ſuper verbo proceſſus, de immunitat.eccl.lib.6.ſed d.dũas gloſ.concorda,prout eas concordant Card.Ant.de Butrio, Io.de Imo.& Panor.in d.c.2.& Bal.in d.l. non dubium,ad quos remiſiſſe ſufficiat.Aut agitur de alia pœna, & tunc ſubdiſtingue:aut eſt pœna,non mera, ſicut eſt pœna expenſarũ,quæ eſt pœna reſpectu ſoluentis,non autem reſpectu recipientis:aut eſt mera pęna etiam reſpectu recipientis.Primo caſu poteſt fieri exrenſio ex identitate rationis,pro hoc adduco gloſ.notabilem in dict.clemen. 1.ſuper verbo præſidentes,circa finem,& vult Philipp.Francus in d. cap.1.in 21.fallentia,& Ioan. de Imola in repetitione d.§. de viro,in 14.columna, quod maxime procedit ſecundum eum,quãdo caſus expreſſus ideo fuit expreſſus,quia ſi communiter contingebat,vt patet ex glo.præalleg. quæ vulgò allegatur pro ſingulari ad hoc,quod quando lex vel canon loquitur in aliquo caſu ratione frequentioris uſus,quia ſcilicet magis frequenter ſolitum eſt ita fieri per hoc lex vel canon negat,quin idem ſit in alio caſu omiſſo,habente eandem rationem:& ita eam ponderant ibi Anton.de Butrio, Cardi.& Ioan.de Imola,Cenſetur enim tunc talis caſus expreſſus gratia exempli ſecundum Cardi.& alios ibidem: & hanc theoricam firmat etiam Iaſ.in Authen. ex teſtamento, in 8.columna,C.de collatio.ubi allegat alias gloſas iuris
67 ciuilis,ad quem recurre.Secundo caſu,quando agitur de mera pęna,vt quia eſt pœna etiam reſpectu recipientis,tũc fac regulam quòd conſtitutio pœnalis non extenditur ad alium caſum, etiam ſi ſit eadem ratio & omnimoda ſimilitudo,nec etiam ex maioritate rationis, quãdo maioritas rationis non ſurgit ex vi dictæ regulæ, cui licet: per ea quæ notat Cyn.in d.lege 1.circa finem,C.quæ ſit longa conſuetud.& per ea quæ notat Ioan.And.in dicta regula,odia maximè in prima ratione primæ partis,iuncta ſolutione quæſtionis:& bene facit textus in d.regula,in pœnis,& in dicta regula,odia,& in l.ſi præſes,& in l.interpretatione,ff.de pęnis,& de pœnit. diſt. 1.§.pœnæ, & l.cũ quidam.ff.de lib.& poſth.& quod notat gl.in dicto §.item mixta,quod habetur in d.c.ſtatutum,de elect.lib.6.& in dicto capitulo primo ne clerici vel monachi,eo.lib.in clemen prima de rebus eccle. non alienan.bene facit etiam d.lege fina. C. de interdicto

matrimonio,& vulgata glo.in d.c.1. in verbo Italiæ,licet il la glo.consueuit per aliquos allegari in oppositum,vt tetigi supra in principio istius tertij casus principalis:se reuera d. gloss.ibi finaliter decidit oppositum, & ita etiam sentit ibi Io.And.seipsum declarans in nouellâ, & hãc regulam firmant ibi Domini.Philipp.Franciis & alij, & Ioan. de Imo. in repetitione d.§.de viro,in 14. columna. Hæc regula tamen fallit in pluribus casibus.Primo enim fallit, quando extensio non fit ad alias personas, sed ad alium casum omnino similem,& in quo est eadem ratio vel maior; inter easdem tamen personas,glo.est de hoc singularis in clem. 2.in verbo lineum,de vita & honesta.clerico.quam ad hoc ponderat Ioan.de Imo.in repetitione dicto,§.de viro,in 14.columna pro qua gloss. etiam facit , quia aliàs si teneremus oppositum eius ,quod ibi dicit glos.sequeretur absurdum, videlicet quod clericus portans insulam sericam minus puniretur,quam portans lineam, qnod videatur absurdum: ideo non mirum si fiat extẽsio,arg.d.l.scire oportet,§.aliud cũ hoc fiat in correctoriis:ut dixi supra in primo casu principali. Et notanter dixi supra fieri extensionem in pœnalibus inter easdem personas ad casum omnino similem,nam secus est si casus non est omnino similis , quia tunc non fit extensio saltem ex identitate rationis , per ea quæ notant Ioannes Andr.in d.regula,odia,in mercurialibus,ubi disputando tenet,quod pęna d.c.cum in cunctis,quod loquitur in eligentibus episcopum illiteratum uel criminosum, non debet extendi ad eligentes bigamum , licet in eo videatur eadem ratio vel maior, ut ipse tangit in prima ratione primæ partis,quod est singulare & memoriæ commendandũ, & firmat Ioan.de Imo.in repetitione d.§.de uiro.in 15.colum,& doct.sæpe alibi.Nec præmissis obstat,illud quod ha-
64 betur in d.§ sed quia natura, vbi tex.videtur velle,q; indistincte fienda est extẽsio ex identitate uel maioritate rationis in consuetudinibus uel statutis pœnalibus,quẽ tex.Bal. ibi dicit esse meliorem de iure,quia ad hoc respõdet Io.de Imo.loco prædicto notabiliter tribus modis. Primo, quod ille tex.non plus probat,quam q; fiat extensio in pœnalibus ad casum omnino similẽ inter easdem,tamẽ personas,quod non repugnat fallẽtiæ supradictæ & sic etiã posset intelligi

quod

quod dixi gl.arguẽdo in d.c.in verbo Italię. Secundo quod ille tex.debet intelligi prout loquitur in materia quodammodo extensibili,propter pluralitatẽ casuum in quibus eadem pœna imponitur,quasi tunc mẽs iuris sit,q; alij casus ideo nõ exprimuntur,quia de facili enumerari nõ possunt, arg.d.l.nõ possunt non autem, quia velit diuersum esse in alijs casibus nõ expressis nam multi casus ibi exprimuntur in quibus eadem pœna locum habet: & ita apertè sẽtit ibi Præpos.dum dicit,quod materia priuationis feudi propter delictum uasalli est arbitraria, dummodo arbitriũ iudicis uersetur ad similes causas vel maiores exhæredationis,reuocationis,donationis,vel diuortij: & idem clare sentit ipse Præpositus in capitulo si capitanei,in principio.in tit.quib. modis feud.amittatur, in vsibus, feudorum. Tertio dicit posse responderi,quòd ibi non agitur de mera pœna: quia ibi agitur de amissione feudi,& deciditur quod debet reuerti ad dominum directum qui recipit suum,& sic nõ est mera pœna quoad eum & propterea non est mirum,si facilius ibi fiat extensio ex identitate vel maioritate rationis, quam ubi agitur de mera pœna,ut loquitur d.regula: quas solutiones tene mẽti pro intellectu d.§.sed quia natura,q; ualde uidetur obstare prima facie,sed in veritate nõ obstat ut patet ex præmissis.Secundo d.regula fallit,quãdo alias,
65 † nisi fieret extensio,dispositio posset de facili reddi illusoria.de hoc est tex.iuncta sua notabili gl.in d.capi.quanquã in fine,quæ illud quod ibi dicitur in tex.de testamento manifestorum usurariorum,extendit ad codicillos, & donationes causa mortis: nam alias de facili posset illud dispositio dicti cap.quanquam,non faciendo testamentum,sed codicillos uel donationem causa mortis:& ita vult Fel.in d.capitulo translato, circa finem,pro hoc etiã faciũt notata per Paul.de Liazarijs in d.cle.1.de sepulturis, ubi illud quod est ibi dispositum de sepelientibus manifestos usurarios in cimeterijs,extendi ad sepelientes in ecclesijs,quia eadem est ratio & maior, nam ubi non fit extensio ad alias personas,sed inter easdem ad casum ualde similem,ad quem si nõ fieret extẽsio,resultaret absurdum,quia minus puniret peccãs ĩ ecclesia,q; ĩ cimiterio,& de facili posset dispositio reddi illusoria,sepelliẽdo vsurarios nõ ĩ cimiterijs,sed ĩ ecclesia:

eleſia:iõ nil mirum,ſi ibi fiat extenſio,pro quo optime facit dicto capitulo ſi ciuitas.Imo plus vult glo. in clem. 1.ſuper verbo ſepelire,in fine, quod etiam facienda eſt extenſio cõſtitutionis pœnalis ad alias perſonas:quando alias, niſi fieret extenſio,diſpoſitio poſſet de facili reddi illuſoria, quod eſt ſingulariter notandum,quicquid dicat ibi Card.Tertio
66 fallit d. regula, † quando agitur de extenſione fienda in communiter æquiparatis a iure in materia de qua agitur, per ea quę habentur & notantur in dicto capitulo ſi poſtquam,§.primo & §.ſi.& maxime per Ioan. And. in nouella,vbi notabiliter dicit,quod obiectio quæ fieri poteſt de c. ad audientiam,de decimis, volente quod attendi debent verba diſpoſitionis,quia ſi legislator idem voluiſſet in caſu non expreſſo,quod voluit in expreſſo,bene expreſſiſſet &c. locum habet in his,quæ non ſunt,expreſſa,nec pro expreſſis habita,id eſt,in diſſimilibus, & in quib.non eſt penitus eadem ratio,& pro hac fallentia faciunt notata per gl. Bal. Ang.& doct.in d.l.ſi quis ſeruo & in d.l.quod vero contra, & iſtud expreſſe vult glo.notabilis in d.c.de multa, in verbo eccleſia,& ibi Panor.& Ioan.de Imol.& Philip.Francus in d.c.1.in 2.limitatione,& Anton.de Butrio in repetitione d.c.ſi.de conſuetudo.in 6. fallentia, & Ioan. de Baptiſta in repetitione d.l.omnes populi,in 10.fallentia. Quarto fallit d.regula,ſi fiat extenſio in his quæ poſſunt ſublata ſignificatione comprehendi,vel ex iuris interpretatione, argu.dicta lege ſenatuſconſulto,& d. l. libertum.§.1.iuncta l.peu ulti. C.de interdicto matrimo.hoc tamen intellige, ut ſupra dixi, niſi ſubſit ratio reſtringendi,item niſi pœna eſſet valde odioſa,quia tunc non fieret extenſio d.l.patri,& vult Io.de Imol.in repetitione d.§.de viro, in 16. colum. Quinto fallit d.regula, niſi noua conſtitutio pœnalis ſit interpretans vel declarans,nam tunc extenditur ad extremum ſub lege interpretata comprehenſum. Et ergo ſi lex noua interpretans antiquam loquatur ſolum in uno caſu,extenditur tamen ad omnes caſus ſub lege interpretata incluſos:Ita notabiliter dicit Ioan. And.in d.c.diſpendia,ſuper verbo quæſtiones,in nouella,& eſt glo.valde notãbilis in clem. ſtatutum,ſuper verbo conſuetudinẽ,de elec.& bona gl.in c.quæ cõtra ſuper verbo facta,de elect.lib.6.& eſt tex.notabilis in

Authen.

Authen.de filiis ante dotalia inſtrumen. natis,circa finem, colla.3. & ibi Bar.hoc notat,& Bald.in conſtitutione habita,in 10.col.C.ne filius pro patre uolunt Domini. & Philipp.Francus in d.c.1.& Anton.de Butrio in repetitione d. c. fin.in 14. fallentia, & Ioan. Baptiſta in repetitione dicta lege omnes populi,in decimaſeptima fallentia , & Lanfrancus in repetitione dicto §.viro,in decimatertia concluſione interpretationis extenſiuæ.Circa quod uolo te inciden ter ſcire quinque pulchra quotidie in praxi occurrentia .

67 Primum eſt, † quod ſi in fine alicuius legis , canonis, vel ſtatuti pænalis , fiat aliqua additio , tunc pæna appoſita in principio videtur repetita in tali adiectione: ex quo enim adiicitur,videtur pars illius ſtatuti. Vt puta cum dicitur in fine alicuius legis vel canonis,adiicientes &c.vel, huic inſuper adiiciamus factioni,vel hæc verba, idem iudicium eſſe volumus &c.glo.eſt de hoc notabilis in d.c.de multa,ſuper verbo eccleſia,& ibi eam ſequitur Panorm.& communiter docto.& idem vult Card.& reputat ſingulariter notandum in d.cle.ſtatutum,in 3.oppoſitione , & ita teneas quicquid dicat gl.in d.cle. 2.in verbo ſanctioni,quæ communiter probatur:de hoc articulo tamen vide latius per Anton.Corſetum in ſingulari ſuo vigeſimo.Secundum eſt,quod conſtitutio antiqui iuris declaratoria non habet locum, niſi in caſibus in quibus locum habet ius antiquum, de hoc eſt glo. notabilis in capitulo ſi cui , & ibi hoc firmant Dominic.& Philip.Francus,de elect.libro ſexto. Tertium eſt, quod ubi lex vel ſtatutum emanat ad ſupplementum aliam legē vel ſtatutum,non habet locum,niſi in caſibus in quibus loquitur ſtatutum ſuppletum,ſicut dicimus de lege interpretante & interpretata.Ita ſubtiliter notat Dominic. in capitulo vt circa,ex gloſ. ſuper verbo appellari,de election.libro ſexto.Quartum eſt,quod vbi lex veniens ad interpretationem alterius legis extendit ipſam diſpoſitionem vel legem per hoc tamen nō videtur extendere pænam legis interpretatæ,niſi id exprimat,glo.eſt notabilis in leg.fina. ff.de in ius uocan.quam ad hoc notat Anto. de Butrio in repetitione d.cap.fin.de conſuetud.in 57 coſumn.Quintum eſt , quod vbi lex ippohit pænam ſuper certo facto prohibito, & poſtea ab illa prohibitione excipit vnū caſum ſub certa limi-

tatio

tatione,pæna appoſita ſuper facto,extenditur etiam ad caſum exceptum ſi forma ſeu limitatio non ſeruatur,gloſ. eſt de hoc ſingularis in c.vnico , ſuper verbo neceſſario , & ibi eam commendat Domin.& Philipp.Francus de poſtul. præ
68 lat.lib.6.Sexto fallit d.regula,quando † conſtitutio pænalis contineret fauorem eccleſiarum , quia tunc debet largo modo interpretari,& extendi ad alium caſum ex identitate rationis,Ita dicit gloſ.notabilis in dict.cap. ſciant cuncti, ſuper verbo alios,& ibi hoc firmant Domin. Philipp. Francus,& idem Domi.& Philipp.Francus in d. capitulo primo & Angel. multum ſingulariter in d.§.item mixta,imo plus ſingulariter vult gl.in d.c.ſciant cuncti,videlicet quod quãdo conſtitutio pro parte eſt fauorabilis,& pro parte odioſa, tunc attenditur id ſuper,quo principaliter intendit prouidere,& ex hoc inducatur fauorabilis vel odioſa, & ſi id ſuper quo intendit principaliter prouidere eſt fauorabile,conſtitutio extenditur,quod reputant ibi Domi.& Philip.Francus valde notabile,& idem vult gl. notabilis in l.2. C. de in ius voc.& ibi de hoc habetur pulchre per Iaſ.& doct. & eſt de mente Bar.& aliorum in d.conſtitutione ſacramenta puberum,& eſt de mẽte eiuſdem Bar.in l. ſi quis nec cauſam ff.ſi cert.pet.& in l.qui exceptionem ff. de condict. inde.& habetur pulchre per Pet.de Anch.in d.repetitione c.canonum ſtatuta,in 14.q.principali,ad quos breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat.Septimó fallit d.regula,quando conſtitutio emanauit in fauorẽ animæ, & quia de hoc ſatis plene dixi ſupra in primo caſu principali, & ẽt in illo tertio caſu principali,idcirco hic non repeto.Vnũ tñ adiiciendũ decreui, q. quia ubicunque agitur de obſeruatione iuramenti, conſtitutio eſt fauorabilis & extendenda, quia cenſetur emanata in fauorem animæ, vt ſupra dixi , ſequitur q. etiam fidem promiſſam violans priuari poteſt beneficio , ſicut periurus, gl.eſt de hoc notabilis in c.fi.ne prælati vices ſuas . Aeque enim puniuntur tranſgreſſores fidei & iuramenti , vt dicit
69 gloſ.in cap.conſtitutus,de tranſact.& ſunt †æquipollentib, fidei & preſtatio & iuramentum,vt dicit gl.notabilis in c.2. de ſponſali.& probatur in c.ad aures,quod met. cauſa,& in c.1.de ſepul.lib.6.cum ſimilibus.& ita poſt longam diſputationem firmat Pan.in c.querelam,de iurejurando,& ibi per

hanc

hanc rationem & quotidianã aliam,de qua faciam mentionem infra,hoc ſequitur Aeneas de Fãlconibus in additionibus ad Panormitanum,quod nota,quia eſt quotidianum & habui de facto . De hoc tamen articulo vide latius per Ant.Corſetum de Cicilia in repetitione rubrice,de iureiurando,in 7.q.& per Alex.in leg. ſi quis maior, in fine,C.de tranſactio.Octauo fallit d.regula,quando in ſtatuto vel conſtitutione pœnali eſt appoſita clauſula,vt proceditur de ſimilibus ad ſimilia. Ita notabiliter vult Bald.in l.3.quam legit cum l. 2.C.de legibus,& idem Bal.in dicta l.oẽs populi, & Io.Baptiſta hoc referens dicit illud eſſe notabiliſſimũ & memoria dignum hoc etiam uult Philip.Francus in d. c. i. in 20.fallentia,pro quo allego tex.d.§.ſed quia natura, vbi meo iudicio de hoc eſt caſus,vt ſupra memini. Nono fallit d.reg.in habentibus ſe ut præambula ad certum actum , vt ſunt elect.poſtulatio,præſentatio,& collatio, quæ omnia tẽdunt ad finem prouidendi eccleſiæ vacanti ; nam tunc ex identitate rationis diſpoſitum in vno extenditur ad alterũ, glo.eſt de hoc ſingularis in c. 1.in fine,de poſtula. & ibi eã 70 multum exclamat Panor.ponens hanc regulam,quod †vbicunque extrema ſic ſe habent,quod de vno peruenitur ad reliquum vel ad eundem finem,tunc etiam in materia pœnali & reſtringibili fit extenſio,ita quod diſpoſitum in uno habeat locum in reliquo,& idem uolunt Domini.& Philip. Francus in cap. 1.& Anton de Butrio in repetitione d. cap. fin.in 8.fallentia & Ioan.Baptiſta in repetitione d. l. omnes populi,in 14.fallentia.Hoc tamen eſt limitandum uerum , quando verba conſtitutionis pœnalis id paterentur alias ſecus,per gl.ſingularem in cle,unica,ſuper verbo contrahere de conſanguini.& affini.quæ uult,quod licet prohibito matrimonio,cenſeantur prohibita ſponſalia,l.oratio.ff.de ſponſalib.Attamen pœna impoſita contrahentia ſcienter matrimonium in gradu conſanguinitatis vel affinitatis prohibitio , de qua ibi , non extenditur ad contrahentem ſcienter ſponſalia in gradu prohibitõ & idem tenet ibi Cardi.& alii doctõ.& Panorm.in dicto c. 1.de poſtul.prælato . Decimo fallit d.regula,quando conſtitutio pœnalis loquitur certo caſu in plurali,nam extenditur vt etiam locũ habeat in ſingulari: Et ergo ſi per ſtatutum puniatur producens falſos teſtes,talc

stes,tale statutum etiam locum habebit in producente vnũ falsum testem:Ita notabiliter dicit Bart.in l.3.§.negotia.ff. de nego.gestis,& volunt Domini.& Philip. Francus in d. c. & Ioan.Baptista in repetitione d.l omnes populi,in 14. fallentia,& Ant. de Butrio in repetitione dicto cap.finali, in 9. fallentia: circa quod vide quod dicam infra in loco a vi numeri.Vndecimo fallit d. regula, quando fieret extensio ad casum sine quo dispositio non sortiretur effectum:ita dicit notabiliter Barto.in d.l. non dubium,& idem Bart.in repetitione d.l.omnes populi,& ibi Ioan.Baptista & Domini. & Philippus Francus in d.cap.1.& Anton.de Butrio in repetitione d. cap. finali, in 10.fallentia:& Lanfrancus in repetitione dicto.§.de viro, in 10. conclusione interpretationis extensiuæ,pro quo optime facit l. 2. ff. de iurisdictio. omnium iudicum & l.si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de verbo.obligation. Duodecimo fallit dicta regula, quando

71 † lex pęnalis emanuit in fauorem reipublicæ:nam tunc potest extendi ex identitate rationis,etiãm ad aliam personã: Et ergo cũ ad fauorem reipublicæ pertineat.maleficia puniri,vt pacata sit prouincia.l.congruit.ff.de offic.præsidis, & tuta inter improbos innocentia,d.c.erit autem lex,pœna statuti punientis committentem maleficium, punietur etiam fieri faciens seu mandans.Ita singulariter dicit Bart.in lege quemadmodum,C.de agricolis & censitis, lib.11.& idem Bart.in l.2.§.exercitus.ff.de his qui notantur infamia, & idem Bart.in d.l.si constante,in 9.q. primæ partis principalis,& idem Bart.in l.si quis in graui. §.vtrum ff. ad Sylleia. & exclamat Ludo.de Roma.in consilio suo 105. incipiente in Christi &c.uiso themate &c. & gloriatur de hoc Paul.de Castro,in consilio suo 23.incipiente,viso puncto, in secunda colum.in antiquis:& idem Paul. de Castr. in l.bona fides,vbi pulchre loquitur.ff. depositi:& Lanfrancus in repetitione d §.de viro,in 21.conclusione interpretationis extensiuæ:& Iason in d.l.non dubium:& Domin.in d.cap.pro humani,versic.sacri,post principium,& Felyn.in d. c.translato,circa finem, & habetur pulchre de hoc per Bald. in repetitione dicta l.omnes populi, in 11. columna & late per Panor.in c.mulieres de senten.excommun.& per Ant. Corsetũ in singulari suo centesimo:& latissime per Sali.in l. nõ

ideo

ideo minus, C. de accusatio. & ibi etiam aliquid per Cy. & exquisitè per Alciatum paradoxorum lib. 5. cap. 9. Decimo
72 tertio d. regula, quando † dispositio pœnalis disponit super certo actu; iam si talis actus iteratur pluries, & eadem ratio subsit in actibus iteratis, extenditur cõstitutio ad actus iteratos in alia persona, glos. est de hoc notabilis iuncto tex. in c. si electio, super uerbo aliam, in principio, de electio. lib. 6. iuncto c. pro defectu, eod. titu. in antiquis: & uolunt Dominic. & Philipp. Francus in d. cap. 1. & Anton. de Butrio in repetitione dicto c. fina. in 9. fallentia. Decimo quarto fallit d. regula in casibus conuersis, si sunt paris rationis. Vnde si lex uel canon loquitur de vltramontano propter longitudinem itineris, curia existente in Italia, habebit etiã locum in Italico citramontano, curia existente ultra montes, quando eadem subest ratio: Ita notabiliter volunt Guil. & Garsias in cap. auaritiæ, de electio. libro 6. & Hostien. & Panorm. in d. cap. nihil: de quo tamen uide ibi latius per alios, & per glo. & Dominicum in dicto c. 1. in verbo Italiæ, & per Antonium de Butrio, in repetitione d. c. fina. in 15. fallentia. Et pro hãc fallentia adduco bonam glos. in c. ut commissi, in uerbo procedendi, de hæreticis lib. 6. Decimo quinto fallit d. regula ubicunque extensio fit per aliam legem, quia illa fieri potest etiam si in lege esset dictio taxatiua, ut probatur in d. l. ob æs, iuncta glo. & in d. l. ita nobis pudor, cum ibi notatis per glo. Cyn. & docto. & faciunt notata per Barto. in d. l. si constante in 7. & 9. primæ partis principalis, & notata per eumdem in d. l. serui nomine & in dict. l. 1. §. 1. ff. quod ui aut clam, & vult Io. de Imol. in repetitione d. §. de uiro, in 17. colum. & doctor. sæpe alibi.
73 Decimo sexto fallit d. regula in correlatiuis: nam † lex pœnalis loquens in uno ex correlatiuis, extẽditur ad reliquos. Ita notabiliter vult Bald. in d. l. fina. C. de indicta uiduita. & in prælleg. l. fina. ff. de acceptillatio. & Lanfrancus in repetitione d. §. de uiro, in 3. conclusione interpretationis extensiuæ, & dixi supra in primo casu principali, & in loco a correlatiuis, quare hic non repeto: Quibus adde, q; lex quantumcunque pœnalis & per consequens odiosa & restringenda, loquens in marito, in his q̃ ab eo transeunt ad vxorẽ, extẽditur ad uxorẽ. tex. est notabilis i l. 1. & ibi Bal. & Pau. de

Castro,

Castro notant,C.de in ius vocand vbi habetur, q; libertus faciens in ius uocari vxorem patroni,nõ interpretata venia agendi,incidit in pœnam 50.aurcorum,sicut si ipsum patronum in ius vocasset. Extra autem dictos casus stat regula,
74 quod in † mere pœnalibus vbi pœna imponitur ipso iure, non est fienda extensio ex identitate rationis& multo minus,si non sit eadem ratio,ut d.l.fi.C.de interdicto matrimo.secundum verum intellectum,quem ibi tetigit Iaco.de Bel.q; tene menti. Quid autem iuris sit,si pœna non sit imposita ipso iure per legem,sed veniat imponenda per sentẽtiam iudicis,quia non est materia nostra,uide per Ioan. de Imol.in repetitione d.§.de viro,in 17. column. vbi reperies de hoc per eum satis plene post alios per eum relatos : cui adde notata per glosam singularem, Petr.de Ancharan. Domini.& Philipp.Franc.& Io.And.in nouella in d.capit.si compromissarius.§.fi.& notata per Ioan.And.in regula,nemo potest ad impossibile,de regulis iuris libro sexto in Mercurialibus de cæco,& notata per glos. & doctor.in l.hodie. ff.de pœnis,& in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff. de his qui notan.infa.& in l.& si seuerior,C.ex quibus cau. infa.irroga.& notata per Panor.& Felyn.& canonistas in c.ex literis
75 de constitutio.Illud autem nolo te ignorare,quod †vbi pœnaim ponitur pro iure propter aliquod delictum commissum,nedum fit stricta interpretatio in pœnalibus, vt scilicet pœna locũ non habeant in casibus non expressis,sed ẽt fit stricta interpretatio,ne tam late sumantur verba, quam sumi posset significatio verborũ, qñ subest aliqua ratio vel æquitas restringẽdi,d.c.si cõpromissarius.§.restringitur, & dixi supra.Et quod fortius est, vbi pœna imponitur ipso iure propter delictum commissum,nunquam est locus illi pœnæ nisi delictum illud sit consummatum,quantumcunque fuerit inchoatum,licet posset extraordinarie puniri, quia delictum inchoauit:hoc probatur in d.cap.cum in cũctis.§. clerici sane,iuncto cap.perpetue,eo.tit.lib.6.& vult singulariter Ioan.And.in d.regula,in pœnis,in Mercurialibus, quẽ refert & sequitur Panorm.in d.§.clerici sane , & Ludouic. de Roma in consilio suo 427.incipiente,in proposito casu:& faciunt notata per omnes in l.is quis cum telo, C.ad legem Corn.de sica.q; est memoriæ commendandum . Et tantum

de tertio casu principali, qui fuit de extensione fienda in pœnalib. qui est articulus pulcher, subtilis, vtilis, & quoti-
76 dianus. Quarto casu principali, quando agitur † de extensione fienda in non correctoriis, nec exorbitantibus, nec pœnalibus, conclude quod licita est extensio ex identitate rationis per dictam l. non possunt, cum lege sequen. & leg. iura non in singulas, cum ibi notatis per glo. & doc. ff. de legibus, & per id quod habetur in dicto cap. translato, & in d. c. 2. de transla. præla. Vbicunq; enim est eadē ratio, ibi debet esse idem ius & eadem iuris dispositio, l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. a Titio. ff. de verbor. oblig. cum similibus: & multo fortius fit extensio hoc casu, quando ratio est expressa in lege, & est amplior seu generalior dicto seu dispositio, iuribus supra in principio huius loci allegatis. Sed circa istud cadit
77 pulchrum & subtile dubium. Quid si sit dubium, an † recurri debeas a simile legis, an vero ad simile consuetudinis, vt quia accurrit casus non determinatus a lege nec a consuetudine, sed reperitur simile legis & etiam simile cō suetudinis: ad quod istorum erit recurrendum. In quo articulo pulchro, & subtili, & quotidiano licet multa reperiantur scripta per glosam & docto. in d. l. de quibus, & in dicto c. finali, de consuetu. ubi hæc materia tractatur tamen com
muniter concluditur. quod si casus occurrēs est de materia consuetudinis: recurrendum est ad simile consuetudinis: si vero casus occurrens est de materia legis, recurrendum est ad simile legis: si autem materia est indifferens, recurrendū est ad illud simile quod est rationabile, si autem utrunque est rationabile, recurrendum est ad simile legis. Exemplum primi, lex dicit monachus succedere parentibus, l. deo nobis, C. de episcop. & clericis, cum similibus, in feudo autem secus est per consuetudinem feudorum, ut in cap. qui clericus, si de feudo fuerit controuer. in vsibus feudorum non habemus autem legem neq; consuetudinem expressam de canonico regulari vt vocant, & quęstio occurrentes est, an ille canonicus, regularis succedat patri in feudo, & dicendū est q; non, quia consuetudo quæ excludit monachum a successione feudi, habet optimā rationem: quia seruire non potest dño directo, & æq; militat in regulari canonico: ergo secundū simile consuetudinis iudicabitur, ex quo iste casus

occurrens

occurrens de quo quæritur eſt de materia conſuetudinis, puta ſucceſſionis in feudo. De hoc tamen, an monachus vel monaſterium ex perſona ipſius ſuccedere poſſit in feudo, nec ne, & quando ſuccedere poteſt, & quando non, vide per legiſtas in l. quiſquis, C. de epiſcopis & clericis per Io. And. Panorm. Felyn. & canoniſtas in cap. in præſentia, de probationibus & per Hoſtien. in ſua aurea ſumma in titu. de immunita. eccle. §. in quantum, in verſi. ſed nec illa, & per Iacobinũ in ſuo notabili libello feudorum in illis verbis quibuſcunque hæredibus & pleniſſime per Præpoſi. in tit. qui feudum dare poſſit, in §. & quia vidimus, vbi hunc articulum pulchrum & quotidianum latiſſime & profundiſſime examinant. Exemplum ſecundi, lex dicit ut prædixi, monachio, ſuccedere parentibus, conſuetudo autem contrarium diſponit in feudis, de canonico autem regulari non habemus legem neque conſuetudinem expreſſam & quæſt. nũc occurrẽs eſt, an canonicus regularis ſuccedat patri in bonis non feudalibus ſed allodialibus, & dicendum eſt quod ſic, nam ex quo ſumus in materia iuris ſcripti, puta ſucceſſionis in bonis non feudalibus, iudicandum erit ſecundum ſimile legis, & ſic ſimilitudo canonici regularis ad monachum trahitur ad ius ſcriptum in bonis allodialibus, vt in illis ſuccedat, & ad ius conſuetudinarium in feudalibus, vt in illis nõ ſuccedat. Item cape aliud exemplum, ſi in venditione ſit deceptio vltra dimidium iuſti præcii, ad petitionem venditoris ſit decepti reſcinditur contractus, vel cogitur emptor ſupplere iuſtum precium, vulgata lege ſecunda, C. de reſcindenda venditio. & capitu. cum dilecti, & c. cum cauſam, de emptio. & vendit. & hoc ius habet in ſe magnã æquitatem: Pone modo, conſuetudinem contrarium diſponere, quando vaſallus vendit feudum domino vt ſcilicet propter deceptionem vltra dimidium iuſti precii non fiat reſciſſio contractus vel ſupplitio iuſti precii, hoc etiam habet æquitatẽ quia dominus dedit vaſallo gratioſe feudum, vnde videtur e contra fieri gratia domino per vaſallum, propter obligationem naturalem, quia tenebatur ad antidota, l. ſi vero nõ remunerandi. §. inde Papinianus, ff. mandati, & l. ſed & ſi l. §. conſuluit. ff. de peti. hæred. Pone modo, aliquẽ locaſſe domũ ſuã, & in locatione vltra dimidiũ iuſti precii fuiſſe de-

ceptum quomodo iudicabitur hoc casu an secundum sim-
le legis,an secundum simile consuetudinis & certe si ille lo
cauit domino rem feudalem, iudicabitur secundum simile
consuetudinis si vero locauit aliam rem allodialem,iudica-
bitur secundum simile iuris scripti : ex quo primo casu su-
mus in materia consuetudinis , & secundo casu in materia
iuris scripti. Item cape aliud exemplum quotidianum , nos
habemus legem scriptam disponentem quod incremen-
tum alluuionis accrescit vsufructuario,leg. item si fundi.§.
huic vicinus tractatus est. ff. de vsufructu : Item habemus
ius consuetudinarium feudorum, disponens quod id quod
accrescit per alluuionem feudi,non accrescit vasallo,secun-
dum distinctionem quam ponit textus,in cap. 1.§.si quis de
manso.& seq.& ibi pulchre per Aluaro.& alios, si de inue-
stitura feudi controuersia fuerit. Occurrit nunc casus, qui
non est decisus,de emphyteota perpetuo,& quæritur an in
crementum alluuionis sibi acquiratur,& sic an attendimus
simile legis scriptæ de vsufructuario,an simile iuris consue
tudinarii de vasallo , & certe quia sumus in materia iuris
scripti,attendendum erit simile iuris scripti , & sic dice-
mus,quod incrementum alluuionis accrescit emphyteotæ
sicut vsufructuario.Ita vult glos.singularis in dict.l.de qui-
bus,& ibi Bart. in repetitione , & post eum Ange. & Iason
ibidem , & Anton. de Butrio in repetitione dict. cap.fina.
de consuetu.& Salycet.in leg. 1. C. de iure emphyteut. &
Ioan.Baptista de sancto Seuerino in repetitione c.1.de feu
di cogniti.& est communis opinio in praxi seruanda, quod
memori teneas mente, quia est quotidianum . Exemplum
tertii,in venditione fit receſſio contractus vel suppleto iu-
sti precii ob deceptionem vltra dimidium iusti precii , &
hoc habet æquitatem,vt supra dixi: Sed pone consuetudi-
nem in loco contrarium disponere: Item pone ibi quendam
locasse domum suam alteri & fuisse deceptum ultra dimi-
dium iusti precii, isto casu quomodo iudicabitur, & certe
iudicabitur secundum simile legis, cum lex sit fundata su-
per æquitate,& consuetudo sit contra æquitatem,vnde nõ
est trahenda extra suos terminos,d.l.quod vero contra: Il-
78 lud autem certum est,quod † vbi non est consuetudo con
traria ; statutum in venditione trahitur ad locationem , vt
volunt

volunt doct.in d.l.2.& Ioan.Andr.& alii in d.c.cum dilecti, & est glo.singularis in l.si ea pactione,in fine, C. de vsuris: Imo quod plus est,d.l.2.C.de rescindend venditio. habet locum in omnibus contractibus bonę fidei,vt est tex.in.cta glo.in l.3.C.commun.vtriusque iudicii:& ibi hoc expresse volunt Bart.Bal.& doct.& Iason in d.l.de quibus, in 9. col. quod commenda memoriæ, quia seruit ad multa. Exemplum quarti,in venditione fit rescissio contractus vel suppletio iusti predii ob deceptionem vltra dimidium iusti precii, & habet summam æquitatem,vt sæpius supra dixi: modo pone,quod consuetudo in loco habet,quod propter minus iustum precium, etiam si interuenit decepto ultra dimidium iusti precii,non fiat rescissio contractus venditionis, nec compellatur emptor ad supplendum iustum precium,quãdo venditio facta est per maiorem 30.annis,quia hoc casu cõsuetudo non attendit deceptionem: deinde pone,quod in loco consuetudinis quidam 32. annorum locauit domum suam altera, & deceptus fuit ultra dimidium iusti precii,illo casu quomodo iudicabitur & certe iudicabitur secundum simile legis, & habebit locum remedium dict.l.2.licet vtrunque simile in suo casu sit rationabile: & ratio istius est,quia si consuetudo est contra legem, restringenda est, & ratio legis amplianda,d.l.quod vero contra:si vero consuetudo est præter legem, adhuc recipiendum est id, quod est magis extensibile: est enim similitudo idem quod extensio,d.l.non possunt,& c.inter cæteras, de rescriptis,sed lex venit ex consensu expressio, cõsuetudo autem ex tacito,dict.leg.de quibus, expressum autem extensibilius est,quam tacitum,vt est tex.pulcher in l. penultim. ff. de quib.caus pignus tacite contrahitur,& in l.precibus,C. de impube. & alis substitu.& notatur per glos. Panorm. & docto.in cap.quod a te,de cleric.coniuga.& in Authentic. ingressi,C.de sacrosanct.eccle.& habetur pulchre per Paulus de Castro,in consilio suo 27.in antiquis, incipiente, in Christi nomine amen, super appellatione &c. ergo potius recipiendum & amplectendum est simile legis, quia consuetudo solum illud sustulit,quod sibi vsurpauit: nam hæc est vera regula in consuetudinibus & præscriptionibus,
79 tantum † præscriptum vel vsurpatum, quantum pos-

sessum & usitatum, & non plus, ca. dilecto, de officio archi. c. cum olim, de præscriptio, & l. 1. §. Iulianus 1. ff. de itinere actuq; priuato, & ibi hoc notat glo. in verbo quoadusque, quam Bar. ibi in §. si quis hoc interdicto, dicit semper notandam, & per eam decidit plures notabiles q. sed consuetudo non usurpauit sibi simile legis, ergo illud manet ut prius: sicut ergo correctio prioris legis facta per legem posteriorem non extenditur regulariter, ut dixi satis plane supra in primo casu principali, in materia extensionis fiendæ in correctoriis; ita etiam non debet extẽdi correctio quam facit consuetudo, sed debet restringi ad casum suum. Ita notabiliter uolunt Bar. Ange. & Iason in d. l. de quibus, & Io. And. & Anton. de Butrio in repetitione d. c. fin. de consuetud. & docto. sæpe alibi: quod tene menti, & uide quod di-
80 cam infra in loco a contrario sensu, in 3. q. Et de hac materia interpretationis extensiuæ pulchra, subtili, utili, & quotidiana, si placet uincere poteris latius per Bar. & Alex. in d. l. si constante, in 7. & 9. q. primæ partis principalis, & per eundem Bar. in repetitione d. l. omnes populi, in 6. q. principali, & ibi late per Ioan. Baptistam in sua notabili repetitione, per Cyn. Bartol. Bald. & docto. in d. l. non dubium, per Bartol. in leg. 1. §. nunciatio ff. de noui operis nunciation. & per eundem Bar. in l. prætor. §. est differentia. ff. vi bono. rapto. per Cyn. Bald. & doct. in d. l. 1. C. quæ sit longa consuetudo, per Iacobum de Bel. Bal. & Albericum in d. l. fina. C. de interdicto matrimonio, & per eundem Bal. in l. 1. C. de interdictis, per Dyn. in d. regula, in argumentum, de regu. iur. lib. 6. & per glos. Dominicum, Philippum Francum, & doctor. in dict. cap. 1. de tempo. ordi. lib. 6. pulchre per Matthæum Matesselanum in dicto suo notabili libello extẽsionem, & magistraliter per Ioan. de Imol. in repetitione d. l. si uerò. §. de viro, & per eundem in d. clem. 1. de rescrip. & in d. cle. 1. de electio. & per eundem Ioan. de Imo. Domini. & Philip. Francum in d. c. constitutio, & aliquid per eundem Ioan. de Imol. in d. l. 2 §. fin. ff. de donatio, pulchre etiam p Lud. de Roma in sua aurea repetitione d. Authen. similiter & aliquid per eundem in aurea sua repetitione d. l. si verò. §. de uiro, licet specifice hanc materiam interpretationis extensiuæ non attingat, per glos. Bart. Bald. Paul. de Ca-

stro

ltro Iaſonem,& docto. in d.Authen.quas actiones, pulchrè Salycet.in repetitione d.l.1.C.de noxalibus,actio.per Fely. in d.capitul translato,per Panorm.in d.c.nihil,in d.cap. de multa,in d.c.translato,in d.c.fina.de reſcrip.& in d.cap. ad audientiam,de decimis,per Ioan.And.in d.regula,odia, in d,regula,in pœnis,& in regula,pro poſſeſſore,de reg.iur.lib. 6.in Mercurialibus,& per eundem in d.c.nihil. & in dict.c. diſpendia, in nouella: & per eundem in additio. ad ſpecu. in titu.de action.& petitio.in §.penult.in additione,quæ incipit Auctor,per Alber.de Roſate,in prima parte ſtatutorũ q.9.per Bal.& alios in d.l.de quibus: & exactiſſimè per Anton.de Butrio in repetitione d.c.fin.conſuetud. & pulchrè per Lãfrancum in repetitione d.§.de uiro,in materia interpretationis extenſiuæ. & latiſſime per Petr. de Anchor. in ſingulari ſua repetitione d.c. canonum ſtatuta in 3. & 14. quæſtio.principali,per Bal.in d.l.2.C. de patribus qui filios diſtraxerunt,& in d.l.quod vero contra, & in d.leg.non poſſunt,& in dicta lege ita nobis pudor,per Paulum de Caſtr. in dict.lege neque leges,& per eundem in conſilio 338.incipiente,præſens caſus,& in conſilio 23.incipiente, uiſo puncto &c.in antiquis,& per Oldrad.in conſilio ſuo 189. incipiente,factum tale eſt,de conſuetudine eccleſiæ, &c. & per eundem in conſilio 185.incipiente, thema tale eſt, Titius canonicus &c.& per Angelum de Aretio in dicto §.ius autem ciuile, quorum uigiliæ non erant tacendæ: In quibus locis perſpicue uidebis lector,quam ſubtilis,profunda,utilis,& periculoſa ſit hæc materia interpretationis extenſiuæ & quam varie gloſæ & doctores ſenſerint in ea.

1 *Argumentum à ceſſatione rationis forte,& utile.*
2 *Ceſſante ratione legis, ceſſat lex,uel diſpoſitio.*
3 *Correcta ratione legis,cenſetur correcta lex.*
4 *Regula,ceſſante cauſa ceſſat effectus,limitatur tripliciter & ſequent.*
5 *Cauſa qua dicatur finalis,& qua impulſiua.*

Digitized by Google

OCVS A CESSATIONE rationis.

1 NVNC subnectemus locum a cessatione rationis, a quo sumptum argumentum est forte, frequens, & utile: tex. est notabilis in l. quod dictum, ff. de pactis, & in c. cum cessante, de appella. cũ similibus. Et isto argumento utitur Bar. in l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui mãdata est iurisdictio, & Ricardus Malumbre, ut refert Bar. in constitutione digestorum in §. hæc autem, & Io. de platea in l. unica, C. de salgamo hospitalibus non præbendo lib. 12. & Ludoui. de Roma in aurea sua repetitione Auth. similiter, in 5. colum. C. ad leg. Falcid. & idem Ludou. in sua singulari repetitione l. si verò. §. de uiro, in 32. fallentia, ff. solut. matrimo. & Oldrad. in consilio suo 6. incipiente, q; litera executoria, & Io. And. in regula, non debet aliquis, & in regula, non est in mora, & in regula, non est sine culpa, & super data, de regul. iur lib. 6. in Mercutialibus: & Salycet. in l. 3. C. de iniurijs, & Petr. de Anchor. in consilio 11. & Ioan. Cald. in cõsil. suo 21. & Matth. Matesselanus in notabili 157. & Panor. in sua eleganti disputatione, incipiente stante statuto, in 8. colum. & doctores sæpe alibi. Et formatur uno modo sic,

2 Cessante † ratione legis, cessat lex uel dispositio, d. leg. q; dictum, & lege adigere. §. quamuis, ff. de iure patro. Et istud procedit generaliter, siue hoc contingat ex eo quod ratio legis cessat in casu de quo est quæstio, nam utriq; tunc cessat dispositio. d. l. 1. §. huius rei, d. l. quod dictum, & d. l. adigere. §. quamuis, & l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. cũ similibus: siue hoc proueniat ex eo, quod ratio legis est cor

3 recta, nam correcta † ratione legis, censetur etiam correcta ipsa lex: ut est tex. cum sua singulari glos. in l. 1. in principio, in uerbo prudentia, & ibi Bart. & docto. notant. ff. de legitimis tutoribus, & text. in Authen. ingressi, in fine, iuncta l. generali, C. de sacros. eccles. & ibi habetur pulchrè de hoc per Salycet. in 1. & 2. columna & per Ioan. de Imola in l. 2. §. fin. ff. de donatio & per eundem Ioan. de Imo. in repetitione d. l. si verò. §. de uiro, in 5. columna ubi reputat d glo. singularem, & per Bald. in l. 1. ff. solut. matrimonio, & ibi

Ale-

Alexand.etiam reputat dicta glos pro singulari:de quo dixi satis ample supra loco proximo in primo casu principali, ubi recurre. Secundo argumentum ex hoc loco potest formari aliter sic,Cessante causa,cessat effectus;d. c.cum cessante,& c.& si Christus;de iureiurando,cum infinitis similibus.Sed † istud recipit tres notabiles limitationes. Primo,ut procedat;quando causa est finalis:secus si sit impulsiua tantum, quia tunc cessante causa, non cessat effectus seu dispositio.l. 1.§.sexum,ff.de postulan.& d.l.2. §.fina.& habetur plene de hoc per canonistas, maxime per Anton. de Butrio in cap.post translationem, de renunciatione.& per glossa,& doctores in cap.cupientes, in principio, super verbo periculosis,de electione, libro 6. Hoc tamen restringe,& intellige,vt dicam infra in loco a contrario sensu. Si autem uis scire, quomodo cognoscitur, quod ratio † seu causa posita in aliqua lege seu canone,est impulsiua vel finalis,vide Bal.in lege generaliter,C. de episcop.& cler.& Bar.in extrauaganti;ad reprimendum,in verbo nec ex eorum absentia,in titu. quomodo in crimine læse maiestatis procedatur,& Prepo.in dicto c. cum cessante,& Iasonem in Authen.quas actiones, C. de sacrosanct.eccle.qui volunt, quod tunc ratio est impulsiua, quando decisio est generalior, quam sit ratio: si autem econtra ratio est generalior decisione,vel æque generalis,tunc est finalis & non impulsiua,& in dubio causa præsumitur potius impulsiua, quam finalis,d.leg. 2.§.fin.& ibi hoc vult glo.& Dyn.in regula.de cet,de regu.iur.lib. 6.de hoc tamen uide plenius per Bart. & Ioan.de Imol & legistas,in d.l.2.§.fin. vbi etiam Ioã.de Imo.declarat ex quibus colligitur causa seu ratio finalis legis vel canonis, quem omnino uide:hinc etiam recte dicit glo.& post eam Bart. in l.si cum exceptione,§.post annum, ff. quod metus causa, quod illa dicitur bona & necessaria ratio, quia sublata, tollitur dictum: & quia posita, ponitur dictum: quod etiam sentit Albericus, de Rosate in Authentica, ex causa,C. de liberis præter. & Antonio de Butrio in dicto capitulo, post translationem, ubi plura alia bona dicit. Secundo illud limitatur verum, quando unica duntaxat ex causa seu ratio finalis legis: secus si sint plures,quarum quemlibet per sufficit, tunc enim una

cessan-

ceſſante non ceſſat diſpoſitio,ſed firma remanet. tex. eſt in §.affinitatis,& in §.ſocrum,Inſti.de nuptiis,& pulcher tex. in lege ſi non lex Elia ſentia,& ibi Bal.& expreſſius Ioan.de Imo.ff.de hæredib.inſtituend.& tex.cum glo.in l. ſi ventri. §.in bonis.ff.de priuileg.credi.& vult Io.de Imo.in repetitione d.l.ſi verò.§.de viro,in 4.colum. & vide quod dicam infra in loco à contrario ſenſu. Tertiò iſtud limitatur uerum,quando ceſſat cauſa ſeu ratio finalis,& nullæ remanẽt reliquiæ:alias ſecus,l.vnius.§.ſeruus.ff.de quæſtionibns, l. ſi.ff.de decurionibus,& l.2.& 3.ff. rerum amotarum: Et ibi notatur per Dy.& Albericum, & magiſtraliter per eundẽ Dy.in d.regula decet, & ibi etiam per Ioannem Andream in Mercurialibus,& per Barto.& alios in d.l.2.§.ſina. Quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia, & quotidiana.

1 *Erubeſcimus ſine lege loqui.*
2 *Lex eſt omne quod ratione conſiſtit: & ratio naturalis quaſi quædam lex tacita.*
3 *Virtus legum in indictione & applicatione conſiſtit.*

LOCVS A LEGE CESSANTE.

OCCVRRIT nunc locus à lege ceſſante,cuius meminit Bald.in l. conuenticulam, C.de epiſco.& cle.& idem Bal.in ſuo diuino,vt uocant,conſilio ſciſmatis, poſito in rubric. C.ſi quis aliquem teſtari prohibuerit,circa principium,& eo utitur Io.And.in regula fine culpa, in 4. col. de reg.iur.lib.6.in Mercuria.dicens hunc eſſe bonum arguendi:& quod hic ſit bonus modus arguendi,firmat gl.in extra uaganti quæ concertationi,de voto & uoti redemp. Et for-
1 matur hoc modo,vbi † ceſſat lex,erubeſcimus loqui.§. conſideremus in Auth.de triente & ſemiſſe,colla.3.l.ſi verò.§. de viro.ff.ſolu. matrim.l.ſi ſeruum.§.non dixit prætor.ff.de acq,hæred.c.Obertus,de feudi cognitio.l.diſſentientis,ibi, nulla præcepi: iuris conſtitutio:& ibi Alb.notat,C. de repudiis,l.certa forma,C.de iure fiſci,lib.10.c.is qui,ibi,cum id non ſit expreſſum in iure,de ſen.excomm.lib. 6. & pulcher

tex.

tex.in §.cum igitur,ibi,nec quælibet eſt lex tale aliquid dicens.in Auth.de non eligen.ſecun.nuben.mulieres , collat. 1.in capitu.iam nunc 28.q.1. cum utrobiq; notatis.Conſueuit etiam ad hoc allegari l.2.illam, C.de colla. ſed nihil facit , quia illa ibi fuerunt uerba nepotum & ſic allegatio vel narratio partis:ex quibus uerbis narratiuis,nõ poteſt ualide ſumi argumentum,vt dicam late infra loco proximo. Et ex iſto inſtruuntur aduocati in modo allegandi: nam ſi aduerſarius dicat aliquid debere fieri de iure,poteſt dicere aduocatus,doce,quia hoc nulla lege cauetur:nam ut dicit Bald. in capit. nihil,circa finem de election. quod lege non cauetur,in practica non habetur: & paria ſunt , aliqua fieri ſine lege,& contra legem:ſecundum eundem Bal.in capitulo in Geneſi,circa finem eo.titu.Hinc etiam gl.in l.ſed licet.ff.de offic.præſidiis,arguit ſcholares allegantes glo. in defectu legum:Ridiculum enim eſt allegare gloſ. ubi tex. habetur,& ibi dicit Bal.quod mala practica non eſt ſeruanda.Hinc etiã dicit Archidiaconus in capitu.nolite timere,undecima quæſtione tertia,quod non tenemur credere alicui etiã magno, niſi dictum ſuum probet per Authenticam ſcripturam: per illum tex.ubi hoc bene probatur pro quo etiam eſt notabilis & memoriæ commendandus in capitu. ego ſolis, in fine. 9.diſtinct. Vbi autem ad vnum propoſitum ſeruiunt plures leges vulgares,ſufficiat allegare vnam,ſecundum Bart.in l. ſcire oportet.§.fin,ff.de excuſatio. tuto.& Card.in clemen. ſæpe,in ſexta oppoſitione de verbo.ſignificat.Hoc tamẽ uolo te ſcire,quod ille non loquitur ſine lege , qui allegat ra-
2 tionem quia † lex eſt omne quod ratione conſiſtit : vt vult glo.in cap.conſuetudo,prima diſtinctio.& glo.in capitu. ex eo,ſuper verbo rationis,de election.lib. ſexto & vult Salyc. in dict.l.illam,& Panormita,in capitu. ſecundo requiris, de appellation. ratio enim naturalis eſt quaſi quædam lex tacita,l.cum ratio,in principio.ff. de bonis damnatorum; capit. ratio,de præbend.& fin.& de tranſaction. eſt bonus text. in clem.prima de election.per quem tex. dicunt ibi Genzelinus & Card.quod ſufficit inducere rationem,etiam non inducto aliquo textu vel gloſa uel alia authoritate alicuius doctores:& eſt tex.optimus in d. l. ſcire oportet.§. ſufficit, ibi,ex ipſa naturali iuſtitia:per quem tex.dicit ibi Bal.quod

ſufficit

ſufficit allegare naturalem rationẽ,licet non allegetur lex, reputans hoc nota dignum, & circa hoc multa cumulantur per Fely.in c.tua nos,de iureiurand.quæ omittendo.Hinc etiam notabiliter dicunt Ant.de But.& Io.de Imo.in capit. primo de conſtitutio.quod in non determinatis a iure, iudex hadet, ſequi rationem naturalem, quæ tunc eſt pro lege,ſecundum eos. Ille ergo qui allegat rationem naturalem,vel qui legem aut canonem ſubtiliter inducit ad propo-
3 ſitum,non poteſt dici loqui ſine lege:quia † virtus legũ conſiſti. in inductione & applicatione,l.non ſolum.§ qui primi pilum:& ibi illum tex.ad hoc not. Bal.ff.de excuſation: tuto.& idem Bald.in l.athletas.§.ait prætor.ff. de his qui notan.infam.& idem Bal.in repetitione l.petens,in 10. colum. C. de pactis,& Ludo.de Roma. in ſuis ſingularibus ſingula ri 640. Scire enim leges non eſt verba earum tenere, ſed vim & poteſtatem l.ſcire leges.ff.de legib. & hinc dicit tex. notabilis in cap.Marchion & Baſilides,1.q.1. quod euangelium non conſiſtit in verbis ſcripturarum, ſed in ſenſu,non in ſuperficie,ſed in medulla:non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis. Hinc etiam eſt, quod allegare autoritatem maiorum pro definitione & deciſione dubii, vbi deficit lex: ſecundum Ange.in l.ſi idem cum eodem,in principio,per illum tex.ff.de iuriſd.omn.iud.& eſt glo.vulgata in l. mulier bona,in principio,ff.de iure dotium: quam tamen limita & declara vt notabiliter per Saly.in l.fi.C.de repudiis. & facit l.ſi pater,ff.de ſolutio. & l.ſeptimo menſe,ff.de ſtatu hominum.Hinc etiam licitum eſt allegare dicta poetarum,ubi iuri non contradicunt,c.quemadmodum & ibi Pan.notat.de iureiurando,& lege intantum,§.ſi.cum l.ſeq.ff.de rerum diuiſio.& uolunt doct.in l.1.ſi cer pet. Hinc etiam loco iuriũ allegari poſſunt vulgata prouerbia, & cap. ſi Iudæos, & ibi Io.And.notat,de Iudæis c.nihil,& in c.tales, de cõſecratio. diſt.5.l.ſolent,circa finem,ff. de offi procon.& leg.l. ſi chorus,§.1.ff.de leg.3.& d.ca.quemadmodum,cum ſimilibus. Ineſt enim prouerbiis, magno Eraſmo teſte,natiua quædã & genuina uis ueritatis:imò quærere rationem vel autoritatem,vbi habemus ſenſum,eſt infirmitas ſeu debilitas intellectus:vt poſt Ariſtotelem & Auerroim dicit Bal. in rubrica,ff de rerum diuiſi.circa finem,& idẽ Bal.in l. 1. in 2.col.

C.qui

C.qui accusa.non poss.& idem Bal.in l.fin.in pen.col.C.de execu.rei iudica.& Ange.in consilio 275.incipiente,thema super quo consilium petitur tale est,circa finem,& doct.frequenter alibi verum quia lege firmius nihil esse potest,danda est opera, vt legem adiutricem & testem semper habeamus,teste Cicerone in Topicis, ad finem, & illic Boetius. Textus enim legis aut canonis,est locupletissimus testis,ubi clarè decidit id,ad quod inducitur: imò id de quo constat, vel a contrario sensu legis vel canonis duntaxat apertissimè constare uidetur:tex.est meo iudicio singularis in l. si quis locuples,in fi.ff.de manu.testa.quem sic intelligit Bar.in repetitione l.omnes populi,6.q.principali,in versic.iuxta prædicta quæro.ff.de iusti. & iure, quod commenda memoriæ,& uide quod dicam infra loco proximo & loco ab autoritate.

SVMMARIA IN LOCVM
à contrario sensu.

1 *Argumentũ à contrario sensu procedit etiam si verba legis essent conditionalia.*

2 *Argumentum a contrario sensu venit ex mente Legis.*

3 *Argumentum a contrario sensu etiam habet locum in regulis cãcellariæ apostolicæ.*

4 *Argumentum a contrario sensu quando procedat vel non cum multis num.seq.*

7 *Argumentum a contrario sensu regulariter habet locum in verbis legis, vel canoni. sed patiatur nouem fallentias cum nu. seq.vsque ad num.21.*

9 *Correctio iure non inducitur per repetitiones,subauditiones,vel tacite intellectus.*

14 *Ex verbis narratiuis legis,vel canonis quando licet arguere.*

16 *Modus in dispositione adiectus fauore ecclesiæ,vel pia causa tanta est efficacia,vt impediat alienationem*

20 *Causa impulsiua quomodo cognoscatur a finali remissiue.*

22 *Argumentum a contrario sensu an habeat locum in statutis nume.23 & 24.*

23 *Legata,quod casum remissiuè a statuto relinquitur dispositioni iure communi & quomodo limitetur.*

25 Argu-

25 *Argumentum a contrario ſenſu an locum habeat in pactis. contractibus ſeu verbis contrahentium.*
26 *Verba merè conditionalia non diſponunt.*
27 *Dictione niſi vis & efficacia.*
28 *Argumentum à contrario ſenſu an habeat locum in feudis, vel verbis inueſtiturę. cum nu. ſeq.*
29 *Iure accreſcendi an habeat locum in feudis.*
30 *Argumentum a contrario ſenſu an habeat locum in conſuetudinibus feudatione.*
31 *Cauſę feudales quomodo ſint decidendę.*
32 *Argumentum a contrario ſenſu an habeat locum in reſcriptis, ſeu verbis reſcripti.*
33 *Argumentum a contrario ſenſu an habeat locum in priuilegiis.*
34 *Argumentum a contrario ſenſu an habeat locum in ſententiis, aut verbis ſententiarum.*
35 *Argumentum a contrario ſenſu an habeat locum in laudo arbitrio, ſeu arbitramento.*
36 *Argumentum a contrario ſenſu an habeat locum in mandatis.*
37 *Mandatum per dictionẽ cõditionalem ſi de eo quod tacite ineſt, non facit mandatum conditionale, & quomodo intelligatur. Expreſſio eorum quę tacite in ſunt nihil operatur.*
38 *Conditio tacita impedit ortum & natiuitatem actionis, & obligationis ſicut conditio expreſſa.*
39 *Argumentum a contrario ſenſu an habeat locum in dictis, ſeu depoſitionis teſtium.*
40 *Teſtis de falſo non punitur, qui in acceſſoriis mentitur, ſi in principali vt rex ſit.*
41 *Argumentum a contrario ſenſu an habeat locum in vltimis voluntatibus.*
42 *Gloſa eſt maximę authoritatis, vbi deeſt textus.*
43 *Communem opinionem quando ſequi debeamus.*

LOCVS A CONTRARIO CENSV.

1 OFFERT ſe nunc locus a contrario ſenſu legis vel canonis, a quo ſumptum † argumentum eſt fortiſſimum, frequẽs, & vtiliſſimum, l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui mandata eſt iuriſdictio, l.

qui

qui testamento.§.mulier.ff.de testa.c.cũ apostolica,in fi.de his quæ fiunt a prælato sine consensu capituli, & c.cum uirum,de regularibus,cum infinitis similibus,quæ enumerare magis esset laboriosum, quam subtile. Quod procedit, etiam si verba legis uel canonis essent conditionalia,ut volunt Pet.Cyn.& Bal.in l.conuenticulam,C.de epis.& clc.& Bal.& Pau.de Cast.in dicta l.qui intestamento.§.mulier,& Alex.de Imo.in d.§.huius rei, per illum tex.non uiolando eum,licet gl.ibi aliud sentiat,& non bene. Nec mirum si argumentum a contrario sensu sit fortissimum: quia dicitur mens legis,canonis,vel statuti:vt est glo.notabilis in d.l. qui testamento.§.mulier,quæ dicit sensum contrarium pro lege accipi,ita quod illud quod uenit a contrario sensu, habetur perinde ac si esset expressum in l. vel canone:quam glo. magni faciunt Bal.& Pau.de Cast in d.§.mulier,& eius meminit Bal.in d l.conuenticulam,& idem Bald.in c.canonum statuta in 4.col.de constit.vbi dicit d.glo.non reperiri alibi pro quo allego tex.meo iudicio singularem in l.si quis locuples in fi.ff.de manu.testa.vbi habetur, quod id de quo constat a contrario sensu legis uel canonis,uidetur apertissimè constare,& facit glo.reputata singularis in c. humanum genus,in uerbo prohibetur,1.dist.per quam gl.iuncto tex.singulariter reperio dicere Alex.de Imo. in l. apud antiquos, in apostilis ad Bal.C.de fur. quod sententia lata contra argumentum à cõtrario sensu, est lata expressio iuris errore, & sic nulla : nec nemini me alibi legisse: contrarium tamen & melius meo iudicio in hoc articulo reperio tenere Anto. de But.& Io.de Imo.in c.translato,de const.& ibi de hoc articulo,an illud q; tacitè resultat habeatur pro expresso, habetur latè per Fely.ad quem remisisse sufficiat cum ab omnibus habeatur. Quod autem † argumentum a contrario
2 sensu venit ex mente legis vult Bart.in repetitione d.l. omnes populi,in pen.colum.ff de iust.& iu.& Pet. de Anch.in cons.suo 213.inci.pro isto patre instituto &c.& idem Petr. de Ancho.in aurea sua repetitione d.c.canonum statuta,in 5.q.principali:& Barbatia in c.nullus,de foro comp.& doct. sæpe alibi.Et quia dixi,istud argumentũ procedere in ver-
3 bis legis & canonis,sequitur, quod† etiam locum habeat in regulis cancellariæ apostolicæ:cum huiusmodi regulæ tempore

Bibliotheca S. Sp. S. Swarzpore. Sde 7A.

Digitized by Google

pore Papæ qui eas condidit, faciant ius, ſecundum Fely.in cap.2.de reſcrip. & ſic idem iudicium de eis habendum eſt c.inter cæteras,de reſcrip.cum ſimilibus: & ita reperio uel le glo,appoſitam dictis regulis per regula 9 Et iſto argumẽ tum a contrario ſenſu vtitur gloſ,in c.penult.de fideiuſſori bus,& dicto c.relatum 2.in fine,de teſta.& glo. in l. ſi colonus,in pulchra q.ff.de acqui.poſſeſſ.& glo.ſingularis in quotidiana q.in l.ſi is qui pro emptore.§.ſi quis bona fide,& ibi Barto.Ange.Pau. de Caſt. & Ioannes de Imola eam commendant,ff.de vſucapio.& glo.in l.ſi quis a liberis,§. ſed & ſi filius, ff.de liberis agnoſcendis, & glo.in l.2. C.de rebus alien.non alienan.& glo.in l.multum intereſt, C. de commu.rerum alienati,& glo.in l.ne caſu,C.de diſcuſſorib.lib, 10.& glo.in §.hinc nobis,in Authen.de hæredibus, & falc. colla.1.& glo.in clemen.2.in uerbo epiſcopi, de reſcrip. & glo.clemen.præſenti,in uerbo non negociandi,de cenſibus: & Cyn.in l.qui rem,C.locati,& Bal.in conſtitutione habita in ſexta columna,C.ne filius pro patre, & idem Bald.in l.binos,in pulchra q.C.de aduocat.diuer.iudicum,& idem Bal.in l.ſi ſeruũ,C.de nego. geſtis,& Ang.in Auth.ut nulli iudicum,§.fin.collatio.nona & Paul.de Caſt.in l.2.C.de peri.& commod.rei uenditæ,& glo.Philip.Francus, & doctores in c.licet, in principio,de priuileg.lib.6.& Ioan.de Platea in l.1.C.de ueteris numiſmatis poteſtate lib.11. in quibus locis reperies per hoc deciſas plures pulchras & quotidianas quæſtiones.Eo etiam utitur Nicolaus de Vbaldis in tractatu ſuo ſucceſſionibus ab inteſtato, circa primam ſpeciem liberorum ad illũ effectũ, q; ex lege data filijs Iſrael. Numeri 27.filiæ,extantibus fratribus maſculis,excludebantur a ſucceſſione paterna:Verum quia circa hoc, quãdo'argumẽtum a cõtrario ſenſu procedit,& quando non,multæ & diuerſæ traduntur doctrinæ:recitabo principaliores, & poſtea non concordia omnium ponam regulam & nouem fallentias cum earum declarationibus & deinde annectam plures q.connexas & neceſſarias,ex quibus pleniſſime habe
4 bitur hæc materia.Primo † enim aliqui dicunt,quòd argumentũ a contrario ſenſu regulariter procedit:ſed fallit,ubi cunq; reperitur,q; ſenſus contrarius eſſet contra legem vel canonẽ,nam tunc non habet locum argumẽtum a cõtrario ſenſu:

ſenſu: Iſtam opinionē ponit Ioan.And.in ca.publicato,in 3. colum.de electio.Alii autem,vt Ia.Butri.quem refert Bar. in repetitione d.l.omnes populi,in penulti. colum. & Bald. in dicta l.apud antiquos,& Pet. de Anchora. in repetitione d.c.canonū ſtatuta,in 5.q.dicunt,quod aut caſus qui venit contrario ſenſu eſt deciſus per alias leges, & tunc per contrarium ſenſum non deciditur,ſed tanquam omiſſus ab illa lege,remanet ſub diſpoſitiooe iuris communis uenit decidendus per alias leges, l. ſi cum dotem,in principio, ff. ſoluto matrimonio,& l.ſi extraneus ff. de condict. cauſa data cauſa non ſecu.aut ille caſus nō eſt deciſus per alias leges, & tunc argumentum a contrario ſenſu eſt ex mente ſeu interpretatione legis potius quam ex verbis , lege peeuniam, ff.ſi certum petatur cum ſimilibus.Alii autem,vt Pet.Cyn. & Bald. in d.l.conuenticulam, dicunt quod argumentum a contrario ſenſu,ſi ſumatur ut debet,ſemper tenet & eſt neceſſariſi: & dēt, ſumi ſecundum eos a defectu cauſæ finalis. Exempli gratia.lex dicit q; ſi præſes prouinciæ abſentat ſe, poteſt committere cauſas meri imperii: Ergo ſi nō abſentat ſe,non poteſt:nam abſentia eſt cauſa finalis , qua deſtructa, vt quia præſes eſt preſens deſtruitur & effectus: & ita loquī tur dicta l.prima,§.huius rei.Item cape aliud exemplū.Lex dicit, q; ſi patronus coegerit libertam iurare,ne nubat,perdit ius patronatus. Ratio finalis eſt,vt nubens filios habeat, & ciuitatem repleat liberis hominibus,q; eſt utile reipublicæ,l.1.ff.ſoluto matr. Pone modo,quod patronus coegit libertam ſterilem iurare ne nubat, vtrum perdat iuś patronatus?& dicendum eſt q; non,a contrario ſenſu: cum ratio & cauſa finalis prohibitionis deſtruatur & ceſſet in liberta ſterili:& ita loquitur l.adigere,§.quāuis ff.de iure patro. Vbi autem † argumentum a contrario ſenſu non ſumitur a defectu cauſæ finalis:non valet,ſm eos:ut in d.l.conuenticulā,vbi locus non eſt cauſa finalis prohibitionis conuenticulæ,ſed turbatio fidei:vt patet ex l.2.C.de ſum.trin.& fi.catho.& idē qñ ſumitur a defectu cauſæ impulſiuæ,quia etiā tunc non valet ſecūdum eos ibidem.Alii autē,vt Bal.Ang. & Pau.de Caſt.in d.l.qui teſtamento,§.mulier,dicūt:quod interdum argumentū a contrario ſenſu eſt probabile & neceſſarium: vt qñ ſumitur a contrario ſenſu conditionis ap-

† g

poſitę,vt in dicta l.1.§.huius rei:vel quando ſumitur per lo cum a ſpeciali. Nam a contrario ſenſu ſequitur quod in cõ trarium eſt ius commune,vt in dicta l.qui teſtamẽto,§. mu lier. Quandoq; autem argumentum a contrario ſenſu eſt probabile,non neceſſarium, vt quando ſumitur a cõtraria exiſtẽtia cauſæ vel rationis,hoc eſt, a defectu cauſæ finalis, vt in d.l.adigere,§.quamuis,& in l.ſi is qui animo.ff.de ac-qui.poſſeſ.& in l.ſi.ff.de hære.inſti.interdum autem nec eſt probabile nec neceſſarium,vt quando in contrariis terminis eſt idem iuris vel hominis ſtatutum,vel quando reſultat ab ſurditas,vt in d.l.conuenticulam,& in l.2. C.de condi. in-ſertis.Alii autem,vt Io.de Imo.in d.l.qui teſtamento,§.mu lier: & in repetitione l.ſi verò,§.de viro.in fi.ff. ſoluto ma-tri.dicunt,quod regulariter valet argumentum a contrario ſenſu,iuribus ſupra in prin.alleg.ſed fallit in tribus caſibus.
5 † Primo,quando reſultaret abſonus intellectus,d.l.2. C.de cõdi inſer.ſecundum vnum intellectum.Secundofallit quã do reſultaret intellectus iuri contrarius,dicta l. 2.ſecũdum alium intellectum. Tertio fallit,quando reſultaret intelle-ctus contrarius rationi alterius legis in ſimili caſu, vt in d.l. conuenticulam,iuncto c.decet,de immuni.eccle.lib.6.Rela tæ ſunt hactenus opiniones & ſententiæ maiorum, quæ li-cet veræ ſint in ſe, nulla tamen earum eſt ex toto perfecta, Idcirco vt plenius,clarius,& perfectius habeatur notitia hu ius quotidiani articuli,dico breuiter,quod regula eſt,quod
7 † argumentum a contrario ſenſu procedit in verbis legis,& canonis, & eſt fortiſſimũ, iuribus ſupra in princ. alleg. Sed iſta regula patitur nonnẽ notabiles fallẽtias. Primo enim nõ procedit,quando ex hoc reſultaret prauus,abſonus, vel ab-ſurdus intellectus contra rationem naturalem : text.habes & exemplum in d.l.2.C.de condi.inſer. ſecundum vnum in tellectum:habes etiam tex.& exemplum in l. connenticulã. prout ibi in textu non habetur dictio, etiam: & vltra exem pla dictarum duarum legũ poteſt poni aliud exemplum , in regula monachõrum capite 39.cauetur hoc modo: Carniũ vero quadrupedum omnino ab omnibus abſtineatur come ſtio,prẽter omnino debiles & ẽgrotos. Ex hoc ſi quis arguat a contrario ſenſu,quod monachi bipedibus licitè veſci poſ-ſint,vt gallinis,phaſianis,& perdicibus,malè argueret. cum

illa

illi intellectui contradicat ratio naturalis, secundum Hostie. & Io. And. in c. cum ad monasterium, de statu monachorũ.

8 Secundo dicta † regula non procedit, quando ex hoc sequeretur correctio iuris: de hoc sunt plures gl. in cap. vnico, de æta. & qualit. ordi. lib. 6. alia in c. significasti, de foro compe. & tertia in cle. 1. super verbo obseruare, de senten. excom. Sed quia ridiculum est allegare glo. vbi tex. habetur, vt sentit glo. in l. sed licet, in fine ff. de offic. præsi. allego pro hoc tex. in d. l. 2. C. de condi. inser. secundum unum intellectũ, &, tex. in d. l. conuenticulam, secundum vnum intellectum allego etiam ad hoc textum qui non solet ad hoc allegari in c. a nobis 2. de senten. excommu. & ibi eum originaliter ad hoc ponderat Panor. & sequitur ibidem Fely. Istud etiã probatur in l. fi. §. filii autem familias, C. de bo. quæ libe. iuncta l. pen. C. qui testa. face. possi. vbi ad correctionem iuris nõ capitur argumentum a contrario sensu quos tex. ad hoc bene & subtiliter applicat Barba. in d. cap. nullus, in 11. col. & Lud. de Roma in aurea repetit. sua Authẽt. similiter, in 19. speciali piæ causæ circa vlti. voluntates, C. ad leg. Falcid. &

9 confirmetur istud tali ratione: per repetitionis † subauditiones, vel tacitos intellectus, non inducitur correctio iuris: ut vult gl. singularis ab omnibus approbata in cap. cupientes, in §. quod si per viginti, super verbo petere. de elect. libro 6. Sed argumentum a contrario sensu est tacitus & subauditus intellectus, vt est gl. notab. in d. l. 2. C. de condi. inser. venit enim ex coniectura, vt est tex. cum gl. in d. l. apud antiquos, & in d. c. cum apostolica, ibi per quod indirectè datur intelligi ergo &c. Et ista est communis resolutio omnium doctorum, vt videre licet per Io. And. in d. c. publicato, per Io. de Imo. in dicto §. de viro, & in d. §. mulier, & per omnes in d. l 1. §. huius rei: & in dicto cap. cum apostolica, & sequo pe alibi. Istud tamen limitatur dupliciter: Primo † vt non procedat quando lex noua nihil operari potest in sensu directo nam tunc licitum est arguere a contrario sensu, quanquam ex hoc resultaret correctio iuris antiqui: vt probatur in Auth. diaconissam, iuncta l. nulla, cum sua gl. C de epis. & cler. quam glo. ad hoc reputat singularem Barbatia in d. ca. nullus: in 11. col. vt etiam fecit Ludo. de Roma & Alex. de Imo. in dicta l. si cum dotem, in principio: illam gl. etiam ad

hoc notat Felyn.in d.c.humanum genus,& in d.c.significa-
sti,& docto.sæpe alibi: Et per hoc verificatur nobilis illa de
cisio Cynus Bal.Paul.de Cast.& doct.in dicta lege,conuen
ticulam:quia dicunt,stante:statuto,quod non extantibus fi
liis masculis,filia femina succedat,sumi posse argumentum
a contrario sensu,quod extante masculo filia excludatur ne
statutum sit inane & superfluum cum in sensu directo nihil
operetur,licet sumendo argumentum a contrario sensu di
cti statuti,per illud statutum corrigatur ius commune,puta
l.maximum virium,C.de libe.præte. quæ. vel fœminam si-
mul cum masculo admitti ad successionem:Et hoc etiã est
de mente Bal.in l.obseruare,§.proficisci,in fine,4.q.ff.de of
fi.procon.& lega.& volunt expresse Bal.Ioan.de Imo. Alex.
& docto.in d.l.si cum dotem,& idem Alexand. in Auth.ex
testamento,C.de colla.& Panor.in d.cap.cum apostolica &
Paul.de Cast.in consilio suo 346.incipiente, præsens casus
valde dubitabilis est,in antiquis: & faciunt notata per Ni-
colaum de Vbaldis in dicto tractatu suo successionis ab in-
testato,de quo supra commemoraui: & idem vult Petr.de
Anc.in capitulo susceptum,de rescrip.libro 6.& idem Pet.
de Ancho.in dicto consilio suo 213. vbi consulendo conclu
dit,quod statuto disponente,quod mulier nõ habens filios,
possit testari de dote sua, licite arguitur a contrario sensu,
quod si habet filios,non possit testari de sua dote, licet hoc
sit contra ius commune: quod ideo tolleratur secundũ eũ,
ne statutum sit inane:& idem vult Felyn.in dicto capit.hu-
manum genus,& in dicto cap.significasti,& doc.frequenter
in alibi. Secundo istud limitatur non procedere † quando ex
argumento a contrario sensu non sequeretur correctio iu-
ris communis in specie,sed solum in genere: Exempli gra-
tia, legatus de latere potest prouidere in genere de omni-
bus beneficiis infra limites suæ legationis vacantibus,ca.1.
de offi lega.lib.6. & beneficia vacatura suæ dispositioni &
collationi reseruare,capitu.præsenti,& sequenti,eod. titu.
& lib.nusquam tñ in specie cauetur,q̃ potest conferre vel suę
dispositioni reseruare hospitalia:Superuenit postea cle.p li
teras,de præbẽ.quæ dicit,q̃ in literis apostolicis vel legati
emanatis sup̃ prouisione clericorũ,nõ includunt hospitalia
& loca similia:nisi id ĩ literis apostolicis caueat expresse:ex
qui-

quibus vltimis verbis licite ſumitur argumentū a contrario ſenſu etiam ad correctionem iuris generaliter diſponentis de quo in dicto capitulo, 1. & in d.c.præſenti,& ſequē.hoc modo in literis apoſtolicis includuntur hoſpitalia, ſi hoc in eis caueatur expreſſe:vt patet in d. cle. per literas, in fine: ergo in literis legati non includuntur hoſpitalia, etiam ſi hoc in eis caueatur expreſſe: quia de legatis vel eorum literis,quoad hoc ibi mentio non fit:& tamen iura generaliter diſponunt quod legati de latere poſſunt omnia beneficia infra limites ſuæ legationis vacantia conferre,& vacatura ſuę diſpoſitioni reſeruare: & ſic licitè ſumitur argumentum à contrario ſenſu ex verbis d.cle.per literas,ad correctionem iuris in genere quid diſponentis.Ita ſingulariter vult glo.in d.cle.per literas,in verbo apoſtolicis,& ibi Car.Io. de Imo. & doct.eam approbant:illam gl.etiam ad hoc põderat multum extollit Barbatia,in d.ca.nullus,in 11.colum.a quo id habuit Fely.in d.c.ſignificaſti,licet de eo ſpecificam mentionem non faciat & iſtud toleratur,quia per hoc non ſequitur correctio alicuius iuris in ſpecie:per quod multum reſtricta eſt poteſtas legatorum , vt etiam ſi velint in eorum reſeruatione in fauorem alicuius expedienda includere & comprehendere hoſpitalia,& hoc in literis reſeruationis exprimãt, non poſſint in terminis iuris,niſi ampliorem facultatem habuerint domino Papa,quod eſt æquiſſimum,& tẽpore domini Bernardini Cardinalis S.crucis legati de latere ad has partes miſſi ſcire ,pfuit:nec poſſet dici,quod hoc facit expreſſa declaratio Papæ in d.cle.per literas,quia Papa in d.cle.per literas nihil declarat quoad caſum contrariũ de quo loquimur,Videlicet an legatus de latere vigore ſuæ commiſſionis terminis iuris poſſet prouidere de hoſpitalibus,& ſimilibus:licet glo.ibi ſingulariter decidat quod nõ, approbtata per omnes:quod eſt nota dignum,quia ſingula
12 re,& quotidianum. Tertio d.regula non procedit.† quando reſultaret ſenſus contrarius rationi alterius legis in ſimili caſu, ut patet in d.l.conuenticulam,iuncto præal.c.decet & vult Io.de Im.in d.§.de uiro,ĩ fi.& in d.§.mulier. Quarto dicta regula non procedit,quãdo in leige vel canone aut alia diſpoſitione habẽt dictio implicatiua,ut eſt dictio, maximè,ſpertim,ẽt ſimiles.Ita notabiliter volunt Sal.Pau. de

Cast.& docto.in d.l.cõuenticulã,vbi de hoc est tex.iuncta gl.prout ibi in textu habetur dictio,etiam,& volunt Anto. de Butrio,& Io.de Imo.in d.c.cũ apostolica,& Alex.Iason, & doctores moderni in d.cap.cum rei:& ratio illius est, qa ilte dictiones implicatiuæ important seu designant idem esse in casu cõtrario. vt vult gl.notabilis in lege illud,ff.ad legem Aqui.& sentit glos.in l.quod si minor.§. restitutio,super verbo.in venditione,in fi.ff.de minoribus,& glos. in ca. auditis de elect.& glo.in c.ad abolendam,de filijs,præsbiterorum,& gl.in c.sacro,super verbo laudabilis,de senten.ex com.& glo. in c.per tuas 1.super verbo præsertim,& ibi Panor.& Io.de Anania notant,de simonia,& volunt Panor.Io. de Imol.& doct.in c.damnamus, de summa trinita. & fide catho,& probatur in lege si quis pro uxore, in princi.ff. de de donati.inter virum & uxorem,& in l.qui se patris,C.un de liberi: cum ergo argumentum a contrario sensu solum procedat,quãdo in casu cõtrario est contraria ratio,non autem quando in casu contrario est eadem uel maior ratio: imò tunc sumitur argumentum à simili,non autem a contrario sensu:ut est tex,notabilis in dicta lege si extraneus, & notatur per Bald.in dicta lege apud antiquos:patet argumentum a contrario sensu non procedere, quando in lege uel canone habetur dictio implicatiua,de cuius implicatiuæ natura uide quod dicam latius infra in loco a natura dictionum implicatiuarum. Quinto,dicta regula non proce
13 dit † in verbis narratiuis legis vel canonis, sed solum in dispositiuis:Ita volunt Ioan.And.Anton,de Butrio, Panor.& canonistæ in dicto c.publicato.& idem Ioan.And.in c.dilecto,de præben.& Panor.in c.in præsentia,in 15.colum. de probatio.& est glo.multum commẽdata per legistas in l.1. C.quando non petentium parte petentibus accrescũt:Imò quod fortius est,non licet arguere etiam directè ex verbis narratiuis legis vel canonis:vt uult glos.in dicto ca. auditis in uerbo ex post facto, & glos.in cap. 2.in verbo non teneris,de dolo & contumacia lib.6.glos.in c.unico super verbo collationem,post medium,de rerum permuta.eod.lib.& facit cap.si Papa,iuncta glos.de priuilegijs illo eod.lib. Hoc tamen limitatur singulariter,nisi Papa uel legislator fundaret se super verbis narratiuis,vel decisionem suam speciaLiter

14 liter in illis conſtituat: tunc enim † licet ab ipſis arguere ſi
cut a uerbis diſpoſitiuis. Ita notabiliter dicit Ioan. de Imo.
in dict. cap. cum apoſtolica, & idem Io. de Imo. in c. 2. de cõ
ſtitu. & Felyn in d. c. canonum ſtatuta, & Anto. de Butrio
in ca. cum dilectus, de ſucceſſ. ab inteſtato, & Alex. de Imo.
in dicto §. huius rei, & Iaſon d. l. 1. C. quando non peten.
partes petẽtes accreſcũt: & eſt bonus tex. in clem. unica, de
probatio. Hinc eſt, quod ex oĩbus verbis clemẽtinarũ licitũ
eſt arguere, quia clementinæ ſunt totæ deciſiuæ: ſecus au-
tem eſt in decretalibus, in quibus ſæpe ponuntur narratio-
nes factorum: Ita notabiliter dicit Gul. de monte Lauduno
in clem. unica, in verſic. præſentatos, de exceſſibus, prẽlato.
& hoc dictum refert & ſequitur Barbatia in capitulo corã,
in fine de offi. delegat. & Iaſon in dicta l. 1. C. quando non
15 peten. partes peten. accreſcunt. Sextò dicta regula † nõ pro
cedit in verbis modalibus legis vel canonicis, quando argui
tur a defectu ſeu ceſſatione modi: Ita volunt Io. And. Ioã.
de Imo. Panor. & doct. in d. c. publicato, & Anto. de Butrio
Ioã. de Imo. & doct. in dicto capitulo cum apoſtolica, & ſen
tit Specu. in ti. de diſputa. & allega. in §. poſt hoc, in verſic.
vel non obſtat, & Alex. & moderni in d. §. huius rei: quod
eſt utique verum, quando modus ſolum reſpicit fauorem
eius cui adijcitur, puta legatarij vel donatarij: & ita loqui
tur lege, Titio centum, in primo reſponſo, ff. de conditio. &
demonſtra. & l. 2. §. fi. ff. de dona. & ratio eſt, quia tunc mo-
dus, ut ita loquar, eſt impulſiuus, ſeu cauſa impulſiua, a cu
ius defectu nõ benè arguitur: vt ſupra dixi, & ſtatim latius
dicam: ſi autem modus reſpiceret commodo alterius, quã
donatarij uel legatarij, tunc a ceſſatione modi licita eſt ar
gumentatio, quando ſtaret per debentem implere modum
d. l. Titio centum, 2. reſponſo, Vbi de hoc eſt caſus ſi ſtaret
per caſum, ut eſt text. ſingularis in lege, ſi Titio pecunia, in
princi. ff. de lega. 1. Ita ſingulariter limitat Io. de Imol. in di
cto c. cum apoſtolica, quem referunt & ſequuntur Alex. de
Imola Iaſon de doct. nouiſſimi in dicto §. huius rei, & Fe-
lyn. in dicto capitulo, ſignificaſti: & ratio eſt, quia tunc mo
dus eſt finalis, ſeu ut ita loquar, cauſa finalis, a cuius defe-
ctu licite arguitur: ut ſupra dixi, & dicam latius infra, &
idem dici poteſt, quãdo modus ſolum reſpicit fauorem do

natarij, vel legatarij, ſed cauſa eſt pia, dotis, vel ſimilis: tunc enim modus cenſetur in dubio finalis, & ſic hoc caſu etiam licita erit argumentio a defectu modi. Ita ſingulariter volunt Bartol. Paul. de Caſt. Ioan. de Imol. & doct. in d.l. 2. §. fi. de Ludo. de Ro. in dicta ſua aurea repetitio. Auth. ſimiliter in 38. ſpeciali piæ cauſę circa ultimas voluntates: & Bal. Pau. de Caſt. & Io. de Imol. in d.l. Titio centum, per illum tex. in 2. reſponſo: & probatur in leg. ſi ego, in princi. & in lege profectitia, §. ſi quis certum, ff. de iure dotium & in lege ſi quis pro redemptione captiuorum, ante finem, C. de donatio. quod eſt bene notandum. Aduerte etiam, quia nedũ ualet argumentatio a contrario ſenſu diſpoſitionis modalis, quando modus concernit fauorem tertij, vel etiam quando concernit fauorem donatarij vel legatarij tantum,
16 ſed cauſa eſt pia, ut ſupra dixi: ſed † vltra hoc adiectio modi facta in fauorem eccleſiæ vel piæ cauſæ, tantæ eſt efficaciæ, quòd impedit alienationem: Vnde ſi quis legauerit pecuniam eccleſiæ vel piæ cauſæ, aut homini minus induſtrio, ſub modo: ut ex ea emat ſibi fundum, talis fundus emptus non poterit alienari, quia videtur a teſtatore tacite prohibita alienatio, licet hoc non expreſſerit, text. eſt de hoc ſingularis in dicta l. Titio centum, ſecundo reſponſo, quem ad hoc pondera Bald. in lege fin. in bona lectura, C. de pactis inter empto. & uendi. compo. & hoc dictum refert & ſequitur Alexand. de Imola, in lege filiusfamilias, §. diui, ff. de lega. 1. dicens hoc bene notandum; quia quilibet diceret contrarium, qui neſciret illum text. & idem eſt de mente Paul. de Caſt. & Io. de Imola in dicta, l. Titio centum, & illum tex. ad hoc etiam notat Franciſcus de Aretio in conſilio ſuo 22. quod tene mente: & per prædicta dixi pridem in q. facti, cum ſtatuto caueretur, quod aſſumendus ad honorificum officium ſecretarius deberet numera in manib. burgimagiſtri certam quantitatem pecuniæ, ut cum illa ematur redditus annuus & hæreditarius applicandus pro tempore habenti dictum officium, & quidam aſſumptus ad dictum officium non curauit in manibus burgimaſtri ponere quantitatem per ſtatutum taxatam: quod remoueri poſſit ab officio, cum hoc caſu modus non ſolum reſpiciat fauorem eius cui adijcitur puta aſſumpti hac uice ad officium,

ficium,ſed etiam reſpiciat commodum alterius puta ſucceſ
ſoris in officio,& cauſa ſit pia,vt eo decentius & honeſtius
abſque grauamine partium huiuſmodi officio ſecretaria-
tus in poſterum deſeruiatur,ſicque interſit reipublicæ pe-
cuniam perſolui & ad redditum annuum applicari.Cum er
go ſtet per debentem implere modum, & non per caſum,
quo minus modus ſtatuto comprehenſus impleatur: licite
arguitur a ceſſatione modi, vt eſt text. in dicta lege Titio
centum,2.reſponſo iuncta lege quibus diebus.§.Termilius
illo eodem titulo vbi de materia modi ſatis plene habetur
per Bar.& alios,& per eundem Bar. Io. de Imol. & alios in
dict.leg.2.§.fi.& per Panor.Præpo.& canoniſtas in cap. ve-
rum,vbi bona glo.de condi.appo.& per Antonium Corſe-
tum,quem omnino vide in ſingulari ſuo 61. ad quos remiſ
ſe ſufficiat: quod nota vt ſcias applicare leges ad caſus oc-
17 currentes,in quo † conſiſtit virtus legũ,ut eſt text.pulcher
rimus in l.non ſolum.§.qui primipilum: & ibi eum ad hoc
notat Bal.ff.de excuſa.tuto.& Lud.de Roma in ſuis ſingu-
laribus ſingulari 640.& Bald.in repetitione l.petens,in 10.
colum.C.de pactis:& facit l.ſcire leges. ff. de legib. & cap.
Marchion.& Baſilides 1.q.1.& text. in l. qui ſe dicit,in fi-
ne.ff.de iudiciis.Theorica enim,quæ eſt ſpeculatio verita-
tis,& habetur ex definitione,diuiſione,& exemplorum po-
ſitione,eſt neceſſaria,ſecundum Bald.in leg.1. in princip.ff.
de iuſtit.& iure,ſed practica ſeu adaptatio eſt vera intelle-
ctrix legum,vt dicit idem Bald.in tit.de feu.ſine culpa non
amit.in vſibus feudorum.Hinc etiam eleganter dicit Bald.
in repetitione l. Aemilius. ff. de minoribus, quod leges in
ſcholis deglutiuntur, ſed in practica digeruntur, & magno
Eraſmo teſte,cuiuſuis rei peritiam potiſſimum vſus ſuppe-
diat, optimus rerum omnium magiſter & hinc vere dixit
Io.And.in c.poſt translationem,per illum text. de renunc.
quod theorica ſine practica,id eſt,ſcientia ſine experientia
parum valet. Hinc etiam pulchre dicit alibi Ariſtoteles,
quod expertus non artifex certius operatur artifice non ex
perto. Hinc etiam eleganter dicit text. in cap. quam ſit, in
principio, de elect. lib. 6. quod experientia eſt efficax re-
rum magiſtra, & ibi bona gloſ. Vnde locus ab experientia
debet nobis eſſe pro via veteri & tuta, ſecundum Bald. lo-

co præ-

co prædicto: quod nota. Septimo dicta regula non procedit
18 † in verbis causatiuis legis vel canonis, hoc est, per modum causæ prolatis: quando talis causa est impulsiua, & non finalis: cuius ratio est, quia cessante causa impulsiua, non cessat effectus, l. 1. §. sexum. ff. de postulando, l. si mulier, iuncta glo. C. de iure doti. & d. l. 2. §. fina. & uolunt canonistæ in d. cap. post translationem, & est bona glos. in d. cap. cupientes, in principio super verbo periculosis, & volunt legistę in d. §. huius rei, & sæpe alibi. Hoc tamen limito non procedere in rescriptis impetratis ad beneficia obtinenda: quia cessante causa impulsiua rescripti vel gratiæ, corruit etiam rescriptum seu gratia in odium materiæ beneficialis, propter ambitionem reprimendam, text. est singularis in c. postulasti, & ibi eum ad hoc notant Cardin. Panormitan. & Felyn. de rescript. quod commenda memoriæ, quia tangit in locis ordinariis, vbi tractatur de argumento a contrario sensu.
19 Octauo dicta regula non procedit in verbis † causatiuis legis, vbi causa etiam est finalis: quando eiusdem dispositionis sunt plures causæ finales: quia licet vna cesset vel deficiat, dum tamen altera subsistat, remanet dispositio firma, nec dicitur dispositio cessare tex. est in §. affinitatis, & in §. socrũ, Instit. de nuptiis, & pulcher tex. in lege si non lex Elia sentia, & ibi Bald. & expressius Ioannes de Imol. ff. de hæredib. instituu. & tex. cum glos. in l. si ventri. §. in bonis, & ibi Bartol. & Angel. notant. ff. de priuileg. credito. & textus cũ glo. in l. liberorum. §. si talis, & ibi Bald. & alii notant. ff. de his qui notantur infamia, & vult Bartol. in l. 2. in penultima columna. ff. de vulgar. & pupillar. & Bartol. Bald. Ioannes de Imola Alexand. & doctor. in lege prima. ff. & soluto matrimonio, & idem Ioannes de Imola in dicta lege si vero. §. de viro, in 3. column. & Panormitan. in cap. fina. de immunitat eccles. quod locum habet etiam in priuilegiis, secundum Cardina. Ioann. de Imol. in penultim. de clericis coniugat. Vbi autem vna tantum est causa finalis legis vel canonis, semper valet argumentum a contrario sensu, si recte formetur a defectu causæ seu rationis finalis: ut bene declarant Petr. Cyn. & Bald. in d. lege conuenticulam, & dixi supra. Hoc tamen quod dixi de pluribus causis finalibus, limitatur dupliciter. Primo, ut procedat, quando in ali-

qua

qua diſpoſitione ſeu lege ſunt plures cauſę finales,quarum quælibet per ſe ſufficit. Alias aũt ſi quælibet per ſe nõ ſufficeret,ſed requireretur concurſus ambarum , tunc a defectu vnius cauſæ finalis bene valeret argumentum a contrario ſenſu tex.eſt notabilis in c.quoniam frequenter. §. Porro,iuncto.§.ſi autem,& ibi hoc uolunt Hoſtien.& Panorm. ut lite non conteſtata,& Panorm.in d.cap.cum ceſſante,in principio:& idem Panorm.& Felyn. in c. cum nuncius, de teſtibus:& Hippolitus de Marſiliis in l.ſi quis uiduam.ff.de quæſtio.Secundo iſtud limitatur verum,quando ambę cauſæ , ſunt generales ſeu uniuerſales ſi enim una cauſa eſſet generalis,& alia ſpecialis , tunc a defectu cauſæ generalis bene licet arguere a contrario ſenſu,ſed non econtra text. eſt meo iudicio notabilis in lege regula. §. fin.cum ibi no. per Bar.ff.de iur.& facti igno.& faciunt notata per eundẽ Bar.in l.metum.§.animaduertendum. ff. quod metus cau.

20 Quomodo autem † cognoſcitur cauſa impulſiua a finali , remitto te ad Bartol. in extrauaganti ad reprimendum , in verbo nec ex eorum,& ad Bald.in l.generaliter , C.de epiſco.& cler.& ad Sali.in d.l.conuenticulam,& ad Præp.in d. c.cum ceſſante,& ad Bar.& Ioan.de Imo.in d.l.2.§.fi. No-

21 no & vltimo † generaliter non procedit iſtud argumentum quando non ſumitur a contrario ſenſu rationis ſeu mentis ipſius legis vel canonis, ſed ſimpliciter a contrario ſenſu literæ,exempli gratia , tex.in noua conſtitutione Fœderici caſſa & irrita,C.de ſacro.eccl.dicit caſſa & irrita ſint omnia per Italiam aduerſus libertatem eccleſię ædita ſtatutæ &c.non ſequitur,ergo extra Italiam talia ſtatuta valent:cũ Italiæ mentio ibi non ideo facta ſit,ut prouinciæ excludantur,ſed quia frequentius id mali in Italia contingebat : ut ibi ſentit gl.Bart. & docto. & idem in ſimilibus caſibus:pro qua fallentia optime facit deciſio glo. ſingularis in clem. 1. ſuper verbo præſidentes,in fine de reſcrip.Attende tamen, quod in corpore unde ſumitur dicta conſtitutio caſſa & irrita,nulla ſit mentio Italiæ. Poteſt etiam ponere aliud exẽplum in eo q̃ dicitur Matthæi primo antequam conuenirent,&c. quia non ſequitur, q̃ poſtea conuenerint:& iterũ in eodẽ loco,& non cognouit eam,&c.quia non ſequitur q̃ poſtea eam cognouit;ſed ſcriptura q̃ factum non ſit oſtendit;

dit: & ſic non poteſt ibi ſumi argumentum a contrario ſenſu, ut habes tex. & illic gl. notat in c. q̃ dicitur, & in cap. Ioſeph, de verb. ſign. qui textus extracti ſunt ex uerbis. Hieronymi in commentario ſuper Matthæum loco prælegato. Et tantum de argumento a contrario ſenſu ſumẽdo in verbis legis vel canonis. Reſtat nunc ſubnectere aliquas quæſtiones connexas & neceſſarias pro intelligentia huius mate
22 riæ. Et primo quæro, an † argumentum a contrario ſenſu habeat locum in ſtatutis? In quo articulo pulchro & quotidiano licet multæ ſint uarietates & opiniones, meo tamẽ iudicio vera & communi cõcluſio bimembris eſt iſta: quod aut ſtatutum, loquitur præter ius commune, hoc eſt, diſponit in caſu non prouiſo a iure communi, & tunc ſicut in uerbis legis & canonis regulariter habet locum argumentum a contrario ſenſu, Ita etiam habebit locum in ſtatutis & quando in uerbis legis uel canonis non habet locum, nec etiam in ſtatutis: ſi vero ſtatutum diſponat circa caſum prouiſum à iure communi, tunc regulariter non habet locum argumentum a contrario ſenſu in tali ſtatuto ad corrigendum ius commune: Ita poſt multa vult Bartol. in repetitione dicta lege omnes populi, in penultima, columna poſt Iacobus. Butrigario per eum relatum, & eſt de mente Bald. in dicta lege apud antiquos, & in dicta lege ſecunda, C. de conditio. incertis, & de mente Petrus de Anchor. in dicta repetitione, capitulo canonum ſtatuta, in 5. quæſt. principali, & firmant Alexan. Iaſon. & moderni in d. §. huius rei, & Fely. in dicto capitulo ſignificaſti, & Albe. de Roſa. in 1. parte ſtatorum q. 9. Hanc tamen concluſionẽ, quoad primum eius membrũ, reperio limitatã duobus modis. Primo, ut procedat niſi alio ſtatuto caueatur, q̃ ſtatuta non recipiant extraneum vel ſubauditum intellectum: tunc enim ſumi non poteſt argumentum a contrario ſenſu, cum ſit ſubauditus intellectus, ut dixi: & ita vult Bal. in d. lege ſecunda. C. de condi. incertis, & Panorm. in d c. cum apoſtoli ca. per illum tex. in verbo indirecte & Alex. de Imol. in d. l. apud antiquos, in apoſtillis ad Bald. & Pet. de Ancho. in d. repetitione, c. canonum ſtatuta, in 14. q. principali, & Ludo. de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 414. incipiente, Cõmunis doctrina eſt: & bene faciunc notata in ſimili per Anton.

ton.de Butrio. Panorm. & canoniſtas in proœmio Gregoriano. Secundo limitatur vt procedat, niſi cedat, niſi alio ſtatuto caueretur, quod ſtatuta intelligantur ad literam, prout iacent: tunc enim non poſſet ſumi argumentum a cõtrario ſenſu, cum argumentum a contrario ſenſu non poſſet legi, ſed veniat per coniecturam d. l. apud antiquos, & dicto capitulo cum apoſtolica, iuncta lege prima. ff. de his quæ in teſtament. delentur: & ita ſentit Bald. in lege ſecunda. C. de patribus qui filios diſtraxe. Et Felyn. in d. c. ſignificaſti. Quo autem ad ſecundum membrum dicta concluſio limitatur notabiliter, vt procedat quando ſtatutum poteſt aliquid operari in ſenſu directo: alias autem ſumitur argumentum a contrario ſenſu in verbis ſtatuti, etiam ad corrigendum ius commune, ne ſtatutum ſit ſuperfluum & inane, vt dixi ſupra, & uolunt docto. in locis ſupra commemoratis, & eſt tex. in dicta Authentica ex teſtamento, quem ad hoc ibidem ponderant Ludo. de Roma & Iaſon. Ex quo ſumi poteſt triplex limitatio ad regulam, quæ habet, quod

23 † caſus omiſſus a ſtatuto requiritur diſpoſitioni iuris communis: de qua in d. l. ſi cum dotem, & in d. c. ſuſceptum, & in l. commodiſſime. ff. de liberis & poſthumis. Quarum prima ſit, vt d. regula procedat, niſi ſtatutum in ſenſu directo prout iacet nihil operetur: & ſecunda ſit, ut d. regula procedat, quando caſus omiſſus non poteſt haberi pro expreſſo per aliquam coniecturam, alias ſecus, vt in exemplis quotidianis ſupra per me relatis, & probatur in lege ſi in ſcriptum, in principio. ff. de liberis & poſthumis, & in l. clemẽs patronus. ff. de hæredi. inſti. de quo vide latius per Felyn. in c. nonne, de præſumptio. Et tertia limitatio ſit, ut dicta regula, caſus omiſſus, & c. procedat niſi in connexis d. c. trãslato, & ibi Io. de Imol. notat. Illud tamen nolo te ignorare. q

24 † nunquam ſumitur argumentum a contrario ſenſu in ſtatuto, etiam ſi nihil operaretur in ſenſu directo, quando ex hoc ſtatuentes incurrerent peccatum aut pænam excommunicationis, vel aliam, vel quando ſenſus contrarius eſſet contra ius diuinum: glo. eſt de hoc ſingularis in clem. 1. in verbo faceré, de vſuris, relata, ad textum, ab omnibus commendata in locis ordinariis & extraordinariis per Lud. de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 108. & per Alex. in lege

ſi eum

ſi eum §.qui iniuriarum,ff.ſi quis cautio.& per Bald.in Authentica ad hæc;in ſecunda columna,C.de vſuris,& per Antonium Corſetum in ſingulari ſuo quinto,& per docto. ſæpe alibi.Et tantũ de argumẽto a cõtrario ſenſu ſumendo in verbis ſtatuti, de quo ſi plenius vis inſtrui, vide Benedictũ de Plumbino in dicta l.ſi quis locuples, ubi exquiſitiſſimè hunc articulum examinat.Secundo quęro,an argumentum
25 † a contrario ſenſu habeat locum in pactis ſeu contractibus, aut verbis contrahentium ? in quo articulo pulchro & quotidiano dicendum eſt, quod ſic, nedum in contractibus bonæ fidei, ſed etiam in contractibus, ſtricti iuris,de primo eſt text.ſingularis ponens caſum quotidianum in lege inter ſocerũ,§.enim inter,ff.de pactis dotalibus, & vult Antonius Corſetus in ſingulari ſuo 2.de ſecundo eſt caſus in dicta lege pecuniam, quam ad hoc ponderat Baldus,in dicta lege apud antiquos, & Iaſon in dicta lege pecuniam, & iſtud procedit etiam in uerbis contractum conditionalium,dicta lege,pecuniam. Limitatur tamen ut procedat, quando in caſu contrario,eſt contraria ratio; ſecus ſi in caſu contrario eſt eadem ratio vel maior,quam in expreſſo, textus eſt notabilis in dicta lege ſi extraneus, & vult Bald. in dicta lege apud antiquos, ad hoc tendit glo.notabilis ſi bene pondere ponderetur in l.cum prætor,in principio ſuper verbo uidetur in finalibus verbis,ff.de iudicijs,& nota per gl.& doct.in l.maritus,C.de procurato. Secundò limitatur ſecundum aliquos,vt procedat,quando uerba contractus ſunt affirmatiue prolata; ſecus ſi negatiue, quia in uerbis negatiuis ſeu diſpoſitionis negatiue nunquam procedit argumentum à contrario ſenſu,ſecundũ eos;Ita vult Bald.in pulchra q.in d.l.2.C.de condi.inſer.quem ſimpliciter refert & ſequitur Petrus de Ancho.in d. repetitione capitulo canonum ſtatuta,in 14 quęſtione principali in penu. columna per legẽ ex facto etiam,ff.de hæred.inſtitu.& per l.Titia.§.ſi.ff. de manu.teſta. ſed hæc limitatio non placet Alex.in d.l.1.§.huius rei,per tex.l.ſi quis ita libertatem,§. finali.ff.de ſtatu liberis,& reſpondet ad iura per Baldum allegata;Iaſon autẽ in dicto.§. huius rei, defendit dictam ſallentiam Bal.ſed quis iuſtius induit arma,non eſt meum inter tantos patres iudicare;ſi tamẽ daretur audacia,videretũ

mihi

Digitized by Google

mihi opinio Alex.verior,quod ſcilicet argumentum a contrario ſenſu ita bene procedit in verbis diſpoſitionis negatiuę,ſicut in verbis diſpoſitionis affirmatiuę,per tex.l.ſi quis ita libertatem.§.fi.Nec obſtat dict.l.ex facto etiam,quia ibi
26 † verba erant mere conditionalia,quæ non inducunt diſpoſitionem, quando de inſtitutione vel ſubſtitutione agitur, vt notatur per gloſ. ſingularem Bartolus Baldus Angelus Ioannes de Imola & doctor. in lege Lucius vltima. ff. de hæredib. inſti. & notat expreſſe ipſemet Bald. in dicta lege ex facto etiam:& ſic hoc non eſt, ex eo,quod verba fuerunt negatiua, ſed quia erat conditionalia in vltima voluntate prolata ad effectum inſtitutionis,ex quibus ad eum effectū arguere non licet,vt dictum eſt,& dicetur latius infra.Non obſtat etiam d.l.Titia. §. fi. quia meo iudicio optime ad eā reſpondet Alexander in d.§.huius rei, ad quem breuitatis gratia te remitto.Pro cuius reſponſionis corroboratione adduco Bald.ſibi contrarium,idem volentem quod Alexand. in quatuor diuerſis locis.Primo enim hoc voluit Bald. in c. cum nobis olim,de electio. vbi poſt multos intellectus traditos ad l.Titia.§.fi.tandem dat vnum quem dicit ſubtilē, ſatis conformem ſolutioni Alex. licet in aliquo diſcrepet, & ex eo infert ad q.notabilem de qua ibi per eum : Secundo hoc voluit Bal.in c.cum acceſſiſſent de conſtitut.Tertio hoc idem voluit Bald.in cap.præterea requiſiſti,de appella. vbi dicit d. l. Titia. §. 2. eſſe ſingularem, nec alibi reperiri. Quarto hoc idem vult Bal.in d.l.ſi eum.§.qui iniuriarum, & ibi in illo perſiſtit Alexand.& idem Alexand.in dict.l. 2. C.de condi.inſert.in apoſtillis ad Bald. Idem etiam reperio velle Petr.de Anchor. in repetitione regulæ Peccati,in principio de reg.iuris lib.6. Et ſi bene ſingula conſiderentur, inueſtigatio veritatis dicti articuli conſiſtere videtur
27 in virtute † dictionis,niſi,quę quando ſequitur orationem affirmatiuam,eſt exceptatiua,& excipit ſeu priuat:c.ſtatutum.§.cum autem iuncta gloſ.& ibi Domi.Philip.Francus & alii id notant,de reſcript.lib.6.quando vero dictio,niſi ſequitur orationem negatiuam,regulariter ponit,l.actione,& ibi Odofred.& docto.notant,C.de tranſactio . Hoc tamen contingit dupliciter:quia vel oratio negatiua præcedens,negat actū,& tūc dictio niſi ſequēs ponit actū:ut in hoc exem

plo

plo nullus currit nisi Petrus: vel oratio negatiua præcedēs negat potentiam,& tunc dictio, nisi, sequens ponit potentiam: casus est in l. Titia,§. fi. secundum intellectum Alex. & in hoc exemplo promitto non vendere domum meam, nisi tibi. Item in illo exemplo, promitto non contrahere matrimonium nisi tecum, & in similibus: si vero oratio negatiua precedens nec ponat nec priuet, sed negat; tunc dictio nisi, sequens nec priuat nec ponit, sed relinquit duntaxat potentiam in voluntate eius cuius interest,& ille est intellectus d. l. Titia,§. finali, secundum intellectum Bal. in d. ca. cum nobis olim, quo intellectu Bal. stante, optime sumitur argumentum a contrario sensu in dicta l. Titia,§. fina. & relinquitur potentia dandi libertatem in casu dicto,§. fi. in voluntate hæredum, ut voluit Alex. quibus consonant notata per docto. in d. l. actione,& notata per Anto. de Butrio, Ioā. de Lisura & alios in ca. ex parte, de sponsalib. & notata, per Alberi. de Rosa. in dictionario suo in verbo nisi, circa finem & notata per Iasonem Insti. de actio. in rubrica, & notata per Pet. de Ancho. in d. repetitione regulæ peccati, & notata per Lambertum de Ramponibus in d.§. qui iniuriarum, & notata per Bal. in §. sed & res, in tit. per quos fiat inuestitura in vsib. feudorum, & notata per Alciatum Paradoxorum lib. 5. c. cap. 4. quod nota, quia seruiad decisionē multarum q. vt videre poteris in locis supra commemoratis. Et tantum de argumento a contrario sensu sumendo in verbis
28 pactorum vel cōtractuum. Tertio quæro, an ‡argumentum a contrario sensu habeat locum in feudis vel verbis inuestituræ? & ex prædictis patet quod sic cum feudum sit contractus innominatus, vt vult Bar. in l. iurisgen. §. quinimo, ante finem. ff. de pactis,& Bal. in c, quæ in ecclesiarum, in 5. col. de constitu. quos sequitur Iason in præludijs feudorū in 4. q principali,& Franciscinus in suo singulari libello feudorū parte 1. q 9. & Ioan. Baptista de sancto Seuerino in repetitione c. 1. de feudi cognitio. in quinta parte principali in vers. quinta regula est, & ita notabiliter in proposito nostro decidit Bal. in l. voluntas, in 2. colum. in versi. pone, concessum est mihi feudum,&c. C. de fideicom. ubi dicit, quod si mihi concessum est feudum ea lege, ut non alienam extra agnatos certe potero alienare inter agnatos, argumento a con-

trario

trario ſenſu ſumpto ex verbis inueſtituræ; ꝙ quod, argumẽto a contrario ſenſu natura feudi alteratur, ſecũdum eum, & idem reperio ſentire Iaſonem in l. de quibus, in 4. col. ff. de legib. nec mirum, quia de feudis iudicatur ſicut de contractibus, vt dixi, & patet, quia ſicut in contractibus nõ habet locum ius accreſcendi, l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. obli ga. cum ſimil. ita nec in feudis, vt ibi volunt doct. & Bald. in tit. qui feudum dare poſſunt, in §. & quia vidimus, & in 3. colum. & ibi etiam Præpo. in 3. colum. & latius in colum. 17. Hoc tamen fallit primo, quando feudum eſſet conceſſum a Papa vel Imperatore, aut alio ſuperiorem non recognoſcente, quia tunc locum habet ius accreſcendi: Ita ſingulariter vult Bal. in c. 1. in princ. de duobus fratribus a capitaneo inueſtitus, & ſequitur ibidem Præpo. & idem vult Bal. in c. vnico de duob. fratrib. in nouo beneficio inueſtitis. & Bal. in d. §. & quia vidimus. Secundo hoc fallit, quãdo feudum conceſſum eſſet duobus & cuilibet eorum, vel duobus inſolidum: quia tunc eſt locus iuri accreſcendi, vel verius non decreſcendi: Ita notabiliter dicit Bald. in cap. 1. in fine, de ſucceſſio. feudi, & idem Bal. in l. 1. in antepen. colũ. C. quando non peten. partes peten. accreſcunt, & hoc dictũ refert & ſequitur Alexan. de Imol. in conſi. 2. vóluminis in 3. colum. Vbi in materia feudi ponit plura pulchra & ſingularia dicta quotidie in praxi occurrẽtia: de quo articulo
39 quotidiano, † an & quando in feudis habeat locum ius accreſcendi, vide latiſſime & exquiſitiſſime per Franciſcinum in d. ſuo ſingulari libello feudorum par. 2. circa fin. vbi hunc quotidianum articulum proſequitur per 4. colum. Scias tamen, ꝙ contractus feudi nõ eſt bonæ fidei, ſed ſtricti iuris: quia nõ numeratur in §. actionum, Inſtit. de actio. & ita vult Bal. in c. 1. in 2. col. de controuer. inueſtituræ. Et idem Bal. & Aluarot. in d. c. 1. de feudi cognitio: quos ſequitur ibi Io. Baptiſta in repet. ſua in v. parte principali in verſicu. quarta regula eſt, & idem vult Socin. in conſi. 145. in 4. colum. & ſeq. Item & hoc volo te ſcire, quod licet in verbis inueſtituræ feudi licite ſumatur argumentum a contrario ſenſu: ta-
30 men † in conſuetudinibus feudalibus non ſumitur argumentum a contrario ſenſu: Ita in terminis dicit Iaſon in aureo tractatu ſuo de iure emphyt. in commento

Digitized by Google

l.1.illius tit.in 13.colum,& idem Iason in d.l.de quibus: & ratio est,quia ubi causæ feudales per consuetudines feudorum non deciduntur,decidi debent per leges ciuiles vt est tex.notabilis in d.c.1.& ibi gl.Bal. & doct. de feudi cogni. Nunquã enim in causis feudalibus recedi potest a iure cõmuni,nisi qñ in feudis contrarium reperitur expresse decisum,d.c.1.& vult Bal.in l.2.C.de suis & legitimis hæred. & idem Bal.in l.cum oportet,in fine principij,C.de bonis q̃ liberis; Argumentum autem a contrario sensu tacitus & subauditus intellectus,ut sæpe dictum est supra; Sequitur ergo,q̃ propter illud non debet recedi a decisione iuris cõmunis; & ita in terminis decidit Bald.in c.imperialẽ.§.præterea ducatus,in 2.colum.de prohibita feu.aliena.per Fædericum,& sequitur Franciscinus in d.suo singulari libello
31 feudorum parte 1.q.4. Vt tamen plenius scias, † qualiter causæ feudales sint decidendæ,recitabo tres notabiles doctrinas,in aliquo tamen inter se discrepantes. Prima est Aluaroti in d.c.1.de feudi cogni.qui post Iacob.de Bel.& Iaco.Ardizani in summa.breuiter & succincte dicit,in materia feudali primò attendendam esse consuetudinem, si extat; secundo attendendum esse simile consuetudinis. Testio recurrendum esse ad legem scriptã,si extat.& quarto si non extat dicit recurrendum ad argumenta legalia.Secunda est Ioan.Baptistæ in sua repetitione d.c.1.qui in 4.parte principali circa finem,primo dicit attendendam esse cõsuetudinẽ seu legẽ feudalem,si reperitur uerbis expresse scripta, secundo si non reperitur uerbis expresse scripta, dicit recurrendum ad mentem intrinsecam legis feudalis scriptæ,quæ colligi posset secundũ eũ ab expressa ratione posita in lege feudali,uel a duobus æquiparatis a l.feudali scripta,& alijs modis.Tertio his deficientibus,dicit recurrẽdũ ad legem scriptã,si extat. Quarto,si lex scripta nõ extat, dicit recurrendũ ad argumenta legalia,quæ ueniunt ex propria significatione & non important fictionem, uel improprietatẽ.Quinto dicit recurrẽdum ad argumenta feudorũ impropria,fictionẽ & improprietatem importantia, quæ.s. nõ ueniunt ex intrinseca mẽte legis feudalis,sed ex extrinseca.Et sexto his omnib.deficiẽtib.dicit recurrẽdũ argumẽta legalia impropria & fictionẽ importãtia.Alia & 3. doctri

Digitized by Google

na eſt Præpoſiti in d.cap.primo qui dicit,quod primo inſpi ciendus eſt tenor inueſtituræ,qui derogat conſuetudini,& iuri feudali ac omni feudi naturæ,tex.eſt notabilis in d.ca. primo,& ibi Bal.exclamat de duob.fratri.a capit.inuelti. & in cap.primo de feudo non habente propriam feu. natu.& ſic primo ſunt attendenda pactæ appoſita in inueſtitura, ut in dictis iuribus,& facit l. 1.§.ſi conuenerit.ff.depoſiti, & l. ſemper in ſtipulationibus,ff.de regulis iur. Secundo,ubi ca ſus occurrens non deciditur ex tenore inueſtituræ.recurrẽ dum dicit ad conſuetudinem ſpecialem loci & curiæ domi ni,a quo feudum tenetur d.l.de quib.Tertio,ubi nõ repe- ritur pactum,nec ſpecialis conſuetudo loci uel curię domi ni,a quo feudum tenetur,decidens caſum occurrentem,re currẽdum dicit ad conſuetudines generales feudorum ſcri ptas in lib.feu d.cap.1.de feu.cogni.Quarto,ſi non reperi tur pactum uel conſuetudo ſpecialis,nec conſuetudo gene ralis feudorum decideus caſum occurrentem,tunc recurrẽ dum dicit ad legem Romanam ſcriptam,& ſic ad ius com- mune,d.cap.primo uerſi.ſciemus.Vbi autem nullum præ- miſſorum reperitur decidẽs caſum occurrentem, puta pa- ctum appoſitum in inueſtitura,cõſuetudo ſpecialis, cõſue- tudo generalis,uel etiã lex ſcriptam. Tunc recurrẽdum di- cit primo ad ſimile cõſuetudinis, & illo deficiẽte ad ſimile legis,d.l.de qui.cũ ibi no.iuncta.l.nõ poſſunt.ff.de legibus. Poſtremo autem ubi omnia præmiſſa deficerent , ut quia nec reperiretur pactũ,nec cõſuetudo ſpecialis,nec cõſuetu do gñalis,nec ius cõmune nec ſimile cõſuetudinis,nec ẽt ſi mile legis decidẽs caſum occurrẽtem tũc dicit procedẽdũ per arguméta legalia: & hoc caſu ſecũdum eum poſſet ha- bere locum gl.quæ eſt in d.c.1.de feu.cognit.quas doctri- nas commẽda memoriæ,quia ſeruiũt ad multa,& uide om nino quod dixi ſupra in loco a rõne legis larga ampla ſeu ge nerali ad extẽſionem ipſius legis in quarto caſu principali, ubi præmiſſa in parte declaraui per exempla.Sed aduerte, quia licet dictæ doctrinæ in aliquo inter ſe diſcrepent,faci le tamẽ iudicio meo ad cõcordiam reduci poſſunt, dicẽdo hoc modo: q primo inſpiciẽdus eſt tenor inueſtituræ & pa- ctũ in ea poſitũ; Secũdo cõſuetudo ſpecialis curiæ domini directi a quo feudũ tenetur,ut dicit Præpo. & bene,p d.l.

Digitized by Google

prudens,neino oritur litteratus, cum isti sint habitus acquisiti,non innati.l.Stichus.ff.de lega. 3.& est glo.notabilis,in cap.si forte,de elect.lib.6.& vult Bal. in l.ex persona,C.de
37 probatio. secus autem est , si verba † mandati non faciunt mandatum conditionale;sed tantum præ se ferunt prœmonitionem quandam,vt quia mandatur id quod tacite inest. Exemplum,vt si mandatur alicui prouideri de beneficio si est idoneus,per vulgatam doctrinam Innocentii in c. fi. de præsump.& per glo. notabilem in clem.vnica,de offi. deleg. expressio enim eorum quæ tacite insunt,nihil operatur , l. 3.ff.de leg. 1.& notatur per gl.Panor. & canonistas in c. significasti,de electio.& alus pluribus locis.Hoc tamen fallit, quando aliter exprimitur quam inest,l.si ita legatum.§.illi si volet.ff.de lega. 1.de quo vide latius per Bart. & legistas in d.l.3 & plenissime per Panormi.& nouissimos in ca. cum dilecta,de rescriptis,& in d.cap.significasti . Secundo fallit,quando exprimitur etiam eo modo quo inest ad effectum non inducatur publica honestas:gl. est de hoc singularis in c.vnico.§ fin.de sponsalibus lib.6. quæ singulariter dicit,quod si quis cõtrahat sponsalia cum aliqua muliere per hæc verba,promitto quod ducam te in vxorem si Deo & ecclesiæ placuerit,quæ conditio tacite inest , tamen si subest impedimentum,expressio talis conditionis tacitæ facit huiusmodi sponsalia conditionalia,ita quod ex eis non oritur publicæ honestatis iustitia, & ergo si talis postea comperto impedimento contrahat cum alia prioris mulieris consanguinea,valebit contractus , quod tene menti,quia vidi de facto,de intellectu tamen dict.glos. vide ibi latius per Ioan. Andr.in nouella,Dominic.& alios,& pulchre per Præpositum in c.ad audientiam,de sponsalibus.Illud autem nolo te
38 ignorare,quod † conditio tacite ita impedit ortum & natiuitatem actionis & obligationis , sicut conditio expressa: glos.est de hoc singularis in l.item quia , super verbo male petitur,& ibi Albericus de Rosate, Alexand. Iason & doct. id notant.ff.de pactis, & de pluribus aliis casibus, in quibus conueniunt & differunt tacitum & expressum , vide quod dixi late supra in loco ab expresso ad tacitum . Nono quæ-
39 ro , an † argumentum a contrario sensu habeat locum in dictis seu dispositionibus testium , & dicendum est quod

non

non vt ex hoc dicta teſtium annullentur, vel teſtis de falſo puniatur: text. eſt notabilis in c. quod dicitur, de verbor. ſignification. iunctis ibidem notatis per Anton. de Butrio & Panormitanus qui notabiliter dicunt, quod ſi teſtis ſuper homicidio articulato interrogatus deponat hoc modo: Antequam Titius hodie venit ad prandium, filius eius occidit Sempronium, licet per alios teſtes probetur, Titium illo die ad prandium non veniſſe, nihilominus ſtabitur dicto te
40 ſtis, nec illud reddetur falſum: nec † debet puniri teſtis de falſo, quando in principali verum dicit: licet in acceſſoriis dicat contra veritatem: Ita notabiliter uolunt Specul. & Io. And. in titu. de teſte. §. 1. in verſic. item quod addit de ſuo, vbi Ioan. Andr. dicit hoc accidiſſe in perſona ſua. Cui conſonat ſingularis doctrina Iacobi Butrigar. in l. Lucius. ff. de his qui notantur infamia, quam ibi refert & multum commendat Angel. quæ habet, quod ad hoc ut teſtis dicatur falſum deponere, ad effectum ut pœna falſi puniatur, eſt neceſſarium quod falſum deponat ſuper facto principali: Si autem ſuper appendiciis vel acceſſoriis, puta an ſit conſanguineus vel de parrochia, mentiatur: non debet puniri pœna falſi, ſed extra ordinem pœna ſtellionatus: quod commenda
41 memorię, quia eſt quotidianum. Decimo quæro, an † argumentum a contrario ſenſu habeat locum in ultimis uoluntatibus, in quo articulo pulchro, ſubtili, & quotidiano dicendum eſt quod ſic etiam ſi diſpoſitio vltimæ voluntatis ſit conditionalis: textus eſt in l. ſi legatum, in princip. ff. de adimen. lega. & in l. quod pure, in princip. ff. quando dies lega. cedit, & in l. aliquando, in fine. ff. de condition. & demonſtration. & in d. l. Lucius vltima. ff. de hæredi. inſtit. quem text. ad hoc ponderat Antonius Corſetus in ſingulari ſuo quarto: Sed iſtud patitur nonnulla ſingulares limitationes. Primo enim hoc limitatur non procedere in verbis vltimæ voluntatis conditionalibus, quando de inſtitutione vel ſubſtitutione agitur: Exempli gratia. Titius inſtituit Sempronium hæredem, & ſubiunxit, ſi deceſſerit hæres inſtitutus ſine liberis, Caium ſubſtituo: decidit Titius teſtator, & deinde Sempronius hæres inſtitutus relictis liberis, & ſic excluditur Caius ſubſtitutus ſed dubitatur de liberis Sempronii an illi cēſeātur ſubſtituti, ita vt veniant ex teſtamēto

ſi eum §.qui iniuriarum,ff.ſi quis cautio.& per Bald.in Authentica ad hæc;in ſecunda columna,C.de vſuris,& per Antonium Corſetum in ſingulari ſuo quinto,& per docto. ſæpe alibi.Et tantũ de argumẽto a cõtrario ſenſu ſumendo in verbis ſtatuti, de quo ſi plenius vis inſtrui, vide Benedictũ de Plumbino in dicta l.ſi quis locuples, ubi exquiſitiſſimè hunc articulum examinat.Secundo quæro,an argumentum
25 † a contrario ſenſu habeat locum in pactis ſeu contractibus, aut verbis contrahentium ? in quo articulo pulchro & quotidiano dicendum eſt, quod ſic, nedum in contractibus bonæ fidei, ſed etiam in contractibus, ſtricti iuris,de primo eſt text.ſingularis ponens caſum quotidianum in lege inter ſocerũ,§.enim inter,ff.de pactis dotalibus, & vult Antonius Corſetus in ſingulari ſuo 2.de ſecundo eſt caſus in dicta lege pecuniam, quam ad hoc ponderat Baldus,in dicta lege apud antiquos, & Iaſon in dicta lege pecuniam, & iſtud procedit etiam in uerbis contractum conditionalium,dicta lege,pecuniam. Limitatur tamen ut procedat, quando in caſu contrario,eſt contraria ratio; ſecus ſi in caſu contrario eſt eadem ratio vel maior,quam in expreſſo, textus eſt notabilis in dicta lege ſi extraneus, & vult Bald. in dicta lege apud antiquos, ad hoc tendit glo.notabilis ſi bene pondere ponderetur in l.cum prætor,in principio ſuper verbo uidetur in finalibus verbis,ff.de iudicijs,& nota per gl.& doct.in l.maritus,C.de procurato. Secundò limitatur ſecundum aliquos,vt procedat,quando uerba contractus ſunt affirmatiue prolata; ſecus ſi negatiue, quia in uerbis negatiuis ſeu diſpoſitionis negatiue nunquam procedit argumentum a contrario ſenſu,ſecundũ eos;Ita vult Bald.in pulchra q.in d.l.2.C.de condi.inſer.quem ſimpliciter refert & ſequitur Petrus de Ancho.in d. repetitione capitulo canonum ſtatuta,in 14 quæſtione principali in penu. columna per legẽ ex facto etiam,ff.de hæred.inſtitu.& per l.Titia.§.ſi.ff. de manu.teſta. ſed hæc limitatio non placet Alex.in d.l.1.§.huius rei,per tex.l,ſi quis ita libertatem,§. finali.ff.de ſtatu liberis,& reſpondet ad iura per Baldum allegata;Iaſon autẽ in dicto.§. huius rei, defendit dictam ſallentiam Bal.ſed quis iuſtius induit arma,non eſt meum inter tantos patres iudicare;ſi tamẽ daretur audacia,videretur mihi

mihi opinio Alex.verior,quod ſcilicet argumentum a contrario ſenſu ita bene procedit in verbis diſpoſitionis negatiuę,ſicut in verbis diſpoſitionis affirmatiuę,per tex.l.ſi quis ita libertatem.§.ſi.Nec obſtat dict.l.ex facto etiam,quia ibi
26 † verba erant mere conditionalia,quæ non inducunt diſpoſitionem , quando de inſtitutione vel ſubſtitutione agitur, vt notatur per gloſ. ſingularem Bartolus Baldus Angelus Ioannes de Imola & doctor. in lege Lucius vltima. ff. de hæredib. inſti. & notat expreſſe ipſemet Bald. in dicta lege ex facto etiam:& ſic hoc non eſt, ex eo,quod verba fuerunt negatiua , ſed quia erat conditionalia in vltima voluntate prolata ad effectum inſtitutionis,ex quibus ad eum effectū arguere non licet,vt dictum eſt,& dicetur latius infra.Non obſtat etiam d.l.Titia. §. ſi. quia meo iudicio optime ad eā reſpondet Alexander in d.§.huius rei, ad quem breuitatis gratia te remitto.Pro cuius reſponſionis corroboratione adduco Bald.ſibi contrarium,idem volentem quod Alexand. in quatuor diuerſis locis.Primo enim hoc voluit Bald. in c. cum nobis olim,de electio. vbi poſt multos intellectus traditos ad l.Titia.§.ſi.tandem dat vnum quem dicit ſubtilē, ſatis conformem ſolutioni Alex. licet in aliquo diſcrepet, & ex eo infert ad q.notabilem de qua ibi per eum : Secundo hoc voluit Bal.in c.cum acceſſiſſent de conſtitut.Tertio hoc idem voluit Bald.in cap.præterea requiſiſti,de appella. vbi dicit d. l. Titia. §. 2. eſſe ſingularem, nec alibi reperiri. Quarto hoc idem vult Bal.in d.l.ſi eum.§.qui iniuriarum, & ibi in iſto perſiſtit Alexand.& idem Alexand.in dict.l. 2. C.de condi.infert.in apoſtillis ad Bald. Idem etiam reperio velle Petr.de Anchor. in repetitione regulæ Peccati,in principio de reg.iuris lib.6. Et ſi bene ſingula conſiderentur, inueſtigatio veritatis dicti articuli conſiſtere videtur
27 in virtute † dictionis,niſi,quę quando ſequitur orationem affirmatiuam,eſt exceptatiua,& excipit ſeu priuat:c.ſtatutum.§.cum autem iuncta gloſ.& ibi Domi.Philip.Francus & alii id notant,de reſcript.lib.6.quando vero dictio,niſi ſequitur orationem negatiuam,regulariter ponit,l.actione,& ibi Odofred.& docto.notant,C.de tranſactio . Hoc tamen contingit dupliciter:quia vel oratio negatiua præcedens,negat actū,& tūc dictio niſi ſequēs ponit actū:ut in hoc exemplo

plo nullus currit nisi Petrus: vel oratio negatiua præcedēs negat potentiam,& tunc dictio, nisi, sequens ponit potentiam: casus est in l. Titia,§. fi. secundum intellectum Alex. & in hoc exemplo promitto non vendere domum meam, nisi tibi. Item in illo exemplo, promitto non contrahere matrimonium nisi tecum, & in similibus: si vero oratio negatiua precedens nec ponat nec priuet, sed negat; tunc dictio nisi, sequens nec priuat nec ponit, sed relinquit duntaxat potentiam in voluntate eius cuius interest,& ille est intellectus d.l. Titia,§. finali, secundum intellectum Bal. in d.ca. cum nobis olim, quo intellectu Bal. stante, optime sumitur argumentum a contrario sensu in dicta l. Titia,§. fina. & relinquitur potentia dandi libertatem in casu dicto,§. fi. in voluntate hæredum, ut voluit Alex. quibus consonant notata per docto. in d.l. actione,& notata per Anto. de Butrio, Ioā. de Lisura & alios in ca. ex parte, de sponsalib. & notata, per Alberi. de Rosa. in dictionario suo in verbo nisi, circa finem & notata per Iasonem Insti. de actio. in rubrica, & notata per Pet. de Ancho. in d. repetitione regulæ peccati, & notata per Lambertum de Ramponibus in d.§. qui iniuriarum, & notata per Bal. in §. sed & res, in tit. per quos fiat inuestitura in vsib. feudorum, & notata per Alciatum Paradoxorum lib. 5. c. cap. 4. quod nota, quia seruiad decisionē multarum q. vt videre poteris in locis supra commemoratis. Et tantum de argumento a contrario sensu sumendo in verbis
28 pactorum vel cōtractuum. Tertio quæro, an ſargumentum a contrario sensu habeat locum in feudis vel verbis inuestituræ? & ex prædictis patet quod sic cum feudum sit contractus innominatus, vt vult Bar. in l. iurisgen. §. quinimo, ante finem. ff. de pactis,& Bal. in c, quæ in ecclesiarum, in 5. col. de constitu. quos sequitur Iason in præludijs feudorū in 4. q principali,& Franciscinus in suo singulari libello feudorū parte 1. q 9. & Ioan. Baptista de sancto Seuerino in repetitione c. 1. de feudi cognitio. in quinta parte principali in vers. quinta regula est, & ita notabiliter in proposito nostro decidit Bal. in l. voluntas, in 2. colum. in vers. pone, concessum est mihi feudum, &c. C. de fideicom. ubi dicit, quod si mihi concessum est feudum ea lege, ut non alienam extra agnatos certe potero alienare inter agnatos, argumento a con-

trario

trario ſenſu ſumpto ex verbis inueſtituræ; ꝙ quod, argumẽto a contrario ſenſu natura feudi alteratur, ſecũdum eum, & idem reperio ſentire Iaſonem in l. de quibus, in 4. col. ff. de legib. nec mirum, quia de feudis iudicatur ſicut de contractibus, vt dixi, & patet, quia ſicut in contractibus nõ habet locum ius accreſcendi, l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. obliga. cum ſimil. ita nec in feudis, vt ibi volunt doct. & Bald. in tit. qui feudum dare poſſunt, in §. & quia vidimus, & in 3. colum. & ibi etiam Præpo. in 3. colum. & latius in colum. 17. Hoc tamen fallit primo, quando feudum eſſet conceſſum a Papa vel Imperatore, aut alio ſuperiorem non recognoſcente, quia tunc locum habet ius accreſcendi: Ita ſingulariter vult Bal. in c. 1. in princ. de duobus fratribus a capitaneo inueſtitus, & ſequitur ibidem Præpo. & idem vult Bal. in c. vnico de duob. fratrib. in nouo beneficio inueſtitis. & Bal. in d. §. & quia vidimus. Secundo hoc fallit, quãdo feudum conceſſum eſſet duobus & cuilibet eorum, vel duobus inſolidum: quia tunc eſt locus iuri accreſcendi, vel verius non decreſcendi: Ita notabiliter dicit Bald. in cap. 1. in fine, de ſucceſſio. feudi, & idem Bal. in l. 1. in antepen. colũ. C. quando non peten. partes peten. accreſcunt, & hoc dictũ refert & ſequitur Alexan. de Imol. in conſi. 2. voluminis in 3. colum. Vbi in materia feudi ponit plura pulchra & ſingularia dicta quotidie in praxi occurrẽtia: de quo articulo
39 quotidiano, † an & quando in feudis habeat locum ius accreſcendi, vide latiſſime & exquiſitiſſime per Franciſcinum in d. ſuo ſingulari libello feudorum par. 2. circa fin. vbi hunc quotidianum articulum proſequitur per 4. colum. Scias tamen, ꝙ contractus feudi nõ eſt bonæ fidei, ſed ſtricti iuris, quia nõ numeratur in §. actionum, Inſtit. de actio. & ita vult Bal. in c. 1. in 2. col. de controuer. inueſtituræ. Et idem Bal. & Aluarot. in d. c. 1. de feudi cognitio: quos ſequitur ibi Io. Baptiſta in repet. ſua in v. parte principali in verſicu. quarta regula eſt, & idem vult Socin. in conſi. 145. in 4. colum. & ſeq. Item & hoc volo te ſcire, quod licet in verbis inueſtituræ feudi licite ſumatur argumentum a contrario ſenſu: ta-
30 men † in conſuetudinibus feudalibus non ſumitur argumentum a contrario ſenſu: Ita in terminis dicit Iaſon in aureo tractatu ſuo de iure emphyt. in commento

Digitized by Google

l.1.illius tit.in 13.colum,& idem Iaſon in d.l.de quibus: & ratio eſt,quia ubi cauſæ feudales per conſuetudines feudorum non deciduntur,decidi debent per leges ciuiles vt eſt tex.notabilis in d.c.1.& ibi gl.Bal. & doct. de feudi cogni. Nunquã enim in cauſis feudalibus recedi poteſt a iure cõmuni,niſi qñ in feudis contrarium reperitur expreſſe deciſum,d.c.1.& vult Bal.in l.2.C.de ſuis & legitimis hæred. & idem Bal.in l.cum oportet,in fine principij,C.de bonis q̃ liberis; Argumentum autem a contrario ſenſu tacitus & ſubauditus intellectus,ut ſæpe dictum eſt ſupra; Sequitur ergo,q̃ propter illud non debet recedi a deciſione iuris cõmunis; & ita in terminis decidit Bald.in c.imperialẽ.§.præterea ducatus,in 2.colum.de prohibita feu.aliena.per Fædericum,& ſequitur Franciſcinus in d.ſuo ſingulari libello
31 feudorum parte 1.q.4. Vt tamen plenius ſcias, † qualiter cauſæ feudales ſint decidendæ,recitabo tres notabiles doctrinas,in aliquo tamen inter ſe diſcrepantes. Prima eſt Aluaroti in d.c.1.de feudi cogni.qui poſt Iacob.de Bel.& Iaco.Ardizani in ſumma.breuiter & ſuccincte dicit,in materia feudali primò attendendam eſſe conſuetudinem, ſi extat; ſecundo attendendum eſſe ſimile conſuetudinis. Tertio recurrendum eſſe ad legem ſcriptã,ſi extat.& quarto ſi non extat dicit recurrendum ad argumenta legalia.Secunda eſt Ioan.Baptiſtæ in ſua repetitione d.c.1.qui in 4.parte principali circa finem,primo dicit attendendam eſſe cõſuetudinẽ ſeu legẽ feudalem,ſi reperitur uerbis expreſſe ſcripta, ſecundo ſi non reperitur uerbis expreſſe ſcripta, dicit recurrendum ad mentem intrinſecam legis feudalis ſcriptæ,quæ colligi poſſet ſecundũ eſũ ab expreſſa ratione poſita in lege feudali,uel a duobus æquiparatis a l.feudali ſcripta,& alijs modis.Tertio his deficientibus,dicit recurrẽdũ ad legem ſcriptã,ſi extat. Quarto,ſi lex ſcripta nõ extat, dicit recurrendũ ad argumenta legalia,quæ ueniunt ex propria ſignificatione & non important fictionem, uel improprietatẽ.Quinto dicit recurrẽdum ad argumenta feudorũ impropria,fictionẽ & improprietatem importantia, quæ.ſ. nõ ueniunt ex intrinſeca mẽte legis feudalis,ſed ex extrinſeca.Et ſexto his omnib.deficiẽtib.dicit recurrẽdũ argumẽta legalia impropria & fictionẽ importãtia.Alia & 3. doctri

na

na eſt Præpoſiti in d.cap.primo qui dicit,quod primo inſpi ciendus eſt tenor inueſtituræ,qui derogat conſuetudini,& iuri feudali ac omni feudi naturæ,tex.eſt notabilis in d.ca. primo,& ibi Bal.exclamat de duob.fratri.a capit.inueſti. & in cap.primo de feudo non habente propriam feu. natu.& ſic primo ſunt attendenda pactæ appoſita in inueſtitura, ut in dictis iuribus,& facit l.1.§.ſi conuenerit.ff.depoſiti, & l. ſemper in ſtipulationibus,ff.de regulis iur. Secundo,ubi ca ſus occurrens non deciditur ex tenore inueſtituræ.recurrẽ dum dicit ad conſuetudinem ſpecialem loci & curiæ domi ni,a quo feudum tenetur d.l.de quib.Tertio,ubi nõ repe ritur pactum,nec ſpecialis conſuetudo loci uel curię domi ni,a quo feudum tenetur,decidens caſum occurrentem,re currẽdum dicit ad conſuetudines generales feudorum ſcri ptas in lib.feu d.cap.1.de feu.cogni.Quarto,ſi non reperi tur pactum uel conſuetudo ſpecialis,nec conſuetudo gene ralis feudorum decideus caſum occurrentem,tunc recurrẽ dum dicit ad legem Romanam ſcriptam,& ſic ad ius com mune,d.cap.primo uerſi.ſciemus.Vbi autem nullum præ miſſorum reperitur decidẽs caſum occurrentem, puta pa ctum appoſitum in inueſtitura,cõſuetudo ſpecialis, cõſue tudo generalis,uel etiã lex ſcriptam. Tunc recurrẽdum di cit primo ad ſimile cõſuetudinis, & illo deficiẽte ad ſimile legis,d.l.de qui.cũ ibi no.iuncta.l.nõ poſſunt.ff.de legibus. Poſtremo autem ubi omnia præmiſſa deficerent , ut quia nec reperiretur pactũ,nec cõſuetudo ſpecialis,nec cõſuetu do gñalis,nec ius cõmune nec ſimile cõſuetudinis,nec ẽt ſi mile legis decidẽs caſum occurrẽtem tũc dicit procedẽdũ per arguméta legalia: & hoc caſu ſecũdum eum poſſet ha bere locum gl.quæ eſt in d.c.1.de feu.cognit.quas doctri nas commẽda memoriæ,quia ſeruiũt ad multa,& uide om nino quod dixi ſupra in loco a rõne legis larga ampla ſeu ge nerali ad extẽſionem ipſius legis in quarto caſu principali, ubi præmiſſa in parte declaraui per exempla.Sed aduerte, quia licet dictæ doctrinæ in aliquo inter ſe diſcrepent,faci le tamẽ iudicio meo ad cõcordiam reduci poſſunt, dicẽdo hoc modo:q primo inſpiciẽdus eſt tenor inueſtituræ & pa ctũ in ea poſitũ; Secũdo cõſuetudo ſpecialis curiæ domini directi a quo feudũ tenetur,ut dicit Præpo. & bene,p d.l.

mentum a contrario ſenſu habeat locum in priuilegijs, & dicendum eſt q̃ non gl. eſt notabilis iuncto tex.in d.c.licet in principio,& ibi eam ſequitur Philippus Frantus & multum commendat:& ratio iſtius poteſt eſſe, quia priuilegia dicuntur quaſi priuatæ leges cap.priuilegia,3.diſt.Cum ergo priuilegia regulariter ſint contra ius commune, & tendant ad derogandum iuri communi,debent ſtrictiſſimè intelligi in terminis ſuis,ut non extendantur in fauorem priuilegiati,& per conſequens in eis non poteſt ſumi argumentum a contrario ſenſu ad illum effectum:& de iſto eſt tex. notabilis iunctis ibidem notatis per Ioan.And.Card. & docto.in ca.cum in partibus,de uerbo.ſignifi.& multo minus poteſt ſumi argumentum a contrario ſenſu in priuilegijs ad præiudicandum tertio, & hoc firmat Socynus in conſilio ſuo 246.ſecundi voluminis,incipiente eleganter & ſub
34 tiliter, in 6.colum.Sexto quæro an argumentum † a contrario ſenſu habeat locum in ſententijs aut verbis ſententiarum?& dicendum eſt q̃ ſic:tex.eſt notabilis in lege Pomponius,in §.ſed is qui,in fine.ff.de procurat.& in lege ſi inter me & te.ff.de exce.rei iudicatæ,& uult Antonius Corſetus in ſingulari ſuo tertio,& doctores frequenter alibi.Se-
35 ptimo quæro , an † argumentum a contrario ſenſu habeat locum in laudo ſeu arbitrio vel arbitramẽto?& credo q̃ ſic & ita reperio uelle Bal.in conſilio ſuo 152.ſecundi voluminis,incipiente, quidam dominus Paſinus, ubi pulchram &
36 quotidianam decidit q. Octauo quæro, an † argumentũ a cõtrario ſenſu habeat locum in mandatis? & dicendum eſt q̃ ſic:tex.eſt notabilis in l.eum qui duobus §.filiusfamilias ſecundum primam lecturam glo.& ibi hoc notant Bar.Ange.Ioan.de Imo.& docto.ff.de acq.hæred.Hoc tamẽ debet limitari verum,vt procedat,quando verba mandati faciunt mandatũ cõdionale, ut quia mandatur id quod tacite non inerat,ut in caſu d.§.filiusfamilias.Et poteſt poni aliud exẽplum quotidianum, vt ſi Papa mandauit alicui prouideri de beneficio, ſi cõſtiterit eum eſſe legum doctorem vel literarum:tũc enim bene ſumitur argumentum a cõtrario ſenſu,& debet cõſtare eum talẽ fuiſſe tempore datæ literarũ, nec ſufficeret eũ talem eſſe tempore p̃ſentationis earũdem c.ſi a tpe,de reſcrip.lib.6.cum ſimilibus, nemo.n.naſcitur

prudens,nemo oritur litteratus, cum isti sint habitus acquisiti,non innati.l.Stichus.ff.de lega. 3.& est glo.notabilis,in cap.si forte,de elect.lib.6.& vult Bal. in l.ex persona,C.de
37 probatio. secus autem est , si verba † mandati non faciunt mandatum conditionale;sed tantum præ se ferunt prçmonitionem quandam,vt quia mandatur id quod tacite inest. Exemplum,vt si mandatur alicui prouideri de beneficio si est idoneus,per vulgatam doctrinam Innocentii in c. fi. de præsump.& per glo. notabilem in clem.vnica,de offi. deleg. expressio enim eorum quæ tacite insunt,nihil operatur , l. 3.ff.de leg.1.& notatur per gl.Panor. & canonistas in c. significasti,de electio.& alus pluribus locis.Hoc tamen fallit, quando aliter exprimitur quam inest,l.si ita legatum.§.illi si volet.ff.de lega. 1.de quo vide latius per Bart. & legistas in d.l.3 & plenissime per Panormi.& nouissimos in ca. cum dilecta,de rescriptis,& in d.cap.significasti . Secundo fallit,quando exprimitur etiam eo modo quo inest ad effectum non inducatur publica honestas:gl.est de hoc singularis in c.vnico.§ fin.de sponsalibus lib.6. quæ singulariter dicit,quod si quis cõtrahat sponsalia cum aliqua muliere per hæc verba,promitto quod ducam te in vxorem si Deo & ecclesiæ placuerit,quæ conditio tacite inest , tamen si subest impedimentum,expressio talis conditionis tacitæ facit huiusmodi sponsalia conditionalia,ita quod ex eis non oritur publicæ honestatis iustitia, & ergo si talis postea comperto impedimento contrahat cum alia prioris mulieris consanguinea,valebit contractus , quod tene menti,quia vidi de facto,de intellectu tamen dict.glos. vide ibi latius per Ioan. Andr.in nouella,Dominic.& alios,& pulchre per Præpositum in c.ad audientiam,de sponsalibus.Illud autem nolo te
38 ignorare,quod † conditio tacite ita impedit ortum & natiuitatem actionis & obligationis , sicut conditio expressa: glos.est de hoc singularis in l.item quia , super verbo male petitur,& ibi Albericus de Rosate, Alexand. Iason & doct. id notant.ff.de pactis, & de pluribus aliis casibus, in quibus conueniunt & differunt tacitum & expressum , vide quod dixi late supra in loco ab expresso ad tacitum . Nono quæ-
39 ro , an † argumentum a contrario sensu habeat locum in dictis seu dispositionibus testium , & dicendum est quod

non

non vt ex hoc dicta teſtium annullentur, vel teſtis de falſo puniatur: text. eſt notabilis in c. quod dicitur, de verbor. ſignification. iunctis ibidem notatis per Anton. de Butrio & Panormitanus qui notabiliter dicunt, quod ſi teſtis ſuper homicidio articulato interrogatus deponat hoc modo: Antequam Titius hodie venit ad prandium, filius eius occidit Sempronium, licet per alios teſtes probetur, Titium illo die ad prandium non veniſſe, nihilominus ſtabitur dicto te
40 ſtis, nec illud reddetur falſum: nec † debet puniri teſtis de falſo, quando in principali verum dicit: licet in acceſſoriis dicat contra veritatem: Ita notabiliter uolunt Specul. & Io. And. in titu. de teſte. §. 1. in verſic. item quod addit de ſuo, vbi Ioan. Andr. dicit hoc accidiſſe in perſona ſua. Cui conſonat ſingularis doctrina Iacobi Butrigar. in l. Lucius. ff. de his qui notantur infamia, quam ibi refert & multum commendat Angel. quæ habet, quod ad hoc ut teſtis dicatur falſum deponere, ad effectum ut pœna falſi puniatur, eſt neceſſarium quod falſum deponat ſuper facto principali: Si autem ſuper appendiciis vel acceſſoriis, puta an ſit conſanguineus vel de parrochia, mentiatur: non debet puniri pœna falſi, ſed extra ordinem pœna ſtellionatus: quod commenda
41 memorię, quia eſt quotidianum. Decimo quæro, an † argumentum a contrario ſenſu habeat locum in ultimis uoluntatibus, in quo articulo pulchro, ſubtili, & quotidiano dicendum eſt quod ſic etiam ſi diſpoſitio vltimæ voluntatis ſit conditionalis: textus eſt in l. ſi legatum, in princip. ff. de adimen. lega. & in l. quod pure, in princip. ff. quando dies lega. cedit, & in l. aliquando, in fine. ff. de condition. & demonſtration. & in d. l. Lucius vltima. ff. de hæredi. inſtit. quem text. ad hoc ponderat Antonius Corſetus in ſingulari ſuo quarto: Sed iſtud patitur nonnulla ſingulares limitationes. Primo enim hoc limitatur non procedere in verbis vltimæ voluntatis conditionalibus, quando de inſtitutione vel ſubſtitutione agitur: Exempli gratia. Titius inſtituit Sempronium hæredem, & ſubiunxit, ſi deceſſerit hæres inſtitutus ſine liberis, Caium ſubſtituo: decidit Titius teſtator, & deinde Sempronius hæres inſtitutus relictę liberis, & ſic excluditur Caius ſubſtitutus ſed dubitatur de liberis Sempronii an illi cēſeāt̃ur ſubſtituti, ita vt veniant ex teſtamēto

Digitized by Google

Titij,an vero veniant & ſuccedant patri Sempronio ab inteſtato:quod eſt in effectu quærere , an ibi ſumi poſſet argumentum a contrario ſenſu effectus autem huius inueſtigationis eſt valde magnus,nam ſi illi liberi Sempronii veniunt ex teſtamento,non poterit Sempronius eorum pater hæres inſtitutus a Titio,alienare hæreditatem,& ſi alienaret, liberi poſſent reuocare alienata tanquam ſubiecta reſtitutione per l.ſi.§.ſi.& Auth.res quæ,C.commun.de leg. cum ſimilibus,ſi autem illi liberi Sempronij non veniant ex teſtamento Titij, ſed ſuccedant Sempronio patri ab inteſtato , tunc poterit Sempronius pater hęres inſtitutus a Titio,libere alienare hęreditatem,& ea quæ ſunt in hæreditate,& alium vel alios inſtituere.Et licet in hoc articulo pulchro,ſubtili, & quotidiano aliqui velint,quod liberi Sempronii veniant ex teſtamento,& quod cenſeantur ſubſtituti patri, communis tamen & vera concluſio eſt in contrarium,gl.eſt de hoc ſingularis in dict.l.Lucius,vltima:quam ibi approbant Bar. Bal.Angel.& Ioan.de Imola & idem Ioan. de Imol. in l. ex facto.ff.ad Trebell.& idem Ioan.de Imol.in l.filiusfamilias, in §.cum quis.ff.de lega. 1.& habetur pleniſſime per Alex. in conſilio ſuo 185.ſecundi uoluminis incipiente,viſo titulo quæſtionis , &c. vbi exactiſſime hunc articulum examinat,ad quem remiſiſſe ſufficiat: & ita in quęſtione in facto occurrente iudicare vidi.Secundo iſtud limitatur non procedere,vbi ſumendo argumentum a contratio ſenſu reſultaret proteſtatio derogatoria actus ſequentis vltimam voluntatem : tunc enim non licet arguere a contrario ſenſu ad illum effectum,vt actus poſtmodum ſequutus reddatur inualidus ex tacita proteſtatione,quæ ſumitur a contrario ſenſu:quamuis alias actus ſequens redderetur inualidus ſi expreſſa præceſſiſſet proteſtatio vel derogatio de iſto eſt text.ſingularis iuncta glo.in l.finali in principio , & ibi hoc notat Barto. & poſt eum Ioan.de Imol.ff.de legat.2.& Bar. in l.ſi quis in principio teſtamenri , circa principium ff. de legat.3.& Bald.in l.humanum,in 2.colum.C.de legibus, & dixi ſupra in loco ab expreſſo ad tacitum,vbi recurre . Tertio iſtud limitatur non procedere , quando ad hoc reſultaret turpis vel abſona diſpoſitio , aut alias a iure reprobata: textus eſt notabilis iuncta glo.in d.l.a C. de condi.inſertis.

Quarto

Quartò illud limitatur verũ ſecundũ aliquos,quãdo verba in vltima voluntate prolata ſunt affirmatiua, ſecus ſi negatiua,ſed hæc limitatio communiter non approbatur,vt latè declaraui ſupra,quare hic non repeto. illud autem pro indubitato habeas, quod argumentum a contrario ſenſu non debet ſumi ex verbis gloſæ, vt dicit Alexand. de Imol.in l. 1.in 11.colum.ff.de leg.1.& Ioan.Calderini in conſi. 3. ſub titulo de præbe.incipiente,an ſi legatus:imo puerilis eſt modus argumentandi ex gloſis,quando textus habetur: vt dixi ſupra.& multo puerilius eſt,ex theoricis gloſarum uel doctorum textum impugnare,vt eſt tex.pulcherrimus in capi. noli,9.diſt.&ibi habetur per Præpoſitum , & facit l.pen.ff. ad exhiben.& ea quæ dixi ſupra in loco a ſimili, & in loco a lege ceſſante,& quod dicam infra in loco ab autoritate.Eſt
42 tamen vtrumquod gloſa † vbi deeſt textus eſt maxime autoritatis,teſte Barto.in lege vt vim.ff.de iuſt.& iure,& Bal. in leg.cum hæreditas,C.depoſiti,in quibus locis dicunt, q autoritas gloſæ omnes autoritates , antecellit. Hinc etiam Bald.in c.dilecti filii, de maior.& obed.dicit, quod Accurſius eſt uberrimus fons iuris ciuilis,& Cynus in l.non moriturum.C. de contrahen.& commit.ſtipu vocat gloſam idolum ſcholarium,quaſi ei fortiter ſit inhærendum, & Bal.in l.fi.in §.neceſſitate,in 2.colum.C.de bo.quæ libe. dicit adhærendum eſſe Carocio ueritatis,id eſt,gloſatori.& in perpetuum nõ errabitur ſecundum eũ.Hinc etiam ſingulariter dicit Iac.But.in l.1.C.qui pro ſua iuriſdi.quod in iudicãdo ſeruanda eſt opinio gloſæ, maximè quando habet vnum famatum doctorem poſt ſe quam in hoc ſequitur Iaſ.in d.l.vt uim,reprehendens in hoc Panor. volentem contrarium in c.capellanus,de ferijs, Hoc tamen arbitrio boni & diſcreti iudicis relinquendum eſt, qui mature digeſtis rationibus, quibus hinc inde mouẽtur doctores, vni opinioni vel alteri
43 adhærebit,&†in dubio communi, niſi notorie male dicat, vel rationabiliter cõuincatur, quod bonus iudex pro ingenij dexteritate poterit extimare, iuxta notabilem doctrinã Io.And.in d.c.canonũ ſtatuta,quam ibidem referunt & ſequuntur Pano.Fely.& cæteri moderni,& in ca ne innitaris, eo.titu.& eſt de mente Bartoli in l fin. C. de pœna iudicis qui male iudicauit,& ex mente Baldi in l. unica, per illum

textum.ff. de offi.quæſto.& de mente eiuſdem in l.1.per illum tex.ff.de ſenatoribus, & explicat accuratiſſime Zaſius in ſcholiis ſuis ſuper l.2.colum.67.& col.69.ff.de origine iuris,quandoque tamen ſingularis opinio prẽualet communi. puta quando ſingularis opinio eſt pro matrimonio, & communis cõtra matrimonium:ita ſingulariter dicunt Hoſtienſis,Pan.& alii in c.ſi uir,cogna.ſpiritua.& pluries aliis caſus, in quibus ſingularis opinio præfertur communi,uidere poteris per Felyn.in d.c.canonum ſtatuta, ad quem remiſiſſe ſufficiat. Quæ omnia commenda memorie tanquam pulchra,utilia,ſingularia,& quotidiana.

1 *Subſtitutio compendioſa facta à pagano impuberi per verbum communem an valeat omni tempore, tam intra pubertatem, quam poſtea iure fideicommiſſi.*

LOCVS A PERSONA AD TEMPVS.

OCCVRRIT nunc locus a perſona ad tempus,a quo ſumptum argumentum eſt probabile,frequens,& utile: text.eſt notabilis in l. qui plures liberos,in princ. & ibi hoc notant Bal.Paul.de Caſtr.Io.de Imo. Franciſcus de Aret.& doct.ff.de vulg.& pupil.& meminit Bal.in l.conuenticulam,C.de epiſc.& cle, & formatur hoc modo. Sicut eſt in tempore.Quemadmodum enim pater habens plures liberos impuberes, poteſt aliquibus ſubſtituere pupillariter & aliquibus non. Ita illis quibus ſubſtituit poteſt ſubſtituere ad breue tempus ætatis, puta ſi deceſſerint intra nouennũ vel decennium, licet poſſet ſubſtituere ultra illud tempus vſque ad tempus pubertatis, ſicut habet poteſtatem ſubſtituendi omnibus:Ita arguit Paulus iuriſconſultus in d.l.quĩ plures liberos. & iſtud intra alia facit ad deciſionem illius q.vulgatiſſimæ,quotidianæ,& dubitabilis valde,an ſubſtitu
1 tio † compendioſa facta a pagano,impuberi, per verbum cõmune,vt eſt verbum ſubſtitutio, valeat omni tempore tam intra pubertatem quam poſtea iure fideicommiſſi, nec ne: inqua.q.plures ſunt opiniones.Prima quod ualet omni tẽpore,puta intra pubertatem & poſt, iure fideicommiſſi: ita

tenet

tenet gl.in l. centurio,circa finem.ff.de vulga.& pupil.& gl. in l.precibus,ſuper verbo fideicõmiſſi,ante finem,C.de impuberum & aliis ſubſtitutio.Secunda opinio eſt,quod intra tempore pupillaris ætatis ualeat iure directo,poſtea autem iure fideicommiſſi:ita tenet gl.quæ reputatur ſingularis in §.qua ratione,in gl.magna fine.Inſtitu.de pupilla.ſubſtitutio.Tertia opinio eſt , quod intra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo,& poſtea fit funditus nulla:ita tenẽt Archid.in c.ſi pater,de teſta.lib.6.Alii autem vt Iac.de Are.& Bar.aliter opinantur,vt videri poteſt per Bar.& doct.in d.l. precibus,in d.l.centurio.Tamen quia nos reperimus , quod verbum ſubſtituo,relatũ ad perſonas impares , determinat æqualitate ſeruata:vt eſt tex.notabilis in l.iam hoc iure.ff. de vulga.& pupilla. ergo etiam debet determinare ſeruata æqualitate,quando refertur ad diuerſa tempora, arguendo a perſona ad tempus,quod eſt validum:d.l. qui plures liberos:ſed in caſu d.quæſt.poteſt determinare ſeruata æqualitate ſi omni tempore ſit fideicõmiſſaria, vt habet prima opinio. Ergo debemus dicere, quod ſubſtitutio compẽdioſa facta a pagano impuberi,per verbum commune , valeat omni tempore iure fideicommiſſi,& hanc opinionẽ ſequitur Bal. in d.l.centurio,& in d.l.iam hoc iure dicens eam eſſe communem,& q̃ magis frequentatur in conſiliis. Sed aliter ſentiunt Io.de Imo.Pa.de Caſt.& Alex.& nouiſſimi,in d.l.cẽturio,& Iaſ.& alii nouiſſimi in d.l.precibus,& Frãciſcus de Aretio in conſ.155.incipiente,periculoſum,& Alex. in cõſ. 17.tertii voluminis incipiente ponderatis his quæ in themate narrantur,&c.quid dicunt, dictam ſecundam opinionem eſſe communem & ueram , & reſpondent ad motiua aliorũ tenentium primam opinionem:Ex quorum dicti,quatenus propoſito ſeruit,inter alia habes , quod hoc argumentum a perſona ad tempus tunc demum procedit,quando eadẽ eſt ratio in vno quæ in alio:alias ſecus,quod nota.

LOCVS A PERSONA AD RES.

INVENIO & locum a perſona ad res , a quo ſumptum argumentum eſt probabile,frequens, & utile,tex notabilis in l.qui furere:& ibi Alberic.de Roſ.& Bal.id notant.ff.de ſtatu homi. & bonus

bonus tex.in lege si quis inquilinos.§.si ita legatum.ff.de legat.primo & in lege si quis filio exhæredato,in uersi. ergo. ff.de iniusto rupto irritove testa. In quibus locis ita arguit iurisconsultus,vt uidere poteris per teipsum. Et hoc argumento etiam utitur gl.in l.cum quid.ff.si cer.peta. & Pau. de Cast.in pulchra q.in cons.224.incipiente, circa primum quæsitum,in antiquis,& Bal.in l.vnica in octaua col. C. de confessis,& idem Bal.in c.eam te,in 2.col.de resc.& doct.sæpe alibi.Sed istud argumentum tunc demũ procedit,quando eadem est ratio in vno,quæ in alio, vt in dictis iuribus: alias secus. hoc probatur in l.sed & si possessori.§.si. cum l. seq.& ibi Iaſ. id notat.ff.de iureiur. & Bald.in d. l. cũ quid: & ita saluari potest dictum Bal.in l.si quis in tantam, in 3. colum.C.vnde vi. quod nota.

LOCVS A PERSONA AD LOCVM.

EST etiam in iure nostro locus a persona ad locum,a quo sumptum argumẽtum est probabile,frequens,& vtile:tex.notabilis in l.j. §.Offilius. ff. ne quis eum qui in ius vocan. est ui eximat,iuncta l.2.eod.titu. & bonus tex.in c.sicut non alii,de consecra.dist. 1. & pulcher tex.in c.peruenit,iuncto c. cum ecclesia,de immu. eccle.& formatur hoc modo:Sicut est in persona, ita est in loco.Quemadmodum enim non habet locum edictum,Ne quis eum qui in ius uocatus est ui eximat,quãdo eximitur psona quæ vocari nõ potuit,d.l.1.§.Offilius: ita ẽt nõ hẽt locum dictum edictum,quando eximitur quis qui alibi vocatur quam ibi vocari debuit,d.l.2.ante finẽ, vbi est casus notabilis.Item sicut nullibi quam sacerdotes debent missas celebrare:ita nec in aliis quam in consecratis locis debent missæ cantari,aut sacrificia offerri,d.c.sicut non alii. Item quemadmodum pro tutela ciuium,instante † magna necessitate,clerici debent vigilare,nec excusantur ab excubiis,d. c.peruenit:Ita etiam instãte magna necessitate possunt fortificari & incastellari ecclesiæ pro defensione ciuiũ vel subditorum,vt volunt Inn.Host.Panor.doct.in d.c.cum ecclesia,vbi Panormi.utitur hoc argumento a persona ad locũ,&

Ludo.

Lud.de Ro.in aur.ſua repe.l.ſi uero.§.de viro in 54. ff fallentia.ſolut.ma.Quinimò plus uoluerũt Cy.Pau. de Caſt. & doct.in l.nullus,C.de ſumma trini.& fi. catho. videlicet, quod etiam inuitis clericis eccleſia poteſt in caſtellari tempore neceſſitatis pro ſalute & tuitione ſubditorum, cũ hoc concernat publicam vtilitatem,quæ præferẽda eſt priuatæ: vt ibi latius per eos.Imo fauor reipublicæ præfertur fauori eccleſiæ,Auth.ſed & per permutare,& ibi Salyce.notat.C. de ſacroſ. eccleſi. & probat optime in lege iubemus nullam nauem,C.eo.tit.quæ vult,quod priuilegium generale, etiã eccleſiæ indultum,non includit caſum publicæ utilitati contrarium:& ſi includeret,non valeret:& ita ibi notant Bal. & Pau.de Caſt. publica enim † vtilitas eſt cuilibet priuilegio præferenda,ſecundum eos ibidem quos omnino uide. & vide pulchrè de hoc per Fely.in c.cauſam quæ,in verſi.quinta declaratio,de reſcri.& latius per eundem in c. nonnulli, in prin.in 7.fallentia ſecundæ regulæ,illo eodem titu.& per Ludoui.de Ro.in repetitione d.l.ſi vero.§.de viro,in 10.fallentia:& plenè per Lucam de penna in l.2.C.de quibus mune.ne.li.ſe excu.lib.10.vbi recurrere: Cui etiam conſonat illud elegantiſſimum verbum Valerii in titu. de pietate erga patriam,in princ.Euerſa domo, interdum reipublicæ ſtatus manere poteſt : vrbis autem ruina omnes penates ſecũ trahat neceſſe eſt,quod utique quadrat in eccleſia,urbe,vel republica euerſa. Non tamen debent eccleſiæ incaſtellari ad offenſionem alicuius , vt ex eis fiant executiones & rapinæ tex. eſt notabilis in c.ſanctorum,in fi. 10.q.2.& volunt doc. canoniſtæ in d.cap.cum eccleſia. Iſto argumento a perſona ad locum vtitur etiam Io.And.in regula in obſcuris,de reg. iur.lib.6. Mercuria.ad deciſionem illius q.quod delicti quo ad initium perpetrati in vno territorio, & quoad perfectionem ſeu conſumationem in alio territorio, vterq; iudex eſt competens,quandoque locus eſt præuentioni.de quo uide ibi late per eum.Iſto arguméto etiam vtitur Hippolitus de Marſil. in repetitione l.vnicæ. C.de raptu uirg.ubi per hoc concludit,quòd ſicut clericus excõmunicatus,interdictus, vel ſuſpenſus,non percipit fructus beneficii ca.paſtoralis,in fine de appella.cum ſimilibus: Ita etiam eccleſia interdicta non debet gaudere immunitate ſolita:quòd nota.

1 Quod

tized by Google

1 *Quod licet in rebus licet in tempore.*
2 *Legitima iure naturæ debite an possit per statutum minui.*
3 *Emphyteuta an propter bellum superueniens liberetur a prestatione canonis.*

AB hoc loco sumptum argumentum probabile est, frequens, & vtile: tex. est notabilis in l. miles ita. §. & quia diximus, & ibi notatur per Bar. & docto. ff. de testamen. milit. Et eo vtitur Bar. in l. Titio centum, in §. Titio genero, ff. de condi. & demonst. & idem Bar. in l. si constante, in 7. q. primæ partis principalis. ff. solut. matrim. & meminit Bal. in l. 1. in 27. oppositione C. qui admitti, & idem Bal. in l. conueniculam, C. de epis. & cle. & Albe. de Rosa. in prima parte statutorum q. 56. & Ias. in l. in testamento, C. de testam. mili. & idem Ias. in l. si idem cum eodem, in 2. colum. ff. de iurisd. omnium iudicum, & Franciscus de Aretio in lege qui plures liberos. ff. de vulga. & pupil. & docto. sępe alibi. Et formatur hoc modo: Sicut est in rebus, ita est in tempore. Vel sic,
1 † quod licet in rebus, licet in tempore. Quemadmodum enim miles potest decedere pro parte bonorum testatus, & pro parte bonorum intestatus: & ita etiam potest pro parte temporis decedere testatus & pro parte temporis intestatus, d. l. miles ita §. & quia diximus. Et per istum argüendi modum dixit Bar. in d. l. Titio centum §. Titio genero, ante
2 finem, quod † sicut per statutum potest minui legitima filio debita iure naturæ in quãtitate, Ita etiã pót per statutũ minui tempore: de quo uide ibi latius per eum, & per Cynum in l. sancimus, C. de nuptiis, & per Panormita. & canonistas in c. Raynutius, de testamen. Secundo per istum arguendi modum dixit Bar. post Dynum in d. l. si cõstante, in septima quæstione primæ partis principalis quod sicuti actio de dote datur mulieri contra socerum qui recipit dotem, sicut cõtra uirum, in re seu quantitate dotis, soluto matrimonio l. rei iudicatæ. §. fin. ff. soluto matrimo. Ita etiam actio de dote datur mulieri contra socrum constante adhuc matrimonio, quando socer recepit dotem & vergit ad inopiam, vel malè utitur substantia sua: sicuti hoc casu datur contra virum,

rum, arguendo a re ad tempus: & hoc etiam tenet glo. licet per aliam rationem in d.l.si constante, in principio: quod nota. Tertiò per istum arguendi modum dixit Alex. de Imo. in l. post dotem, in 9. colum: ff. soluto matri. quod sicut dos data filiæ in subsidium matrimonii per patrem, non potest diminui per eum in quantitate, iure nouissimo, dote ad se reuersa, & ea secundo nubente; Authen. sed quamuis, C de rei vxo. actio. & in corpore undè sumitur: Ita etiam non poterit per eum diminui in tempore, & per consequens nõ poterit eam sibi per stipulationem appropriare: de quo uide ibi latius per eum post Bar. Ioan. de Imol. & doct. ibidem, & per Salyce. & doct. in d. Auth. sed quamuis. Quarto istud facit ad decisionem illius quæstio. notabilis & quotidianæ, an
3 † propter bellum superueniens emphyteota liberetur a prestatione canonis seu sensionis? & uidetur dicendum, quod non: nam emphyteota non liberaretur, si res emphyteotica pereat pro parte rei, l. 1. C. de iur. emphy. & §. adeo, in fine, Institu. locati. Ergo etiam nõ debebit liberari, si fundus emphyteoticus propter bellum vel hostiles incursus pro parte temporis coli non possit, arguendo a re ad tempus. quod est validum, d. §. & quia diximus: De qua quæstione multum dubitabili, pulchra, & subtili, vide latius per Cyn. in d. l. 1. in penul. q. & per Panor. in c. potuit, circa fin. de locato. & ibi latè per Io. de Imo. in 21. col. & pulchrè per Præpositum in c. vnico de alien. feud. paterni, & latissime per Ias. in aureo suo tractatu de iure emphyte. in commento l. 1. illius titu. in 20. columna cum sex sequentibus, ad quos remisisse sufficiat, cum ab omnibus habeantur.

1 *Dictionis, seu naturæ.*

LOCVS A RE AD LOCVM.

HVIC affines est locus a re ad locum quem in catalogo locorum legalium non posuissem, nisi reperissem ipsum poni per Iasonem in l. vinum, in 4. colum. ff. si certum peta. qui ad hoc allegat l. si quis ita legauerit. ff. de auro & argen. legat. quitex. in vtroque dicto alibi non reperitur, secũdum

prudens,nemo oritur litteratus, cum isti sint habitus acquisiti,non innati.l.Stichus.ff.de lega. 3.& est glo.notabilis,in cap.si forte,de elect.lib.6.& vult Bal. in l.ex persona,C.de
37 probatio. secus autem est , si verba † mandati non faciunt mandatum conditionale;sed tantum præ se ferunt prę monitionem quandam,vt quia mandatur id quod tacite inest. Exemplum,vt si mandatur alicui prouideri de beneficio si est idoneus,per vulgatam doctrinam Innocentii in c. fi. de præsump.& per glo. notabilem in clem.vnica,de offi. deleg. expressio enim eorum quæ tacite insunt,nihil operatur , l. 3.ff.de leg. 1.& notatur per gl.Panor. & canonistas in c. significasti,de electio.& alios pluribus locis.Hoc tamen fallit, quando aliter exprimitur quam inest,l.si ita legatum.§.illi si volet.ff.de lega. 1.de quo vide latius per Bart. & legistas in d.l.3 & plenissime per Panormi.& nouissimos in ca. cum dilecta,de rescriptis,& in d.cap.significasti . Secundo fallit,quando exprimitur etiam eo modo quo inest ad effectum non inducatur publica honestas:gl. est de hoc singularis in c.vnico.§ fin.de sponsalibus lib.6. quæ singulariter dicit,quod si quis cõtrahat sponsalia cum aliqua muliere per hæc verba,promitto quod ducam te in vxorem si Deo & ecclesiæ placuerit,quæ conditio tacite inest , tamen si subest impedimentum,expressio talis conditionis tacitæ facit huiusmodi sponsalia conditionalia,ita quod ex eis non oritur publicæ honestatis iustitia, & ergo si talis postea comperto impedimento contrahat cum alia prioris mulieris consanguinea,valebit contractus , quod tene menti,quia vidi de facto,de intellectu tamen dict.glos. vide ibi latius per Ioan. Andr.in nouella,Dominic.& alios,& pulchre per Præpositum in c.ad audientiam,de sponsalibus.Illud autem nolo te
38 ignorare,quod † conditio tacite ita impedit ortum & natiuitatem actionis & obligationis , sicut conditio expressa: glos.est de hoc singularis in l.item quia , super verbo male petitur,& ibi Albericus de Rosate, Alexand. Iason & doct. id notant.ff.de pactis, & de pluribus aliis casibus, in quibus conueniunt & differunt tacitum & expressum , vide quod dixi late supra in loco ab expresso ad tacitum . Nono quæ-
39 ro , an † argumentum a contrario sensu habeat locum in dictis seu dispositionibus testium , & dicendum est quod

non

non vt ex hoc dicta teſtium annullentur, vel teſtis de falſo puniatur: text. eſt notabilis in c. quod dicitur, de verbor. ſignification. iunctis ibidem notatis per Anton. de Butrio & Panormitanus qui notabiliter dicunt, quod ſi teſtis ſuper homicidio articulato interrogatus deponat hoc modo: Antequam Titius hodie venit ad prandium, filius eius occidit Sempronium, licet per alios teſtes probetur, Titium illo die ad prandium non veniſſe, nihilominus ſtabitur dicto te
40 ſtis, nec illud reddetur falſum: nec † debet puniri teſtis de falſo, quando in principali verum dicit: licet in acceſſoriis dicat contra veritatem: Ita notabiliter uolunt Specul. & Io. And. in titu. de teſte. §. 1. in verſic. item quod addit de ſuo, vbi Ioan. Andr. dicit hoc accidiſſe in perſona ſua. Cui conſonat ſingularis doctrina Iacobi Butrigar. in l. Lucius. ff. de his qui notantur infamia, quam ibi refert & multum commendat Angel. quæ habet, quod ad hoc ut teſtis dicatur falſum deponere, ad effectum ut pœna falſi puniatur, eſt neceſſarium quod falſum deponat ſuper facto principali: Si autem ſuper appendiciis vel acceſſoriis, puta an ſit conſanguineus vel de parrochia, mentiatur: non debet puniri pœna falſi, ſed extra ordinem pœna ſtellionatus: quod commenda
41 memorię, quia eſt quotidianum. Decimo quæro, an † argumentum a contrario ſenſu habeat locum in ultimis uoluntatibus, in quo articulo pulchro, ſubtili, & quotidiano dicendum eſt quod ſic etiam ſi diſpoſitio vltimæ voluntatis ſit conditionalis: textus eſt in l. ſi legatum, in princip. ff. de adimen. lega. & in l. quod pure, in princip. ff. quando dies lega. cedit, & in l. aliquando, in fine. ff. de condition. & demonſtration. & in d. l. Lucius vltima. ff. de hæredi. inſtit. quem text. ad hoc ponderat Antonius Corſetus in ſingulari ſuo quarto: Sed iſtud patitur nonnulla ſingulares limitationes. Primo enim hoc limitatur non procedere in verbis vltimæ voluntatis conditionalibus, quando de inſtitutione vel ſubſtitutione agitur: Exempli gratia. Titius inſtituit Sempronium hæredem, & ſubiunxit, ſi deceſſerit hæres inſtitutus ſine liberis, Caium ſubſtituo: decidit Titius teſtator, & deinde Sempronius hæres inſtitutus relictis liberis, & ſic excluditur Caius ſubſtitutus ſed dubitatur de liberis Sempronii an illi cēſeātur ſubſtituti, ita vt veniant ex teſtamēto

Digitized by Google

Titij,an vero veniant & ſuccedant patri Sempronio ab intestato:quod est in effectu quærere , an ibi ſumi poſſet argumentum a contrario ſenſu effectus autem huius inueſtigationis eſt valde magnus,nam ſi illi liberi Sempronii veniunt ex teſtamento,non poterit Sempronius eorum pater hæres inſtitutus a Titio,alienare hæreditatem,& ſi alienaret, liberi poſſent reuocare alienata tanquam ſubiecta reſtitutione per l.ſi.§.ſi.& Auth.res quæ,C.commun.de leg. cum ſimilibus,ſi autem illi liberi Sempronij non veniant ex teſtamento Titij, ſed ſuccedant Sempronio patri ab inteſtato , tunc poterit Sempronius pater hęres inſtitutus a Titio,libere alienare hęreditatem,& ea quæ ſunt in hæreditate,& alium vel alios inſtituere.Et licet in hoc articulo pulchro,ſubtili, & quotidiano aliqui velint,quod liberi Sempronii veniant ex teſtamento,& quod cenſeantur ſubſtituti patri, communis tamen & vera concluſio eſt in contrarium,gl.eſt de hoc ſingularis in dict.l.Lucius,vltima:quam ibi approbant Bar. Bal.Angel.& Ioan.de Imola & idem Ioan. de Imol. in l. ex facto.ff.ad Trebell.& idem Ioan.de Imol.in l.filiusfamilias, in §.cum quis.ff.de lega. 1.& habetur pleniſſime per Alex. in conſilio ſuo 185.ſecundi uoluminis incipiente,viſo titulo quæſtionis , &c. vbi exactiſſime hunc articulum examinat,ad quem remiſiſſe ſufficiat: & ita in quęſtione in facto occurrente iudicare vidi.Secundo illud limitatur non procedere,vbi ſumendo argumentum a contrario ſenſu reſultaret proteſtatio derogatoria actus ſequentis vltimam voluntatem : tunc enim non licet arguere a contrario ſenſu ad illum effectum,vt actus poſtmodum ſequutus reddatur inualidus ex tacita proteſtatione,quæ ſumitur a contrario ſenſu:quamuis alias actus ſequens redderetur inualidus ſi expreſſa præceſſiſſet proteſtatio vel derogatio de iſto eſt text.ſingularis iuncta glo.in l.finali in principio , & ibi hoc notat Barto. & poſt eum Ioan.de Imol.ff.de legat.2.& Bar. in l.ſi quis in principio teſtamenri , circa principium ff. de legat.3.& Bald.in l.humanum,in 2.colum.C.de legibus, & dixi ſupra in loco ab expreſſo ad tacitum,vbi recurre . Tertio illud limitatur non procedere , quando ad hoc reſultaret turpis vel abſona diſpoſitio , aut alias a iure reprobata: textus eſt notabilis iuncta glo.in d.l.a C. de condi.inſertis.

Quarto

Quartò illud limitatur verũ ſecundũ aliquos,quãdo verba in vltima voluntate prolata ſunt affirmatiua, ſecus ſi negatiua,ſed hæc limitatio communiter non approbatur,vt latè declaraui ſupra,quare hic non repeto. illud autem pro indubitato habeas, quod argumentum a contrario ſenſu non debet ſumi ex verbis gloſæ, vt dicit Alexand. de Imol.in l. 1.in 11.colum,ff.de leg.1.& Ioan.Calderini in conſi. 3. ſub titulo de præbe.incipiente,an ſi legatus:imo puerilis eſt modus argumentandi ex gloſis,quando textus habetur: vt dixi ſupra.& multo puerilius eſt,ex theoricis gloſarum uel doctorum textum impugnare,vt eſt textus pulcherrimus in capi. noli,9.diſt.& ibi habetur per Præpoſitum , & facit l.pen.ff. ad exhiben.& ea quæ dixi ſupra in loco a ſimili, & in loco a lege ceſſante,& quod dicam infra in loco ab autoritate.Eſt
42 tamen vtrumquod gloſa † vbi deeſt textus eſt maxime autoritatis,teſte Barto.in lege vt vim.ff.de iuſt.& iure,& Bal. in leg cum hæreditas,C.depoſiti,in quibus locis dicunt, q autoritas gloſæ omnes autoritates , antecellit. Hinc etiam Bald.in c.dilecti filii, de maior.& obed.dicit, quod Accurſius eſt uberrimus fons iuris ciuilis,& Cynus in l.non moriturum,C.de contrahen.& commit.ſtipu vocat gloſam idolum ſcholarium,quaſi ei fortiter ſit inhærendum, & Bal.in l.fi.in §.neceſſitate,in 2.colum.C.de bo.quæ libe. dicit adhærendum eſſe Carocio ueritatis,id eſt,gloſatori.& in perpetuum nõ errabitur ſecundum eũ.Hinc etiam ſingulariter dicit Iac.But.in l.1.C.qui pro ſua iuriſdi.quod in iudicãdo ſeruanda eſt opinio gloſæ, maximè quando habet vnum famatum doctorem poſt ſe quam in hoc ſequitur Iaſ.in d.l.vt vim,reprehendens in hoc Panor. volentem contrarium in c.capellanus,de ferijs, Hoc tamen arbitrio boni & diſcreti iudicis relinquendum eſt, qui maturè digeſtis rationibus, quibus hinc inde mouẽtur doctores, vni opinioni vel alteri
43 adhærebit,& †in dubio communi, niſi notorie male dicat, vel rationabiliter cõuincatur, quod bonus iudex pro ingenij dexteritate poterit extimare, iuxta notabilem doctrinã Io.And.in d.c.canonũ ſtatuta,quam ibidem referunt & ſequuntur Pano.Fely.& cæteri moderni,& in ca ne innitaris, eo.titu.& eſt de mente Bartoli in l fin. C. de pœna iudicis qui male iudicauit,& ex mente Baldi in l. unica, per illum

textum.ff. de offi.quæſto.& de mente eiuſdem in l.1.per illum tex.ff.de ſenatoribus, & explicat accuratiſſime Zaſius in ſcholiis ſuis ſuper l.2.colum.67.& col.69.ff.de origine iuris,quandoque tamen ſingularis opinio pręualet communi. puta quando ſingularis opinio eſt pro matrimonio, & communis cõtra matrimonium:ita ſingulariter dicunt Hoſtienſis,Pan.& alii in c.ſi uir,cogna.ſpiritua.& pluries aliis caſus, in quibus ſingularis opinio præfertur communi,uidere poteris per Felyn.in d.c.canonum ſtatuta, ad quem remiſiſſe ſufficiat. Quæ omnia commenda memorie tanquam pulchra,utilia,ſingularia,& quotidiana.

1 *Subſtitutio compendioſa facta à pagano impuberi per verbum commune an valeat omni tempore, tam intra pubertatem, quam poſtea iure fideicommiſſi.*

LOCVS A PERSONA AD TEMPVS.

OCCVRRIT nunc locus a perſona ad tempus,a quo ſumptum argumentum eſt probabile,frequens,& utile: text.eſt notabilis in l. qui plures liberos,in princ. & ibi hoc notant Bal.Paul,de Caſtr.Io.de Imo. Franciſcus de Aret.& doct.ff.de vulg.& pupil & meminit Bal.in l.conuenticulam,C.de epiſc.& cle. & formatur hoc modo. Sicut eſt in tempore.Quemadmodum enim pater habens plures liberos impuberes, poteſt aliquibus ſubſtituere pupillariter & aliquibus non. Ita illis quibus ſubſtituit poteſt ſubſtituere ad breue tempus ætatis, puta ſi deceſſerint intra nouennũ vel decennium, licet poſſet ſubſtituere ultra illud tempus vſque ad tempus pubertatis, ſicut habet poteſtatem ſubſtituendi omnibus:Ita arguit Paulus iuriſconſultus in d.l.qui plures liberos. & iſtud intra alia facit ad deciſionem illius q.vulgatiſſimæ,quotidianæ,& dubitabilis valde,an ſubſtitu
1 tio † compendioſa facta a pagano,impuberi, per verbum cõmune,vt eſt verbum ſubſtitutio, valeat omni tempore tam intra pubertatem quam poſtea iure fideicommiſſi, nec ne: inqua q.plures ſunt opiniones.Prima quod ualet omni tẽpore,puta intra pubertatem & poſt, iure fideicommiſſi: ita

tenet

tenet gl.in l. centurio,circa finem.ff.de vulga.& pupil.& gl. in l.precibus,ſuper verbo fideicõmiſſi,ante finem,C.de impuberum & aliis ſubſtitutio.Secunda opinio eſt,quod intra tempore pupillaris ætatis ualeat iure directo,poſtea autem iure fideicommiſſi:ita tenet gl.quæ reputatur ſingularis in §.qua ratione,in gl.magna fine.Inſtitu.de pupilla.ſubſtitutio.Tertia opinio eſt , quod intra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo,& poſtea ſit funditus nulla:ita tenẽt Archid.in c.ſi pater,de teſta.lib.6.Alii autem vt Iac.de Are.& Bar.aliter opinantur,vt videri poteſt per Bar.& doct.in d.l. precibus,in d.l.centurio.Tamen quia nos reperimus , quod verbum ſubſtituo,relatũ ad perſonas impares , determinat æqualitate ſeruata:vt eſt tex.notabilis in l.iani hoc iure.ff. de vulga.& pupilla. ergo etiam debet determinare ſeruata æqualitate,quando refertur ad diuerſa tempora, arguendo a perſona ad tempus,quod eſt validum:d.l. qui plures liberos:ſed in caſu d.quæſt.poteſt determinare ſeruata æqualitate ſi omni tempore ſit fideicõmiſſaria, vt habet prima opinio. Ergo debemus dicere, quod ſubſtitutio compẽdioſa facta a pagano impuberi,per verbum commune , valeat omni tempore iure fideicommiſſi,& hanc opinionẽ ſequitur Bal. in d.l.centurio,& in d.l.iam hoc iure dicens eam eſſe communem,& q̃ magis frequentatur in conſiliis. Sed aliter ſentiunt Io.de Imo.Pa.de Caſt.& Alex.& nouiſſimi,in d.l.cẽturio,& Iaſ.& alii nouiſſimi in d.l.precibus,& Frãciſcus de Aretio in conſ.155.incipiente,periculoſum,& Alex. in cõſ. 17. tertii voluminis incipiente ponderatis his quæ in themate narrantur,&c.quid dicunt, dictam ſecundam opinionem eſſe communem & ueram , & reſpondent ad motiua aliorũ tenentium primam opinionem:Ex quorum dicti,quatenus propoſito ſeruit,intel ali a habes , quod hoc argumentum a perſona ad tempus tunc demum procedit,quando eadẽ eſt ratio in vno quæ in alio:alias ſecus,quod nota.

LOCVS A PERSONA AD RES.

INVENIO & locum a perſona ad res , a quo ſumptum argumentum eſt probabile,frequens, & utile,tex notabilis in l.qui furere:& ibi Alberic.de Roſ.& Bal.id notant.ff.de ſtatu homi. & bonus

bonus tex.in lege si quis inquilinos.§.si ita legatum.ff.de legat.primo & in lege si quis filio exhæredato,in uersi. ergo. ff.de iniusto rupto irritove testa. In quibus locis ita arguit iurisconsultus,vt uidere poteris per teipsum. Et hoc argumento etiam utitur gl.in l.cum quid.ff.si cer.peta. & Pau. de Cast.in pulchra q.in cons.224.incipiente, circa primum quæsitum,in antiquis,& Bal.in l.vnica in octaua col. C. de confessis,& idem Bal.in c.eam te,in 2.col.de resc.& doct.sæpe alibi.Sed istud argumentum tunc demũ procedit,quando eadem est ratio in vno,quæ in alio, vt in dictis iuribus: alias secus. hoc probatur in l.sed & si possessori.§.si. cum l. seq.& ibi Iaſ.id notat.ff.de iureiur. & Bald.in d. l. cũ quid: & ita saluari potest dictum Bal.in l.si quis in tantam, in 3. colum.C.vnde vi. quod nota.

LOCVS A PERSONA AD LOCVM.

EST etiam in iure nostro locus a persona ad locum,a quo sumptum argumẽtum est probabile,frequens,& vtile:tex.notabilis in l.j. §.Offilius. ff. ne quis eum qui in ius vocan. est ui eximat,iuncta l.2. eod.titu. & bonus tex.in c.sicut non alii,de consecra.dist. 1. & pulcher tex.in c.peruenit,iuncto c. cum ecclesia,de immu. eccle.& formatur hoc modo:Sicut est in persona, ita est in loco.Quemadmoduu enim non habet locum edictum,Ne quis eum qui in ius uocatus est ui eximat,quãdo eximitur psona quæ vocari nõ potuit,d.l.1.§.Offilius: ita ẽt nõ hẽt locum dictum edictum,quando eximitur quis qui alibi vocatur quam ibi vocari debuit,d.l.2.ante finẽ, vbi est casus notabilis.Item sicut nullibi quam sacerdotes debent missas celebrare:ita nec in aliis quam in consecratis locis debent missæ cantari,aut sacrificia offerri,d.c.sicut non alii. Item
1 quemadmodum pro tutela ciuium,instante † magna necessitate,clerici debent vigilare,nec excusantur ab excubiis,d. c.peruenit:Ita etiam instãte magna necessitate possunt fortificari & incastellari ecclesiæ pro defensione ciuiũ vel subditorum,vt volunt Inn.Host.Panor.doct.in d.c.cum ecclesia,vbi Panormi.utitur hoc argumento a persona ad locũ,&

Ludo.

Lud.de Ro.in aur.ſua repe.l.ſi uero.§.de viro in 54. ff fallentia.ſolut.ma.Quinimò plus uoluerũt Cy.Pau. de Caſt. & doct.in l.nullus,C.de ſumma trini.& fi. catho. videlicet, quod etiam inuitis clericis eccleſia poteſt in caſtellari tempore neceſſitatis pro ſalute & tuitione ſubditorum, cũ hoc concernat publicam vtilitatem,quæ præferẽda eſt priuatæ: vt ibi latius per eos.Imo fauor reipublicæ præfertur fauori eccleſiæ,Auth.ſed & per permutare,& ibi Salyce.notat.C. de ſacroſ. eccleſi. & probat optime in lege iubemus nullam nauem,C.eo.tit.quæ vult,quod priuilegium generale, etiã eccleſiæ indultum,non includit caſum publicæ utilitati contrarium:& ſi includeret,non valeret:& ita ibi notant Bal. & Pau.de Caſt. publica enim † vtilitas eſt cuilibet priuilegio præferenda,ſecundum eos ibidem quos omnino uide. & vide pulchrè de hoc per Fely.in c.cauſam quæ,in verſi.quinta declaratio, de reſcri.& latius per eundem in c. nonnulli, in prin.in 7.fallentia ſecundæ regulæ,illo eodem titu.& per Ludoui.de Ro.in repetitione d.l.ſi vero.§.de viro,in 10.fallentia:& plenè per Lucam de penna in l.2.C.de quibus mune.ne.li.ſe excu.lib.10.vbi recurrere:Cui etiam conſonat illud elegantiſſimum verbum Valerii in titu. de pietate erga patriam,in princ.Euerſa domo, interdum reipublicæ ſtatus manere poteſt: vrbis autem ruina omnes penates ſecũ trahat neceſſe eſt,quod utique quadrat in eccleſia,urbe,vel republica euerſa. Non tamen debent eccleſiæ incaſtellari ad offenſionem alicuius, vt ex eis fiant executiones & rapinæ tex. eſt notabilis in c.ſanctorum,in fi. 10.q.2.& volunt doc. canoniſtæ in d.cap.cum eccleſia. Iſto argumento a perſona ad locum vtitur etiam Io.And.in regula in obſcuris,de reg. iur.lib.6. Mercuria.ad deciſionem illius q.quod delicti quo ad initium perpetrati in vno territorio, & quoad perfectionem ſeu conſumationem in alio territorio, vterq; iudex eſt competens,quandoque locus eſt præuentioni.de quo uide ibi late per eum.Iſto arguméto etiam vtitur Hippolitus de Marſil. in repetitione l.vnicæ. C.de raptu uirg.ubi per hoc concludit,quòd ſicut clericus excõmunicatus,interdictus, vel ſuſpenſus,non percipit fructus beneficii ca.paſtoralis,in fine de appella.cum ſimilibus: Ita etiam eccleſia interdicta non debet gaudere immunitate ſolita:quòd nota.

1 Quod

rum,arguendo a re ad tempus:& hoc etiam tenet glo. licet per aliam rationem in d.l.si constante,in principio:quod nota. Tertiò per istum arguendi modum dixit Alex. de Imo. in l.post dotem,in 9.colum: ff. soluto matri.quod sicut dos data filiæ in subsidium matrimonii per patrem , non potest diminui per eum in quantitate,iure nouissimo, dote ad se reuersa,& ea secundo nubente,Authen.sed quamuis,C de rei vxo.actio.& in corpore undè sumitur:Ita etiam non poterit per eum diminui in tempore,& per consequens nõ poterit eam sibi per stipulationem appropriare: de quo uide ibi latius per eum post Bar.Ioan.de Imol.& doct.ibidem,& per Salyce.& doct.in d.Auth.sed quamuis.Quarto istud facit ad decisionem illius quæstio.notabilis & quotidianæ,an
3 † propter bellum superueniens emphyteota liberetur a prestatione canonis seu sensionis ? & uidetur dicendum,quod non:nam emphyteota non liberaretur,si res emphyteotica pereat pro parte rei,l.1.C.de iur.emphy.& §.adeo, in fine, Institu.locati.Ergo etiam nõ debebit liberari, si fundus emphyteoticus propter bellum vel hostiles incursus pro parte temporis coli non possit,arguendo a re ad tempus.quod est validum,d.§.& quia diximus: De qua quæstione multum dubitabili,pulchra,& subtili,vide latius per Cyn.in d.l.1.in penul.q.& per Panor.in c.potuit,circa fin. de locato. & ibi latè per Io.de Imo.in 21.col. & pulchrè per Præpositum in c.vnico de alien.feud.paterni,& latissime per Ias. in aureo suo tractatu de iure emphyte.in commento l. 1.illius titu. in 20.columna cum sex sequentibus,ad quos remisisse sufficiat,cum ab omnibus habeantur.

2 *Dictionis,seu naturæ.*

LOCVS A RE AD LOCVM.

HVIC affines est locus a re ad locum quem in catalogo locorum legalium non posuissem,nisi reperissem ipsum poni per Iasonem in l. vinum,in 4.colum.ff.si certum peta.qui ad hoc allegat l.si quis ita legauerit.ff. de auro & argen.legat.quitex.in vtroque dicto alibi non reperitur, secũ

dum

dum Alberi.de Rosat.ibidem , & est illa l.singularis secundum Ludouic.de Roma in suis singularibus singulari 550. incipiente,lego Titio, &c. & ad hoc quod ciuitas & portus ciuitatis sunt diuersa:& ergo si alicui legetur omne granū quod est in ciuitate non ueniet granum quod est in portu: ibi † enim dictio,seu ampliat cum ponitur inter loca , sicut cum ponitur inter res:quod nota. Sic etiam a re ad locum arguit Pet.de Ancho.in pulchra q in cons.sño 163.iucipiente,in Christi,&c.Visis & diligenter inspectis,&c.quem omnino vide.

x *Actus spectantes ad voluntarium iurisdictionem possint fieri tempore feriato,& in loco sacro.*

a *Argumentum a tempore ad locum quando procedat.*

LOCVS A TEMPORE AD LOCVM.

VBSEQVITVR nunc commodè locus a tempore ad locum,a quo sumptum argumentum est probabile,frequens,& vtile:text. est notabilis in l.vinum,& ibi Bar.& doctores id notant ff.si certum peta.& bonus text.in l.fi. & ibi Bar. ff.de condict.tritica & textus in l.ratio,in §.fi.per venditorem,& ibi etiam Bar.ff.de actio.emp.& Barto.Ioannes de Imol.Franciscus de Aretio. & docto. in l. qui plures hberos.ff.de vulga.& pupilla.& idem Bart.in l.miles ita.§. quia diximus.ff. de testam. milita. Et formatur hoc modo. Sicut est in tempore , ita est in loco: quemadmodum enim haberi debet ratio æstimationis vel bonitatis rei respectu temporis cum de tempore facta est mentio:ut quia conuentum fuit de vino vendito deliberando certo tempore. Ita etiam haberi debet ratio æstimationis vel bonitatis rei respectu loci,quando de loco facta est mentio:vt quia conuentum fuit de deliberando vinum venditum certo loco,d.l.vinum,& d.l.fin.cum similibus.Et hoc argumento a tempore ad locum vtitur Salyc.in l.si quidem,C.soluto matrim. Eo etiam vtitur Ioan.And.in pulchra quæstio.in regula in obscuris,de regulis iuris libro 6. in Mercurialibus, ubi uideas

Huic

Digitized by Google

Huic argumento etiam innititur Panormitan. in capitulo cum eccleſia,de immuni.eccle. Vbi per hoc dicit, quod ſicut † actus ſpectantes ad voluntariam iuriſdictionem, poſſunt fieri tempore feriato,lege actus,C. de ferijs: ita etiam poſſunt fieri in loco ſacro vel conſecrato, arguendo a tempore ad locum,& idem uult Bartol. in dicta lege actus, ubi per hoc dicit limitari capi.decet,de immunita.eccleſ. libro ſexto,vt ſolum habeat locum in actibus ſpectantibus ad iuriſdictionem contentioſam, quod nota. Hoc argumento etiam vtitur Petrus de Anchora.in dicto capitulo decet,ad hoc quod ſicut non valet actus contentioſus,vt puta ſententia iudicis laici lata in eccleſia dicto capitulo decet:ita nec ſententia arbitri ibidem lata ualebit, ſicut enim iudici & arbitro obſtat exceptio feriarum,capitu.finali de ferijs, & habetur per Speculatorem in titulo de arbitro.§ excipitur in verſiculo item quod pronunciauit:ita etiam eadem rationem obſtabit arbitro locus,qui obſtat iudici,& ita etiam reperio velle Ioānem de Imola,& Panormitanum in ca.quintauallis, de iureiurand. quod tene menti. Illo argumento etiam utitur Bartolus poſt Guiliel. in lege finali, circa finem.ff.de iuſtitia & iure,& Pet. Cynus, & doctores in l.ſi qui ex conſenſu, C. de epiſcopo.audien. Vbi per hoc concludunt,fieri poſſe prorogationem de loco ad locum, ſicut de tempore ad tempus: de quo uide ibi latius per eos, & per Alexand.in l. finali,ff.de iuriſdictione omnium iudic.& per eundem in l.3.§.finali,ff.de condictione cauſa data cauſa non ſequuta, & per Canoniſtas in cap.P.& G. de officio delegati & in capitulo nouit,de officio legati,& per gloſam ſingularem & doctores in cap. ut litigãtes,de officio ordinarij libro ſexto.Illo argumento etiam utitur Panormitan.ad notabilem effectum in ca.primo ante finem de iure patro. ubi per hoc ſingulariter dicit,quod ſicut patroni poſſunt inter ſe conuenire,vt alternis vicibus præſentent: vt eſt tex. in clemen.fina.de iure patrona.ita etiam patroni habentes plures patronatus ratione plurium eccleſiarum poterunt inter ſe conuenire,ut vnus præſentet in una eccleſia,& alius in alia:ut ſic quod licet in tempore, licet etiam ratione locorum, arguendo a tempore ad locum. Hoc argumento a tempore ad locum utitur etiam Bartolus, in le-

ge ſi quando, C. de teſtibus, vbi per hoc decidit, quod ſicut valet teſtimonium teſtis qui iurauit tempore iuridico, & deposuit tempore feriato, iuxta notata per glo. in clemen. vnica. de officio. delega. Ita etiam valet teſtimonium eius ſi iurauit in loco congruo, & depoſuit in loco incongruo. Hoc argumento vtitur etiam Lanfrancus in repetitione capitu. quoniam contra falſam, in materia depoſitionis teſtium in nona quæſtio. de probatio. concludens per hoc, quod ſicut non valet dictum teſtis, ſi ipſe iurauit die feriato, vel non iuridico: ut decidit glo. in d. clemen. unica: ita etiam non valet dictum teſtis, ſi iurauerit in loco incongruo, hoc eſt, in alio loco quàm in iudicio: quia bonum eſt argumentum a tempore ad locum, ſecundum eum: quod nota, quia eſt quotidianum in practica. Iſto argumentum a tempore ad locū vtitur etiam Ioan. And. in cap. Romana. §. contrahentes, de foro competen. lib. 6. in nouella, & Albericus de Roſate in l. omnes, §. ſi vero apparitor, C. de epiſco. & cler. ad illum effectum, quod ſicut valet citatio facta tempore incongruo, puta die feriato ad diem non feriatum: ut notant doctores in c. finali, de ferijs: Ita etiam valet citatio facta loco incongruo uel inhabili, puta extra territorium citantis ad locum congruum, puta ad comparēdum intra territorium: de quo articulo quotidiano vide pleniſſime per Bald. Albericum & legiſtas in dicto §. ſi uero apparitor, & per Ioan. And. & canoniſtas in dicto. §. contrahentes, & in capit. finali, de foro competen. & in clementina paſtoralis, de re iudica. quod nota. Hoc argumento a tempore ad locum vtitur etiam Salyce. in l. Gracchus, in 2. columna C. ad legem Iul. de adulte. Vbi ſingulariter decidit, quod maritus vel pater occidēdo adulterum, extra domum impune eum occidit, quando pulſis ſeu fugiens extra domum ſine interuallo occiditur, quia cenſetur in domo occiſus, ut ibi per eum. Hinc etiam dicit Bald. in d. l. qui plures liberos, in principio, quod ſicut iuriſdictio poteſt concedi alicui ad partem temporis, puta ad decem annos: Ita etiam poſſet concedi ad partem loci, puta quod iuriſdictionem exerceat in una parochia & non in altera, arguendo a tempore ad locum. Hinc etiam dicit glo. ſingularis in clementin. 2. in verbo regularem, de cenſibus, qđ ſicut ex cauſa neceſſitate licitum eſt comedere carnes

nes tempore prohibito, vt in quadrageſima : Ita etiam ex cauſa neceſſitatis licitum eſt comedere carnes in loco prohibito,puta intra portam regularem Cartuſienſium quod nota.Hinc etiam eſt,quod ſicut valet contractus die dominico vel feſtiuo celebratus, licet peccent contrahentes, ut eſt tex.notabilis in l.fina.C.de ferijs,quem textum ad hoc notat Bal.in c.1.de treuga.& pace,& Ioã.de Imo.in c.quintauallis,de iureiurand.Ita etiam ualet contractus in eccleſia celebratus,licet contrahentes peccent:Ita dicit glo.ſingularis in d.c.decet,ſuper verbo proceſſus.Hinc etiam eſt, quod ſicut non ualet actus parte citata ad comparendum certa hora,ſi fiat alia hora vel tempore,ut eſt tex. notabilis ĩn l.fi.§.fi.& ibi Barto.& Angel.in lectura peregrina notãt. ff.quod ui aut clam,& in l.aut quæ aliter,eod.titu.Ita etiã parte citata ad uidendum certum actum fieri in uno loco, & fiat in alio loco,non valet.Ita ſingulariter decidit Hippolitus de Marſilijs in repetitione ſua lege de unoquoque numero 61.& 62.ff.de re iudicata poſt Soc.illic relatum:quod tene mẽti.Hinc etiam eſt,quod ſicut debitor fugitiuus ſeu ſuſpectus de fuga poteſt capi tempore incongruo,puta tempore feriato uel die dominico, non vt ſoluat, ſed ut caueat de iudicio ſiſti,ut eſt glo.ſingularis in lege dies feſtos, ſup verbo fideiuſſionis:quam ibi approbat Barto. & alij C. de ferijs,& idem uult Bartolus in lege ait prætor.§.ſi debitorem.ff.de his quæ in fraud.creditorum,& Iaſon inſtitu. de actio.in princi.& Ange.in l.2 ff.de feriis, & idem Ange. in l.qui reſtituere,in fine. ff. de rei vendicatione & Ludo. de Roma in ſua aurea repetitione l.ſi vetò.§.de viro.in 40,fallentia,ff.ſoluto matri.Item tempore nundinarum,ut ſingulariter dicit Ange.in d.l.dies feſtos,nec alibi legi.Ita etiam debitor ſuſpectus de fuga poterit capi in loco incongruo, vel aliàs prohibito de iure:arguendo a tempore ad locum, & ſic poterit capi in domo propria, & in eccleſia vel loco ſacro:Ita ſingulariter determinat Iaſon ĩ d.l.vinũ,& idem Iaſon in l.plerique.ff.de in ius vocando & faciunt notata elegãter per Albericũ dẽ Roſate in rubrica C. de his qui ad eccleſiã cõfugiũt,ubi ſingulariter vult,q; ſi ex forma ſtatuti debitor poſſit capi ,p debito, ,put obſeruãt iſtis ,puincijs talis cõfugiẽs ad eccleſiam non debet ibi defendi, quia eſt

persona condititionata,quæ nõ debet de feudi ab ecclesiæ & idem tenet ipse Albericus in prima parte statutorum q. 39.& Petrus de Anchorano in capitulo inter alia, de immunita. eccleſi.& Oldradus in consilio suo 54. & Ioannes Andreas in additio.ad Specula.in tit.de immunita.eccle.& meminit decisio Capellæ 422.ubi vide. Per illud etiam ego aliquando dixi in q.de facto occurrente,quod Flandrus qui ante reductionem monetæ factam per regem Philippum anno 1489.promisit soluere in festo Purificationis anno 1491. Machliniæ uel Louanij, in quibus locis moneta cursum habuit iuxta formam reductionis:regię,propter moram quia non soluit intra mensem per ordinationem regiã præfixum in fauorem obligatorum tempore leuis monetæ, & quia facta fuit mentio loci,in quo debebat fieri solutio, tenebatur soluere in illo valore,qui cursum habuit in loco destinatæ solutionis,licet alius fuerit ualor in loco sui domicilij:quia censetur in loco destinatæ solutionis quo ad hoc contraxisse,l.cõtraxisse.ff.de action. & obligationib.& c hoc est de mente Bartoli,quem omnes sequuntur in l.cunctos populos,C.de summa trinitate & fide catholica, & de mente Iasonis in d.l.uinum,quod nota.Hoc tamen nolo te z ignorare,quòd hoc argumentum a tempore ad locum tũc demum procedit,quando inter tempus & locum non est diuersa ratio;alias secus: Ita sentit Bald. in l.unica, C. ubi de possess.aga.& hinc notabiliter dicũt Innoc. & Ioan.And.in c.qualiter & quando 2.de accusa.& Spec.in tit.de teste,in §. iam de interrogatorijs,in vers.& nota,& Bal.in l.præsbyteri,in 1.colum.C.de episcopis & cle.& Iason in d.l.uinum q testis non tenetur intantum recordari de tempore,sicut de loco,quia tẽpus facilius excidit a memoria, quã locus. quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra,vtilia, singularia & quotidiana.

LOCVS A TEMPORE
ad personas.

A Tempore ẽt arguitur ad personas:& ab hoc loco sumptũ argumẽtũ ẽst ,pbabile,frequẽs,& vtile. l.nonnunquam. ff.de iudicijs,& notant Ioan.de Imo.Franciscus de Arevio, &

& alij in lege qui plures liberos. ff. de vulga. & pupilla.& hinc eſt,quod ſicut iudex poteſt moderari & abbreuiare tẽpus dilationum,d.l.nonnunquam,in l.fi.de feriis.§.& quia, in Auth.de teſtib.colla. 7.& cap. vltra tertiam , de teſtibus cum ſimilibus. Ita etiam poterit taxare vel abbreuiare numerum teſtium producendorum: arguendo a tempore ad perſonas.Hoc tamen facere non debet iudex,niſi vbi putat probationem ſuperfluere, vel vbi nimia eſſet teſtium multitudo,Ita notabiliter volunt Bald.Io. de Imo.& Franciſ. de Aretio in d.l qui plures liberos,& probatur in c.ſignificauerunt, & in c.cũ cauſam,& ibi Pano.de teſtib. Ex iſto etiam ſequitur aliud uidelicet,quod ſicut iuriſdictio poteſt concedi alicui ad certum tempus : ita etiam poſſit concedi inter certas perſonas,l.vnica. C.de metropoli Berito lib.11.& l.ſi eadem.ff.de offi.aſſeſſo.vult Bald.in d.l.qui plures liberos , poſſet & ad alia adduci, quæ omitto. procedit hæc argumẽtatio,quando eadem eſt ratio in vno quæ in alio,alias ſecus, vt dixi in ſimili ſupra loco proximo.

SVMMARIA IN LOCVM
à tempore ad tempus.

1 A preterito preſumitur circa futurum malus ſemel ſemper preſumitur malus in eodem genere mali.

2 Preſumptio quæ ſumitur a preterito ad futurum, eſt preſumptio iuris tantum,quæ admittit probationem in contrarium.

3 A preterito preſumitur circa preteritum.

4 A preterito preſumitur circa preſens.

5 Argumentum a preterito ad preſens quando procedat.

6 Argumentatio a preterito ad preſens locũ habet in omnibus predicamentis Ariſtoteles cum num.ſeq.vſque ad nu.17.

8 Qualis quis quondam fuit,hodie talis preſumitur.

12 Agere hominis non poteſt eſſe continuum,ſecundum naturam.

13 Paſſiones intrinſecæ & mentales preſumuntur continuæ: ſecus in corporalibus,& prouenientibus ab actu extrinſeco.

17 A preſenti preſumitur circa preſens.

Petens dilationem ad ſoluendum preſumitur appellationi renuntiaro.

18 A preſenti preſumitur circa futura,item & in preteritum. 19

Digitized by Google

30 Argumentum a præsenti ad præteritum, quando procedat.

31 Qualitas intrinseca præsumitur extrinseca nero non. Idē in solennitate intrinseca & extrinseca.

32 Tempus belli & tempus pestis equiparantur quoad præscriptionē interrumpendam, & solennitatem testamentorum.

LOCVS A TEMPORE

ad tempus.

ARGVIMVS etiam a tempore ad tempus, a quo loco sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtilissimum, vt infra patebit. & formatur multipliciter ad multiplicem effectum. Vno modo sic. † A præterito præsumitur circa futurum: tex. est notabilis in regula, semel malus, cum sua notabili gl. & ibi Dy. de reg. iur. lib. 6. & bonus tex. in c. mandata, & in c. scribā, & ibi gl. & doct. de præsumptio. & bonus tex. in l. 2. ff. de senatoribus, & in l. si cui. §. iisdem. ff. de accusation. Vnde semel malus, puta perituru, contumax vel calumniator, semper præsumitur malus in eodem genere mali: iuribus præall. in cap. paruuli 22. q. 5. & c. testimonium, de testibus, cum similibus: & per hoc dicunt Goffre. Io. Anto. Io. de Imo. Pano. & doct. in d. c. scribam, quod contra eum qui negligenter studuit in iure canonico præsumitur quod negligenter studebit in iure ciuili, & ecōtra: & plures alias notabiles doctrinas quadrantes pro ampliatione dictæ regulæ, semel malus, videre poteris per Hippo. de Marsiliis in singulari suo 74. ad quem breuitatis gratia te remitto. † Ista tamen præsumptio, quæ sumitur a præterito ad futurum, non est præsumptio iuris & de iure, sed præsumptio iuris tantum, quia admittit probationem in cōtrarium. Vnde probato quod ille qui semel fuit malus pœnituerit seu resipuerit, iam amplius malus non dicitur, cap. ferrum, 50. distin. & c. eam te, de rescri. & d. c. teltimonium: saluo quod semel periturus ad teltimonium amplius nō admittitur, dicto capit. paruuli, & dicto cap. teltimonium; &

qui

qui poſt abiuratam hæreſim iterum deprehenditur in hæ-
reſi,amplius in gratiam non recipitur,c.ad abolendam,§.il
os verò,de hæreticis:& c.ſuper eo,eo.tit.lib.6.& hæc præ-
ſumptio malitię ex delicto præterito interdū egreditur per
ſonam,& tranſit ad filios:quia qui patrem incōtinentem ha
buit, incontinens præſumitur. & ergo illegitimus ſine di-
penſatione non promouetur, quia timetur crimen patris
in filio cap.primo de filiis præsbyte.libro 6.& 56.diſtin.per
totum.Vnde vulgariter dicitur, Sępe ſolet ſimilis filius eſ-
se patri. Et ſequitur leuiter ſilia matris iter.cap. venerabi-
em,iuncta gl.in verbo progenitores de elect.iuncta l.quod
si nolit.§.qui mancipia,vbi eſt tex.notabilis iuncta glo.ff.de
ædilitio edicto. Secundo iſtud argumentum formatur ali-
ter ſic. † A præterito præſumitur circa præteritum tex. eſt
notabilis in c.quia ſunt culpæ,28.diſt. Vbi ex eo, quòd ali-
qua mulier incontinentes prius vixit, pręſumitur quòd nō
duxit vxor diaconi: & per hoc dicunt ibi doct.quod non præ
sumitur conuerſus,qui ſocariam habuit,& bona propria poſ
sedit,& veſte laicali vtebatur:& ergo abbas poſt mortē eius
non poterit ipſius bona vendicare,niſi aliter appareat quòd
fuerit conuerſus eccleſiæ: quod eſt notandum contra abba
tes illos,qui auaritia excœcati ſub tali colore bona decedē
tium ſibi vſurpare conatur : Hinc etiam ſingulariter dicit
Panor.in titu.de præſumptio.in verſi.ſed pone,quod ſi quis
comminatus fuerit alteri,ſe eum occiſurum,& ille poſtea re
periatur occiſus, ſed neſcitur a quo : præſumptio eſt, quod
hoc fecit, qui minus intulit: quæ præſumptio ſecundū
illum eſt ſufficiens ad torturam : & hoc dictum refert & ſe-
quitur Panor.in dicto c.ſcribem,& idem Panor.in capitu.li
cteris,in 2.colum.de præſumptio. Ioan.An.tamen in d.verſ.
sed pone,requirit quòd aliud indicium adſit:quòd commē
memoriæ,quia eſt quotidianum.Hinc etiam eſt,quòd ſi
habitor annui redditus probat ſolutionem trium continuo
rum proximorum annorum,præſumitur facta: ſolutio anno
rum præteritorum.tex.eſt ſingularis in l.quicunque,C. de
sacris publicis libro decimo, qui textus licet loquatur in
collationibus fiſcalibus,tamen locum habet etiam in aliis
collationibus annuis:vt eſt glo. valde notabilis in lege ſe-
cunda.C.de iure emphy,quam ibi ſequitur Salycet.in 2.q.

dicens Dyn.ſi conſuluiſſe, & ſe in facto obtinuiſſe:& idem vult Salyc. ibidem in 8.quæſt. circa finem, & Iaſon. in colum.52.eiuſdem l.dicens d.gloſam perpetuò notandam, & approbari per omnes.Iſtud etiam vult Salyc.in l. cum de in rem verſo.ff.de vſuris,vbi d.l.quicunque, reputat ſingularem,& idem Saly.in l.ſolennibus,in fine,C. de rei uendica. quod commenda memoriæ,quia eſt quotidianum in praxi.

4 Tertio iſtud argumentum formatur aliter ſic.† A præterito præſumitur circa præſens,d.l.ſi cui.§.ijſdem,& cap.cum in iuuentute,de præſumptio.& cap.monachus 67. diſtinctio.& l.non omnes.§. a barbaris, vbi eſt textus notabilis. ff. de re militari,in quibus iuribus habetur,quod ſi quæritur de fama vel bono nomine alicuius,præſumitur bonus vel malus ſecundum vitam præteritam:& idem probatur in l.ſi. iũcta gloſa.ff.de quæſtio.cum ſimilibus.Et hinc quotidie pro defenſione accuſati de crimine,dãtur articuli,quod talis ſemper fuit habitus nominatus, & reputatus boni nominis & famæ: & petuntur huiuſmodi articuli admitti ad probandum.Hinc etiam ex ſtatu præcedenti colligitur cui incumbat onus probandi in præſenti, l.uis eius,vbi eſt tex.notabilis,C.de probatio. Ad hoc tamen vt † hæc argumentatio a præterito ad præſens procedat, requiruntur duo extrema, ſcilicet præteritum verum, & hoc eſt extremum a quo: & præſens poſſibile,& hoc eſt extremum ad quod:Vndè olim dominus,hodie præſumitur dominus, vt eſt textus nobilis in lege ſiue poſſidetis,C.de probationibus.& pro regula te-

6 ne,† quod in omnibus prædicamentis Ariſtotelis, ſcilicet ſubſtantiæ,quantitatis,qualitatis,relationis, vbi, quando, actionis,paſſionis,ſitus, & habitus, valet hæc argumentatio a præterito ad præſens, ſanè intelligendo prout infra declarabo: & quia hæc materia eſt quotidiana, & ſæpe de ea tractatur in cauſis,ſubiiciã pro inſtructione iuuenum exempla. Et primo ponam exemplum in prædicamento ſubſtantiæ, quod enim olim fuit, hodie præſumitur eſſe:niſi probetur contrarium.textus eſt notabilis in lege teſtium, in fine,C.de teſtibus,& in lege ſecunda,C.de teſta.& in lege ſi quis ex argentariis. §.finali,cum lege ſequenti.ff.de ædendo,qui ſunt textus ad hoc notabiles: Vndè qui dicit vel allegat peremptionem rei quæ fuit, debet hoc probare vt

in

in dictis iuribus : & talis probatio fieri potest per necessarias probationes,per probabiles, & per indicia. Exemplum primi, ut cum testes inducti ad probandum , hominem vel animal de quo agitur mortuum,dicunt directò,quod uiderunt hominẽ vel animal de quo agitur mortuum & carere motu:vel quod viderunt hominem euisceratum, vbi de necessitate naturæ sequitur , quòd sit mortuus: vel inducti ad probandum hominem mortuum tempore quo dicitur fecisse testamentum,dicunt,quòd tunc erat captus ab hostibus,& postea ibi mortuus est:vnde de necessitate iuris sequitur,quòd tempore conditi testamenti erat mortuus ciuiliter & intestabilis,l.lege Cornelia. ff.de testa. cum similibus. Exemplum secundi,vt quia testes dicunt, hominem de quo agitur natum esse iam sunt centum & decem anni: nam vt plurimum tam secundum naturam quam secundum dispositionem iuris præsumitur desiisse esse,quia longissimum tempus vitæ hominis est centum annorum , l. an vsusfructus.ff.de vsufructu,& l. finali,C.de sacrosanctis ecclesijs,& l.proponebatur.ff.de iudicijs.Exemplum tertii,vt si probatur de morte hominis esse famam antiquam, quia vt plurimum talis fama si multo tempore durat & aliqua verisimilitudine comprobetur,reperitur vera:iuxta notata per gl.Angelum,Salycetum,& doctores,in l. siquidem, C. solu.matrimonio.& per gl.& canonistas in c. quoniam frequéter.§.si verò,vt lite nõ contesta.& per doctores in c. in præsentia de sponsalibus,& in c.2.de secundis nuptiis.& tãtum de prædicamento substantiæ.In prædicamento quan-
7 titatis sit pro exemplo,quod † quantitas rerum quæ fuit in deposito vel in legato,vel in alia obligatione,præsumitur etiam hodie esse nisi probetur directo vel per obliquum, qꝑ facta est diminutio eius vel argumentum:tex.est notabilis in l.iurisgẽtium.§.adeo.ff.de pactis,& in l. 3. §. conditio.ff. de adimen.lega.& in l.quinquaginta.ff.de probatio.& in l. 1.C.co.ti.in quibus iuribus reperies exempla. Et idem vi-
9 dere poteris in prædicamento qualitatis † quia qualis quis quondam fuit siue bonus siue malus , siue pauper siue dines,talis hodie præsumitur:nisi aliud ostendatur directè, vel per obliquum,iuribus supra in princi.allega. & d.l. non oés,§.a barbaris. & Auth. sed quãuis,C.de rei vxo.actio,

& in

& in corpore vnde ſumitur,& ibi notatur per glo.& docto. & hinc dicit Petr.de Anchora. in conſilio 63. incipiente,in Chriſti, &c. motiua iudicis &c. quod olim excommunicatus præſumitur hodie excommunicatus , niſi de abſolutione conſtet,& ibi vtitur hoc argumento a præterito ad præſens,quem omnino vide. Hinc etiam eſt, quod ſi quis olim fuit furioſus vel inops mentis , præſumitur etiam hodie talis & ergo qui dicit cũ poſtea fuiſſe vel hodie eſſe ſanæ mẽtis,debet hoc probare : & ſi non probauerit,debebit actus per talem geſtus poſt furorẽ declaraui nullus & inualidus: quia furor ſemel accidens præſumitur adhuc adeſſe,niſi ,p betur contrarium: Ita dicit glo. ſingularis in cap.fin.in verbo compotem,in fine:& ibi Cardin. & Panor. eam multum commendant de ſucceſſ.ab inteſtato:& notatur per glo. & doct.in cap.iudicas 3.quæſt. 9. Hoc etiam volunt Petr. de Ancho.& Cardi.in clem.vnica de homicidio,& ibi Petr.de Ancho.dicit ſe ſic conſuluiſſe:de quo etiam vide per Ioan. de Imo.in leg qui teſtamento.§.nec furioſus.ff.de teſtam. Idem etiam videre poteris in prædicamento relationis ſiue
9 ad aliquid, † nam ſi conſtat aliquem fuiſſe patrem, relatione facta ad filium:etiam hodie præſumitur eſſe,& econtra: & idem in domino & ſeruo,patrono & liberto , domino & vaſallo,& in aliis ſimilibus relatiuis,vnde qui dicit eum deſijſſe eſſe talem,debet hoc probare directe vel per obliquũ, vt eſt text.in leg.matrem , C. de probatio.& in l.de ancilla, C.de liberali cauſa,& in l.ſi filius,& in l.quidam. ff.de probatio.Hinc etiam eſt , quod ille qui fuit olim filiusfamilias & in poteſtate patris,præſumitur in dubio adhuc hodie eſſe filiusfamilias:Ita dicit gloſ.notabilis,ſi bene ponderetur, in leg.ſed & ſi de ſua,in principio. ff. de acquir. hæred. & ratio iſtius eſt,quia pater præſumitur uiuere centum annis,vt ſupra dixi:nec filius præſumitur emancipatus, vel in adoptionem datus:quia hoc eſt factũ,facta autem nõ præſumuntur,l.quæcunque.§.fin.ff.de publiciana. & ſic ex parte allegãtis quem eſſe filiusfamilias,non eſt neceſſaria aliqua probatio poſtquam conſtat eum aliquando fuiſſe filiumfamilias per confeſſionẽ partis aduerſæ,vel alias,quia ex quo allegans habet præſumptionem iuris pro ſe , non tenetur probare:nam præſumptiones legum ſunt lucidiſſime probationes,

tiones,& ſufficiunt a victoriam,vt eſt gl.ſingularis in l.ſi tu tor petitus,& ibi Bal.Saly.docto.notant.C.de pericu.tuto. & notatur per glo.Bar.& Alex.in l.abſentem.ff.de pęnis: & eſt bonus tex.iuncta glo.in l.omnes.§.Lucius.ff.de his quę in frau.credito.& notatur per Barto. in l.in illa ſtipulatione ſi calendis,circa finem,ff.de verborum obliga.& dixi ſupra loco a veriſimili:& iſtud punctaliter tenet Angel.in d. leg. ſed & ſi de ſua,quam legit ſub l.hæres,& hoc dictum gloſ. & Angel.refert,& ſequitur Cæpola in cautela 164. & hoc tene,quicquid dixerint alii in dict.leg.ſed & ſi de ſua, quo rum motiua non ſtringunt,ſi beue examinentur,quod nota quia eſt quotidianum , & facit honorem ſcienti practicare: nam infiniti ſunt actus prohibiti filiisfamilias , ad quorum annullationem ſufficit allegare & probare , quod ille quī geſſerit actum olim fuit filiusfamilias : niſi ex diuerſo pro- betur,cum deſijſſe eſſe talem,& ſic uides,quod bona eſt ar gumentatio a pręterito ad præſens in prędicamento rela- tionis ſeu ad aliquid.Et idem videri poteſt in prędicamen- 30 to vbi,nam † circa exiſtentiam rei vel perſonæ, vera eſt re gula quod vbi,id eſt,in loco quo res olim fuit, & nunc eſſe præſumitur,vt eſt tex. pulcher in dicta leg.ff quis ex argen- tariis.§.penul.Vnde qui dicit alibi eſſe,hoc probare debet directe vel per obliquum,vt ſupradictum eſt.Hoc tamen in tellige ſane capiendo,vbi,largo modo,puta in qua prouin- cia vel ciuitate,uilla vel quarterio ut loquitur, nec reſtrin gas ad vnum angulum,quia in rebus quæ naturaliter mo- uentur eſſet falſum nec etiam in fugitiuo,vel errone,vel na ui quæ in mari eſt,locum habet hæc pręſumptio,quia con- ſuetudo fugitiui,vel erronis,vel nauis, eſt nunquam in eo- dem loco permanere,lege quis ſit fugitiuus. ff. de ædili. ædi 31 cto,& lege cæſar.ff.de publica . In prædicamento † autem quando,vt in ætate , eſt diſtinguendum , quia quædam eſt ætas mobilis,quędam immobilis,ætas mobilis eſt ętas mi- nor,quæ mouetur ad maior:ſicut naturaliter omne imper fectum mouetur ad ſuam perfectionem naturalem,& tunc non habet locū pręſumptio ſeu argumętatio hæc a tempo- re prętcrito ad præſens,,ppter naturæ neceſſitatē: quia ſuc- curſu tēporis ætas mutatur,vt dixi.Quędā aūt eſt ætas im- mobilis,verbi gratia,poſtq̄ quis eſt perfectæ ætatis, immu-

tabiliter

tabiliter & semper verum est dicere, iste est ætatis legitimæ,& tunc bene procedit argumentatio a tempore præteri to ad præsens: quia quod non potest à suo esse remoueri,ne
12 cesse est veritatem continuare. In prædicamento † autem actionis similiter procedit hæc argumentatio,non quantum ad ipsum agere vel actum,qui habet suos terminos naturales:nam agere hominis non potest esse continuum secũdum naturam,l.seruitutes.3.in principio.ff.de seruitu.& lege,foramen.ff.de seruitu. vrbano. præd. vnde qui olim procurauit,vel litigauit,vel alicuius negotia gessit, aut quid aliud egit,non ideo præsumitur hodie id facere, quantum ad ipsum agere,sed quantum ad ipsum velle seu qualitatem mẽtis præsumitur perseuerantia,nec præsumitur mens mutata a principio sui esse: vnde illo respectu bene procedit hæc argumentatio d.l.si cui,§.ijsdem,dicta l.non omnes.§.a barbaris,& l.fideicommissa,§. si rem.ff. de lega. 3. cum similibus: & hinc certè dicit text.in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi,quod aliud est agere & alium est agere velle: hinc etiam recte dicit glo. in capit.1. de collu. detegen. quod Deus non est remunerator hominum vel verborum sed aduerbiorum: quia non sufficit aliquid facere, nisi bene fiat:nec censetur bene fieri,nisi ex bono animo fiat, vt dicit text. pulcher in capitulo non satis 86.distinct.Idem etiã
13 videre poteris in prædicamento † passionis, habito respectu ad passionem animi: vnde qui olim fuit amicus vel inimicus,etiam hodie talis præsumitur;nisi directè vel per obliquum contrarium probetur,text.est notabilis in lege,in ipsius,C.familiæ herciscundæ, & pulcher text. in dicta lege 3.§.fina.ff.de adimen.legat.& hinc rectè tex in capit.accusatores,3.quæst.5.Admonet,inimico reconciliato non dandum fidem; de quo per Ioan. de Anania, & Felynum in cacum oporteat,de accusatio.Ille enim qui irascitur & alium odit, vel diligit, non dicitur agere sed pati: & ideo talia a philosophis appellantur passiones animi: secus vero est, vbi quis patitur iniuriam,per verba, vel alios motus extrinsecos: quia non sequitur: Quis est percussus, ergo nunc percutitur: vel febricitauit, ergo nunc febricitat: vt probatur in l.Maritus,cum sua notabili glo.ff.locati: Passiones enim intrinsecæ & mentales, præsumuntur continuæ sed pas-

siones

siones prouenientes ab actu extrinseco & corporales non
præsumuntur continue, ut lucide uidere potest in iuribus
14 præal. Item etiam videri potest in prædicamen o situs † nã
si constat rem immobilem enim sitam fuisse infra certos
terminos seu limites, præsumitur etiam hodie ibi esse, c. ex
literis, de probatio. nisi probetur directe vel per obliquum,
desijsse esse in loco permutationem terminorum, vt quia
fundus auctus est vel diminutus, vel a flumine vel ab ho-
mine, l. si quis duas. §. 2. ff. commu. prædiorum, & l. si locus.
ff. quemadmodum seruitus amitt. nam quod olim fuit iux-
ta viam, hodie potest esse iuxta flumem, d. l. si locus, cum si-
milibus. Hoc etiam potest contingere per rei veritatem, ut
quia domus de qua quæritur est destructa, l. domum. ff. de
contrahenda emptione & venditio. vel quia fundus chasma
te periit, l. verum. §. sciendum. ff. de minoribus, & sic desiit
esse in loco, in quo prius erat: quia desiit esse in substantia,
& qui talem mutationem allegat, eam probare debet, vt est
tex. pulcher in l. in finalibus, & in l. cos. ff. finium regundo-
rum, & in l. 1. & 2. C. eodem tit. Idem etiam videri potest in
15 prædicamento habitus † nam qui semel habuit, præsumi-
tur & nunc habere, & qui allegat priuationem vel perditio
nem, debet probare, ut est textus in l. nec creditores, C. de
pigno. actio. & in l. 1. C. de non numerata pecu. & in l. velu-
ti. ff. de ædendo, cum similibus. Vnde qui semel habuit ciui
litatem, & nunc præsumitur habere, & qui semel habuit do
minium, & nunc præsumitur habere, d. l. siue possidetis: &
qui semel possidet, & hodie præsumitur possidere, cum di-
stinctione tamen, quam statim subiiciam, quod bene expli-
cat Bal. post Nicolaũ Matarelli, cuius pro magna parte sunt
hæc, in lege, ex persona, C. de probationibus, & in l. de qui-
bus, in antepenul. & penul. colum. ff. de legibus, & in l. data
opera, C. de accusationi. vbi etiam declarat, quod omnibus
huiusmodi decem prædicamentis testis potest deponere fal
sum: quem omnino vide, & vide Felynum in d. c. scribam:
Vt tamen plene habeas notitiam dicti quotidiani articuli,
16 † an & quando quod olim erat, hodie præsumatur esse, sic
distingue: aut quæritur de eo quod solo tractatu temporis
mutatur, vt in ætate mobili, & tunc quod olim fuit hodie
non præsumitur: vt est textus pulcher in leg. si te minorem

C. de

C.de in integrum restitu.aut quæritur de eo quod solo tra ctu temporis non mutatur,& tunc subdistingue aut quæri tur de eo quod mutetur a natura,& tunc illud præsumitur semper esse,nisi probetur contrarium,iuribus supra allega-tis,aut quæritur de eo quod per accidens euenit ex post fa cto,& tunc aut quæritur de virtutibus antiquis, & tunc q olim fuit, hodie præsumitur. Quinimo incrementum per continuum exercitium recepisse creditur, vt est text. pul-cher in l.legatis seruis.§.ornatricibus.ff.de legatis 3.d.lege omnes.§.a Barbaris,aut quęritur de vitiis,& idem,quia se mel malus semper præsumitur malus in eodem genere ma li:iuribus supra in principio allegatis. Aut quæritur de ali-cuius rei dominio,& idem quia semel dominus semper prę sumitur dominus,nisi contrarium probetur:dicta l.siue pos sidetis,& l.id quod nostrum.ff.de regulis iuris,& ratio est, quiaillud difficulter mutatur, l. si quis.6. §.differentia,de acquirenda possessione,& dicta lege id quod nostrum. Ex quo sequitur,quod si ago rei vẽdicatione,& probo me fuis se dominum,debeo obtinere:& similiter si ago hypotheca ria,& probo debitorem fuisse dominum, debeo obtinere, quia res præsumitur adhoc hodie debitoris. Ita singulari-ter dicit Albericus de Rosate in dicta l. siue possidetis, in principio,quod nota. Aut quæritur de possessione quæ de facili perditur,& tunc subdistingue,aut ille qui olim posse-dit,negat se de prẹsenti possidere, aut affirmat & asserit se de præsenti possidere,aut nec affirmat nec negat primo ca-su aut ipse negans habet causam ab actore,& tunc prẹsumi tur hodie possidere text.est notabilis in l.si creditor, C.de pignor.actio.aut non habet causam ab actore, & tunc aut probata est possessio tempore initij litis,& tunc res est cla-ra,quia præsumitnr hodie possidere tex.est iuncta glos.in l. non ignorabit, C. ad exhiben.aut probata est possessio de anteriori tempore, & tunc sunt opiniones inter antiquos glosatores, nam Placentius & Hugolinus dixerunt, quod præsumitur etiam hodie possidere, Ioan.autem & Accur-sius tenent contrarium in d.l.non ignorabit, & in d. l. siue possidetis,sed pro concordia dictarum opinionum, potest probabiliter sic distingui.Aut tẽpus anterius est de proxi-mo seu de recenti,& tunc præsumitur etiam hodie possido re,d.l.

re,d.l.non ignorabit,ſecundum vnam lecturam.& l. ſi rem. ff.de except.rei iudica.niſi de alio poſſeſſore doceatur, quo caſu ſi is qui poſſidebat,dolo deſijt poſſidere, habetur pro poſſeſſore,l.q; ſi dolo,& l.ſi is qui.ff.de rei vendica. Præſumitur autem dolo deſijſſe poſſidere,ſi lite mota deſijt poſſidere,niſi contrarium probet,ut d.l.ſi rem , aut illud tempus anterius non eſt de recenti vel de proximo,& tunc nõ preſumitur poſſidere . Qñ autẽ dicatur de recenti vel de proximo,ſiue de antiquo,iudicis arbitrio relinquẽdum eſt arg.l. 3 . ff.de iure deliberandi. qui ex qualitate facti & rei cuius poſſeſſio debet probari,poterit arbitrari:iuxta elegan ter notata per Saly.in d.l.non ignorabit.Secundo caſu, quã do affirmat ſe poſſidere,& ad probationem præſentis poſſeſſionis induxit teſtes,qui probant de anteriori poſſeſſione:tunc ſi quæritur,an ex illa poſſeſsione ſic probata,præſumatur præſens poſſeſsio dicendum eſt,quod ſic : Ita tenet glo.notabilis in d.l. ſiue poſsidetis,ſed hoc ſingulariter limitatur per Salycetum in d.l.non ignorabit,niſi inter tempus poſſeſſionis probatę,& preſentem aſſertionem cucurrit tantum tempus,quod poſſeſſio dicatur perdita ex iuris diſpoſitione,q; tempus eſt maius & minus ſecundum rei qualitatem & eius conditionem: ut ipſe idem notat in lege prima. C.de ſeruis fugitiuis.nam minori tempore poſſeſſio perditur in re mobili,quam in re immobili & etiam quandoque in immobili perditur per negligentiam biennalem,vt videri poteſt in prædio tributario, lege qui agros , C. de omni agro deſerto,libro vndecimo.Tertio caſu,quando nec affirmat,nec negat,tunc dico q; præſumitur poſſidere , ex quo non apparet alium poſſidere , vel ex quo non apparet eum tanto tempore neglexiſſe ad poſſeſſionem accedere, q; præſumitur mediante obliuione , poſſeſſionem perdidiſſe,lege, peregre,cum ibi notatis ff.de acq.poſſ.& lege furtum. §.fundi,cum ſua notabili gl. ff.de vſucapio.quod commenda memoriæ,quia articulus iſte eſt valde vtilis & quotidianus:de quo ẽt vide pulchre per Bal.& Aug.in §:ſic eaque,Inſti.de actio.& plene per Albericum de Roſa.in d.l.ſiue poſſidetis quo recurre.Quarto iſtud argumẽtum poteſt formari alio
17 modo ſic, † a præſenti præſumitur circa præſens, c.qui crimen,6.q.1.& c. 1.de accuſa.vnde ſi qs de ꝑſenti eſt criminoſus,

noſus,præſumitur contra eum quod accuſat non bono zelo,iuribus ſupra proxime allega.Hinc etiam eſt,quod regulariter non creditur confeſſo ſe commiſiſſe crimen contra alios quos dicit ſuos complices;ut eſt tex.in l. fina.cum ſua notabili glo.C. de accuſatio. & in c.1.de confeſſis. Hinc ẽt eſt,quod ſi appellans petat dilationem ad ſoluendum,præſumitur appellationi renunciare,lege ad ſolutionem,C. de re iudicata,& idem in ſimilibus. Quinto iſtud argumẽtum
18 poteſt formari aliter ſic.† A præſenti præſumitur circa futura, capitulo ſi quis diaconus 50. diſtinct. Vnde ſi quis de præſenti eſt negligens ſeu incontinens, præſumitur quod talis erit in futurum:& econtra,hodie diligens præſumitur in futurum,dicto cap. ſi quis diaconus,cum ſimilibus. Sex-
19 to iſtud argumentum formatur aliter ſic.† A præſenti præſumitur in præteritum text.eſt notabilis in l.ſi hi qui,& ibi Bald.C.ad legem Iuliam,de adulte.& bonus tex.iuncta gl. in d.l.ex perſona,& bonus text.in Authent.de reſtitutio.& ea quæ parit in 11.menſe §. 1.collatione 4. & ibi gl. cum ſimilibus:vnde qui nunc non eſt ſoluendo, præſumitur retro fuiſſe non ſoluendo:niſi contrarium probetur,dicta lege ex perſona,cum ibi notatis.Et qui nunc eſt incontinens,præſumitur retro fuiſſe incontinens,capitulo cum per bellicam, 34.q.ſecunda.Hinc etiam ſingulariter Albericus de Roſate in lege eum qui bona.ff. de iure fiſci, in quæſtione illa quotidiana:Bona cuiuſdam hæretici fuerunt publicata, & omnia vniuerſaliter cuidam vendita,creditores autem hæretici volunt agere cõtra iſtum emptorem:quæritur an poſſint: dicit diſtinguendum hoc modo: aut eo tempore quo contractus eũ creditoribus fuit celebratus,ipſe erat hæreticus,aut non,aut eſt dubium.Primo caſu creditores emptorem conuenire non poſſunt,cum tempore quo cum eis cõtractum fuit,hereticus ille non habebat facultatem adminiſtrandi bona ſua vel contrahendi,imo iam eam amiſerat: capitulo cum ſecundum leges,de hæreticis libro ſexto & lege finali,C.ad legem Iuliam,maieſt.Secundo caſu bene poſſunt eum conuenire,arg.dict.lege eum qui bona.Tertio autẽ caſu,quando eſt dubium,dicit eũ in dubio præſumi fuiſſe hæreticum tẽpore contractus celebrati cũ ipſis creditoribus,cum de præſenti præſumamus in præteritum: & alle-

gat

gat aliqua ex iuribus ſupra adductis: ſed cogita, quia hoc
80 non eſt ſine dubio. † Ad hoc certe vt hæc argumentatio a præſenti ad præteritum procedat, requiritur extremum a quo verum, vt eſt ſtatus præſens, & extremum ad quod poſſibile, vt eſt ſtatus temporis præteriti: & huiuſmodi præſumptione frequenter vtuntur iuriſconſulti, tunc ſcilicet quando ſi non præſumeretur præteritum, parum operaret præſens. Verbi gratia, ſi ille qui eſt in poſſeſſione ſeruitutis, non prçſumeretur retro ſeruus, parum operaretur vel prodeſſet domino præſens poſſeſſio: & econtra, quia præſumeretur violenta, clandeſtina, vel momentanea; & ideo lex ſtatuit, quòd ex præſenti præſumatur in præteritum, ne alias abrumperetur effectus temporis præſentis: vt patet in lege liberis. §. fin. ff. de libera. cau. & in lege circa. ff. de probatio. Per quod euidenter patet iniuſtitia ſententiæ Appij Claudij decemuiri contra filiam Virginij per clientem Appij ad hoc ſubornatam in ſeruitutem aſſertam latæ: de quo in l. 2. §. initium ſucceſſionis fuiſſe dicitur. ff. de origine iuris: & ample per Titium Liuium libro ſuo tertio. Vt tamen plene habeas, quando hæc argumentatio a præſenti ad præteritũ procedat, dicas hoc modo. Aut loquimur in materia neceſſaria, aut in materia impoſſibili ſtante in eodẽ ſtatu, aut in materia contingenti. Primo caſu procedit argumentatio a præſenti ad præteritũ. V.g. ſum hodie minor ergo ex neceſſitate naturali ſequitur, q̃ retrò ſui minor, & concludit iſta probatio de neceſſitate lege minor viginriquinq; annis ex aſpectu. ff. de minoribus item de neceſſitate ſequitur, ſum natus, ergo fui conceptus, dicta lege prima in Aut. de reſtitutio. & ea quæ parit in vndecimo menſe, collatio. iiij. Secundo caſu argumentum a præſenti ad præteritum non ꝓcedit, vnde ſi hodie ſum maior, non ſequitur, ergo in præteritum fuit maior, dicta lege ſi te minorem, & lege cum te, C. de probatio. Tertio caſu ſubdiſtingue, quia aut ſtatus ꝓſens poteſt concurrere cum naturali veritate antecedentis ſtatus, & tunc ex præſenti præſumitur in præteritum, vt in d. l. liberis. §. fi. aut ſtatus præſens non poteſt concurrere cũ veritate antecedentis ſtatus, & tunc ſecus: Exempli gratia, eſſe prudentem vel literatum eſt quoddam contingens, & illud non põt cõcurrere cum veritate primi ſtatus hominis

Digitized by Google

quia nemo naſcitur prudens, nemo oritur literatur cum iſti ſint habitus acquiſiti, nõ innati, l. Stichus. ff de legatis 3. & ergo ex præſenti non procedit argumentatio ad præteritum. Et hinc eſt, quòd ſi Papa mandat alicui prouideri de beneficio, ſi conſtiterit ipſum eſſe doctorem legum, vel literatũm perſonam: licet tẽpore datæ præſentationis literarũ appareat ipſum eſſe doctorem legum, uel literarum: tamen nõ præſumitũ eũ retro fuiſſe talẽ tẽpore datæ expeditionis literarũ. Et ergo ſibi nõ poterit prouideri de beneficio, niſi doceat fuiſſe talem tempore datæ expeditionis literarum, quæ, in hoc eſt inſpicienda, capitulo ſi eo tempore, de reſcriptis libro ſexto & clementin. literàs, cum ibi notatis eodem titulo & idem in ſimilibus eſt dicendum. Quædam enim
21 eſt† qualitas intrinſeca, cum qua homo noſcitur, ſcilicet q̃ aliquis ſit caſtus, pacificus, ſobrius, & bonus: & hanc quis præſumitur habere, niſi contrarium probetur, capitu. finali, & ibi pulchre per Innocen. de præſumptionibus, & per glo. ſingularem in clem. unica, de officio delegati, & per glo. in capitu. vnico, de ſcrutinio. Quædam autem eſt qualitas extrinſeca, vt literatura gradus, & ſimiles: & talis qualitas nõ præſumitur niſi probetur: Ita dicit glo. notabilis in c. forte, ſuper verbo ſcientiæ, de electio, libro ſexto & volunt Bald. Salycet. & doctores in dicta l. ex perſona, & eſt de mente eiuſdem Bald. in dicta l. ſi hi qui. Hinc etiam in ſimili dicimus, quod ſolennitas intrinſeca præſumitur, §. finali, Inſtitu. de fideiuſſo. & lege ſciendum & ibi habetur plenè per Baldum & doctores, ff. de verbor. obligationibus ſed ſolennitas extrinſeca non præſumitur, dicta lege quæcunque. §. finali. Septimo argumentum ex hoc loco poteſt formari ali
22 ter.† a tempore ſcilicet belli ad tempus peſtis. quæ æquiparantur. nam ſicut tempore belli cum ius non reditur in loco, non currit præſcriptio: Ita nec tempore peſtis. Ita ſingulariter docidit Bartolus in l. naturaliter, ff. de vſucapione & Panor. & canoniſtæ in capitulo ex tranſmiſſa, de præſcriptio. Item ſicut tempore belli nedum miles, ſed quilibet alius in eodem diſcrimine exiſtens poteſt teſtari quomodo vult & quomodo põt, l. 1. ff. de bono. poſſ. ex teſta. milita. Ita ẽt tẽpore peſtis ualebit teſtamentũ conditũ corã duob. uel tribus teſtibus, cum tunc difficillimum ſit teſtes habere.

Ita

Ita ſingulariter ſentit Bart. in d.l. 1. & apertius Bal. in l. fin. C. de teſtam. & apertiſſime Alex. de Imo. in l. ſcriniaros, C. de teſtam. mil. & Hippolytus de Marſiliis in l. ſi in rixa. ff. ad legem Corneliam de ſicarijs: quæ omnia commẽda memoriæ tanquam pulchra, utilia, ſingularia, & quotidiana: & uide quod dixi ſupra in loco a veriſimili.

1 *Princeps an poteſt condere legem ſibi & reipubl. vtilem, ſi in conſequentiam alijs non ſubditis noceatur.*

LOCVS A LOCO AD PERSONAS.

OCCVRRIT nunc locus a loco ad perſonas, a quo ſumptum argumentum eſt probabile, frequẽs, & utile & eo vtitur Ioan. And. in regula cum non ſtat, in pulchra q. de reg. iur. lib. 6. in Mercurialib. & doctor. ſæpe alibi. Et formatur hoc modo, quod licet in loco meo, licet & in
2 perſonis mihi ſubditis: Vnde ſicut † in loco meo poſſum facere quod uolo, principaliter ut mihi proſim, licet alijs per conſequentiam noceatur, l. Proculus, ff. de damno infecto, & l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuia arcend. cum ſimilibus: & poſſum in meo, quod non poſſum in alieno, etiam ſi pendeat ſupra meum, l. quemadmodum, § 1. & ibi Bal. ff. ad legem Aquili. & l. ſi ſeruus, iuncta gloſ. & ibi Paul. de Caſtro C. quod cum eo qui in alien. poteſt. eſt pulchre per Innocent. Petrum de Anchora. Panormitanus, & alios in capitulo primo de immunita. eccleſ. & per Bartol. & omnes in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunciatio. Ita etiam in ſubditis meis poſſum promulgare legem mihi & reipublicæ vtilem, licet alteri etiam clerico vel eccleſiæ per indirectum noceatur in ſuis redditibus vel prouentibus: Ita ſingulariter conſuluit Baldus in pulchro & quotidiano caſu in conſilio incipien. factum ſuper quo petitur conſilium tale eſt & eſt inter conſilia Pet. de Ancho. 11. & idẽ reperio cõſuluiſſe, Calderinum in conſilio ſuo 21. ſub titulo de cõſtitutio. & incipij. Epiſcopus habens, &c. Cui cõſilio plures ſe ſubſcripſerunt, & ad idem tendit conſiliũ Segnoroli de Homo-

dies xxj.& faciunt notata per Baldum in capitulo clerici de iudicijs , & notata per eundem in capitulo ecclesia sanctæ Mariæ,ante finem:& in rubrica de constitut. Ad idem etiã tendunt latè scripta per Barbatiam in consilio lxv. quartĩ voluminis,& scripta per eundem Barbatiam in consilio xlv. tertij voluminis circa finem,& in ca.quod clericis, in xxiii. col.& seq.de foro competen. vbi late firmat,q; lex principis seu municipalis in rebus subditi, potest refrenare potestatẽ subditi,etiam per respectum ad pias causas, vbi vide: & idẽ vult Ludouicus de Rpma in consilio suo clxvj. incipiente , viso diligenter,in primo dubio.Contrarium tamen in dicto casu quotidiano & similibus voluerunt plures alij præclari doctores,vt videre poteris in consiliis xii.xiii.Pet.de Anch. & latè per Car. in repetitione c.perpendimus,præsertim in ix.& x.q.de sent.excom. & in locis per eos commemoratis: Sed quis iustius induerit arma,ex hinc inde subtiliter. §.legatis perpendere poteris:materia enim est subtilia, & quotidiana, studio camerali relinquenda , & maturam requirens discussionem dare ad eos & remitto. Et vide quod dixi supra in loco a persona ad locum.

SVMMARIA IN LOCVM à Rubro.

1 *Argumentum à Rubro est probabile & frequens.*
2 *Rubrum quando dispositiue possit allegari & nu. seq.*
3 *Rubrica quandocunque incipit per vt, vel per ne, tunc decidit, & habet vim textus.*
Idem si contineat orationem perfectam , & pracipiat vel prohibeat certum quid fieri, vel non fieri.
4 *Actiõ ex rubrica sicut ex lege oritur.*
5 *Executores & conseruatores dati a Papa habent iurisdictionem delegatam.*
6 *Lex in dubio intelligenda vt conueniat rubrica sub qua ponitur.*
7 *Lex habens plures intellectus non potest praciſe allegari ad decisionem causarum.*
8 *Snĩa lata cõtra legẽ habentem plures intellectus non est ipso iure nulla: nisi talis lex sit certo mõ intellecta per consuetudinem.*
9 *Intellectus in dubio debet cadere qui est dubitabilis.*

10 Ru-

Digitized by Google

10 Rubrica an ſint authentica.
11 Textus an debeat reſtringi per rubrum: & contra.
12 Rubrica quando eſt contraria nigro, cui potius ſtandum.
13 Legib. prohibitiuè loquentib. an cum iuramento poſſit renũciari.

LOCVS A RVBRO.

1 NVnc ſubnectemus locũ a rubro, a quo ſumptũ argumentũ † eſt probabile, frequens, & vtile: tex. eſt in l. 1. & ibi notatur per Bar. Bal. Ang. Sal. Pau. de Caſt. Ale. Iaſ. & doct. ff. ſi cer. pet. & bonus tex. iuncta gl. in §. hæc aũt verba, de pœnit. diſt. 1. & eſt bona gl. in l. 1. circa fi. C. ne fideiuſ. dotiũ dentur, & bona gl. in Auth. nullũ credentẽ agricolæ, ſuper verbo oẽs, coll. 4. & glo. in Auth. ad hæc. C. de vſu. & bona gl. in l. vnica, ſuper verbo ex vicaria, C. de profeſſoribus qui in vrbe Conſtantinopolitana, lib. xii. & hoc argumento vtit, gl. in l. ius emphyteutici prędii, in fi. C. de fundis patrim. lib. xi. & gl ĩ c. potuit. de locato, & gl. in Auth. minoris debitor, in fi. C. qui da. tut. poſſ. & glo. in l. vnica, C. de mulie. in quo loco lib. x. & gl. in rubr. de reg. iu. lib. 6. & gl. in lege de quibus. ff. de legib. Eo etiam vtitur Io. Andr. in rub. de cle. coniug. & idem Io. And. in c. vnico, eo. tit. lib. 6. & illic Dominicus: eo etiam vtitur Io. de Imo. in l. 1. in prin. ff. de no. oper. nunc. & doc. ſæpe alibi, & de eo habetur per Bart. & alios in l. 1. ff. de confir. tut. & per Cy. in l. 2. C. eod. ti. & per Pan. in c. ex parte M. dominę, de app. & per Ant. de But. Io. de Imo. Pan. & canoniſtas in proœmio compilationis Gregorianæ, & per Bal. in rub. extra de ſum. tri. & fide cath. & per Speculatorem & Ioannem Andreæ in tit. de diſpu. & alleg. §. fi. in fi. & per Ioan. de Imo. in rub. ff. de verb. obl. & per Angel. de Are. in rub. inſtitutionũ, & per Iaſonem inſt. de actio. in rub. & per gl. in proœmio ſexti ſuper verbo titulis, quæ ſingulariter dicit, q̃ rubricæ ſunt de textu, adeo q̃ ſcriptor qui promiſit ſcribere librũ, tenetur etiam ſcribere rubricas. Et idẽ eadem ratione dici põt in ſuperſcriptione legis vel canonis, & ita decidit gl. in l. propter inſidias, C. qui accuſ. non poſ. q̃ ad hoc ponderat Lud. de Ro. in aurea ſua repetitione Authen. ſimiliter, in xxxiii. ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas

voluntates, C.ad leg.Fal.Cui addo aliam glo.in l.1. C.de metalla,& metal.lib.11.& illud Matthæi 22. Cuius eſt imago hæc & inſcriptio:cum his quæ ibi ſequuntur, & hoc argumento a ſuperſcriptione utitur Ioannes Andreæ in regula quod alicui gratiosè,& in regula cum quid vna, de regu. iu.lib.6.in Mercurialibus,& Pano.Fel.& alij in c. ex literis, de conſti.& Cardinalis in c.ſignificauit,de teſtibus:& idem Cardinalis in repetitione c.perpendimus,in 7. oppoſitione de ſenten.excomm.& doct.frequenter alibi. Et iſtud argumentum a rubro poteſt formari quadrupliciter ad quadru-
2 plem effectum. Vno † modo poteſt allegari rubrum diſpoſitiuè ſicut ipſum nigrum,quando oratio eſt perfecta conformat nigro:vnde quotidie allegamus in rubro & nigro,vt nemo in ſua cauſa ius ſibi dicat: & in rubro & nigro,vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur: & in rubro & in nigro,ut nemo inuitus agere vel accuſare cogatur: & in rubro & nigro,quod quiſque iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur:& in rubro & nigro, vt lite pendente nihil innouetur,& ſic de infinitis alijs plene commemoratis p Henricum BoicK in dicto proœmio Gregoriano. Omnes enim rubricæ conſonantes textui poſſunt allegari pro textu,ſecundum Bald.in rubrica, C.an ſeruus ex ſuo facto, & eſt de mente gloſæ in rubrica.ff.ſi quis teſtamento liber eſ-
3 ſe iuſſus fuerit.Et † quandocunque rubrica incipit per vt, vel per ne,tunc decidit & habet vim textus. Quando vero rubrica incipit per an,tunc ponitur in modum quæſtionis. Textus autem vel nigrum decidit,ſecundum Baldum in d. rubrica,C.an ſeruus ex ſuo facto,Imo quod plus eſt,omnis rubrica continens orationem perfectam,& præcipiés certũ aliquid fieri,vel prohibens nõ fieri, ét ſi nõ incipiat per vt, vel per ne,dicitur continere ius commune,& poteſt allegari vt tex.Ita notabiliter ſentit Hoſtienſis in ſua aurea ſumma in d.rubrica,vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminution. conferantur,& ſequitur Felinus in rubrica, ut lite non contestata,& exemplificant de rubrica.de ſupplenda negligent. prælatorum,& de pluribus alijs,vt videri poteſt per eos.Ex
4 quo etiam ſequitur,quod † ex rubrica oritur actio ſicut ex lege,glo.eſt notabilis in l.1.C.de capita.ciuiũ cenſibus eximendis,quam ad hoc notat Pirrus poſt Barbatiã in l.vnica,

C.de

C.de impo.lucra.deſcrip.lib.x.quãdo autẽ oratio rubri nõ eſt perfecta vel diſſonat a nigro,tunc poteſt allegari diſpoſitiue,vel per ſe,qnia tunc non habet aliquid diffinire,ſed ſolum nigri materiam demonſtrare,nt dicit Ioannes And.in dict.§.fina.in fine,& Ioan.de Imo.in dic.rubrica.ff.de uerborum obl gatio.poteſt tamen allegari ad allios effectus,de quibus infra,ſecundum Anton.de Butrio , & Panormitan. in dicto proœmio Gregoriano.Secundo ſumi poteſt argumentum a rubro ad e liciendum prælationem l.ſecunda, & ibi Bald.ff.de ſtatu hominum,& ita arguit glo.in rubrica.ff. de eo per quem factum erit,& glo & doctores ſæpe alibi:de quo quia late dixi ſupra in loco ab ordine rubricarum ſeu titulorum,hic non repeto: Tertio poteſt ſũmi iſtud argumẽtum a rubro pro elicienda qualitate poteſtatis eius, de cuius officio in rubrica uel titulo tractatur. Ex quo enim aliqua materia ponitur ſub aliquo rubro,ex hoc iudicatur eſſe illius naturæ,cuius eſt rubrum:Ita vult gl. notabilis c.1. & in c.ſi ſuper gratia,& ibi Domini.de offi.delegati lib. 6. & glo.in cap.tibi qui,de reſcrip.eodem lib.& gl.in clemen. unica,de offi.deleg.In quibus locis glo. per hoc concludit,
5 quod † executores & conſeruatores dati a Papa habent iuriſdictionem delegatam, ex quo de ipſis ponitur in titu.de offi.deleg.in titulo de reſcrip.& illas gloſ.multum commẽdat Panorm.in dicto proœmio Gregoriano,& in cap. ſuſpitionis,de offic,delega.Ioannes de Imola,in d. rubrica.ff. de verbo.obliga.& Alexan.de Imo. in conſilio ſuo 101. tertij voluminis,incipiente,domini,& c.Super eo de quo quæritur,&c.Quarto poteſt ſumi argumentum a rubro, pro elicienda veriori lectura:nam quando lex vel canon habet plures lecturas,illa uidetur uerior,quæ magis adaptatur rubricæ & eius materiæ.de hoc eſt gloſa notabilis in capitu. bonæ de cõfirmatione vtili uel inutili,& ibi Panormitanus circa finem eam multum commendat, & bona glo.in cap.cum monaſterium,& ibi Ioan.And.Ioan.de Imo.Panormi. & doctores notant de electio.& gloſa in leg.vnica in verbo tractare,& ibi Baldus notat, C. ne liceat tertio prouocare, & illam gloſam commendat Socynus in conſilio ſuo 55. circa
6 medium , incipiente , præſtantiſſime doctores Lex † enim vel canon in dubio debet intelligi , vt conueniat rubri

cæ,vel titulo ſub qno ponitur,leg.imperator, & ibi Bartol. notat.ff.de in diem addictione,& idem vult Bartolus in lege fina.in principio.ff.de condiction.indebiti,& Panormita. in capitu.inter alia,circa finem de immunita. eccle.& Paulus de Caſtr.in l.actione,C.de tranſaction.Hinc dicit Bald. in d.l.vnica,in 2.columna,C.ne liceat tertio prouocare, q̃ quando textus eſt dubius,rubrica probat qualiter tex.ſit intelligendus,quod dicit ualde notabile pro rubricis ſtatutorum. Hinc etiam ſingulariter dicit Iaſon in l.de die.ff. qui ſatiſdare cogantur,quòd leg.non puto. ff. de iure fiſci, debet reſtringi vt intelligatur,quando fiſcus agit ex cauſa lucratiua,vt ibi latius per eum,& per Alexandrum in l.1.ff.ſoluto matrimonio.& per eundem in dicta l.non puto, in apoſtillis,ad Bartolum,& per Angelum in §.finali,Inſtitu. quibus modis teſtamen. infirmentur, & per Iaſonem in §. ſi quis agens,Inſtitution. de action. Circa quod volo te inciderter ſcire quatuor alia pulchra & quotidiana dicta. Pri-
7 mum eſt † quòd quandocunque lex canon habent plures intellectus,tunc huiuſmodi lex vel canon non poteſt efficaciter & præciſe allegari ad deciſionem cauſarum: Ita ſingulariter dicit Barto.in l.in ambiguo.ff.de reb.dubijs,& ſequitur Alexand.de Imo.in d.l.1.in 2.colum. ff. ſolu.matrimo. & Fel.in c.1.circa finem conſtituti.Quod enim multipliciter intelligitur,illius veritas ignoratur: ut poſt Ariſtotelem dicit Bal.in l.data opera,in 10.columna.C. qui accuſa. non poſſ.& idem Baldus in l.nec quicquam.§. vbi decretum, in principio.ff.de offic.proconſu.& lega. Secundum eſt, quòd ille qui facit contra legem præcepti diuini vel eccleſiæ, in cuius intellectu ſunt variæ opiniones, ſequendo vnam earum non peccat, quandiu non eſt facta præciſa declaratio per eccleſiam: licet poſtea illa opinio, quam prius ſecutus eſt,reprobetur:Ita ſingulariter dicit gloſa relata ad textum recte intellecta in capitu.capellanus, de ferijs, & ibi Ioannes Andreas Antonius de Butrio,Panormitanus & doctor. id notant,& vult Alexand.de Imola, in conſilio ſuo primo ſecundi voluminis in tertia columna. Et pro iſto eſt bona glo.in capitu.vnico,ſuper verbo de cætero,de poſtula. præla.libro ſexto,& ibi illam commendant Dominicus,& Philippus.Francus, & bene faciunt. notata per Innocentius,&

Bal.

Digitized by Google

8 Bal.in c.ne innitaris de constitutio.Tertium est,quòd †sen tentia lata contra legem vel canonem habentem, plures in tellectus vel lecturas, errore etiam in sententia expresso, non est ipso iure nulla,sed debet appellari ad ea , alioquin transit in rem iudicatam: text. est singularis secundum v- num intellectum in lege cum pro latis , & ibi hoc firmat Ioannes de Imo.ff.de re iudica. Hoc etiam firmant Anto. de Butrio,& Ioannes de Imola in d.cap.1 .de constitutio.& facit capitu.pastoralis,cum ibi notatis per Panormitanum, Felinum, & alios de fide instrumen. Hoc tamen limitatur singulariter verum,nisi talis lex sit certo modo intellecta, & interpretata per consuetudinem: ita notabiliter decidit Cynus post Iacob. in l.2. C.quando prouo.non est necesse: quod nota.Quartum est,quod quãdo in l. vel canone sunt
9 plures intellectus,debet in dubio† capi ille intellectus qui est dubitabilis,lege quod Labea.ff.de Carbo.edicto,& vult Panormitanus in cap.cum in iure peritus,de electio.& frequenter alibi:quod est verum,etiam si talis duplicatus intellectus, vel amphibologia surgat ex diuerso modo punctuandi,etiam in cõstitutione pœnali:de isto est tex. iuncta sua singulari glo.in cap.1.in verbo clericum,de tempor. ordinan.lib.6.quam reputat singularem Ludo.de Roma in suis singularibus singulari 748.Incipiente, dicit statutum, & in consilio suo 509. Et quia dixi,quadrupliciter posse ar
10 gui ex rubricis,sequitur†quod rubricæ sunt auctenticæ, quod est verum in rubricis legum, & decretalium sexti, & clementinarum;sed non procedit in rubricis decreti: quia illæ non sunt auctenticæ, imo sæpe sunt falsæ , ut patet ex glo.rubricæ in cap. chartæ 3.q.9. & notant Specu.& Ioan. And.in d.tit.de disputa.& alleg.§.fina. circa finem, & sic in eis non potest sumi argumentum a rubro,& ita volunt Anto.de Butrio,Henricus BoiçK,& Panorm.in dicto proœmio Gregoriano,& Ioan. de Imo.in d.rubrica.ff.de verbo.obligat.& Ang.in d.rubrica institutionum,& Sal. & doct.in d.l. 1.ff.si cert.pet.Sed hic cadit pulchrum dubium.quid si tex
11 tus † vel nigrum sit generalior vel generalius rubro,an debeat restringi per rubrum? Et dico q, non glo.est de hoc val de notabilis in Authen.de incestis & nepha. nuptijs in principio in verbo illicitas collat. 3. Vnde licet rubrica ibidem

solum

ſolum dicat de nuptiis inceſtis & nephariis, tamen quia nigrum generaliter loquitur de nuptiis illicitis. comprehendit omnes nuptias illicitas, etiam ſi non ſint inceſtæ vel nepharię: & hoc expreſſe firmat Panor. in rubrica de peregrinantibus, & Io. de Imo. in d. rubri. ff. de verb. obl. & Alexan. de Imo. in d. l. 1. ſi cer. pet. Vbi dicit hoc eſſe vtile pro ſtatutis habentibus rubricam ſpecialem & nigrum generale de quo latius ibi per eum, & eſt bona gl. in rubrica & in l. 1. cũ ibi notatis per Sal. C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus retineri poſſe. Quid aurem econtra, ſi in rubro plus habeatur quam in textu vel nigro. & ſic rubrum eſt generalius nigro, pro ut quandoque contingit, vt patet in rubrica, C. de religioſis & ſumptibus funerum, & C de rebus creditis & iureiurando, an tunc rubrum reſtringatur per nigrum? & dico ſimiliter quod non ſed potius ampliatur nigrum per rubrum, quando rubrum habet orationem perfectam gl. eſt notabilis in d. l. 1. & ibi eam commẽdat Bart. C. de capitatione ciuium cenſibus eximen. lib. 6. de quo vide latius per Io. de Imo. in d. rub. ff. de verb. ob. vbi dicit ſe hoc habuiſſe de facto, & ita etiã in pulchro caſu conſuluit Pau. de Caſt. in conſ. ſuo 388. incipiente, præſens caſus modicam dubitationem habere videtur, in antiquis & idem volunt Saly. & Alex. in d. l. 1 ff. ſi cer. pet. & idem Alex. in conſil. 1. quarti voluminis in 2. col. Aliter tamen in hoc ſentit Alciatus paradoxorũ lib. 2. c. 18. & Iaſ. in d. l. 1. per ſex fundamẽta, ſed contra Iaſ. & cum Io. de Imo. Pau. de Caſt. Alex. Sal. & aliis tenet Petr. Gerardi de petra ſancta in ſuis ſingularibus ſingulari ſeptimo, vbi clare reſpondet fundatis Iaſonis,
12 quem omnino vide. Quid aurem ſi rubrica ſit † contraria nigro, cui potius erit ſtandum? & dico, quod nigro tanquã poſteriori: poſteriora enim prioribus derogant, l. pacta nouiſſima, C. de pactis, & ita ſpecificè volunt. Albericus, Saly. Alex. & Iaſ. in d. l. 1. ff ſi certum pet. & Iaſ. in d. rub. de actionibus, & Ang. in prin. Inſtitutionum in rubrica, & Panor. in d. proœmio Gregoriano, & patet exemplum in l. 1. C. de prę ben. ſalario lib. 10. Vnde concluſiuè & reſolutiuè epilogando pręmiſſa, dicas hoc modo, Aut rubricę non ſunt Auctenticę, vt ſunt certę rubricæ decreti, & tunc ab illis non licet arguere: aut ſunt auctenticę, & tunc aut non habent oratio

nem.

Digitized by Google

nem perfectam,& nó licet ab eis arguere diſpoſitiuè,ſed be ne ad alios effectus de quibus ſupra: argumen. in Auth. de teſta.imperfectis,in princ.coll. 8. Auth. habent orationem perfectam,& tunc aut rubrica contra dicit nigro,& tunc nõ licet arguere a rubro,ut in d.tit.de prçb.ſalario lib. 10.imo ſtatur nigro,vt ſupra dixi,aut ei nõ contradicit, & tunc aut omnino cõcordat cum nigro, & hoc caſu ab vtroque poteſt argui etiam diſpoſitiuè,vt C.ne fideiuſſo.dotium dentur,& in pluribus aliis ſimilibus, de quibus ſupra:aut in aliquo ſe excedũt,& tunc ab eo in quo concurrunt licet arguere:in eo vero in quo excedunt,licet arguere ab excedente nõ ab exceſſo.rubrum enim ſuppletur per nigrum,& ecõtra:vt ſupra dixi. Et ergo ſi rubrica ſtatuti habeat,quod in cauſis laboratorum & ſocietatum liceat procedere ſummariè & de plano,& in nigro ſolum fiat proſecutio de cauſis ſocietatũ, idem cenſebitur diſpoſitum in cauſis laboratorum,propter rubrum: Ita ſingulariter dicit Salyc.in d.l.1.ff.ſi cer.pet. & eſt de mente Panor.in d.proœmio Gregoriano: & volunt alii in locis ſupra commemoratis: Qui etiam dicunt, quòd quando rubrica eſt negatiuè concepta & prohibitiua, non poteſt ei conſenſu partium etiam cum iuramẽto,renuncia. ri:per gl.notabilem in d.l.1.in fi.C.ne fideiuſſo.dotium dentur quam ſequitur Bar.in l.generali,illo eodem tit. dicens per hoc,quod ſtatuto dicenti,quod minor ſine conſenſu propinquorum non contrahere, non poteſt renunciare etiam cum iuramento:& ergo ſi minor contrahendo iuret non venire in contrarium,tale iuramentum non prodeſt aduerſario:quod an ſit verum,vide latius per docto.locis prædictis. & per Io.And.in addi.ad Specula.in tit.de inſtru. ęditio.in §.porrò,circa fin.& per Alex.de Imo.in conſi.ſuo 11.tertii. vol.incipiente,viſo:& per Io.de Imo,in repetitione ca.cum contingat,in antepenult.& in vlt.q.de iure iu. vbi reperies,
13 quod licet† legibus prohibitiuè loquentibus non poſſit renunciari ſine iuramento,tamen legibus prohibitiue loquentibus bene poteſt renunciari cum iuramẽto:& hoc puto verius. Quę omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia,ſingularia,& quotidiana.

SVM-

SVMMARIA IN LOCVM
subiecta materia.

1 *Verba debent intelligi secundum subiectam materiam.*
2 *Verba quando improprientur ratione subiecta materia, & per totum locum.*
3 *Verba rogatiua quando fient præceptiuè.*
4 *Improprietas toleratur quam lex, communis intellectus, natura contractus iudicij, & consensus partium tolerat.*
5 *Copulatiua aliquam ponitur pro disiunctiua.*
Dictiones quasi, & tanquam quid denotent & importent.
6 *Sententiæ verba improprientur, vt saluetur mens iudicantis.*
7 *Venditor promittens defendere emptorem in re vendita, de qua defusum intelligatur.*
8 *Verba statuti aliquam impropriantur.*
10 *Dictionis iterum natura.*
11 *Verba intelligenda secundũ conditionem persona ad quam dirigũtur, vel in quam dispositio confertur.*
12 *Continens pro contento, & contra.*
13 *Verbum assigno, an importet dominij translationem.*
14 *Generalitas relata ad locum, restringitur secundum subiectam materiam.*
15 *Meum tuum, suum quandoque trahuntur ad futurum.*
16 *Confessioni contra confitentem quando non stetur.*
17 *Verbum oportet quando non importet necessitatem.*
verbum debet pro potest, & contra.
18 *Dignitas nomine beneficii non venit in materia stricta.*
19 *Culpa appellatione quid intelligatur.*
21 *Masculus in feudis etiam fœmineis præfertur fœminæ proximioris gradus.*
22 *Filiorum appellatione in feudis comprehenduntur omnes descendentes.*
23 *Lis de rebus facile corruptibilibus celeriter debet terminari vel res vendi.*
25 *Dictio alius, quando non implicat similia.*
26 *Iurans in compromisso pœnali stare laudo, potest contrauenire soluendo pœnam.*
27 *Officium aduocatorum & iudicum.*
28 *Recedituur à materia subiecta, ne actus careat effectu.*

LOCVS

Digitized by Google

materia.

SVBSEQVITVR nunc locus a ſubiecta materia, a quo ſumptum argumẽtum eſt forte, frequẽs, & valde vtile: & formatur hoc modo, Verba † debent intelligi ſecundum materiam ſubiectam: text. eſt in c. ſolitæ, & ibi canoniſtæ notant de maiorit. & obedien. & bonus text. in l. ſi vno, in prin. & ibi Bar. Salyc. notant. ff. locati, Verbum enim, dono. ratione ſubiectæ materiæ ibi impropriatur: & pulcher tex. in l. damni infecti quidam, in prin. & ibi Angel. notat. ff. de damno infecto, & in l. fluminum. §. hæc ſtipulatio, cum ſequenti illo eodem titu & bonns text. in l. ſi ſtipulatus. ff. de vſuris, & text. pulcher. ponens caſum quotidianum in capit. fin. & ibi Aluar. & feudiſtæ notant, ſi de feudo fuerit cõtrouerſia, in vſibus feudorum, & tex. multum ſingularis in l. finali, C. de non numerata pecunia, vbi habetur, quod etiã iuramentum intelligitur ſecundum naturam materiæ ſuper qua præſtatur. Sermones enim teſte Ariſtotele expetẽdi ſunt ſecundum materiam ſubiectam, & hinc elegãter dicit Horatius in arte poetica, Verſibus exponi Tragicis res Comica non vult: & paulo poſt. Triſtia mœſtum vultum verba decent, iratum plena minarum, Ludentem laſciua, ſeuerum ſeria dicta, &c. Et iſto argumento a ſubiecta materia vtitur Pau. de Caſt. in l. ſi precario, in pulchra quæſt. ff. communi. prædio. & doct. ſæpe alibi, ut infra patebit. Hinc
2 eſt, quod † ratione ſubiectæ materiæ verba impropriantur, etiam in materia in qua fit ſtricta interpretatio, d. l. ſi uno & d. l. damni infecti quidam, & d. §. hæc ſtipulatio, & d. l. ſi ſtipulatus, cum ibi notatis, & l. conditio in preteritum, & l. decen. ff. de verborum obl. & leg. 2. §. deſinere. ff. de vſufructuarius quemad. caue. cum vtrobique notatis per gl. & doct. & l. inſulam, & ibi Bar. Paul. de Caſt, notant. ff. de preſcrip. uerbis, & habetur pulchrè & notabiliter per Alex. de Imol. in conſ. ſuo 5. quarti voluminis, incipiente, redẽptoris, &c. puto de iure, &c. circa finem: & per Petr. de Ancho. in conſ. ſuo 281. incipiente, in Chriſti &c. In auxilium veritatis, & cet.

circa

3 circa finem. Hinc etiam videmus † quod verba rogatiua, in materia præcepti ſtant præceptiuè, & non rogatiuè. vt eſt glo. in cap. rogo, 11. quæſt. 3. & bonus textus in c. vnico in §. porro, & ibi hoc notat Dominicus de ſtatu regula. libro ſexto. Et verba imperatiui modi non ſemper præceptiuè, ſed impropriantur quandoque ratione ſubiectę materiæ vel cõ ſuetudinis: vt eſt tex. ſingularis in cle. exiui de paradiſo. §. & quia præter ea, de verborum ſigni. & volunt Panormita. Io. de Imo. & canoniſtæ in cap. nam concupiſcentiam, & de
4 conſtitu. vbi vide. Tolleratur † enim, improprietas, quam lex cõis intellectus, natura rei, natura cõtractus natura iudicii, vel cõſenſus partiũ tollerat, vt pulchrè & eleganter declarat Baldus in lege fin. in 14. q. C. de hæredi. inſtitu. Hinc etiam eſt, quod ratione ſubiectæ materiæ vna dictio ponitur pro alia: vt eſt glo. in l. eas cauſas. ff. de condit. quam reputat notabilem Ioan. de Imo. in lege fin. ff. de hæredi. inſti. Hoc tamen nolo te ignorare, quod vbi dictio poteſt ſtare nominaliter & aduerbialiter, potius intelligitur vt ſtet aduerbialiter: ſi ex intellectu nominali reſultaret intellectus falſus vel iuri contrarius: Ita ſingulariter dicunt Domini. & Philip. Franſcus in capitulo vt circa, per illum tex. iuncta gl. in verbo periculoſe, de elect. lib. 6. quod eſt notabile pro intellectu ſtatutorum & priuilegiorum. Hinc etiam eſt, quod
5 copulatiua ponitur pro diſiunctiua, & econtra l. penul. cum ibi plene not. C. de verbo. ſigni. & vult Panormita. in cap. ſecundo & in capitulo inter cæteras, de reſcrip. & docto. ſæpe alibi. Hinc ét eſt, q dictio quaſi, interdum eſt nota veritatis interdũ nota improprietatis, & interdũ nota ſimilitudinis ſcđm materiã ſubiectã: vt dicit Salyc. in l. quoniam multa facinora, circa finem, C. ad leg. Iuliam, de vi publica vel priua. & patet Ioannis 1. quaſi vnigeniti a patre: & idem in dictione, tanquam: dicto capitu. ſolitæ, cum gloſ. & capitu. ex parte, & ibi Panor. de ſponſalibus: vbi recurre. Hinc etiam
6 eſt, quod † verba ſententiæ impropriantur, vt ſaluetur més iudicantis: gloſ. eſt notabilis in lege & puto. §. primo. ff. fami. herciſcun. quam reputat ſingularem Bald. in lege cum virum, in vltima colum. C. de fideicom. & idem Bald. in capitu. fi. circa finem, de tranſla. præla. & idem Bald. in capitu. cum ſuper, circa finem, de re iudica. & Ludouic. de Roma

in

in ſuis ſingularibus,ſingulari 19.& Iaſon in lege ſed & ſi poſ ſeſſori,in §.item ſi item ſi iurauero,circa finem.ff. de iure iuran.& Ioannes de Imol.in lege prima, §. ſi quis ita.ff.de verb.obl.Hoc tamen declara & limita,ut per Panormita. & Felyn.in capitulo auditis, in principio de preſcriptio. Hinc
7 etiam eſt, quod ſi † venditor promittat de defendere emptorem in re vendita contra qnemcunque, non intelligitur promiſiſſe:ſe defenſurum eundem a violentia extraiudiciali: Vt eſt tex. valde notabilis in lege expulſos , C. de actio empti,& vult Ang.in dicta lege damni infecti quidam, imo magis ſingulariter voluit Bald.in dicta lege,expulſos,uide licet quod etiam ſi venditor promittat defendere emptorem de iure & de facto,vel a iure & a facto:tamen non tenebitur defendere a violentia extra iudiçiali , vt ibi latius per eum,& idem vult Panormit.in capitulo fin.de emptio, & venditio.de quo uide latiſſime per Bartol.& docto.in lege,ſtipulatio iſta,in principio. ff. de verbo.obliga. vbi plene reperies.Aduerte tamen quia præmiſſa procedunt in priuata perſona: ſecus autem dicendum eſt in principe ,qui aliquem recepiſſet ſub ſua protectione vel defenſione:nam intelligitur promiſiſſe, quod eum defendet & proteget contra illos qui eum de facto turbarent vel inquietarẽt:ut pulchrè decidit Pet.de Anch.in ſuo eleganti conſi.87. incipiente,in Chriſti.&c.obmiſſo primo dubio, &c. & poſt eum Io. de Ana.in capit.penul.in fine de accuſa.& faciunt nota.per Bar.in l.1.C.de excuſa.mune.lib. 10. Hinc etiam eſt,quod
8 licet † verba ſtatuti debeant intelligi propriè & in proprio ſignificato,lege,tertia.§.hæc verba. ff. de nego. geſtis,cum ſimilibus:tamen ratione perſonæ ad quam referũtur,& ſic ratione ſubiectæ poſſunt improprijſſime intelligi: Ita ſingulariter vult Bartol.in l.1.in princip.ff.ad legem Falcid. ubi concludit,quod ſi ſtatutum dicat,quod filia ſit contenta dote pro Falcidia.debita in bonis patris,terminus,Falci.intelligetur pro legitima , licet hoc ſit impropriare dictionem Falcidia,ſed hoc operatur ſubiecta materia , ſecundum eũ: & hoc dictum refert,ſequitur, & multum commendat Iaſ. in Auth.vnde ſi parens,in 3.col.C.de inoffi.teſt.Hinc etiã eſt,quod uerba apta referri ad actum & ad aptitudinem,referuntur ad aptitudinem & habitum ſolum ratione ſubie-

&æ

ctæ materiæ text.eſt notabilis in c.maiores, & ibi Pan.notat de baptiſmo.Hinc etiam eſt,q; interdum eadem clauſula relata ad diuerſos, poteſt operari diuerſos effectus ſecundum ſubiectam: materiam:tex.eſt notabilis in c.ab excommunicato:& ibi Cardi.Io.de Imol.& Pan.eum ad hoc notant, de reſcr.& idem Panorm.in capit.1.de mutuis petitio.& idem vult Card in c.olim,per illum tex. quem dicit ſingularem.
9 de reſcrip.Hinc etiam eſt,q; idem † actus reſpectu diuerſarum perſonarũ poteſt parere actiones diuerſi generis, vt eſt tex.in l.ſi mandatum,C.de neg.geſt. Hinc etiam eſt,q; ſi dicatur in inſtrumento, Concedo tibi talem rem in emphyteoſim perpetuam, & quicquid iuris habeo in illa pro penſione annua, talis contractus cenſebitur cenſualis & nõ emphyteoticus & illud verbum in emphyteoſim,impropriabitur ratione ſubiectæ materiç,& exponetur.i.in conceſſionẽ cenſualem perpetuam,propter verba illa ſequentia. & quicquid iuris habeo in illa.Ita ſingulariter dicit Io.de Imol. in c.ad audien.in 2.colum.de reb.eccleſ.non alie. & eſt text.ſi bene ponderetur,in cap.conſtitutus,& ibi hoc vult Panormita.de reg.ligi.domibus, & dixi ſupra in loco ab emphytheoſi ad cenſum.& hinc recte dicit glo.in capit.ſi Papa, in fine de priuileg.lib.6.quòd vnum & idem verbum diuerſifi
10 catur ſecundum adiuncta: Hinc etiam eſt, q; † licet dictio iterum vel iterare,ex propria ſignificatione deſignet geminationem,& numero binario ſit contenta:tamen in materia editionis inſtrumentorum ratione ſubiectæ materiæ exponitur.i.quoties opus fuerit,l.veluti. §.hæc vox. ff. de edendo,& eſt gloſſa in c.ſua nobis,& ibi hoc notat Pan.de appel. & idem dicit de verbo rogo,de quo dixi ſupra, & de verbo volo,quod ratione ſubiectæ materiæ impropriatur & exponitur pro velle debeo,vt Matthæi 7.Omnia quęcunq; vultis vt faciant vobis homines, & uos facite illis: & tranſumptiuè in principio decreti,vbi de hoc eſt bona glo. quod no
11 ta. Hinc ẽt eſt,q; † verba debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ ad quam diriguntur, vel in quam diſpoſitio confertur,vt eſt text.notabilis & vulgaris in l.plenum. §.equitii,& ibi Bar.Bald,& doct.notant.ff.de vſu & habita. & bonus text.in dicto c.ſolite. Et ergo ſi teſtator legauerit yxori ſuæ lectum,non venient in legato culcitræ de ſerico:

quia

Digitized by Google

quia non conueniunt personæ viduæ, secundum Bal. in d. §. equitij. & idem vult Bal. in l. 1. in verſi. item quæritur, C. de legat. quem refert & ſequitur Felyn. in cap. ſedes, in 3. col. de reſcrip. & idem Fely. in c. cauſam quæ, in 12. colum. eod. titu. quem omnino vide. Contrarium tamen in hoc quotidiano articulo tenet Bar. in l. librorum, § fi. per gl. quæ eſt ibidem. ff. de lega. 3. & idē Bar. in l. fi. §. 1. ff. de au. & argen. lega. ſed primam opinionem credo veriorem & communiorem. Hinc etiam eſt, q; verba contractuum & vltimarum voluntatum intelliguntur ſecundum perſonas contrahētium, & illorum ad quos diriguntur, ſecundum Bal. in d. l. expulſos, circa finem. & eſt gl. ſingularis in l. Lucius, §. tres hæredes, ibi Ioan. de Imo. ff. ad Trebel. & pro hoc allego tres textus egregios, ſcilicet l. ex militari. ff. de teſtamen. mili. cap. ſi pater, de teſta. lib. 6. & capitulo cum de beneficio, de præbendis eodem libro: de quo articulo vide pleniſſime per Iaſonem in dicta l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. Hinc etiā eſt, quod
82 † in iure continens ſæpe ponitur pro contento, & econtra, l. ſolent, & ibi notatur, ff. de officio. procon. & lega. & eſt gl. in certo generi, & ibi Bald. & Paul. de Caſtro notant, ff. de ſeruitu. ruſtico. prædio. vbi inter cætera dicit Bald. quod ſi mercator habens cameram conductam in platea, legat alicui in teſtamento camerā ſuam, intelligitur legaſſe ea quæ habet in camera illa, & non cameram ipſam, & capitur contentum pro continente. quod commenda memoriæ, quia eſt quotidianum, & habes ſimile in §. ſi quis agens, & in §. ſi minus, Inſti. de actio. & utrobiq; obiter notat Iaſon poſt.
83 gloſ. in verbo intentione. Hinc etiam eſt: quod † verbum aſſigno, quandoq; ſignificat dominij trāslationē, & quandoq; non: ſecundum q; ratio iuris & materia ſubiecta patitur: Ita notabiliter dicit Barto. in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matri. & ſequitur Bald. in l. ubi adhuc, in fin. C. de iure dotium. Hinc
84 etiam eſt, quod † generalitas relata ad locum, ut quia dicitur vbicunq; locorum, reſtringitur ſecūdum ſubiectam materiam, c. ut animarum, §. 1. de conſti. lib. 6. & no. glo. in l. 1. ff. de eo q; certo loco, & glo. in l. ſi duo in prin. in ver. vbiq; ff. de conſtitu. pecu. Item generalitas relata res vel bona ēt reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam: ut in pulchro caſu conſuluit Pet. de Anch. in conſilio ſuo 163. incipiente,

Digitized by Google

in Christi,&c.visis & diligenter inspectis,&c.q̃ commenda memoriæ: quia facit ad multa. Hinc etiam est, quòd hæc
15 † prõnomina,meum tuum, suum, quorũ propria natura est trahi ad nunc,hoc est,ad tempus præsens, l.si ita.ff.de auro & argen.leg.trahuntur contra propriam significationem ad tunc & futurum,propter materiam subiectam:Ita notabiliter dicit Io.And.in reg.qui sentit,& in reg.qui tacet,in pulchra q̃de reg.iu.lib.6.in Mercuria.Hinc etiam est,quòd dictio perpetuũ,quæ sepæ ponitur in testamentis, contractib. & alijs dispositionibus, aliter & aliter accipitur secundum materiã subiectã:Ita singulariter dicit Albe. de Ro.in proœmio. C.quem refert & sequitur Franciscus de Crema in singulari suo cxv. Hinc ét est, q̃ interdum simpliciter dicitur fieri,quod reuera fit conditionaliter: quando videlicet conditio inest ex natura actus.ita singulariter dicit Bal.ĩ l.Gallus.in §.quidam recte,super primo exemplo gl.ff.de libe. & poſth.inferens ex hoc, q̃ licet statuto caueatur, q̃ positioni debet simpliciter responderi, potest tamen responsio conditionari secundum naturam rei vel actus: q̃ dicit multũ notabile.& optimè faciunt no.per Domi. & alios in c.cupientes,in prin.super glo.in verbo malignantium,de elect.lib.6. & no.per Pau.de Cas.& alios in l.1 §.si quis simpliciter. ff.
16 de verb.obl.Hinc ẽt est,q̃ licet † regulariter stetur cõfessioni contra confitentem l.vnica, C.de confessis,cum similibus. Hoc tamen locum non habet, quando ratio subiectæ materiæ suadet confessioni non stari, propter præsumptam collusionem,vel alias: text.est notabilis in c.super eo, de eo qui cognouit consangu.vxo.suæ.quem tex.ad hoc notat Panor.in c.is qui fidem,de sponsali. & Domi.in c.ferrum,l.dis.
17 quod commenda memoriæ.Hinc ét est,q̃ † verbum oportet,quod ex proprio significato importat necessitatem, ratione subiectæ materię impropriatur vt importet solum honestatem,& exponitur pro decet tex.est in l.1. in prin.iuncta gl.ff.de iusti.& iu.& in proœmio Institutionum in princ. Sic etiam verbum tenetur, quod regulariter necessitatem importat,d.clẽ.exiui de paradiso. §.& quia præter ea, in fi. propter subiectam materiã mutat naturam:vt est tex. sing. in c.inter alia,de sent.excom. Sic ẽt verbum debet,ratione subiectæ materiæ impropriatur,& interdũ ponitur pro põt:
& econ-

& econtra verbum poteſt,pro debet:vt eſt tex.iuncta glo.in l.2.C.vbi in rem actio,& in l.obſeruare.§.poſt hæc.ff.de offic.proconſu.& leg.& interdum verbũ debet ratione ſubiectæ materiæ ponitur pro decet,etiã ſi præcedat dictio præciſa omnino:vt eſt tex.iuncta gl.in c.1.de deſponſ.impuber. & ibi notatur per Panor.& per Iaſonem in l. ad egregias, in 2.col.ff.de iureiur.& per Hippol.de Marſilijs in ſua ſingulari repetitione l.vnicæ.C.de rapt.virg. Hinc etiam eſt, ꝙ licet proprie illud dicatur fieri concorditer, quod fit ab omnibus nemine diſcrepante:vt vult gl.notabilis in d.c.cupiẽtes,in §.ad hęc,in verbo concordem.& gl.in c.vbi periculũ, §.1.in verbo ſingulis,eo.ti.& lib.tamen ratione ſubiectę materie illud dicitur fieri concorditer,vel in plena concordia, quod fit per maiorem parte vniuerſitatis vel collegii:Ita ſingulariter dicit Panor.in c.cum olim,in fi.de re iud. Hinc ét eſt,ꝙ verba ambigua ſunt interpretanda large vel ſtricte ſecundum materiam in qua fit ſermo de eis.Vndè ſi materia in qua proferuntur eſt fauorabilis,fit larga interpretatio: ſi vero eſt odioſa & præiudicialis, fit ſtricta interpretatio. Ita notabiliter dicit Dom.in c.cũ in illis, §.ff.de præb.lib.6. & idem vult Io.Calderin. in conſ.ſuo cxxii. vbi per hoc decidit pulchram q. Et hinc eſt, ꝙ in † materia ſtricta appellatione beneficii non venit dignitas, c.fi.de præb. & tamen in materia fauorabili,appellatione beneficii venit dignitas,ca. & ibi gl.de regu.iu.lib.6. Hinc etiam eſt,ꝙ in materia odioſa pluralis locutio reſtringitur ad duo,c.is cui,& c. non poteſt,de præbend.lib.6.ſecus autem eſt in materia fauorabili,c.ſi propter tua debita,& c.ſi gratioſe,de reſcrip lib.vi, & c.penul.de verb.ſigni.cum ſimilibus.Hinc etiam eſt,ꝙ verbum ſubiunctiuum ad euitandum abſurditates & in odioſis exponitur in præteritum vel in futurum , ſecundũ quòd melius conuenit materiæ ſubiectæ: gl. eſt notabilis in d.ca. vt animarum. §.1. in verbo commiſerint. & volunt Panor. Domi.& Felyn.in c.ad hæc,de reſcr.per gl.ibidem,& Lud. de Rom.in ſuis conſiliis conſ.cccxxxiii.vbi vide.Hinc etiam eſt,quòd ratione ſubiectæ materiæ æſtimatio aliud & aliud operatur:vt pulchrè & eleganter declarat Bar.in l.ſi ut certo.§.nunc videndum,ff.commodati. Hinc etiam eſt , quòd oblatio aliud & aliud operatur ſecundum:materiam ſubie-

18

ctam:vt pulchre declarat Henricus BoicK in c.conſtitutus, de in integ.reſt.& doct.legiſtæ in l.acceptam, C.de uſuris. Hinc etiam interdum quid dicitur fieri in domo propria quod ſit in domo aliena,quam, quis in habitat, ratione ſubiectæ materiæ etiam in materia pœnali , nedum ad excuſandum delictum,vt dicit Salycet.in l.Gracchus, in 2. col. C,ad leg. Iul.de adult. verum etiam ad punitionem,l.lex. Cornelia,verſicu.domum,ff.de iniu.Hinc etiam eſt q; licet
19 † appellatione culpæ quando profertur a lege in dubio intelligatur de leui:vt not Bal.in Aut.quod locum,in 2.q.C. de colla,& idem Bal.in d.l.acceptam,in 6. q & ſentit gl. in l.in venditione,& ibi Bar.ff.de bonis auto.iudi.poſſi.tamꝫ ratione ſubiectæ materiæ interdum aliter accipitur, vt no. Alex.in l.ſi mora,in 2.col.ff.ſol. ma.poſt Bar, Bald.& alios per eum relatos:vbi recurre. Hinc ét eſt,q; ſi iudex in cauſa ſummaria dicat ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionẽ, illa dictio,plenam,intelligitur ſecundum quod natura cauſarum ſummariarum requirit.Ita ſingulariter dicit Bar. in extrauaganti ad reprimendum,ſuper verbo ſummarie,circa fi.& idem Pe.de Anch.& Io.de Imo.in cle.ſępe de verb. ſig.Hinc etiam eſt,q; verbum debitum,ratione perſonæ loquentis & eius ad quem ſermo dirigitur verificatur in debito naturali tantum,l.de quibus diebus,§.dominus,ff. de condition. & demonſtratio. licet alias appellatione debiti nõ veniat debitum naturale tãtum niſi abuſiue,l.fideiuſſor obligari,§ fideiuſſor accipi,in fine,ff.de fideiuſſoribus,cum ſimilibus. Hinc ẽt eſt , quod ſi in contractu vel iudicio ponatur nomen vnius & effectus alterius,iudicandum eſt ſecundũ naturã illius cuius effectus poſitus eſt,& appoſitum quod non cõcernit effectum habetur pro non appoſito:Ita ſingulariter dicit Bal.in pulchra & quotidiana q.in rubrica,C.de iure emphyt. in bona lect.in fi.& allegat d.§. item ſi iurauero,& dicta l.ſi vno,& Nicol. de Mata. in l. 1. ad finem,C.de iure emphyte.& idem ſentit ibi Cyn.in 4.q.pro qua deciſione etiam facit d.l.inſulam,& l.ſi rem,§.ſi cũ vnũ bouem,ff.de præſcript.verbis,& l.Lucius,ff.de donationibus,& l.vbi ita donatur,ff.de donatio.cauſa mortis, q ſunt
20 tex. ni fallor,ad hoc peculiares.Hinc etiam eſt,q; † verba ſonantia in conditionẽ,impropriatur ut importent ſolum modum

Digitized by Googl

dm ratione ſubiectæ materiæ: ut de hoc eſt tex. ſingularis iuncta gloſſ. in l. Mæuia, ff. de manumiſſis teſtament. Hinc etiam eſt, quod ſi relinquitur alicui vſusfructus domus causa habitandi, ſola habitatio relicta uidetur, & non vſusfructus, ratione adiuncti: textus eſt de hoc ſingularis in lege ſi habitatio. §. ſed ſi ſic relictus, ff. de uſuris & habita. & licet Ludouicus de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 61. ponderet dictum textum ad aliud propoſitum, tamen nihil facit: licet credam dictum ſuum verum ex ui verbi. Hinc etiã eſt, quod quis dicitur præſens uel abſens uarijs modis, ſecundum materiam ſubiectam, ut eſt gloſa notabilis in Authen. de fideiuſſo. in principio, collation. 1. quam ad hoc notat Panormitan. in c. de quarta, de præſcriptio. & habetur per gloſ. Angel. & doctor. in lege fina. C. de præſcript. longi tempor. & per gloſ. in lege præſens, ff. de procuratori. quo
21 recurre. Hinc etiam uidemus, † quod ſi ſimpliciter facta ſit inueſtitura feudi hoc tenore, ut filij & filiæ ſuccedant: hoc caſu tamẽ non ſuccedent filiæ maſculis extantibus: cũ hoc ſit de natura feudi, ut filiæ non admittatur maſculis extentibus: & ſic ratione ſubiectæ materiæ verba dictæ inueſtituræ capiunt aliam interpretationem, quam verba prima facie ſonare videntur: Ita notabiliter dicit Baldus in capitulo cæterum, in penultima columna de iudicijs: & eſt textu notabilis i capitulo primo, §. filia uero, & ibi id notat & val. de commẽdat Bald. de ſucceſſio. feudi: & pulcher tex. in §. quinimo, & ibi etiam Bal. Aluaro. id notant in titul. epiſcopum uel abbatem, in uſibus feudorum, quos text. etiam ad iſtud propoſitum notat & commendat Iacobinus in ſuo ſingulari libello feudorũ, in uerbo & fœminis, & Alex. de Im- in conſilio 29. primæ partis, incipiente, quoniam abundè, in penultim. col. & Alber. de Roſate poſt Dyn. in pulchra: & quotidiana q. in l. tres fratres, ff. de pactis & quod fortius eſt, iſtud procedit etiam, quando feudum ſemel radicatum fuit in perſonam filiæ, ut eſt textus in cap. 1. in titu. de eo qui ſibi uel hæredibus ſuis maſculis uel fœminis, ubi ponitur regula generalis, quod non patet locus fœminæ in ſucceſſione feudi, quamdiu maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de eo feudo inueſtituram accepit: & ibi pulchre de hoc habetur per Andream de Iſernia, Bald. Aluarot. Præ-

itized by Google

po.& alios: Quod procedit, etiam si masculus sit in remotiori gradu quam fęmina,habito respectu ad eum de cuius successione quæritur, etiam si fęmina sit filia defuncti: Ita singulariter decidit Calderinus in consilio suo xiii.in tit.de feudis, & post eum Bal.in cons.cxxxvii.in secunda parte, & Franciscinus in suo singulari libello feudorum parte tertia, in tit.de successi.feudi, limitatione xvi.licet Baldum corruptè alleget, & de Calderino mentionem non faciat: & probatui apertissimè in d.c.1.de eo q sibi vel hæredib.suis &c. Et ita pridem consului in ardua quæstione, & sic etiam iudicari vidi in magno consilio Cęsaris in simili quęstione nõminus ardua in feudo Zelandico,quod redemptioni subiacebat,aguato remotioris gradus & sorore defuncti inuicem contendentibus de prælatione:quod commenda memorię, quia est quotidianum & valde singulare, & quilibet prima facie dicere contrarium. Hinc etiam est,quòd si res concedatur alicui & hæredibus suis in feudum,intelligitur de liberis seu descendentibus hæredibus, & nõ de extraneis hæredibus:quia hoc est de natura feudi.Et ergo si vasallus talis decedat sine liberis seu descendentibus, relictis agnatis, feudum reuertitur ad dominũ, & non deuoluitur ad agnatos:Ita dicit gl.valde notabilis in l.ex facto.§.fi. & ibi Dyn. Bar.Pau.de Cast.Ale.& docto ff.ad Trebel.& gl.Bar. & doctor.in l.etiam,in princi.ff.soluto matrimonio, & plene per Bart.& docto.in l.gallus,§.etiam si parente, ff.de liberis & posthum. & vult Bald. in d.l.finali, in vi.oppositione, C. de hæredi.instituend.& idem Bal.in l.1.in xlviii.q.ff.de rerum diuisione,& idem Bald.in l.iurisgentium, §.pactorum,ff.de pactis:pro quo est bonus text.in cap.1 §. & si clientulus, in titu.de alien.feudi,& in d.ca.fin.si de feu.fue.controuer.in vsibus feudorum. Et ista est communis opinio secundum Alexand.in d.l.ex facto,§.final.& est ipsa veritas, quicquid dicat Cyn.in l.liberti libertæque, C.de oper.libertor.quod memori teneas merite. Hinc etiam est, quòd appellatione
22 † filij ratione subiectæ materiæ in feudis veniunt omnes descendentes masculi in recta linea masculina a primo acquirente feudum, quando feudum concessum & receptum est pro se & filiis suis: Ita singulariter decidit Iacobinus in d.suo singulari libello feudorum, in illis verbis, præsentes & re-

Digitized Google

& recipientes pro ſe & eorum filiis:per gloſ.notabilem in d. c. 1.§.& ſi clientulus,in verbo ad dominum, ibi,ſed tu inſtabis,& ibi Bal.quod commenda memoriæ, quia eſt ſingulare,& quilibet prima facie diceret contrarium, propter l.liberorum,cum ibi notatis per Bar ff.de verbor.ſignif. vbi habetur, quòd appellatione filiorum in contractibus non veniunt nepotes, & debet fieri interpretatio contra eum qui potuit legẽ apertius dicere,l.veteribus, ff de pactis:ſed hoc non obſtat,vt videre poteris per Iacobinũ ibi ſupra: de hoc tamen vide latius per Franciſcinum in d.ſuo ſingulari libello feudorum parte 2.in verſ. circa hanc materiam acquiſitionis feudi &c.& in pluribus colum.ſeq. vbi pleniſſime de hoc reperies: & tetigi ſupra in loco a feudo ad emphyteu-
23 ſim.Hinc etiam eſt, quod propter † naturam rei citò perituræ ſtatuitur breuius tempus ad decidendũ cauſam, adeò & in tantum, quòd lis de rebus breuiſſimo tempore corruptibilibus expediri debet adeò celeriter, ꝙ euitetur rerum corruptio.Ita ſingulariter dicit Bar.in l.1. ff.de glande legẽda,& hoc dictum refert & ſequitur Felyn.in capit. circa finem de iudicijs: & ſi ob aliquam cauſam lis exiſtens ſuper rebus aliquo modo interituris,vel mora deterioribus futuris, terminari non poſſit: debet huiuſmodi res vendi & precium ad vtilitatem ius habentis deponi: vt eſt tex. ſingularis in l.fin.& ibi notatur per Bartolum & doctores, ff.de requiren.reis:quod tene menti, quia eſt quotidianum. Hinc etiam eſt, quòd ſi forma mandati ſit per uerba communia, verbi gratia,mando tibi quòd geras negocia mea, vel quòd contrahas pro me † talis poterit gerere actum tanquam procurator uel tanquam nuncius, prout ſibi uidebitur in his quæ poſſunt utroque modo geri: ſecus autem ſi non poſſunt geri utroque modo, quia tunc uidetur ei mandatum ut gerat prout negotii natura & materia ſubiecta deſiderat: Ita ſingulariter decidunt Bald. & Salycet in l.multum intereſt, C. ſi quis alteri uel ſibi, ubi de hoc reperies plura pulchra & quotidiana exempla. Hinc etiam eſt,
24 † quòd uſus ſiluæ legato, uſusfructus cenſetur legatus: quia niſi liceret legatario cædere ſiluam & uendere, & legatum eſſet inutile: text. eſt notabilis in l.diuus, ff. de uſu & habita. patet ergo uerbum uſus impropriari ratione

ſubiectæ materiæ,quod nota.Hinc etiam eſt,quod licet lex vel ſtatutum requirat plenam probationem,tamen ſi ſecundum ſubiectam materiam plena probatio a communiter accidentibus fieri non poſſit, tunc valebit probatio talis qualis fieri poteſt,a communiter accidentibus in ſimilibus rebus:& poteſt poni exemplum in adulterio & filiatione,quę plene probari non poſſunt,cap.præterea, de teſtibus,& leg. Lucius Titius iuncta gloſ.ff. de condit.& demonſtrat.cum ſimilibus.Ita ſingulariter dicit Hippolyt.de Marſilijs in repetitione rubricæ,C.de probat.in quarto folio & ſequenti: & ante eum hoc voluit Paulus de Caſtro in conſi.ſuo 175. incipiente. ſuper primo , in vltimo dubio in antiquis, & Alexand.de Imola , in conſil. ſuo 51.incipiente , viſo & diſcuſſo,in primo volumine,quod tenę menti, quia quotidie occurrit. Hinc etiam eſt, quod licet dictio † alius , alia, aliud, ex ſuo proprio ſignificato implicet ſimilia:vt eſt glo. notabilis in lege ſi fugitiui,& ibi Salyc.& doc, C. de ſeruis fugitiuis: tamen hoc fallit vbi ratio ſubiectæ materiæ aliud inducit,vt in euangelio , & ſuſpenſi ſunt alij duo latrones cum eo:de quo per gloſ.Ant.de Butrio,Ioan.de Imo.Pan. Fel.& doc.in c ſedes,de reſcriptis,& per glo.in Aut.de mãda.prin.in princ.colla.3.& ſæpe alibi.Hinc etiam eſt,q; aduerbium euidentiſſime, poſitum in aliqua diſpoſitione diuerſimode intelligitur ſecundum ſubiectam materiam: Ita notabiliter dicit Bar.in d.l.ſi conſtante,in 3.column.quem omnino uide.Hinc etiam eſt,q; interdictum ciuitatis,ne vi leſcat cenſura eccleſiaſtica,includit ſuburbia, & continentia ædificia,quæ aliàs ſub verbo ciuitatis non comprehendũtur:vt eſt tex.ſingularis in c.ſi ciuitas,& ibi Per.de Anc. & omnes notant,de ſenten.excommunicat.lib.6. Hinc etiã eſt,q; ſi feudũ concedatur generi,vel illis de aliquod genere,verbum genus ratione ſubiectæ materiæ reſtringetur ad genus paternum:Ita ſingulariter dicit Franciſcin. in d.ſuo ſingulari libello feudorum parte 3.in verſ.26. quæro,dicẽs idem eſſe ſi feudum poſteris concedatur , vt ibi per eum, pro quo eſt bonus tex.in l.1. in fin.cum ibi not. per gloſ.ff. de iure immunita.& ſentit Andreas de Iſernia in d.c.1.de ſucceſſio.feudi,& apertiſſime hoc decidit Præpo.in d.ca.1. §.hoc quoque,in 5.volum.quod notã,quia poteſt frequenter

euentu : cui reſtitum fuit in faciem, quia reprehenſibilis erat, per recolendæ memoriæ dominum Arnoldum de Be Ka præceptorem meum, per textum in capitulo ſolet, in fi. iuncta gloſ. de ſentent. excommunic. libro ſexto, & capitu. licet eodem titulo, & libro, & per textum in capitu. ad præſentiam in cap. dilecti, & in cap. paſtoralis, §. verum. cum vtrobique notatis, de appellatio. vt videri poteſt ĩ quodam libello ſuo de ſuper confecto, de qua materia habetur pleniſſimè per Panormita. in conſilio ſuo 33. primi voluminis, & per eundem Panormitanum in elegãti ſua diſputatione incipiente Gandolphus, in tertio dubio, & per Ioãnem Andream in regula cum ſunt partium iura obſcura, de regulis iuris libro vi. in Mercurialibus, & per Philippum in dicto capitulo paſtoralis. §. verum, qui etiam in hac materia & ſimilibus tradit ſingularem doctrinam in ca. conſtitutis, in ſecunda colum. eodem titulo, de appel. quem omnino vide. & ita etiam practicari vidi in oppido Delphenſi comitatus Hollandiæ contra epiſcopum Traiectenſem, qui poſt appellationem ex rationabilibus cauſis interpoſitam, poſuit in dicto oppido interdum, qui ſuccubuit in vrbe per tres
8 ſententias conformes : quod tene menti. Hinc † etiam eſt, quod ſi ſint duo electi ad eꝑatũ, quorũ vnus eſt theologus, & alter canoniſta: data paritate in cæteris, & hæreſi nõ pullulante in illo eꝑatu vel vicino, ꝓferendus eſt canoniſta: Ita notabiliter dicunt Hoſt. Io. Andr. Panor. & doctores in cap. 1. de conſanguinit. & affini. qui textus ſecundum Hoſtienſem, & Ioannem Andream ibidem expreſſe probat, quòd eccleſia Dei non poſſet regi per puram & ſolam theologiã, licèt aliqui theologi contrarium temerariè aſſerere non vereantur, & malè, vt ibi per eos. Et quòd canoniſta cæteris paribus præferatur theologo in promotione ad dignitatem eccleſiaſticam, tenet etiam Felinus in capitulo clerici, de iudiciis. de hoc tamen articulo, an ad theologum, an ad canoniſtam ſpectet cognitionem de materijs originem trahentibus a iure diuino, vide latiſſimè per uenerabilem ſacræ theologiæ profeſſorem Conradum de ſommenhart in ſuo opere ſeptipartito de cõtractibus in q. 49. & in prologo ſuo in 6. 7. 8. & 9. columna, & per Felyn. in dicto capitu. ne innitaris, circa finem. Et tantum de ſcripturis approbatis

9 à Summo Pontifice vel Imperatore. Nunc † videndum erit de non approbatis per Summum Pontificem vel Imperatorem, nec etiam reprobatis: Et iſtę ſunt duplicis generis. quædam enim ſunt ſcripturæ, enunciatiue, narratiuæ, vel recitatiuæ geſtorum, vt ſunt libri hiſtoriales, chronicę, & ſimiles: & talibus ſi a noſtris maioribus creditum videmus, nos etiam credere debemus, ſicut alijs ſcripturis antiquis: de quo plenè per Panormitan. Felinum, & alios canoniſtas in capitulo cum cauſam, de probatio. & per Bartol. & docto. in dict. leg. 1. ff. ſi certum petat. & faciunt notata per Io. Andr. in capit. 1. de renuncia. libro 6. & notata per eundem in regula non eſt ſine culpa, de regu. iur. libro 6. in Mercurialibus, & notata per Felin. in cap. 2. de reſcrip. & eſt bona gloſſ. in capitu. cum olim, de cenſibus, & bona gloſſ in l. 1. & ibi Ioann. de Platea notat, C. de fundis limitrophis lib. 11. & gl in rubrica de regu. iuris libro 6. Quædam autem ſunt ſcripturæ, quæ procedunt diſponendo & determinando, non autem enunciabo ſolum, & in his aduertendum & conſiderādum eſt, quid ſeruat ſtudia ſeu vniuerſitates, in quibus ſunt plurimi periti. quædam enim ſcripturæ tanquam authenticæ reputantur in ſtudiis, vt decretum, vſus feudorum, dicta Hippocratis, Ariſtotelis, & ſimilia: & iſtis eſt ſtādum, & ſic argumentum ab auctoritate talium ſcripturarū eſt probabile & neceſſarium, ſecundum Bar. & doct. in d l. 1. ff. ſi cer. pet. & Ang. in §. cunque, in proœmio Inſtitutionum, & Panor. Feli. & alios in d. c. 2. de reſcr. & Bal. Aluarotum, Iaſonem, & alios in prælud ijs feudorum: & plenè per Franciſcinum in ſuo ſingulari libello feudorum parte 1. q. 1. Pro quo etiam facit d. l. ſeptimo menſe, vbi Paulus iuriſconſultus pro confirmatione ſuæ opinionis allegat auctoritatem doctiſſimi viri Hippocratis, facit etiam d. l. ſi pater, vbi Iulianus iuriſconſultus pro ſua opinione aſtruenda allegat auctoritatem Ariſtotelis: quod ego intelligo uerum, quando illæ auctoritates ſunt approbatæ per legem vel canonem, vel ſaltem non habemus legem in contrarium. Si enim lex ſit in contrarium, tunc non eſt ſtandum talib. auctoritatibus vel ſcripturis: quia maior eſt auctoritas legis: vt patet in l. in tantum, § fi. cum l. ſeq. ff. de rerum diuiſio. & quod fortius eſt id etiam patet in auctoritate Pauli ad

Roma-

by Google

Romanos 7.& ad Galatas 4.ſi filius ergo hæres quia illa auctoritas Pauli non procedit,ſi filius ſe non immiſcuit hæreditati paternæ. Vndè intentio creditorum non eſt fundata contra filium,niſi probent filium hereditati patris ſe immiſcuiſſe,l.1.cum ibi notatis per glo.& doct.C.ſi vt ab hæred. ſe abſti.& l.neceſſarijs,& ibi glo.& Barto. ff. de acquir.hæredi.& notat Panorm. in cap.quod nobis, qui filij ſunt legi.quod nota. Quædam autem ſunt ſcripturæ, quæ ab vniuerſitatibus & ſtudiis generalibus non approbantur niſi iuuantur ratione,vt ſunt dicta gloſſarum,Bart.Bal.Lyrani,& aliorum doctorum : & iſtæ dicuntur magiſtrales probationes , non autem neceſſariæ . Et ergo eis non eſt ſtandum , niſi quatenus ratione iuuentur.Vnde ſi ratio neceſſariò cõcludens,ũel textus ſit in contrarium, non eſt illis ſtandum: & ſic argumentum ab auctoritate talium ſcripturarum eſt
10 dumtaxat probabile,vt ſupra dixi:Ex† quo ſequitur,quòd argumentum ab auctoritate deciſionum Rotæ , Capellæ , vel Delphinatus,ſolum eſt probabile: quia tales deciſiones non habent vim legis.Ita ſingulariter dicit Dom. in c.duobus,& ſequitur ibi Philip.Francus de reſcrip.lib.6. & idem Domi.in c.neque,9.diſt.& ſequitur Fel.in d.c.2.de reſcr.&
11 Iaſon in d.l.1.ff.ſi cer.pet.de † regulis autem Cancellariæ apoſtolicæ,an ſint conſtitutiones generales, & ligent exiſtẽtes extra curiam,ſunt opiniones: nam Petrus de Anchar.in conſilio ſuo 297.incipiente efficacibus,& Cardin.in conſil. ſuo 99.incipiẽte redẽptoris,&c.dico quòd acceptatio, &c. tenent,quòd non:Sed Feli.in d.c.2.tenet contrarium,& ſic ſub iudice lis eſt. Patet ergo, quòd propter rationes magis prægnantes licitum eſt recedere ab opinione gloſſæ. vel alterius doctoris quantumcunq; famati,& etiam a deciſionibus Rotæ,Capellæ,Delphinatus, per d.l.Labeo, §.ſed & ſi. Hinc dicit Archi.in c.nolite timere 11.q.3. quod quicun-
12 que,licet † magno doctori nõ tenemur credere,niſi probet opinionem ſuam per authenticam ſcripturam: per illum tex.& per tex.ſingularem Auguſtini in d.ca.ego ſolis. Hinc etiam dicit Car.in conſ.ſuo 77.incipiente frater vnice, &c. quòd nulli voluit vnquam in opinionibus cedere , niſi vrgente ratione: & hoc dictum refert & ſequitur Felyn.in d. capitu.1. in fine de conſtitution. quod nota: & vide quod

dixi ſupra in loco a lege ceſſante, & in loco a ceſſatione rationis. Dicit tamen Iacobus Butrigar. valde ſingulariter in l.1.C.qui pro ſua iuriſdictio.q; in iudicando non eſt recedendum ab opinione gloſſæ,quando habet vnum famatum doctorem poſt ſe:Sed hoc dictum impugnat Panor. in c.ca-
13 pellanus,de ferijs,hac ratione:quia etiam a †communi opinione poteſt iudex recedere in iudicando, quando talis cõmunis opinio eſt euidenter falſa , vel quando conuinci poteſt euidentibus rationibus:vt vult Ioan.Andr.& poſt eum Bal.Fel.& communiter doc.in d.c.1.de conſtit.Et probatur in d.c.capellanus, & in l.1.ibi ſed neq; ex multitudine auctorum,&c.C.de veteri iure enucle. de quo tex. facit feſtũ ipſe Panor.in d.c.capellanus,reputans eum ſingularem:ſed ego ad idem propoſitum allego duos alios textus, qui non conſueuerunt ad hoc allegari:Vnus eſt in ca.vnico,de ſum. Tri.& fi.catho.lib.6.ibi,incommutabilis & uera ſententia , quaſi innuat , quòd non eſt ſatis , opinionem aliquam eſſe cõmunem,niſi etiam ſit vera:& hoc ſentit ibi Domi. Alius tex.eſt in cle.vnica,in fine,eod.titu.ibi,probabiliorem & dictis ſanctorum ad doctorum modernorum theologiæ magis conſonam & concordem,&c. & facit illud vulgatum dictum Senecæ , non remoueat dicentis auctoritas, ſed quid dicatur attende:pro quo eſt bonus text.in d.ca.ego ſolis,& ibi Domin. Verum tamen eſt,q;in dubio in iudicando non eſt recedendum ab opinione gloſæ,quæ eſt maximæ auctoritatis:vt dixi ſupra in loco a cõtrario ſenſu circa finem.nec
14 ab opinione communi, quia † communis opinio habet vim conſuetudinis, ſecundum Bald.in d.c.ne innitaris, & iudicans ſecundum communem opinionem etiam falſam , non facit litem ſuam,& excuſatur in iudicatu, vt dicit Panorm. poſt alios in d.c.1.de poſtula.prælato.& ſequitur Fely.in d.ca.1.in fine de conſt.de hoc tamen vide omnino Zaſium in ſcholiis ſuis ſuper l.2.ff.de orig.iur.colum.67.& colum.69.
15 vbi accuratiſſimè hunc articulum examinat.Quando †autem gl. ponit plures opiniones & nullam expreſſè eligit, vel approbat:tunc videtur tranſire cũ vltima,& illa dicitur ſua opinio:Ita vult gl.notabilis in l.qui filiũ, circa fi. ff.ad Treb. & idem dicendum eſt de opinionibus Innocentii , vt quando ponit diuerſas vel contrarias opiniones , prout ſæpe facit,

facit,vltima dicatur esse sua:Ita notabiliter dicit Host.in c. 1.de pęnis.lib.6.& sequitur Io.An.in c.1.de senten.excom. eo.li.in nouella,& pariformiter qñ in aliqua l.per aliquẽ iurisconsultum recitantur diuersę opiniones,& nulla expresse eligitur per iurisconsultum, videtur iurisconsultus transire cum vltima:Ita dicit Bar.in l.bona fides.ff.depositi, & volũt Baldus & Ang.in l.si idem cum eodem.§.fin. per illum tex. ff.de iurisd.omnium iudic.Hoc tamen limita tribus modis, vt ibi pulchrè habetur per Iasonem, ad quem breuitatis gratia remisisse sufficiat. Si autem iurisconsultus non recitat opiniones, nec arguit ad partes, sed simpliciter mouet quæstionem & aliter non decidit; tunc si firmat quæstionem affirmatiuè, & præsumitur decidere affirmatiuè: si autem formauit quæstionem negatiue, tunc presumitur decidere negatiuè: ita notabiliter dicit Iason post alios in leg.cum fundus.§.seruum tuum imprudens.ff. si certum petatur,per plures textus hoc bene probantes: quod nota.

16 Vbi autem non est reperire † communem opinionem, sed tot sunt opiniones pro vna parte,quot pro alia: quæ opinio tunc debeat eligi,vide per Cyn.& legistas in l.cum de nouo,C.de legibus, & per Lambertum de Ramponibus in l. non possunt.ff.eod.titul.& per Panormi. & canonistas in d. c.1.de constitu.& per Matthæum Matesselanum in notabili tractatu suo de electione opinionum, ad quos remisisse sufficiat, & hoc casu iudex eligendo vnam opinionem etiã minus veram, dummodo sint rationes prægnantes & apparentes pro ea,& dummodo credat eam veram, non facit litem suam:quia nõ peccat, ex quo processus est multum dubius: Ita notabiliter dicit Bald.in d.capit. ne innitaris, & idem vult Angelus post alios in l.dos a patre,C. soluto matrimonio,& faciunt notata per glosam Institut. de obligat. quæ ex quasi malefi.nascuntur, in principio, Quid autem sit faciendum,si iurisconsulti inter se reperiantur discrepare, vide singularem decisionem Theodosii & Valentiani augustorum in titul. de responsis prudentum. Ad vnum tamen aduerte, & hoc pro regula tene in omnibus quæstionibus occurrentibus, quod si reperias diuersas opiniones doctorum, potius adhæreas opinionibus antiquarum, quam modernorum:nisi reperias textum expressum in contrariũ.

Ita

Speculator in proœmio ſui ſpeculi, quod ipſe Innocen. eſt pater iuris. & verè fuit pater, quia ipſe pauit nos duplici pabulo, ſcilicet ſolenni apparatu vt magiſter, & conſtitutionibus fecit ut pontifex, quas nunc habemus in ſexto: Ita notabiliter dicit Io. An. in addit. ad Spec. in rubrica ne ſede uacante, & ibi latius per eum, & per Fely. in d. cap. ſecundo, de reſcrip. & per Iaſonem in d. l 1. ff. ſi cer. peta. Et ſic argumentũ ab auctoritate Innocentij IIII. aliquando eſt probabile & neceſſarium, quando ſcilicet ſit ex conſtitutionibus per eum tempore ſui Pontificatus æditis publicatis, & receptis: Aliquando autem eſt probabile tantum, puta quando ſit ex commentariis ſuis æditis ſuper volumine decretalium, & ſuper aliis conſtitutionibus per eum & alios æditis, quæ hodie habẽtur in ſexto: & ſi de eo plura uidere uo lucris, uide Platinam & alios in uita eius, & ea quæ habentur & notantur in cap. ad apoſtolicæ, de re iudica. libro 6. fuit enim mirabilis artifex, vt illic comperies. Secundo occurrit Hoſtienſis, de quo dicit Specul. in dict. proœmio ſui ſpeculi, quod ipſe fuit lumen iuris: & verè fuit maximus & profundiſſimus canoniſta. Tertio occurrit Ioan. Andr. de quo dicit Card. in proœmio Clementinarum, quod ipſe ſolus plus illuminauit ius canonicum, quam omnes alii doctores ſimul in centum annis, & Panormitan. in ca. de quarta, de præſcrip. dicit de eo, quod quando ipſe voluit apponere ſtudium ad decidendum, cæteris ſcribentibus ſilentium impoſiuit: de eo etiam dicit Panorm in c. ex parte Adæ, de teſtibus, quod ipſe longè melius aliis ſolitus eſt compendiose & eleganter ſummare textum, adeo quod communiter docto. ſequentes ſoleant cum ipſius ſummariis tranſire magni autem artificis eſt totum cõprehendere ſub exiguo, vt dicit Seneca in epiſtola 53. ad Lucilium circa finem, & ei in legatione venienti ad vrbem furte dixiſſe ſummus Põtifex, bene venerit qui lux mundi cognominatus eſt, vt refert Anton. de Prato veteri in princip. ſui libri qui repertorium Bartoli intitulatur. Bal. in prin. lecturæ feudorum uocat eum uerificæ ſcientiæ iuris canonici patrem, & idem Bal. in præludiis feudorum in prima diuiſione mentionem faciens de nouella Io. And. dicit, quod eſt opus nobiliſſimũ & omni laude dignum: & Iaſ. in l. 1. in 2. lectura, C. de ſum

ma

ma trini. & fid. catho. vocat eum principem canoniſtarum: & idem Iaſ. in l.ſancimus.C.de teſta.dicit de eo, quod ipſe fuit vtriuſque iuris fon⁹ & tuba: nec mirum, quia ipſe in decimo anno incepit ſtudere canones, vt ipſemet refert in c.cum apud de ſponſalibus, & tempore quo confecit additiones ad ſpeculum,ſtuduit 50. annis, vt ipſemet refert in additio.ad ſpecu.in titu.de ſalariis.§. ſequitur, in princip. Quarto occurrit Guido de Baſio, vulgo Archidiaconus cognominatus,præceptor Io.And. qui eleganter & magiſtraliter ſcripſit ſuper decreto & ſexto,de quo dicit Felyn.in d.c.primo de conſtitut.in fine, quod opimo Archidiaconi ſuper ſexto etiam ſingularis præfertur opinioni communi, & allegat quandam deciſionem Rotæ.hunc etiam multum cõmendat Ioan.And.in gloſa ſua 1.ſuper ſexto. Quinto occurrit Bartolus,de quo dicit Panorm.in c.cum uobis, de præſcriptio. quod ipſe omnium iudicio cunctos ſcribentes in æquitate & veritate præceſſit: & de eo dicit Io.Baptiſta in aurea ſua repetitione l. omnes populi.ff. de iuſtitia & iure, quod in ipſo fuit admirabilis prudentia vltra aliam legum peritiam,& quod ingenio eius nullum numen abfuit: & de eo dicit Iaſon in dicta lege prima, C. de ſumma trinita. & fide catho. quod ipſe Barto.fuit princeps legiſtarum:de eo etiam dicit Bald.in capitulo primo, de ſucceſſio. in feudi, vſibus feudorum, quod ipſe fuit homo ſubtilis & doctor ſuus,tenens ſemper opiniones multum placentes laicis: & hoc fecit opinionibus ſuis multum honoris, ſecundum eũ & idem Bald.in l.1.10.colum.C.qui accuſ. non poſſ. dicit, quod ipſe Bartolus fuit homo multum inhærens practicæ, & q; fuit aſſeſſor primo Tuderti. & poſtea Piſis, & idẽ tandem legere cœpit,& deinde venit ad ciuitatem Peruſii,vn dẽ legendo optimus factus eſt, ſecundum eum: & de eo dicit Iaſon in l.precibus,C.de impuber. & aliis ſubſtitution⁹. & Franciſcus de Aretio conſ.155. quod ipſe fuit pater iuris:de eo etiam dicit Ludouic.de Roma in conſi.ſuo 479.incipiente,quoad primum propoſitæ conſultationis articulũ, quod in Bartol.ſemper eſſe ſolet ſubſtantia ueritatis:& ergo in conſulendo dicit ab eius opinione non eſſe recedẽdum: & idem dicit Iaſon in lege illud, C. de collatio. de eo etiam dicit Barbatia in capit.Raynutius, in 123.colum.

de te-

de teſtamentis,quod ipſe fuit luminare iuris ciuilis ardentiſſimum:de eo etiam dicit Angelus in conſilio 401. quod ipſe fuit iuris ciuilis ſpeculum & lucerna, ac dominus & præceptor ſuus:nec mirum, quia ipſe citò incepit. nam in 17.anno publice de iure diſputauit,vt refert Angelus in lege prima,§.pueritiam,ff.de poſtulando & vt ipſemet Bartolus refert in lege quidam cum filium, ff. de verborum obligationibus, ipſe incepit ſtudere leges ſub Cyno de Piſtorio, in 13. anno, & in vigeſimo, anno publicè repetijt & diſputaui,& in xxi.anno gradam doctoratus adeptus eſt:& ex uerbis eius ibidem ſatis colligitur,quod ipſe fuit expoſitus,& per quendam fratrem Petrum recollectus,educatus & inſtructus de eo etiam plura dicit Antonius de prato veteri loco prædicto.Sexto occurrit Baldus,de quo dicit Ludouicus de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 377. incipiente,ſcires tu,quod ipſe omnia ſciuit & nihil ignorauit. & idem de eo dicit Iaſon in dicta lege prima,C.de ſumma trinita.& fide catho.& idem Iaſon in §. ſed iſte, Inſtitu. de actio.dicit,quod Baldus nihil intactum reliquit. fuit enim valde ſubtilis, & propter nimiam excellentiam & ſubtilitatem ingenij ſæpæ varius, non autem malitiosè, vt refert Paulus de Caſt.in leg.de ætate,C.de in integ. reſtitutio.& iſte Bald.etiam cito incepit,quia in 15.anno repetijt lege centum Capuæ.ff.de eo quod certo loco,vt refert Angel.in dicta lege prima,§.pueritiam, & legit ferè 50 annis, vt ipſe teſtatur de ſeipſo in præludijs feudorum,& in c. 1. in fine,de iureiuran. & habuit duos fratres etiam vtriuſque iuris doctores, ſcilicet Petrum & Angelum vt refert Angelus in lege ſecũda,ff.de origine iuris:& de iſto Baldo dicit Paul.de Caſt.in l.aduerſus,in fine,C.ſi aduer.rem iudica.quod ipſe fuit ſubtilior Bartol.ſed Bartol.ſemper magis inſecutus eſt veritatem,ſecundum eum.Dignus etiam memoria Angelus de Peruſio frater Baldi optimus doctor qui incepit aduocare in vigeſimo,anno, & aſſumpſit doctoratum & ſepit legere in 24. anno. vt ipſemet refert in d.l. 1.§.pueritiam. Nec omittendus Paulus de Caſtro clariſſimus & optimus legum doctor,& ut ait Iaſon in § præterea quaſdam,Inſtitu,de actionibus, & ſæpe alibi, & excellentiſſimus inter modernos. Occurrit etiam Nicolaus de

Nea-

Neapoli ſublimis ſcientiæ doctor & textualis maximus, quem ſic extollit Ludo.de Roma in repetitione Authen. ſi militer,in quarto ſpeciali piæ cauſæ circa vltima voluntates,C.ad leg.Falcid.& Iaſon Inſtitu. de actio. in principio. Item Ioannes de Imola,quem poſteriores doctorem veritatis appellant,qui ſemper eontractu ſuſtinere gloſ.& Barto. de quo dicit Iaſon in d.l.1.C.de ſumma trinitate & fide catholica in 2.lectura,quod ipſe eſt eximius vltra omnes modernos,& non poſſent ſufficienter eius laudes ex primi.Occurrit etiam Alexãder de Imola, qui fuit laborioſiſſimus & aureus doctor, vt dicit Iaſon in dicta lege prima,C. de ſumma trinitate & fide catholica,& vberrimus fons iuris, vt dicit Præpoſitus in præludijs feudorum in finalibus verbis: ex cuius dictis & ſcriptis ferme omnia ſumpta ſunt,quæ reperiuntur collecta per Barbatiam in iure canonico per Iaſonem in iure ciuili,& per Bertachinum in repertorio. Neque prætermittendi ſunt Anto.de But. Franciſcus Zabarella cognomento Cardinalis,Pet.de Ancho.& Nicolaus Siculus cognomento Abbas vel Panor.illuſtres iuris pontificij elucidatores.Neque etiam Odofredus clarus doctor & gloſatorum nec non antiquorum doctorum fidelis relator & explanator.Occurrit etiam Henricus Boicꝰ ſummus & celeberimus iuris,pontificij doctor,quem multum commendat Felynus in c.cum quidam, de iureiurand. meo iudicio obuijs,vt aiunt,vulnis amplexandus. Nec non Gandinus maximus practicus,maximæ in materia maleficiorum,vt attestatur Pau.de Caſt.in conſilio 197.incipiente, viſa inquiſitione.in antiquis,& Ioan. And.in additionibus ad ſpeculum in titu.de procurato.§.1.in additione quæ incipit, per hoc videtur.Occurrit etiam Guillermus Durandi cognomento Speculator,maximus practicus: de cuius laude uide Ioan.Andrea.in additionibus ad ſpeculum in titu.de offic. omnium iudicum,in §.fina.circa principium,fuit enim ipſe Speculator auditor Rotæ in ſuo 34.anno,ut ipſemet refert in ſuo ſpeculo in titu. de appellatio. in §. nunc breuiter, in verſi.ita iuſta cauſa eſt: & hinc Paulus de Caſtro de eo mẽtionem faciens in lege properandum,in principio.C.de iudicijs,dicit ipſum fuiſſe mirabilem,qui in tam pauco tempore factus eſt tam excellens,& de eo dicit Iaſon in §.item

ſi quis in fraudem,& in §.actionum.inſtitu.de actionibus, quod ipſe eſt pater practicæ.Commemorandus etiam Oldradus de Laude aduocatus conſiſtorialis & maximus practicus,a quo plura habuit Ioannes Andr. maxime in additionibus ad ſpeculum, licet de eo frequenter mentionem non faciat:cui cauſam quãdam acriter oranti Pontifex maximus dixiſſet fertur,ſile calumniator,ut refert Paulus de Caſtro in lege verbum,C.ex quibus cauſis infamia irrogatur,& eum ex diſplicentia deceſſiſſe quidam alij atteſtantur.Occurrit etiam Albericus de Roſate maximus practicus & fideliſſimus conſeruator antiquitatis:vt refert Iaſon in lege prima,§.primo,ff.ſi quis ius dicenti non obtemp.ſi non omnibus præferendus,meo iudicio tamen nemini poſt ponendus.Item Lambertus de Ramponibus reſolutiſſimus doctor,quem multum commendat Ioannes Andreas in capitulo ſi pater,de teſtamen.libro ſexto in notella, aſſerens eum fuiſſe profundæ ſcientiæ doctorem: de quo etiam meminit Cyn.in lege fina.C.de uſufructu , dicens eum fuiſſe doctorem ſuum.Occurrit etiam Cynus de Piſtorio præceptor Bartolꝰ,ut ſupra dixi,ſubtilis & clarus doctor, qui vulgo ſequela Petri appellatur.Nec non Franciſcus de Aretio qui vulgo ſubtiliſtatum princeps appellatur.Item Ioann. Fabri ſolennis doctor,atteſtante Socyno in l. ſi quis ita, ff. de rebus dubijs,cuius fuit egregium,& mirabile ingenium,ſecundum Iaſonem in §.æque,& in §.item ſi quis poſtulante.Inſti.de actionibus,& eius ſæpe meminit Ioãnes de Im. in repetitione capit. cum contingat,de iureiurando. Item Matthæus Mateſſelanus egregius & ſummæ ſubtilitatis doctor,atteſtãte Iaſone inſtitu.de actionibus,in principio.Occurrit etiam & non contemnendus doctor Ang.de Are.Benedictus de Plumbino,Philippus Corneus, Et Socynus, illuſtres & clari legum doctores.Item Felynus & Iaſon, celeberrimi,clari,& aurei doctores.Occurrit etiam ex vetuſtioribus Azo,quem Bald.in l.contractus,C.de fide inſtrumentorum,appellat fontem legum,& vas electionis,quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, iucunda,a ſcriptu ac recitatione digna,& uide quod dixi ſupra in loco a lege ceſſante.

1 *Argumentum à partium enumeratione bene formatum, est necessarium, & optimum in iure. 2.*
3 *Argumentum à partium enumeratione non procedit, si in enumeratione aliquid omittitur.*
4 *Argumentum ab enumeratione in quibus procedat.*

LOCVS A PARTIVM

enumeratione.

NVNC subnectemus locum a partium enumeratione, qui per aliquos vocatur a diuisione, & per alios ab inductione, a quo sumptũ
1 † argumentum est frequens, validum, & necessarium, quando bene formatur enumeratis singulis partibus: text. est notabilis in lege patre furioso, & ibi Bartol. Bald. Ange. & doctor. notant, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, & bonus tex. in l. ex malefcijs, §. hæres; & in lege obligationum ferre. §. placet. ff. de actionibus, & obligationibus & bonus tex. in capitu. secundo post mediũ, de summa trinitate & fide catholic. & bonus textus in capitulo cum dilectus, & ibi Panormitanus notat, de iure patrona. & bonus textus, in capitulo si uir, de cogna. spiritua. & in capitulo quo iure, & ibi Dominicus notat 8. distinct. & in capitulo per tuas, de senten. excommunication. & in capitulo quanto, circa medium, de iureiurando, & tex. iuncta glo. institu. de obligationibus quæ ex quasi contractu nascũtur, in principio & quasi per totum, & text. pulcher iuncta glo. Instit. de obligationibus quæ ex quasi malefic. nascuntur, & ibi Ang. de Aretio dicit, quod † argementatio a par-
2 tiũ enumeratione est optima in iure, & eius meminit Bal. in lege conuenticulam, C. de episcopis & clericis, & Iason in lege cum quid in principio, in prima lectura. ff. si cer. pe. & idem Iason in §. omnium, in §. equè, in §. sed ille, & in §. rursus, instit. de actio. & idem Iason in lege filium quem habentem, C. fami. herciſc. & Ioan. Andr. in regula sine culpa, & in regula non est obligatoriũ, & in regula peccatum, & in regula qui tacet, & in regula quod semel, & in regula quod

alicui

Digitized by Google

alicui gratioſe conceditur,de reg.iu.lib.ſexto in Mercurialibus. Eius etiam meminit glo.in lege alias autem,ff.de iureiu.& Barto.in l.iuſiurandum quod ex conuentione §.procurator,ſub quo legit dicta lege alias autem,illo eodem ti. & idem Barto.in lege qui vſumfructum,ff.de verbo. oblig. & hoc argumento a partium enumeratione vtitur doctor irrefragabilis Ieſus Chriſtus ſaluator noſter Matthæi 12. poſt medium,ibi,aut facite arborem bonam &c.& idem ſaluator noſter Ioan. 16.ibi,Si male locutus ſum &c. Item gl. Bar.Alber.Salyce.& doctores in Auth.ex cauſa,C. de liberis præte.& glo.in §.aliud quoque capitulum, in Authé.vt cum de appella.cognoſca.collatio.8.glo.in l.ſi quis pro eo, & ibi Bar.& Pau.de Caſt.notant.ff.de fideiuſſoribus,& Io. Andr.in additionibus ad ſpeculum in tit.de teſte. §.1.verſ. ſed pone egi contra te ad decem,& Pau.de Caſtro in lege ſiue apud acta,C.de tranſact.& Alb. de Roſate in pulchra & quotidiana quæſtione in prima parte ſtatutorum q.86. & Petr.de Ancho.in conſilio 373.incipiente, reuocatur in dubium,& Ludouicus de Roma in conſilio ſuo 46.& in conſilio 102. Hæc ſpecie argumenti etiam frequenter vſus eſt Socrates,vt refert Cicero in Topicis,& doctores ſæpe alibi: Et tunc optima eſt hæc argumentatio, quando partes ſuffi
3 cienter enumerantur,ut dixi ſupra in principio,ſed † ſi in enumeratione partium aliquid omittitur, tunc argumentū non procedit,textus eſt notabilis iuncta,gloſa in lege filius, §.filiusfamilias miles,ff.de liberis, & poſthumis, & bonus textus in capitulo venerabilem,& ibi Ioann. Andr.Bald. & Panormita.id notant de electionibus,Soluitur enim argumentum a partium enumeratione ſeu a diuiſione vel inductione per tertium adiacés,id eſt, per nec ſic, nec ſic:quia datur tertius caſus,vt eſt textus in dicto cap.venerabilem, & ibi hoc expreſſe dicit Bal.& Bar.in l.interdum,in principio.ff.de condictione indebiti. Et ſi alia petas exempla.videvnum per Aulium Gellium Noctium Atticarum libro ſecundo cap.ſeptimò & aliud per eundem libro 5.capitu. vndecimo & aliud ſecundum Tiro Tulium,apud eundem Aulium Gellium libro 7.capita 3.& aliud per Cynum poſt gloſam in lege in bonæ fidei,in principio,C. de rebus creditis, & aliud per Ciceronem libro de inuentione primo,& aliud

Ioannis 9.in principio.Nec mirum,quia ex propositionibus particularibus vel singularibus simpliciter sumptis,non sequitur propositio vniuersalis : vt docet Cicero tertio Rhetoricorum,& probatur in cap. in Genesi , de electio. & ibi hoc notant canonistæ,maxime Ioannes de Imola Ioan. Calderini, Panormitanus & nouissimi. Et hoc est quod dicunt dialectici,ex puris particularibus nihil inferri, & minus ex solis negatiuis. Hinc Bart.in lege si quis neget.ff.de liberis agnoscendis reprehendit Dyn. in eo quod arguit ab insufficienti enumeratione: quando enim in enumeratione aliquid omittitur , argumentum illud non procedit , vt dixi: & vult glosa in lege cum hi.§.si prætor,& ibi Paulus de Castro notat. ff.de transactionib. & glosa in lege prima & ibi etiam Paulus de Castro. C. qui & aduersus quos : imò committitur tunc fallacia consequentis,secundum dialecti
4 cos. Et † procedit illud argumentum non solum in dictis testium.vnde si testis dicit quod concilio non interfuerunt decẽ homines,quia enumerauit eos & non erant nisi octo , valet dictũ eius,quia ratio eius cõcludit per locũ a sufficiẽti partiũ enumeratione:& idẽ in rimatione scripturarũ, vt si volumus per scripturã articuli ꝓbare quòd Titius nõ solui collectas,quia omnes soluentes sunt ibi descripti, & nõ ipse: textus est notabilis in lege prima & ibi Bartolus Angelus & Ioannes de platea notant. C. de exacto.tribu.lib. decimo & vult Baldus in dicta lege patre furioso , in prima lectura,& Franciscus de Aretio in lege in illa,in 5. columna. ff.de verborum obligationibus. Et idem dicendum est de hac negatiua, tu non es in testamẽto descriptus.& de hac, tu non es in matricula matriculatus : & de hac , tu non es descriptus in æstimo & similibus : quæ omnes probantur ex inspectione scripturæ . & concludit talis probatio per locum a sufficienti partium enumeratione. Ita dicit glo. in l fina.& ibi plenius Bartolus, Baldus , Salycetus, & docto. C.de rebus credi.& glo.in l.2. & ibi etiam Barto.Bald. Salyce,& doct.C.de erro.aduo.& gl.in l. cum fideicõmissum, & ibi Ange.ff.de confess.& glo.in l. cum de lege.ff. de probatio.de qua facit festum Ias. in §. item si quis in fraudem Institu de actio. & de isto articulo uide plene per eundem Iasonem in l.fina.§.licentiam.C.de iure delibe.& per Franciscum

ciſcum de Aretio in l.decem,in 4.col.ff.de verb.obli. cuius etiam meminit Pirrhus in rubrica, C.de ſuſceptoribus præpoſitis & archa.lib.10.quod commenda memoriæ, quia eſt quotidianum & ſeruit ad multa.

SVMMARIA IN LOCVM

a vi numeri.

1 *Singularis locutio vno contenta eſt pluralis vero plures exigit, & non verificatur in vno.3.4.*
2 *Dictionis ſeu, naturæ.*
3 *Verba in dubio ita ſunt intelligenda, vt ſaluetur ratiò recti ſermonis.*
4 *Intellectus capit. vnic. de cleric. coniugand. libro 6. & capitulo ſi iudex laicus, de ſentent. excommunicat. libro ſexto, remiſſiue.*
5 *Inſtrumentum publicum per duos teſtes reprobatur.*
6 *Pluralitas reſoluitur in ſingularitates & quando 7.8.9.10.*
6 *Singulare quando reſoluitur in plurale, & numero ſequenti.*
11 *Quod iuris eſt de toto quoad totum:idẽ iuris eſt de parte quoad partem.*
12 *Idem iuris eſt de principio numeri,quod de numero.*

LOCVS A VI NVMERI.

OCCVRRIT nunc locus vi numeri,a quo ſumptum argumentum eſt probabile, frequens, & vtile, & formatur multipliciter ad multiplicem effectum: vno modo ſic,
1 † Singularis locutio contenta eſt vno & plures abhorret, maximè in materia reſtringibili:ſicut ediuerſo pluralis locutio vno contenta non eſt, vt dicam infra. Et hoc argumento in primis utitur Pau.apoſtolus ad Galatas 3.ibi, Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius,nõ dicit & ſeminibus,&c.& Inno.III. ſummus pont.in capit.gaudemus,de diuortiis: & originaliter Adam

Digitized by Google

Geneſis 3.in fi.& multipliciter ac ſingulariter multũ Alex. primus Papa in epiſtola de fide ſanctæ trinitatis ad probandum vnitatem & trinitatem in veo, & Bonifacius VIII. Papa in extrauaganti unã ſanctam,circa finẽ, de maio.& obedien.ibi, in principio & non in principiis &c. & in pluribus aliis locis dictæ extrauagantis. Hoc argumento etiã vtitur Io.An.in regula pluralis,de reg.iu.lib.6. in Mercur. vbi per hoc decidit q.illã quotidianã:Aliquis ab eodẽ & corã eodẽ iudice conuenitur, diuerſis tñ libellis & ſuper diuerſis rebus,iudex in una actione eum condemnat, & demum eodẽ contextu condemnat in altera,condemnatus appellat & impetrat ſuper appellationem reſcriptum in hac forma , conqueſtus eſt talis, quod talis iudex iniquam tulit diffinitiuã ſententiam contra ipſum,a cuius ſententia ad ſedem apoſtolicam appellauit,demum petit impetrans per hoc reſcriptum vtramque ſententiam reuocari:ex aduerſo autem excipitur,quod non fuit appellatum ab vtraq; ſed tantum ab vltima,& concludit,quod ex quo in reſcripto dicitur de sẽtentia in ſingulari numero,non audietur niſi contra vnam, vltimam ſcilicet vel duriorem:vt ibi latius per eum. Iſto argumento etiam vtitur Io.Andre.in reg.imputari,de reg.iu. libro 6.in Mercurialib. ad deciſionem illius q. quotidianæ, an diaconus promotus ad eccleſiam parochialem, qui ultimo die ſeptembris habens pacificam poſſeſſionem dictæ eccleſiæ neglexerit vſque ad quatuor tempora ſeptembris ſequentibus promoueri ad ſacerdotium, in ſabbato autẽ quatuor temporum dicti menſis ſeptembris , obſtante impedimẽto,nullo modo potuit promoueri,ſit priuatus eccleſia parochiali: per capitu. licet canon , de electio libro 6. & poſt multa concludit,quod non debèt cenſeri priuatus,vt ibi latius per eum. Prẽterea iſto argumento vtitur idem Io.An. in reg.delictum perſone,de reg.iur.lib.6.in Mercurialib.ad deciſionem plurium quotidianarum q. videlicet an percutiens clericum excommunicatum incurrat excõmunicationem: Item an percutiens monachum bigamum incurrat excõmunicationem.Item an percutiens vno ictu tres clericos ſit pluribus excõmunicationibus innodatus, vel vna: Itẽ an vni monacho bigamo vno impetu tres ictus inferẽs , ſit excommunicatus vnica excommunicatione,an pluribus:

de

de quo vide ibi latius per eum. Isto argumẽto etiam vtitur Io. And. in c. 1. de reb. eccle. non alie. libro sexto in nouella, ad illum effectum quod in alienatione rei ecclesiæ non requiruntur plures tractatus, sed quod sufficit vnus solennis & diligens: cum textus in hac materia loquens vtantur verbo singularis numeri, & non verbo pluralis numeri: vt ibi vĩ dere poterit: eius meminit Io. de Imol. in cap. 1. de his quæ fiunt a prælatis sine consensu capituli, quod nota. Isto argumento a vi numeri vtitur etiam Bal. in ca. inter cęteras, de rescriptis, vbi per hoc decidit q. illam quotidianam, Testator habens equum album & nigrum, in testamento suo legauit Seio equum suum album seu nigrum, Scius autem le-
2 gatarius petit ambo equos, dicens, † quod dictio seu, de suĩ natura est ampliatiua, & habe vim copulæ: vt est tex. singularis in l. si quis ita legauerit, & ibi Bar. Alberic. & alii. ff. de auro & argento legat. quare ambos habere debet. Contrarium tamen singulariter decidit Bal. in d. ca. inter cæteras, ex eo quod testator vsus est verbo singulari numeri, & sic videtur sensisse de vno, & non de pluribus, per prædicta: & hanc decisionem Bald. refert & reputar singularem & mirabilem Ias. in l. cum quidam, in 2. colum. C. de verbo. signifi. quem omnino vide. Secundo istud argumentum formatur
3 alio modo sic, † verba pluralis numeri nõ verificãtur in vno: tex. est notabilis in l. fin. ff. ad Trebellia. Propositio enim cõcepta pluraliter vel implurali, requirit concursum saltem duorum, nec est contenta minori numerum duorum, l. vbi numerus. ff. de testibus, & d. regula pluralis, cum similibus. Nec mirum, quia in dubio verba ita sunt intelligenda, vt saluetur ratio recti sermonis, d. l. fin. & ibi hoc notant Ange. & Ioannes de Imo. & est bonus tex. in l. Plaucius, & ibi Bar. ff. de auro & argento legat. & in l. item veniunt. §. aptanda. ff. de petitio. hæred. & isto argumento a vi numeri ad istũ effectum utuntur Bald. Præpo. in cap. finali, de appella. vbi per hoc dicunt, quòd protestatio, de qua ibi, debet fieri ad minus coram duobus bonis viris, & non sufficere eam fieri coram vno, ex qno text. ibi utitur uerbo pluralis numeri: de quo uide latius per Lapum in allegatione sua 39. & per Philip. & Panor. in dicto capit. finali. Isto argumento a vi numeri ad istum effectum utitur etiam glos. in clemen. sæpe, su-

Digitized by Google

per verbo patribus.de verbo.signific. dicens per hoc videri, quod altera parte tantum contradicente, iudex potest seruare ordinem iudiciarium in causis summariis,ex quo tex. ibi vtitur verbo pluralis numeri.Hoc etiam argumento a vi numeri ad istum effectum vtitur etiam glosa in cle.appellãti,super verbo expressas , de appella.inferens ex hoc contra stilum curiæ Romanæ,vt ibi videre poteris per eam.Isto eodem argumentum ad istum effectum vtuntur etiam Ioan. And.in nouella Pet.de Ancho.Philip.Francus,Dominicus, & alii in c.vnico,de cler.coniuga.lib.6.& in ca.si iudex laicus,de senten.excom.eodem libro, dicentes & concludentes per illos tex.in quibus habetur verbum pluralis numeri,vestes clericales,quod omnis vestis clerici apparens tam interiori quam exteriori debet esse clericalis,alias non det gaudere priuilegio clericali,quod dicũt bene notandum:& reuera est notabilissimum,quia alias nimium præiudicaretur iurisditioni temporali , quod non præsumitur fuisse de intentione summi pontificis,iuxta protestationem quam in simili casu facit in ca.causam quæ secunda qui filii sunt legit.& in c.nouit,de iudi.& idem vult d.Helias in d.c.vnico, dicens Tolosæ per hoc quendam fuisse laqueo suspensum:
4 & ita etiam practicari vidi:quod nota.Et † pro declaratione ampliori d.c.vnici,& præall.ç si Iudex laicus,vide Bal.in l.si qua per calumniam, C.de episc. & cleri. & decisionem Guidonis papæ 138.& Lapum allegatione sua 126.incipiente,quæritur non leuiter , & Cępolam in consilio suo 11. & Pe.de Ancho.in repetitione regulæ,ea quæ fiunt a iudice, in 12.q.de reg.iur.lib.6.& Anton.de Butrio in c.1.de apostatis,& in c.ex parte 3.de priuile. Isto argumento a vi numeri vtitur etiam Saly.in l.3.C.de custo. reo.ad illum effectum,quod confessioni vnicæ spontaneæ apud acta emanatæ non stetur,cum tex.in l.seruos,in princ. C.ad leg.Iul.de vi pub.loquatur in plurari,ibi,confessionibus &c.De quo tamen articulo quotidiano vide ibi latius per eum,& per Alexan.de Imo.in consi.197.voluminis.Isto argumentum etiã vtitur Philip.Francus in rubrica de testa.& vlt.volun.lib 6. in 1.colum.ad notabilem effectum,de quo ibi per eum Eodem argumento a vi numeri vtitur etiam Saly.in l. fin.in vltima colum.C.de quæstio.ad illum effectum, quod ad tor-

turam

turam requiruntur plura indicia, nec ſufficit vnum indicium, cum iura in diuerſis locis loquantur in plurali: de quo ibi pulchrè per eum, & per Bar. & Hippolitum in l. fin. ff. de quæſtio. Iſto argumento etiam vtuntur doct. & præcipuè Hippolitus de Marſilijs in rubrica, C. de proba. ad illum effectum, quòd multę ſunt ſpecies probationum, cum rubrica ibi & in. ff. loquatur in plurali, de quo articulo vide ibi latiſſimè per Hippo. poſt Bald. ibidem. Iſto argumento vtitur etiam Oldra. in conſil. ſuo 142. in pulchra & quotidiana q. quem omnino vide. Eo etiam vtuntur Io. de Imo. & Alex. in l. Titius, in principio. ff. de liberis & poſthu. vtitur etiam Pirrhus in l. infamia, C. de decurio. lib. 10. inferens ex hoc, quod monoculus non repellitur ad dignitate acquirẽdi, vel honore conſequendo: & quod fortius eſt, etiam ab honore adepto non repellitur, per illum tex. qui vtitur verbo pluralis numeri oculorum: & idem vult ibi Iacobus Rebuffi, & bene facit text. ſi non calumnietur, in l. 1. §. quamuis, in fine. ff. de poſtulando: quod nota. Item per hunc arguendi modũ infertur etiam, quod licet ad legatum relictum filiæ nõ admittatur filia poſthuma, niſi aliud appareat fuiſſe de mente teſtatoris, l. qui filiabus, in principio. ff. de lega. 1. tamen quãdo teſtator ſolum habeat vnicam filiam viuentem, & in teſtamẽto vel codicillis relinquit legatum filiabus ſuis in plurali numero, tunc quia illa pluralis locutio non poteſt verificari niſi ſenſiſſet de poſthuma, ideo hoc caſu poſthuma etiam admittitur ad legatum, argumen. dicta lege finali. Ita notabiliter dicunt Barto. & Paul. de Caſtr. in l. quĩ quartam. §. fina. ff. de legatis. 1. & Barto. in dicta lege, quĩ filiabus: quod nota. Item per iſtum arguendi modum deciditur etiam quæſtio illa pulchra & quotidiana. Teſtator inſtituit duos ſuos filios maſculos vniuerſales hæredes, & filiam ſuam inſtituit in certa quantitate, deinde ſubiecit, q; ſi aliquis eorum deceſſerit ſine liberis, quod portio eius deueniat ad ſuperuenientes. hoc caſu vno ex filiis maſculis mortuo, filia admittetur cum fratre ad fideicommiſſum, ex quo ratione recti ſermones nõ patitur, quod illud participium ſuperueniẽtes, quod eſt pluralis numeri, verificetur in ſolo filio remanente. Ita ſingulariter decidit Bart. in d. l. fin. ff. ad Trebell. per illum tex. & illam deciſionem referunt & ſequuntur

quuntur Angel.& Iaſon in §.præiudiciales, Inſti. de actio. quod tene menti.Item per iſtum arguendi modum dicitur etiam aliqua quæſtio notabilis:certum eſt quod in generali rebannimento , vel remiſſione criminis non venit crimen falſi:niſi hoc exprimatur, vel ex verbis euidẽter colligatur: ita eſt ſingularis doctrina Bar.in leg.Lucius, per illum textum.ff.ad Turpilia.quã refert & ſequitur Petrus de Anch. in repetitione c.canonum ſtatuta,in 8.quæſt. principali,in 70.colum.de conſtitu.& docto.ſæpe alibi: modò diſpoſitio loquitur generaliter hoc modo,omnes banniti ſint & cenſeantur rebanniti,& non ſint niſi tres banniti,quorum duo ſunt banniti pro crimine falſi,& tertius pro homicidio:hoc caſu in generali diſpoſitione venient & banniti pro crimine falſi,qui alias rectus ſermo pluralis numeri uerificari nõ poteſt,& ſic ex vi numeri debemus dicere.bannitos pro crimine falſi hoc caſu in diſpoſitione generali includi : & ita ſingulariter reperio velle Ioan. Baptiſtam in repetitione l. omnes populi,in 116.colum.ff.de iuſti.& iure,& Hippo. de Marſiliis in rubrica.ff.de falſis,quod tene menti.Hinc etiã
5 eſt,quod † per duos teſtes reprobatur inſtrumentum publicum,ita ſingulariter dicunt Innocen.& Ioan.An. in capitu. cum Ioannes eremita,de fide inſtru.quam opinionem credo veram,quicquid dicant & varient gloſæ & doct.vtriuſq; iuris in pluribus diuerſis locis:& in hoc etiam perſiſtit Ioã. An.in d.regula pluralis,in Mercurialib. quod nota. Tertiò
6 argumentum ex hoc loco formatur alio modo ſic,† pluralitas reſoluitur in ſingularitas,tex.eſt notabilis in l. falſa demonſtratio.§ fi.ff,de condi. & demon.vbi eſt caſus, quod ſi quis in teſtamento dixerit hoc modo , lego Titio Stichum & Pamphilum ſi mei erunt cum moriar, & poſtea vnum ex his alienauerit,alienatus non debebitur Titio legatario,ſed non alienatus ſic : quia lex interpretatur illum ſermonem pluralem,ſi mei erunt cum moriar, vt importet duas propoſitiones ſingulares,videlicet hanc,ſi Stichus meus erit cum moriar,eum Titio lego:& hanc, ſi Pamphilus meus erit cũ moriar,eum Titio lego. Eſt etiam pulcher tex. in lege prima,C.de conditio.inſertis,& in l.iubemus.§.ſin autem,C. ad Trebellia.pro hoc etiam eſt pulcher tex. in lege Lucius. §.Caio.ff.ad Trebellia,& bonus text.iuncta gloſ.quæ ponit

con-

concordantias in leg.3.§.negotia.ff.de nego. gest.& in cap. vnico,& ibi Baldus & Aluarotus in titu.de duobus fratribus a capitaneo inuestitis,in vsibus feudorum,qui sunt textus ni fallor ad hoc peculiariter notabiles. Sic etiam econtra oratio singularis interdum conuertitur in pluralem: nã quod lex dicit,quod falso tutore autore factum est, locum etiam habet in eo , quod falsis tutoribus autoribus factum fuerit,vt est textus in l. prima,§.1.ff. quod falso tuto.auto. factum fuerit,& bonus tex.in lege secunda,§.homines, ver sic.sed si vnus.ff.vi bono.rapto.cum similibus. Sed ne erres volo te scire,quod ista resolutio pluralis sermonis in singularem non fit ex proprietate sermonis,d.leg.fina.ff.ad Trebellianum,& d.l.1.& ibi Bal.C.de conditio.insertis, sed ex mente loquentis ,quasi disponens fuerit in plurali locutus ratione celerioris locutionis.arg.l.si quis ita hæredes, in fi-
7 ne.ff. de hæredibus institu. † & tunc demum locum habet hæc resolutio pluralis sermonis in singularem, quando nõ potest remanere in propria significatione, quin sequeretur iniquum vel inconueniens: vt patet Institu. de iure perso. in principio,iuncta glos.& ibi Ioan.Fabri. Angel. & doctores,& in capitulo omnes leges,& ibi glos.& doctores l. distin.& in capitu.vt priuilegia.§. illud, & ibi Panormitanus & docto.de priuilegiis: vbi autem non resultat nisi æquum & iustum, tunc non fit resolutio pluralis sermonis in singularem. Et hinc est,quod vbi lex contrarium suadet, non fit resolutio pluralis sermonis in singularem,sicut ibi: ubi numerus testium non adiicitur , ibi duo sufficiunt , dicta leg. vbi numerus : per hoc enim inferri non potest , quod vnus sufficiat : quia lege cauetur , quod duo testes probant, & non vnus.l.iurisiurandi,in fine, C.de testibus & capitulo cum a nobis , eodem titu. cum similibus. Omne enim quod non potest constare nisi ex pluribus , requirit eorum concursum , iuribus supra allegatis . Et hinc est , quòd cum plures personæ necessario in iudicio sunt exhibendæ, non sufficit vnum exhiberi , leg. si seruus. §. si plurium.ff.si quis cautio. & leg.fina.ff.in ius vocati vt eant. Nihil enim videtur esse actum, cum aliquid supereſt agendum,l.penu.C. dè his quibus vt indig. Hinc etiam est,quod vbi pluralitas est de forma vel de essẽtia actus,ibi nõ potest

fieri

Ita vult Bal.in dicta l.1.quia naturalis ratio magis est attẽ denda quam pluralis oratio:& ergo pluralis numerus resol uitur in singularitates,id est,in clausulas separatas & absq; modo coniunctionis: & faciunt ea quæ eleganter scripsit Aulus Gellius Noctium Atticarũ lib.2.capite.13.Secundo istud facit ad quæstionem statuti dicentis, quod si mulier decesserit sine liberis, vir lucretur dimidium dotis, quod non dicitur decedere sine liberis illa, quæ ex eodem mari to reliquit vnicam,filiam, & sic pulchre resoluitur in singu lare.Præterea hoc inducit natura dictionis,sine,quæ requi rit omnimodam carentiam,sicut dictio absque:& sic est per inde,ac si statutum diceret sine vllis liberis : & ita conclu dunt Iacob.Butri & Albe.de Rosate,& Bald.in d.lege pri ma.Tertio istud facit ad quæstionem statuti dicentis,quòd non exeatur de ciuitate pro consilio habendo,nisi partes ha beant omnes sapientes illius ciuitatis suspectos:modo una pars tantum habet omnes sapiẽtes illius ciuitatis suspectos nunquid possit haberi consilium extra ciuitatem?in qua q. licet multa allegari non possent ad partem negatiuam, ta men concluditur pro parte affirmatiua quod sic:& quod il lic plurale,partes,reseluitur in sua; singularitates:Ita singu lariter decidit Specu.in ti.de requisitione consilij,in vers. quid si est statutum:& hoc dictum refert & sequitur Albe. de Rosate in 2.parte statutorum q.cẽtesima. Quarto istud
9 facit ad hoc † quod si per statutum producens falsos testes puniatur certa pœna,eadem pœna imponetur producenti unum falsum testem.Ita notabiliter dicit Bart. & post eum alij in d.lege 4.§.negocia,& idem Bartol. in d. l.2.§.sed si unus,& sequitur Ang.in §. 1.Insti.de obliga. quæ ex quasi contractu nascun.& idem Ange .Insti.de iure perso.in prin cipio,& Alberi.de Rosate in 2.parte statutorum quæ.28.& Frãciscus de Aretio in lege si quis ante,ff.de acqui. possess & idem volunt Præpo.& Fely.in dicto capitulo omnes le ges:& hoc tene,quicquid ibi dicat Domi. Sic etiam econ tra,statutum puniens producentem falsum testem & sic lo quens in singulari, verificatur etiam in plurali, ne delicta maneant impunita:Ita notabiliter dicunt Angel.& Albe.lo cis dictis,& Bald.in l.3.in princi.ubi etiam dicit,ꝙ si statu tum dicat,si quis dederit damnũ in re alterius, intelligitur

huꝰ

ſiue maſculi ſiue fœminæ,cuius poteſt eſſe ratio. quia maſculinum concepit fœmininum,l.1.ff.de verbo.ſignifi. & ibi Bart.e.generali,& ibi glo.& docto.de elect.lib.ſexto, cap.ſi qui ſuadente diabolo,& ibi Archi.17.q.4. & plene per Iaſon,in l.ſi quis id quod,ff.de iuriſdictio. omnium iudicum: & pleniſſimè per Philippum Decium in l.ſecunda,ff.de regulis iuris.Quintò iſtud facit ad deciſionem illius quæſtionis quotidianæ,Titius & eius vxor donarunt ſua bona poſt mortem eorum eccleſiæ:quæritur an vno ex eis moriente eccleſia debeat habere partem decedentis:& videtur quòd ſic,per textum in dicta lege Lucius,§ Caio,vbi de hoc videtur caſus, & ita ibi ſimpliciter tranſit Ioãnes de Imol. & Angel.Inſtitu.de iure perſona.in principio, & ibi etiam Ioãnes Fabri & Iacobus de Areti.ſed cogita,quia apud me hoc non eſt ſine dubio . Sextò iſtud facit ad hoc,quod ſi eccleſia concedat duobus fratribus in feudum vel emphyteoſim certa prædia eo pacto,quod poſt mortem eorum decedentium ſine liberis,illa prædia reuertantur ad eccleſiam: vno ex fratribus moriente ſine liberis,portio decedentis reuertatur ad eccleſiam,& ita tenere videtur Bartolus in lege ſi mihi & Titio.ff.de verborum obligationibus,& Ioannes de Imola in dicta lege Lucius,§.Caio,& Angelus ibi ſupra,potiſſimum ea ratione,quia in contractibus non eſt locus iuri accreſcendi,dicta lege ſi mihi & Titio, maxime poſt emolumentum iam quæſitum,lege prima circa finem, ff.de vſu fructu accreſcen.contrarium tamen tenet Speculator in titu.de locato,§.nunc aliqua, vt verſ.69. quem refert & ſequitur Ludouicus de Roma.in ſuis conſilijs conſi.19.incipiente,in Chriſti &c.in caſu quæſtionis,&c.de quo articulo pulchro & quotidiano vide per Cynum,Bal.Salycc.& alios in l.prima,C.quando non peten.par.peten.accreſcunt,& p eundem Salycet.in lege ſecunda circa finem,C.de iure emphyteutico:& pleniſſimè per Albericum de Roſate & modernos in dicta lege ſi mihi & Titio,& exactiſſimè per Petrum de Anchara.in conſil.ſuo 245.incipiente, Duo prima dubia:ad quos remiſiſſe ſufficiat . Iſte enim articulus dubius eſt & diſputabilis.Septimo iſtud facit ad deciſionem illius vulgatiſſimæ & utiliſſimæ quæſtionis,ſan uno ex inſtitutis,quib. facta eſt ſubſtitutio,moriẽte,ſubſtitutus admit-

tatur

tatur ad partem decedentis,nec ne?De qua quæſtione,quia materia eſt longa & quotidiana, vide pulchrè per Bartol. Ange.Paul de Caſtro Ioan.de Imol.Alexand.& modernos in l.hærede mei.§ cum ita,ff.ad Trebellia.& per omnes ſcribentes in d.l. cum quidam, & pulchrè per Bartol.in d.l.1. C.de condition.inſertis:& per Ioan.And.in c.ſi pater,in 2. & 3.colum.de teſtamen.lib.6.in nouella, & pleniſſimè per Socynum in l.1.circa ſecundam quæſtionem Bartol. in 86. columna cum quatuor ſeq.ff.de vulga. & pupilla. vbi hanc materiam in quinque caſus diſtinguit, & circa quemlibet congruentem deciſionem ponit:ad quem breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat.Octauò iſtud facit ad quæſtionem ſtatuti dicentis,quod ſi quis acceſſerit ad domum alterius cum hominibus armatis,puniatur graui pœna: quidam acceſſit cum uno homine armato,an puniatur illa pœna?& decidit Bald.in dicta lege iubemus §.ſin autem,quod non:quia nõ eſt eadem ratio,ſecundum eum:& ergo plurale non reſoluitur in ſingulare. Et quia iſtud poſſet uideri contraria ei, quod ſupra dixi in ſtatuto puniente producentem falſos teſtes:ideo Alexand.in dicto §.ſin autem,in apoſtillis ad Bal. hoc animaduertens dicit ſaluando Bald.quod aliud eſt cũ agitur de damno,& aliud cum agitur de iniuria perſonæ. Nono iſtud facit ad hoc,q; ſubſtitutio facta poſthumis,ſi in pupillari ætate vel poſtea quandocunque ſine hærede deceſſerint,non nocet matri uno tantum poſthumo nato,& in pupillari ætate decedente, cum agatur de excluſione matris a luctuoſa hæreditate filij,& ſic de odio: quare plurale non reſoluitur in ſingulare.Ita ſingulariter decidit Oldradus in conſilio ſuo 142.incipiente factum tale eſt,Teſtator. habens vxorem prægnantem & idem, ſubticito nomine Oldradi,vult Ioan.Andr.in additio.ad Specul.in titu.de teſta. §.1.in penultima q.incipiente,Quarta quæſtio,& ſequitur Alexan.de Imol.in d.l.1.in apoſtillis ad Bal. quòd eſt bene notandum.Quarto argumentum ex hoc loco formatur ali
11 ter ſicſ quod iuris eſt de toto quoad totum,idem iuris eſt de parte quoad partem in proportione numeri:tex.eſt notabilis in Authen.ſed & ſi quis, & ibi gloſ. & Bald. in noua lectura notant,C.de ſecun. nuptijs, quemadmodum enim nullo liberorum exiſtente,nullus reuocat alienationẽ factã

per

per coniugem transeuntem ad secunda vota: Ita aliquo ex pluribus existente,existens probabiliter reuocat,id est,pro virili,non in totum. De ista proportione numeri est etiam tex.elegans in l.fina.C.de commeatu lib.12. ubi singulariter habetur,quod miles qui sine commeatu abest,pro tempore quo abest proportionabiliter numero militum seu collegiatorum postponitur: Ita quod crescente contumacia, proportionabiliter crescit & pœna:& ibi hoc notat Ioan.de platea.de ista proportione numeri meminit etiam glo. in l, illud,C.de sacrosanct.eccle. & in l.sancimus,in verbo quingentorum.,C.de donatio,decidens per hoc multum singulariter,quod donatio ad pias causas hodie valet sine insinuatione,usque ad octingentos aureos:quod nota. De hac proportione numeri meminit glos. in lege fina §. finautem à locis,C.de iure delibe.vbi vide. De ista proportione numeri etiam meminit Bald .in consilio suo 307. primæ partis in principio.Quinto argumentum ex hoc loco formatur
¶ aliter sic.Idem † iuris est de principio numeri,quod de numero.tex.est notabilis in l.maritus,iuncta glos.C.de procurato.& ibi Cyn.Paul.de Cast.& Alexan.de Imo.id notant, & inducunt ad quæstionem illam vulgatam; an emptio & locatio contrahi possint vno nummo?& videtur,quòd non: quia vnitas non est numerus,sed principium numeri: vt dicit glos.in d.l.si quis ante,sed emptio & locatio nõ possunt cõtrahi sine pretio & pecunia numerata,Institu.de emptio, & venditio § pretium,& seq.& Institu.de locato, in princ. Ergo,&c.In contrarium autem facit d.l.maritus, inducendo eam prout illam inducunt Cyn Pau.de Cast.& Alexan, ibidem de quo articulo uide latius per eos ibidem , & per Cyn.& doc.in l.non ideo minus,C.de hær.insti. & per omnes in d.l,si quis ante.Si autem circa hanc materiam videre libeat plures alias pulchras decisiones,recurre ad Pel.in dicto cap.omnes leges,ad quem remisisse sufficiat;quæ omnia commenda memoriæ tanquã pulchra,utilia,singularia, subtilia,& quotidiana.

¶ *Comparatiuus præsupponit suum positiuum , & cum infert. & per totum.*
Superlatiuus rem certam & perfectam designat.

Com-

2 *Comparatiuus interdum resoluitur in suum positiuum.*
3 *Argumentum a ui comparatiui quando non procedat.*
4 *Electione aliquibus commissa an sufficiat eligere bonum, si possint habere meliorem.*
4 *Licitum in foro iudiciali quando censeatur licitum in foro conscientiæ.*
5 *Comparatio non cadit nisi inter plura.*
6 *Ius petendi est tripartitum.*

LOCVS A VI COMPARATIVI.

OFFERT se nunc locus a ui comparatiui, ex quo sumptum argumẽtum est probabile, frequens,& utile: eoque utitur Panor. in c. quæsitum. de rerum permuta. & Salycet. in Aut. sed nouo iure. in versicul. quęro tertio, C. de seruis fugiti. & docto. sæpe alibi. Et licebit formare hoc
1 modo. † Comparatiuus præsupponit suum positiuum, & eum infert in se & in alio: tex. est notabilis in l. ubi autem non apparent, in principio. ff. de verbo. obligat. econtra autem positiuus non infert comparatiuum in se, sed bene in alio quia bono melius reperitur, dicta lege vbi autem non apparet,& lege certum, ff. si certum peta. Superlatiuus autem uni soli conuenit,& rem certam & perfectam designat dicta lege ubi autem non apparet,& notatur per glo. in capitulo. Metropolitano, 63. dist. Inter superlatiuum enim & positiuum est dare medium, quod appellatur comparatiuũ, de quo est sermo: vt probatur in dicta lege ubi autem non apparet,& in lege si lancem. ff. de auro & argen. legat. Et qa magna est differentia inter positiuum, comparatiuum & superlatiuum: ut patet ex prædictis, hinc est, quod iurans nõ venire contra contractum uel laudum ratione enormis læsionis, poterit nihilominus venire contra ratione enormis læsionis uel enormissimæ: & ita singulariter vult Io. de Imola, repetitio cap. cum contingat, in 72. colum. de iureiuran. post Bar. in l. societatem. §. arbitrorum ff. pto socio, & Ang. per eum relatum in quadam sua disputatione, & idem vult ipse Ang. in consi. suo 172. & Panorm. & alij in cap. quintauallis, de iureiuran. & doctores locis frequentibus; quod no-

ta.

ta. Posset & ad multa alia adduci hic arguendi modus, quę breuitatis gratia omitto, & studioso in republica non occupato indaganda relinquo. 2 Hoc tamen uolo te scire† quod interdum comparatiuus non stat propriè, sed resoluitur in suum positiuum, vt prudentius pro prudẽter, l. bæres, & ibi glos. Odofr. & doct. ff. de nego. gestis: cautus pro cautè, l. 2. & ibi etiam glo. Odofre. & doct. C. de furtis. benignius pro benigne, l. benignius, ff. de legibus, & verius, pro verum, l. in hac ff. de tritica. actio. & l. verius, ff. de proba. quæ figura loquendi iurisconsultis frequens est, vt in iuribus præallegatis, & in l. 1. C. de dolo, & in l. si longius, in principio. ff. de iudicijs. cum similibus. 3 Et tunc † non procedit hoc argumentum a vi comparatiui: quia tunc in effectu non est comparatiuus, vel est comparatio abusiua, quæ non admittitur cum quid absonum sequeretur, secundum Ang. & Iasonem in §. si quis agens, in uers. plus autem, instit. de actio. & idẽ si comparatiuus non reperiat, ad quod fiat comparatio: quia tunc stat in forma simplicis positiui: vt est tex. notabilis in l. si seruus legatus. §. si ita scriptum, in vers. ei cui. ff. de lega. 1. per quem tex. dicunt ibi Barto. Ang. Pau. de Castr. & Florianus de sancto Petro, quod si ex forma statuti potestas cõdemnans aliquem vltra vel in plus quam debuerit, tenetur ei restituere in syndicatu: licet statutum videatur loqui quando in aliquo condemnauit debite: tamen si potestas: aliquem ex toto condemnauerit indebitè, quia scilicet debuit eum simpliciter absoluere tenebitur ex illo statuto ad restitutionem totius, quia tunc comparatiuus facit comparationem, quando reperit aliquid. ad quod comparatur: per illũ tex. & per lege prima, §. hæc verba. ff. si cui plus quam per leg. Falcid. licuerit, & sequitur Iason in l. & si post tres, in 2. colum. ff. si quis cautio. Hinc etiam dicunt Guil. de Cuneo, & Pau. de Castro in l. illud. §. si cuius, ff. de tributo actio quod si ego & tu conuenimus, vt qui minus ex nobis duobus currat, soluat decem: & ego curro & tu non, quod debes soluere decem: quia videri minus cucurrisse. nam minus facit, qui nihil facit, dicto §. si cuius. Non procedit etiã hæc argumentatio, quando quid videtur poni comparatiuè, & non ponitur comparatiuè, sed abusiuè seu priuatiuè: exempli gratia, scãdalum dicitur dictum vel factum minus

rectum

rectum,alteri præbens occasionem ruinæ,Matthæi 18.cum sua glo.capitulo nisi cum pridem,de renunciatio.& capitu. secundo,de noui ope.nuncia.cum similibus. Minus rectum autem in dicta descriptione non dicitur per comparationẽ propriè dictam,vt idem sit,quod rectum quo est aliquid rectius:sed abusiue per priuationem rectitudinis,vt sonsus sit minus rectum,id est,deficiens a rectitudine:alias sequeretur,quod dictum,vel factum rectũ,quo est aliquid rectius, esset scandalum,& per consequens peccatum,arguẽdo a vi comparatiui:quod non est verum:vt firmat glo.singularis in c.licet ergo 8.q.1.regulariter autem de natura comparatiui est designare excessum inter casus comparatos, & relinquere formam positiui in extremo ipsum præsupponere & addere ad positiuum;vt dicit Bartol.in lege legata inutiliter,in principio.ff.de legatis 1.& idem Bartol.in lege si pure,ff.de legat.3. & tunc procedit hæc argumentatio: vnde quia iure cauetur quod eligi debet melior,sanctior, & idoneor.dic.c.licet ergo:imò debet eligi optimus,vt dicit tex.
4 in dicto c.Metropolitano.ergo † non sufficit eligere bonũ, nisi eligatur melior:immo peccant eligentes bonum,si possent eligere meliorem & eum non eligent.Ita figulariter dicit Archidia.in dicto cap.licet ergo,dicens,quod in voluntarijs bonis sufficit facere bonum ad euitãdum peccatum licet non fiat melius, & ita intelligit glosam in dicto c.licet ergo:secus in necessarijs,vt in electione & similibus. Idem sentit Fredericus de Senis in consilio suo 95.incipiente,super dubitationum articulis. circa principium. Idem etiam volunt Anton.de Butrio,Panormitan.& Præpo.in c. constitutis,de appella.glosa tamen in dicto c.licet ergo, tenet totum contrarium, scilicet quod eligentes bonum hoc casu non peccent.& hoc idem reperio uelle Philippum in d.cap. constitutis, vbi hanc materiam exactissime discurrit:& inter alia tradit singularem doctrinam, videlicet, quod omne illud quod est licitum & permissum de iure canonico in foro iudiciali quando factum est certum, & de eo constat: censetur etiam licitum & permissum in foro conscientiæ,ad quem remisisse sufficiat. Illud autem cer-
5 tum est,quod† comparatio non cadit nisi intra plura,& ita notat Saly.in l.maiorem,C.de falsis.Item illud nolo te igno

rare,quod licet in pœnis ſit reperire poſitiuum, comparatiuum & ſuperlatiuum:tamen comparatiuus nunquam excludit qualitatem poſitiui. Et ergo ſi ſtatutum dicat,quod pro inſultu ſine ſanguinis effuſione imponatur pœna decẽ ſolidorum:pro inſultu autem cum ſanguinis effuſione imponatur maior,arbitrio iudicis: & pro inſultu cum cicatrice imponatur maxima:certe iſtâ maior & maxima pœna nõ poterit eſſe niſi pecuniaria. Ita ſingulariter dicit Bald. in l. 2.in 3.colum. C. de proba.& idem in effectu uult Bal. in l. & ſi poſt tres,in 9.col.ff.ſi quis cautio.vbi per hoc & per l. cum filius.§.pater. ff.de lega.li.concludit, quod ſi per ſtatutũ,extrahens viduã per uim de domo,puniatur in mille, & plus ad arbitrium iudicis:non poterit iudex talem decapitare,quia comparatio debet eſſe de eodem genere: & cõparatiuum ſic debet interpretari,ut includat poſitiuum,nõ vt excludat & inducat aliud penitus diuerſum.Vnde debet intelligi dictum ſtatutum de mõdico pluri in quãtitate,nõ in alio genere pœnæ:& dicit ita fuiſſe determinatum per Cynum & quæſtionem fuiſſe de facto Florentiæ:& hoc dictum refert & ſequitur Iaſon in d.l.& ſi poſt tres,& in ſecũda columna quod nota & commenda memoriæ,quia eſt ſingulare,& põt ſeruire ad multa.Poſtremo uolo te ſcire, qđ
6 † ius petendi eſt tripartitum:nam aliud eſt bonum , aliud eſt melius,& aliud eſt optimum:quod declara,ut bene declarat gl.in l.1.C.quãdo & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum libro 10.quam gl.reputat notabilẽ Lud. de Ro.in ſuis ſingularibus ſingulari 17.illam etiam ponderant & ualde commendant Bar. Ang. Io. de platea,et alij in d.l. 1 & eſt ſimilis gl.in l.1. C. de vſuris, & ibi docto. quod tene menti.

1 *Argumenti a ſpeciali forma.*
2 *Solutio,qua dicitur quid eſſe ſpeciale reiicitur,niſi aſſignetur ratio ſpecialitatis.*
3 *Iura à communibus regulis exorbitantia quando extendantur ad alias perſonas & res 5 & 6.*
4 *Filius & filia regulariter aqualiter ſuccedunt parentibus;fallit in feudo.*

LO-

Digitized by Google

LOCVS A SPECIALI.

NVNC ſubnectemus locum à ſpeciali, a quo ſumptum argumẽtum eſt forte, frequens,& vtile. Et formatur hoc modo. † Si ſpeciale eſt in hoc vel tali caſu, ergo in cõtrarium eſt ius commune, l. quod vero contra,& l. ius ſingulare, ff de lega. l. 1. ff. ad municipales,& regula quæ a iure, de regu. iu. lib. 6. cum ſimilibus, & eſt bona glo. iuncto text. in capit. præſenti. §. locã, de præbend. lib. 6 & l. vnica, C. ſi quã cunque præditus poteſta. Et hoc argumento a ſpeciali vtitur glo. in pulchra & quotidiana quæſtio. in l. ſi is qui. ff. de iure fiſci,& glo. in cap. primo, de hæreticis lib. 6. & glo. in l. fin. ff. de publicis iudicijs,& glo. in l. eos, C. de fabricenſib. lib. 11. Iſto argumento vtitur etiam Panorm. in c. inter alia de immun. eccleſi. & idem Panor. in c. 1. de ſtatu monacho. & in cunctis, §. inferiora, de elect. & in c. perpendimus, de ſenten. excõ. Eo étvtitur Io. And. l. in regula, cui licet,& in regula, plus ſemper, de regulis iuris lib. 6 in Mercuria. Iſto argumento etiam vtitur Bal. in l. j. C. de ædendo,& idẽ Bal. in l. omnes, in verſ. verum ſi apparitor. C. de epiſcop. & cleri. Eo etiam vtitur Ludo. de Roma in aurea ſua repetitione Authen. ſimiliter, in 19. ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates, C. ad leg. Falc. & in ſua aurea repetitione, l. ſi vero. §. de viro, in 26. & 32. fallentia. ff. ſoluto matrim. & idem Ludou. in pulchra & quotidiana quæſtione in conſilio ſuo 381. incipiente, Quæſtio eſt. Iſto argumento etiam vtitur Dyn. in regula, qui prior: de regu. iur. lib. 6: ad probandum, quod hypotheca expreſſa & tacita regulariter paribus paſſibus ambulant. Eo etiam vtitur Ioann. de Imo. in l. conſtitutiones, ff. de appell. Iſto argumento vtuntur etiã Pet. Cyn. & Pau. de Caſt. in pulchra quæſtione in lege ſi tutor, C. in quibus, cauſis in integ. reſtitutio. non eſt neceſſaria, & idem Pau. de Caſt. in pulchra quæſtio in l. ſecunda. C. de his qui veniam æta. impe. & idem Pau de Caſtro, in pulchra quæſtio in l. matrem. C. de proba & in l. 2. C. per quas perſo. nobis acqui. Eo etiam vtitur Felyn. in cap. cum ordinem, de reſcrip. & docto. in infinitis alijs locis. Illud tamen nolo te ignorare, quod non ſufficit dicere, aliquid eſſe

Digitized by Google

ſpeciale,niſi aſſignetur ratio ſpecialitatis:leue enim eſt dicere,fallit,ſecũdum Bar.in l.repetitio.ff.de quæſtio. quem refert & ſequitur Panorm.in cap.1.de confeſſis : unde nun
2 quam recipienda eſt ſolutio,† qua dicitur aliquid ſpeciale, niſi aſſignetur ratio ſpecialitatis:quæ ſi non aſſignetur,habebit locum contra ſic reſpondentem argumentum a ſimili.Ita dicit Hoſtien.in c.ſi quando,de reſcrip.& Domi.in c. eſi epiſcop.de offi.ordinarij li.6.& probaſ multũ bene in c. licet de vitanda,in fine,de elec.& idem eſt de hac ſolutione,aliud hic & aliud ibi:non enim eſt recipienda,niſi detur ratio diuerſitatis:quæ ſi non detur,arguitur à ſimili, vt ſupra dixi:hoc probatur in c.cum apoſtolica,& ibi hoc notat Hoſti.& Io.An,de his,quæ fiunt à præla.ſine conſen. capi. & pariformiter non valet ſolutio,vel reſponſio cõmunis ad uocatum,qua reſpõdent ad legem Inſortiati,dicentes illud ſpeciale in vltimis voluntatibus:debent enim dicere quare eſt ſpeciale,alias replicari poſſet: ſi in vltimis voluntatibus hoc locum habet,ergo etiam in beneficijs,vt dicit glo.in c. 1.ſuper verbo vltimi,de conceſſ.præben.lib.6.quod quando procedit,dixi ſupra in loco a diſpoſitione vltimarum voluntatum ad reſcriptum motu proprio conceſſum: & ſi in vltimis voluntatibus hoc locum habet:ergo & in contractibus ſubſiſtente identitate vel maioritate rationis, vt dixi ſupra in loco à cõtractibus ad vltimas voluntates,vbi vide. Et eadem ratione reprehenditur ſolutio , quæ datur per ignaros ad legem loquentem in fiſco,dicentes ſpeciale in fiſco:quia talis ſolutio non valet,niſi aſſignetur ratio ſpecialitatis,vel niſi deciſio facta in fiſco ſit contraria diſpoſitioni iuris communis, vt dixi ſupra in loco a fiſco ad eccleſiam vel piam cauſam,vbi vide. Et hinc bene dixit gloſa iuncto tex.in c.fin. 19.diſt.quod ſicut chyrurgus imperitus volẽs omnium oculos vnico collyrio ſanare , reprehenſione dignus eſt.Ita etiã imperitus iuriſta,volens omnia argumenta vnica ſolutione tollere dicendo,aliud de iure ciuili,& aliud de iure canonico,vel illud ius antiquum,iſtud nouum meritò venit & eſt reprehendendus. Non enim poteſt vna aliqua vniuerſis morborum generibus ſalubris eſſe medicina,nec ad diuerſa iura vna ſolutio. Et generaliter non eſt admittenda ſolutio,quæ lege non probatur:quia erubeſci-

mus

mus inquit imperator cum ſine lege loquimur, in Authen. de triente & ſemiſſe.§.cõſideremus,collatio.tertia,de quo dixi ſatis ample ſupra in loco à lege ceſſante. Illud etiam no lo te ignorare,quod licet argumentũ a ſpeciali ſit forte,fun
3 datum ſuper eo,quod iura a † communibus regulis exhorbitantia non debent extendi ad alias perſonas,ſi ſint fauore pręmio,vel reſpectu certarum perſonarũ introducta iuribus ſupra in principio allega.& lege prima,ff.de conſt.prin. & lege tertia in fine,C.de legib.capitulo ſane, de priuil. & c.conſtitutus,de conceſſ. præb. & dicta l.ſi vero.§.de viro, cum ſimilib.tamen in tribus caſibus iura exhorbitantia,ita tuentia aliquid ſpeciale,extenduntur ad alias perſonas vel res.Primo.n. in exorbitantibus a iure communi fit extenſio de caſu expreſſo ad caſum nõ expreſſum,,quando caſus non expreſſus comprehendi poteſt ſub caſu expreſſo, inſpecta lata ſignificatione vocabuli,hoc probatur multum bene in l.ſenatuſconſulto.ff.de riptu nupti. & in l. filium habeo, ff.ad Macedonianum,& in l.ſi filius,C.eod.ti.iuncta l.iuſta & l.liberorum,cum ibi notatis per Bar.ff.de verbo. ſignificatio.& faciunt notata per Bal.& Paul.de Caſt.in maximũ vicium, C. de liberis præteri. & notata per eundem Bald. Pau.de Caſtr.& Ioan.de Imola in dicto.§.de viro,& notata per Cyn.in l.1.C.quæ ſit longa conſuetu.& notata per Domini.& Philipp.Francum in c.1.de tempo. ordinan. libro ſexto.in quibus locis præfati doctores ſingulariter decidũt quod ſtatutum excludens filiam a ſucceſſione paterna extante filio,extenditur ad neptem ex filia,ut ſic illa excludatur extante filio:licet de ea ſtatutum non loquatur:quia in ea eſt maior ratio excluſionis,& quodam modo filia dici poteſt,Si ergo in correctorijs fiat extenſio hoc caſu ut in dicto exemplo,fortius in exorbitantibus hoc caſu fiet extenſio: cum magis prohibita ſit extenſio in correctorijs, quam in aliquo caſu,vt dixi ſupra in loco a ratione legis larga ampla ſeu generali ad extenſionem ipſius legis. Et pro inſtructione inuentum poteſt poni exemplum quotidianum, re-
4 gula eſt,† quod filius & filia æqualiter ſuccedunt parentibus,d.l.maximum vicium,hæc autem regula fallit in feudo,in quo filia nõ ſuccedit extante maſculo,ẽt ſi feudũ receptũ ſit ,p ſe & filijs ſuis maſculis & fęminis,vt eſt tex.in c.j.

in princ. & in §. filia verò, de succeſſi. feudi, & in § quinimo in titu. epiſcopum vel abbatem, in vſibus feudorum modo occurrit quæſtio de nepte, de qua in lege nòua declaratiua ſeu diſtinctiua non fit mentio, & prima facie, videri poſſet, q̃ ſtandum eſſet regulæ dictæ l. maximum vicium, & per conſequens, quòd neptis ſuccederet in feudo æqualiter cum patruo. Sed contrarium eſt dicendum per ſupradicta, & per tex. in c. primo, §. hoc autem notandum, qui feudum dare poſſ. & per tex. in c. 1. in principio, de eo qui ſibi vel, hę redibus ſuis maſculis & fœminis & idem in ſimilibus. Secũ
5 do in † exorbitantibus fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia, quando ſumus in fauorabilibus, quibus iura fauent propter publicam vtilitatem, vel pietatem, vel aliam cauſam fauorabilem, ita vult gl. notabilis in l. illud, ſuper verbo alia cauſa, & in l. fina. ſuper verbo captiuorum. C. de ſacro. eccle. & bona gl. in regula, quæ propter neceſſitatem, ff. de reg. iu. & bona glo. in l. ſi conſtante, in princ. & ibi pulchre per Bar. in 9. q. 1. partis principalis, ff. ſolu. matr. & bona glo. in l. ſi a primo, ſuper verbo vt natus, & ibi Ang. & Ioan. de Imo. ff. de liberis & poſthum. Et hinc eſt, q̃ ea quæ introducta ſunt cõtra ius commune in libertatibus, extenduntur ad pias cauſas. Ita notabiliter dicit Bar. in l. ſi vnus, C de teſta. & idem Bar. Io. de Imo. & doctores in lege proxime, in fine. ff. de his quæ in teſtamen. delentur, & idem Bar. in l. Titio vſusfructus, §. primo, ff. de conditio. & demonſtra. & Bal. in lege 3. C. de fideicom. liberta. & idem Bald in l. ſi iure, C. de manum. teſtam. & idem Bal. in lege prima, §. fin. C de manumiſſ. de quo vide latiſſimè ſupra in loco a libertate ad piam cauſam. Hinc etiam eſt, quod iura exorbitantia loquentia in alimentis, extenduntur etiam ad piam cauſam, ſecundũ Barto. Bald. Angel. Alexand. & Iaſonem in l. ſi certis annis, C. de pactis, de quo vide ampliſſimè ſupra in loco ab alimẽtis ad piam cauſam. Hinc etiam eſt, quòd iura exorbitãtia loquentia in alimentis, extenduntur ad dotem, ſecundum Barto. in dicta lege ſi certis annis, & in leg. cum de in rem verſo, ff. de vſuris, & dixi late ſupra in loco ab alimentis ad
6 dotem, vbi vide. Tertio † in exorbitantibus a iure communi fit extenſio de vno caſu ad alium, quando a lege antiqua tales caſus æquiparantur in omnibus & per omnia, vel ſaltem

in eo

in eo in quo facienda est extensio de hoc sunt plures gl. vna in d. l. quod vero cõtra, alia in l. si quis seruo persuaserit, C. de furtis, & tertia in l. 2. C. de curato. furio. quæ singulariter vult, quod omnia priuilegia concessa minoribus vel pupillis, extenduntur ad prodigos minoribus æquiparatos, de quo dixi supra satis plene in loco a minoribus ad furiosos, prodigos, mente captos, seu dementes, & in loco a ratione legis larga ampla seu generali ad extensionem ipsius legis, in secundo casu principali: ex quibus conclusiue habes, qđ casus specialis vel ius exorbitans non debet extẽdi, nec trahi ad consequentiam, nisi ad personas quæ sub lata significatione vocabuli comprehenduntur sub casu expresso, uel nisi essemus in fauorabilibus, quibus iura fauẽt propter publicam vtilitatem, pietatem, uel aliam fauorabilẽ causam uel nisi essemus in æquiparatis a iure communi antiquo. In his enim tribus casibus bene fit extensio, & sic in istis tribus casibus argumentum a speciali non habet locum, sed potius argumentum a simili ex identitate rationis, per supradicta, quod commenda memoriæ, quia est utile & quotidianum.

3 *Creditor quando liberetur dando apocham.*

2 *Præceptum iudicis impossibile, an valeat. 3.*

4 *Cõfessio facta super impossibili nõ præiudicat, quominus sequatur absolutio.*

5 *Impossibilitas multiplex, remissiuè.*

LOCVS AB IMPOSSIBILI.

OCCVRRIT nunc locus ab impossibili, a quo sumptum argumẽtum est fortissimũ, frequẽs, & vtile, tex. est notabilis in l. si decesserit ff. q satisda. cogan. & in regula, nemo põt ad impossibile obligari, de reg. iu. lib. 6. cum similibus Et isto argumento ab impossibili vtitur Io. An. in pulchra & quotidiana quæstione, in regula ratihabitionem de reg. iu. lib. 6. in Mercurialibus, & Zasius i libello suo cui titulus, intellectus iuris singulares, cap. iussos possidere ex secũdo decreto æqualiter dominos futuros, & doct. sæpe alibi, ut infra patebit. Hinc est, qđ † creditor, q reddere nõ po-

1

teſt chyrographum propter impoſſibilitatẽ,quia intercidit, liberatur dando apochã:tex.eſt notabilis iuncta gl.in l.huiuſmodi §.ſi ita legatũ cui eſſet,ff.de lega.1.& in l.pecuniæ, C.de ſolu.Hinc etiam eſt,q† ꝓceptum iudicis cõtinens im
2 poſſibile eſt ipſo iure nullum,etiam ſi iudex hoc ignoret,d. l.ſi deceſſerit,& ibi hoc volunt Alb.de Roſate;Bald.Ange. Pau.de Ca.Alex.de Imo. & doct. ergo a tali præcepto vel ſentẽtia cõtinente quid impoſſibile,non eſt opus appellare l.pe.& ſi.ff.q̃ ſent.ſine appel.reſcin.& l.de qua re.§.ſi. ff.de iudicijs.Hoc tamen limita intellige verũ, quãdo præceptũ iudicis continet omnino impoſſibile:ſecus ſi non ſit omnino impoſſibile;ſed difficile,quia tunc ſi iudex fuit ignorãs, vallet præceptum ſeu ſententia:licet pars contra quam eſt lata talis ſententia,poſſet petere reſtitui in integrũ aduerſus dictam ſententiam:ſecus ſi iudex fuit ſciens,tex. eſt notabilis,in l.quæſitum,cum ſua gl.& ibi Bar.& Io.de Imo.ff. de re iudic.& volunt expreſſe Ang. Pau.de Ca.Ale.& doc.
3 in d.l.ſi deceſſerit.Secundo hoc limita,†niſi præceptum iudicis a principio contineat quid poſſibile, explicandum intra certum tempus:nam licet tunc impoſſibilitas ſuperueniat ex poſtfacto infra tempus, præceptũ nõ repitur nullũ: quia in tali præcepto ſubintelligitur cõditio,dummodo fuerit poſſibile fieri aduenıente tempore,ita notabiliter vult Pau.de Ca.& alij in d.l.ſi deceſſerit,per illum tex. Et ergo ſi pœna fuerit appoſita,illa non cõmittitur.ex quo non ſtat per illũ q̃ miſſus fuit illud facere, ſecundum eum & alios, & ibidem,& bene faciunt notata p Inn.Hoſt.& alios canoniſtas in c.P.& G.de offi.deleg.vbi diſputatur,an ille cõtra quem eſt lata excõmunicatio.ſi infra certum tempus nõ ſolueret decem,lapſo termino & ſolutione ob impotentiã non facta,ſit excõmunicatus,& an medio tempore poſſet appellare,& an iudex habita notitia de impotentia, debeat ſine difficultate eundem abſoluere,ubi recurre.Hinc etiam eſt,
4 q† confeſſio fundata ſuper impoſſibili non præiudicat quominus ſequatur abſolutio,l.inde Neratius,§.fin.cum l.ſeq. ſt.ad leg.Aqui.& ergo in practica obſeruatur, q̃ cum quis cõfitetur ſe homicidiũ vel furtum alicubi cõmiſiſſe,ſemper mittitur ad l.cũ,ad ſciendũ an ibi homicidiũ vel furtũ fuerit cõmiſſum,quãdo,cũ alijs circũſtantijs cui cõſonat l.cõ-

feſſionibus,cum l.ſeq.ff.de interrog.acti.Hinc etiam eſt, q; ſi teſtis in ductus ad probandum quod Titius certo die non fuit vulneratus, dicit quod tali die Titius non fuit vulnera tus:quia præcedente die fuit occiſus, probat : quia dictum eius concludit per locum ab impoſſibili.ita notabiliter dicit Bal.in l.conuenticulam:in vlti.colum.C.de epiſc. & cler.& probatur in l.1.cum ſua glo.ſecundum quintam lecturam, C.qui accu.non poſſ. Imo etiam in ſacris literis procedit ar gumentatio ab impoſſibili , teſte diuo Hieronymo in com- mentario ſuo ſuper Hieremiã c. 31.ante fnẽ,ſuper illis uer bis,hæc dicit Dominus,ſi menſurari poterunt cæli & terra
5 &c.ubi vide. De † multiplici autem impoſſibilitate & eius effectu ex quo reſultat vtilitas huius argumẽtationis, vide gl.magiſtralem in d.regula nemo,& doct.illic ſcribentes, & notabilem & docto. in §.impoſſibilis.Inſti.de hære. inſti. & Bald.magiſtraliter loquentem in l. 1.ff. de condi. inſti. & l. impoſſibilis.ff.de verbo.obli.& Ioan.Fabri.Ang.& docto.in §.ſi impoſſibilis,Inſtitu.de inuti.ſtipula. & canoniſtas maxi me Præpoſitum,& nouiſſimos in cap. fin. de cond.appo.ad quos breuitatis remiſiſſe ſufficiat.tene menti.

SVMMARIA IN LOCVM

ab Aequipollentibus.

1 *Non refert quid ex equipollentibus fiat.9.vide num.13.cum ſeq*
fallit num.18.
2 *Aequipollentium eadem diſcipline,& idem iudicium.7.*
3 *Aequipollentia qua dicantur.*
4 *Aequipollens ſemper ſubauditur : & poteſt deduci in ſtipulatio-*
nem.5.
6 *Creditor quando liberetur dando apocham.*
8 *Dictio excluſiua tantum,vel ſimilis,non excludit aquipollens.*
10 *Mortis appellatione venit mors violenta,& ciuilis.*
11 *Conſtitutio loquens per verba preceptiua,vel aquipollentia ligat*
contrauenientes.
12 *Negatio prepoſita ſigno vniuerſali facit aquipollere ſuo contra-*
dictorio.

Caſus

31 Casus omissus quando relinquatur dispositioni iuris communis cum num seq.

15 Prouisio facta in vnum casum an & quando extendatur ad alium 16. 17.

16 Mixtum an & quando sub simplicibus comprehendatur:

LOCVS AB AEQVIPOL-lentibus.

AB HOC loco ab æquipollentibus sumptum
1 argumentum est forte, frequẽs, & vtile: vt infra patebit. & formatur hoc modo. Non † refert quid ex æquipollentibus fiat, tex. est notabilis in l. mulier, in principio. ff. ad Trebel. & pulcher tex. iuncta glo. in l. si mater, C. de institu. & substi. sub condi. factis, & bonus tex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. & in l. fi. C. de dona. quæ sub mo-
2 do. Aequipollentium † enim eadem est disciplina & idem iudicium; c. in his, de verbo. signi. c. tua, cum ibi notatis de consangui. & affi. ca. licet ex quadam, de testib. cle exiui de paradiso, de verbo. signi. l. fi. in fine. ff. mandati, & l. fideicom-
3 missa. §. fi cui. ff. de lega. 3. cum similibus. Sunt † autem æquipollentia, quæ habent eandem rationem vel maiorem, & quorum effectus est idem: vt notat Bald. in l. illud, C. de sacrof. eccle. & patet in iuribus supra alleg. Hinc dicit Bart.
4 in l. ab emptione, ante finem. ff. de pact. quod † æquipollens semper subauditur & sufficit, decidens per hoc q. illam quotidianam vendidi tibi rem & tradidi vere, deinde placuit inter nos recedere a dicto contractu, & tu constituisti te meo nomine possidere, quæritur an per hoc videatur recessum a dicto primo contractu? & videtur quod non quia non interuenit actus retro similis vere, quia res non fuit verè re tradita, quod videtur requiri, d. l. ab emptione: ipse tamen decidit contrarium per præmissa, vt ibi latius per eum quem illic sequuntur Ang. Pau. de Cast. Iason, & doct. & Ioan. de Imo. in l. qui mihi donatum, in fin. ff. de dona. & facit quod in casu conuerso, dixi supra in loco a commodato ad precarium, vbi vide: & vide etiam singulariter notata per Bal

in

in quodã alio caſu ſingulari, in l.1.C.quãdo liceat ab emp. dilce.Hinc etiam eſt,quod ſi teſtator mandet rem ſeruari, perinde eſt ac ſi prohibuiſſet alienari:quia eadem eſt natura verborum æquipollentium.tex. eſt notabilis in leg. 2.C. de vſuca.pro empto.& ibi hoc not.Bald. Hinc etiam eſt,q
5 † æquipollens põt deduci in ſtipulatione,vt tres ſolidi pro 36.denariis,l.ſi ſub vna:& ibi gl.& l.quæ extrinſecus;& ibi Bar. Alex.doc.ff.de verb.obli.& idem Alex.in l.1. §.ſi.circa ſi. illo eo. tit.Regula æquipollentium etiam locum habet in alio contractu præall.l.ſi.C.de dona.quæ ſub modo, cum ſimilibus.Hinc etiam eſt,quod æquipollens ſufficit in ſententia,tex.eſt cum glo.in dict.cap.in his.& vult Bal.in addi.ad Specu.in tit.de arbitris,in verſi.quid ſi vnus:vbi dicit,quod ſi vnus iudicum dicat,condemno in vno ſolido, & alter dicat,condemno in 12.denariis, valet ſentẽtia & ſunt concordes,per d.leg.quæ extrinſecus. Hinc etiam rectè dicit glo. in leg.præſes,C. de ſenten.& interlo.omnium iudicũ, quod licet ſententia diffinitiua debeat continere abſolutionem vel condemnationem,vt ibi dicit tex. debet tamẽ ſuppleri, vel æquipollens:& idem vult glo.in d.cap.in his.& Ange.in conſilio 277.incipiente,tutor,vbi ſingulariter dicit,quod ſi iudex declaret reum debere decem , perinde eſt ac ſi eum condemnaret in decem:& bene faciunt notata per docto.in cap.vt quis duas,de electio.lib.6.vbi dicunt , quòd ſi inter duos litigatur ſuper electione coram ſuperiore,& ille ſuperior adiudicet vni illorum eccleſiam,quod videtur illum cõ
6 firmare.Hinc etiam eſt,†quod creditor qui reddere non poteſt chyrographum propter impoſſibilitatem,quia intercedit:liberatur dando debitori apocham , ſeu vt uocant quitantiam vel recepiſſe: text. eſt notabilis in leg. huiuſmodi. §. ſi ita legatum cui eſſet.ff.de legat.1,& in leg.pecuniæ , C. de ſolutio.maximè ſi creditor iurauerit, ſe chyrographum perdidiſſe. Et eſt ratio,quia non refert quid ex æquipollentibus fiat,iuribus ſupra in principio alleg. Hinc etiam eſt , q teſtes ſunt concordes & conteſtes, ſi vnus deponat de tribus ſolidis,& alter de 36.denariis:quod eſt verum, niſi teſtes producerentur ſuper formalitate verborum vel vocis: tunc enim non ſufficeret,quod teſtes deponerent per æquipollens.Ita ſingulariter dicit Bal.in c.bonæ.i. de elect. & volunt

lunt Anto.de Butrio,& Panorm. in capitu. nihil obſtat, de verborum ſignificat.& idem Anto. in capitu. cum eccleſia, de cauſa poſſeſſionis & proprietatis:& ſequitur Alex. in d. l.1.§.fina.& in d.l.quæ extrinſecus,& in l.3.§. ideoque, in apoſtillis ad Barto.ff.de teſtib. & idem Alex.in conſilio ſuo 112.3.volum.circa fi.incipiente.Viſo ſuperiore themate. q̃ commenda memoriæ,quia eſt quotidianum,& habui de facto in quadam ardua quæſtione matrimoniali. Caueat ergo nouellus aduocatus,in articulando formalia verba in illis perſiſtat; ſed addat, vel his in effectu ſimilia vel æquipollentia, vt faciunt boni & experti aduocati Hinc etiam eſt,quod qui non poteſt per poteſtatem retineri ut aſſeſſor propter ſtatutum prohibens, non poterit etiam retineri ut
7 conſiliarius:quia † de æquipollentibus idem eſt iudicium, & in ſtatutis ꝯprehenditur & ſubauditur æquipollens. Ita notabiliter vult Bart.in leg.nemini,C.de aduoca.diuerſo.iudic.ſufficit enim aliquid exprimi p̃ æquipollentia eiuſdem rationis,etiam in materia reſtringibili: cum ad æquipollens extendatur diſpoſitio etiam reſtringibilis, vt eſt glã notabilis in cap. ſi poſtquam.§.1.& §. fina. de electionibus lib.6.Hinc etiam eſt,quod diſpoſitio c.licet canon, de electionibus lib.6.quæ eſt pœnalis, comprehendit etiam vicarios perpetuos,in quibus eſt ratio æquipolleus: ut eſt text. in clemen.vnica,cum ſua notabili glo.de officio uicarii: & commemorat Cardina.in conſilio ſuo 30. poſt principium, & Anto.de Butrio in repetitione capitul.fiual.columna 56. de conſuetudine,& Lanfrancus in repetitione lege ſi verò. §.de viro.§. ſoluti. matrimoni. in 5. concluſione interpretationis,extenſiuæ,licet erret in allegatione rubricæ ſeu ti
8 tuli:imò quod fortius eſt,illud quod eſt † æquipollens non intelligitur excluſum per ſtatutum,etiam ſi in eo ſit dictio taxatiua,tãtum,vel ſimilis.Ita ſingulariter dicit Paulus de Caſtro in conſilio ſuo 300.incipiente,in Chriſti nomine,ad primum quæſitum,in antiquis:& ſequitur Iaſon in l.vnica, in principio. ff.ſi quis ius dicenti non obtemperauerit, & idem Iaſon in dict.l.ſi mater. Iſtud etiam facit ad deciſionem illius quæſtionis quotidianæ. Quidam filios ſuos hæredes inſtituit, & vxori ſuæ Seiæ mille legauit fruenda toto tempore vitæ ſuę donec in uiduitate permanſerit ſine vi

ro,&

ro,& poſt mortem vxoris voluit illa mille dari Titio:modo contingit,quod dicta Seia quondam vxor tranſiit ad ſecunda vota,& ſic perdit legatum: quæritur, an ea viuente Titius debeat habere dicta mille, an verò debeat expectare quouſque dicta Seia moriatur, ita quod interim illa mille remaneant apud filios inſtitutos. & deciditur,q; Titius poteſt incontinenti petere dicta mille, non expectata morte dictæ Seiæ: quia teſtator qui reliquit mille Titio poſt mortem Seiæ vxoris,credidit quid Seia vxor deberet durare in viduitate,& ideo quãdiu Seia haberet, noluit Titium conſequi illa mille:quandocunque ergo Seia deſinit habere, ſiue per mortem,ſiue per tranſitum ad ſecunda vota, Tĩtius debet admitti: quia teſtator habuit reſpectum ad effectum: & quando habemus effectum, non curamus de modo,nec refert † quid ex æquipollentibus fiat,iuribus præallega.Ita pulchrè diſputat & determinat Bart. poſt Rayne-
9 rium de Forliuio in repetitione Auth.hoc locum, C. ſi ſecun.nup.mulier,& Io.And.in addit.ad Specu.in rubrica de ſecun.nup.& Socinus in conſilio ſuo 259.& Alex. de Imol. in d.l.mulier in principio,per illum text.& Paul. de Caſtro Alexan.& Iaſon in dicta l.ſi mater,& idem Paul. de Caſtro in l.ſi quis hęres.ff.de acqui.hęre.& Alex.de Imol.in dict. l.gallus.§.& quid ſi tantum, & idem Alexand. in conſilio ſuo 100.4.voluminis incipiente, viſa parte teſtamenti &c. quo recurre.Poſſet tamen contraria opinio diſputando ſuſtineri,argu.l.vxori vſumfructum villę.ff.de vſufructu lega. & quia cum teſtator in conditione poſuerit, ſi uiduitate permanſerit,ſatis id cogitaſſe videtur, eam potuiſſe nubere, vndè cum non vocauerit Titium niſi poſt vxoris ſuæ mortem, ſatis manifeſtè apparet in caſu nuptiarum voluiſſe eum interim excludi:in iudicando tamen nõ eſſet a communi opinione facile recedendum. cognita tamen, quia articulus iſte non eſt ſine dubio. Iſtud etiam facit pro illo, cuius equus cucurrit ad brauium cum ipſum ſeſſorem eieciſſet,quod ſcilicet ipſe debeat habere brauium: cũ non referat quid ex æquipollentibus fiat,non ſit curandum de modo,dummodo habeamus effectum.dict.l.ſi mater,cũ aliis iuribus ſupra allega. & ita determinat Ioan. Fabri in ſuo breuiario,dicta l.ſi mater ſed in hoc ponderanda eſſent

verba

verba edicti,& ſecundum hoc danda eſſet ſententia:vt in ſimili dicitur in cap.porro,de priuile.& in l.aut qui aliter.§. ſi.cum ibi notatis per Bar.ff.quod vi aut clàm:& ita expreſſe vult Barto.in l.1.§.item acquirimus: circa finem. ff. de acquiren.poſſeſſio.& Albericus de Roſate in l.qui fundum. ff.quemad.ſeruitus amitta. Iſtud etiam facit ad illam vulgarem & pulchram quæſtionem,ſtipulatus ſum à tex.cum. Titius morietur:quæritur,an poſſum illa 10. petere, ſi Titius fuerit occiſus ? & dicitur quòd ſic:quia occiſus dicitur mortuus:& qui occiditur,ita iudicio Dei moritur:ſicut qui morte naturali decidit:vt eſt gloſ.notab Inſti.de capi.dimi. ſuper verbo commutatio,quam ad hoc notat Bald. in extra uaganti de pace Conſtantiæ,in verbo,vocatione diuina.eſt etiam gl.in l.proinde,in principio: & ibi eam ad hoc notat Bald. ff. ad legem Aquil. & ita determinat Petrus de Ancharano,in clem.prima, de pœniten. & remiſſio. quem refert & ſequitur Alexan.de Imol.in dict.l. Gallus.§.& quid
10 ſi tantum: Ex quo habes,quòd † appellatione mortis venit etiam mors violenta, ſic etiam appellatione mortis venit mors ciuilis, quando eſt omnino eiuſdem effectus cũ naturali:de quo per Cyn.in l.deo nobis,C,de epiſco & cleri. & per Panormitan.& canoniſtas in cap.cum ſis,de conuerſione cõiugatorum,& per gloſ.& doctores in capit. ſuſceptum,de reſcriptis lib. 6. & faciunt notata ſingulariter per Bart,Bald.& docto.in lc.cum pater.§. hæreditatem pri. ff. de legat.2.& notata per Socinum in conſilio ſuo 92 incipiẽte,Dominus labia &c.circa primum &c.in 2.& 3.columna, ubi ſingulariter per eos deciditur, quod ſubſtitutus alicui ſi moriatur ſine liberis,admittitur inſtituto ingrediente religionem mẽdicantium:licet ſecus eſſet inſtituto ingrediẽte religionem etiam capacem bonorum : iuxta ea quæ habentur & notantur in ca.in præſentia,de proba.& in Auth. niſi rogati,C.ad Trebellia.cuius non eſt alia ratio,niſi quia moto ciuilis in primo caſu eſt eiuſdem effectus cuius eſt mors naturalis:& non in ſecundo caſu,vt latiſſimè per Socinũ loco prædicto:q; eſt ꝓpetuo memorię cõmẽdãdũ:q; eſt in practica quotidianũ & ſeruit ad multa. Id tñ q; ſup. dixi limitaꝫ ſingulariter,niſi ille qui ſtipulatus eſt ſibi dari dꝯ cũ Titius morietur,præbuerit cauſam mortis:vt quia eum occidit,

occidit,vel occidi procurauit: tunc enim ei non debentur decem,imò puniendus est grauissime, vt est text.notabilis in l.si ab hostibus.§.1.ff.solu.matri. & vult Pet. de Ancha: dict.cle.1.in fine,quod nota. Item per istum arguendi mo-
11 dum potest inferri,quod sicut † constitutio loquẽs per verba præceptiua ligat contrauenientem ad mortale peccatũ, capitu.quod de præcipitur.14.q.1.& c.2.de maio.& obedi. cum modificatione tamen posita per Archid. post sanctum Thomam in cap.vtinam,76.dist.& per Panor.& Fely.in ca. quoniam contra fallam,de proba.& in c.nam concupiscentiam.de constitu. Ita etiam constitutio. loquens per verba æquipollentia præceptis,vt per verbum inhibemus,vel simile,ligat contrauenientes ad mortale peccatum. Ita notabiliter vult Archi.§6.dist.in summa,in finalibus verbis.& idẽ volunt Ant.de Butrio,Cardinal.Ioannes de Imol.& Pano. in d.capitu nam concupiscentiam. & idem dicendum est in verbis imperatiui modi, nisi consuetudo vel subiecta materia aliud suadeat,secundum Panormita.& alios in dict.capitul.nam concupiscentiam,& est text. melior de iure in d. cle.exiui de paradiso,in §.& quia præter ea, vbi etiam habes plura verba æquipollentia præceptis:vbi recurre. Hinc etiam refert Bald.in c.vnico,de duobus fratribus a capitaneo inuestitis,Io.22 dixisse,cum uerba sunt dubia recurrẽdum esse ad æquipollentia:dicens inter alia, carere & non habere esse æquipollentia: & inducit hoc ad pulchram & quotidianam quæstionẽ,sed de hoc vide plenius per glo. singularem in cle.in plerisque,in verbo & populo,de elect. & illic per Paulum de Liaza. Genzelinum,Anton.de But. Cardi.& Io.de Imola ubi plene reperies.Per hanc regulam
12 æquipollentium etiam infertur,quod † negatio præposita signo vniuersali,æquipollere facit suo contradictorio: negatio verò postposita signo uniuersali facit æquipollere suo contrario:& negatio præposita & postposita signo uniuersali facit æquipollere suo subalterno : de quo dixi satis plenè supra in loco a toto ad partem. & ergo hic non repeto. Posset et ad multa alia induci hęc argumentatio ab æquipollẽtibus,quæ breuitatis gratia omitto, & studioso in republica non occupato indaganda relinquo. Sed ne decipiaris in hoc quotidiano articulo uolo te scire, quod contra regu-

lam antetactam, non refert quid ex æquipollentibus fiat,
13 sunt tria fortia cõtraria. Vnũm est illud, casus † omissus ha
betur pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris commu-
nis, l. commodissimè. ff. de libe. & posth. l. si cum dotem, in
principio. ff. solu. matrim. & d. ca. susceptum. Secundum est
illud, conditiones debent impleri in forma specifica, & non
sufficit eas impleri æquipollenter, l. Mæuius, & l. qui hære-
di. §. fina. ff. de condi. & demonst. Et tertium est illud, licet
casus fictus sit similis vero: tamen nunquam fit extensio
dispositionis loquentis in casu vero ad casum fictum: nisi
hoc exprimatur, l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gestis, & l. fina.
C. de his qui veniam æta. impe. vndè si fit mentio de ætate,
intelligitur de naturali & non de illa quæ beneficio princi
pis suppletur, d. leg. fin. & si fiat mentio de morte, intelligi-
tur in dubio de naturali, & non de ciuili, l. ex ea parte. §. in
insulam. ff. de verbo. obligatio. & notatur per glo. in cap. pla
cuit, 16. q. 1. & in d. c. susceptum. ad quæ contraria tollẽda
per maiores nostros variæ & diuersæ reperiuntur traditæ
14 doctrinæ. Vna est, † quod aut insurgit ex æquipollentibus
idem effectus, & tunc non refert quid ex æquipollentibus
fiat iuribus in principio allegatis. aut non insurgit idem ef
fectus, & tunc refert quid ex æquipollentibus fiat, & sic pro
cedunt contraria. Ita dicit Cyn. post Dyn. in d. l. si mater, &
est originaliter de mente gl. in d. l. Gallus. § & quid si tan-
tum, cum respondet ad d. l. commodissimè, Alia doctrina
traditur per Io. Fabri in suo breuiario in dicta l. si mater, vi
delicet quod aut est tradita certa forma, aut non. & si non
aut insurgit diuersitas in ratione vel interresse: Et his duo-
bus casibus, scilicet quando est tradita certa forma, vel non
est tradita certa forma, sed insurgit diuersitas in ratione
vel interresse, refert quid ex æquipollentibus fiat. Extra au
tem dictos casus stat regula antetacta, non refert quid ex
æquipollentibus fiat Alia & tertia doctrina traditur per
Bart. in d. l. si mater, videlicet quod in ambitiosis & restrin-
gendis, casus omissus habetur pro omisso, & attenditur ibi
similitudo, d. c. susceptum. sed in fauorabilibus & extenden
dis distinguitur, aut ratione casus omissi deficit solennitas
& habetur pro omisso, d. l. commodissime: aut nõ deficit so
lennitas, & tunc si est eadem æquitas & omnimoda simili-
tudo,

tudo,casus omissus habet pro expresso d.l.si mater, aut nō est omnimoda similitudo,& tunc habetur pro omisso,d.l.fi: C.de his qui venam æta.impetra.siue omittatur à canone, siue à consuetudine vel statuto etiam iurato,siue à paciscē te,siue ab impetrante,siue ab appellante,siue à iudicem dā te,siue a procurantem dante.Et vbicunq; ponderatur modus magis quàm finis,vt ibi latius per eum post Io.An.in d. c.susceptum,in nouella. Alia & quarta doctrina traditur p Petrum,quē refert & sequitur Bal.in d. l.Gallus,§.& quid si tantum,quam vide per per te.Alia,& qūinta notabilis doctrina traditur per Salyc.in l.fi.C.de posthu.hære.inlti. quā etiam vide per te quia,nimis lōgum esset singula enarrare. Alia & sexta doctrina communiter approbata traditur per Bartol.in d.l.Gallus,§.& quid si tantum,quem insequendo aliquibus additis in hoc quotidianissimo articulo, †an prouisio facta in vnum casum extendatur & porrigatur ad alium:& utrum refert,quid ex æquipollentibus fiat: distinguo hoc modo: Aut prouisio facta est in vnum casum p modum dispositionis,aut per modum conditionis.Primo casu aut ex virtutè expressi,casus omissus potest intelligi, & tūc ad illum dispositum porrigitur,tex.est in §.illud,Institu.de societa.& in l.si non fuerint.ff.pro socio.Aut ex virtute expressi,casus omissus non potest intelligi, & tunc aut potest cōstare de voluntate disponentis,quòd velit dispositionem porrigi ad casum omissum:& tunc ad illum porrigitur,tex. est notabilis in l.Titius,§.primo,ff. de liberis & posthumis, & bonus textus in dicta l.fin.secundum vnam lecturam,C. de posthum.hærebibus instituēdis & ibi videtur Bart.Bald. Paul.de Castr.Alexand.Iasonem,& doct.quibus adde tex. cum sua singulari glos.& notata per Bartol. Baldum Paul. de Castr.Alexand.Iasonem,& docto.in l.tale pactum, §.fina.ff.de pactis:Aut de mente vel voluntate disponentis nō potest constare,& tunc aut casus fuit penitus omissus, vel fuerūt expressi duo casus qui obuenerunt coniunctim. Primo casu aut casus omissus est similis expresso & habet eundem effectum,& tunc ad illum extenditur,text.est in dicta lege fina.in fine. ff. mandati: aut non est similis, & non extenditur nisi casualiter ex legis prouisione & interpretata mente disponentis aliud sit inductum: vt potest videri

in ſubſtitutione vulgari, quæ in ſe comprehendit tacitam pupillarem,& econtra.l.iam hoc iure.ff. de vulgari & pupil
16 lari cũ ſimilibus. Secundo caſu quando fuerunt † expreſſi duo caſus qui ob venerunt cõiunctim, & tũc aut loquimur in materia in qua debet fieri interpretatio pléna. vt in teſtamentis,& ad illum porrigitur: & ſic hoc caſu ſub ſimplicibus comprehenditur mixtum,text.eſt notabilis in l. ſi ita ſcriptum,in principio. ff.de liberis & poſthumis & in l. clemens patronus. ff. de hæredib. inſtitu. & vide aliud exemplum quotidianum per Bald.in l.finali.in principio.C.de legatis,in patre legante filio libros legales ſi efficiatur doctor legum:vel philoſophicos,ſi promoueatur in artibus:nam eo promoto in legibus & in artibus,conſequetur vtroſque, ſecundum eum:quod nota.Aut loquimur in materia non fauorabili,in qua non debet fieri plena interpretatio,& tunc caſus omiſſus ad illum nõ extenditur,& ſic ſub ſimplicibus hoc caſu non comprehenditur mixtum text.eſt notabilis in l.vim paſſam.§.præſcriptione, iuncta l.mariti. §. hoc quinquennium. ff.ad legem Iuliam de adult.Hinc eſt, quod habens poteſtatem diſpenſandi cum ſpurio,& item cum inceſtuoſo,nõ poterit diſpenſare eum ſpurio & cum inceſtuoſo ſimul,vt puta cum nato ex conſanguinea maritata:Ita decidit Bartol.in d l.vim paſſam.§.præſcriptione,& habetur de hoc per Bartolus & alios in l.2.ff.de verbo.oblga.& per Panormitan.& canoniſtas in ca.at ſi clerici.§.de adulteriis,de iudiciis.Cauſa tamen euitandæ contrarietatis uel abſurditatis,ſub ſimplicibus comprehẽditur mixtum, etiam in materia reſtringibili, d. l.2. & ibi notatur per gloſ. Bartol. & cto. & ita communiter tenetur: licet quidam dicant, dictã facultatem diſpenſandi latè interpretandam, de quo vide latè per Alexand.de Imol.in d.l.2. & per eundem in rubrica,C.de iudiciis,& per Ioan.And.in add.ad Spec. in rubrica,qui filii ſunt legiti. & per Corneum in conſilio 64. in 2. volumine,& per Ange.in conſilio ſuo 257.& per Ludo. de Roma in conſil.ſuo 498.incipiente, in caſu, & per eundem in conſilio ſuo 294.& per Alexand.in conſilio ſuo 96. 2.volumi.incipiente,uiſo proceſſu,vbi vide.Hæc vera, quando quæritur,an diſpoſitio concepta in vno caſu uero,trahatur ad alium caſum uerum:ſed ſi quæratur, an diſpoſitio con-
cepta

cepta in caſu uerò trahatur ad caſum fictũ, omiſſis diuerſis opinionibus doctorum, traditis in diuerſis locis, ſic diſtinguo. Aut loquimur in diſpoſitione iuris communis, aut in diſpoſitione ſtatutaria, aut in diſpoſitione hominis. Primo caſu ſubdiſtinguo, aut agitur de fauore cõcernente, publicã vtilitatem, ſcilicet teſtamenti conſeruandi nel ſimilem, & tunc fit extenſio ut eſt gl. quam ibi ponderant Angel. & Io. de Imo. in l. ſi a primo. ff. de liberis & poſthumis & probatur in dicta l. Gallus. §. & quid ſi tantum. Aut non agitur de fauore, & tunc non fit extenſio, & ſic procedit regula dicta l. tertia. §. hęc verba. Secundo caſu quando loquimur in diſpoſitione ſtatutaria, tunc etiam diſtinguo. Aut ſtatutũ diſponit idem quod ius commune in materia fauorabili, & tunc ſtatutum diſponens in caſu uero, habet etiam locum in caſu ficto, text. & notabilis in capitu. ad audientiam, de cleric. non reſident. & ibi hoc notant Anton. de Butrio, Io. de Imola & Panormitan. & bene faciunt notata per glo. ſingularem in capitu. primo de conſtitu. libro ſexto. Aut ſtatutum diſponit præter vel contra ius commune, uel diſponit idem quod ius commune in materia non fauorabili, & tunc regulbriter ſtatutum non extenditur ad caſum fictum, niſi aliud appareret de mente diſponentis, ſecundum Ioan de Imo. loco prædicto. Tertio caſu quando loquimur in diſpoſitione hominis, tunc etiam diſtinguo. Aut loquimur in reſcriptis, & tunc diſpoſitio in caſu vero non trahitur ad caſum fictum, etiam ſi ſit eadem vel maior ratio: ut eſt caſus in d. c. ſuſceptum: Aut quærimus in alia diſpoſitione hominis, & tunc ſi ex caſu ficto reſultat expreſſe idem effectus qui ex vero quoad id de quo quæritur, & tunc fit extenſio ad caſum fictum, rex. eſt in d. l. gallus. §. & quid ſi tãtum, & §. ſequen. & in d. l. Deo nobis. aut non reſultat idẽ effectus, & tunc ſecus: d. l. ex ea parte. § in inſulam, cum ſimilib. ſupra allega. Secundo caſu principali quãdo prouiſio fit in vnum caſum per modum conditionis, tunc diſtinguo: Aut caſus omiſſus eſt diſſimilis expreſſo, & ad illum non porrigitur: & ſic loquitur d. l. ſi cum dotem, in principio, & d. l. commodiſſimè, & l. ſi ita quis, in ſi. ff. de lega. 2. & præal leg. l. fin. C. de his qui veniam æta. impetra.: Aut caſus omiſ-
19 ſus eſt ſimilis expreſſo, & tunc ſubdiſtinguo aut eſt con-

ditio neceſſaria ad ipſum actum, aut eſt conditio neceſſaria ad effectum actus, aut eſt conditio uoluntaria. Primo caſu quando eſt conditio neceſſaria ad actum, de qua habes exemplum in d.l.gallus.§.& quid ſi tantum, vbi ad hoc ut ſubſtitutio vulgaris habeat locum neceſſe eſt quod inſtitutus non ſit hæres,& tunc diſpoſitio facta in uno caſu porrigitur ad alium,& non refert quid ex æquipollentibus fiat, nec eſt neceſſe quod cõditio impleatur in forma ſpecifica: ſed ſi exprimitur unus caſus per quem non poteſt eſſe hæres,porrigitur ut dixi ad alium ſimilem:d.§.& quid ſi tantum,& ibi habetur per Bar.& doc. Secundo caſu,quando loquimur de conditione neceſſaria ad effectum actus,exẽplũ ſi relinquitur filiofamilias,ad hoc vt ipſe effectualiter hẽt, requiritur quod efficiatur ſui iuris: & tunc idem eſt quod in prẽcedenti caſu,quia ſi exprimitur vnus caſus per quẽ ſi efficiatur ſui iuris,teſtator vult eum conſequi legatum,porrigitur ad alium ſibi ſimilem. vt eſt caſus in d.l.ſi mater. & ibi Paul.de Caſt.Iaſ.& doct.& in d.l.mulier,in prin.& in d.l.fin.C.de dona.quẽ ſub modo:qui ſunt textus ad hoc notabiles. Tertio caſu quando loquimur de conditione voluntaria,tunc debet impleri in forma ſpecifica,nec porrigitur ad caſum non expreſſum:ut eſt caſus in dicta l. Mæuius, & in d.l.qui hęredi.§.fina.& declarat optime Socin.in dicto ſuo conſi.359.& ratio diuerſitatis eſt:quia in primis duobus caſibus teſtator cogitauit de effectu, ſed in hoc vltimo caſu cogitauit de forma ſeu modo tantum, ex quo apposuit conditionem voluntariam: vt pulchrè & ſubtiliter declarant Barto.Paul.de Caſt.& doctor.in d.§.& quid ſi tantum. de quo articulo uidere poteris latius ſi libet per Ioã. de Imol.Alexan.& nouiſſimos in dicta l. gallus.§.& quid ſi tantum,& per eundem Ioan.de Imol.in l.1.§. lex Falcidia. ff.ad legem Falcidiam & per Henricum BoicK in c.cum tibi,in 2.diſtinct.de teſta.& per doctores alibi. Eſt enim hęc materia ſubtilis & quotidiana,& doctores diuerſimodè sẽtiunt:quare mature deliberandum cenſeo,cũ caſus aliquis occurrerit dependens a voluntate tacita diſponentis,qui ab vna parte dicitur tacite comprehenſus in expreſſo, & ab alia parte dicitur omiſſus. ex quibus omnibus ſi per modũ epilogi recolligantur. habentur plures notabiles limitationes

nes ad dictam regulam, non refert quid ex æquipollenti-
38 bus fiat. † Primo vt non procedat, quando ratione casus omissi deficit solennitas, dicta l. commodissimè. Secundò vt non procedat in ambitiosis & restringendis, dicto ca. susceptum. Tertio ut non procedat, quando insurgit diuersitas in ratione vel diuersus effectus, & ratio est euidens: quia tunc nō sunt proprie æquipollentia, vt ex supradictis patet. Quarto ut non procedat quando fuerunt expressi duo casus in materia non fauorabili, qui obuenerunt coniunctim, dicto §. præscriptione. Quinto non procedat, quãdo aliqua sunt æquipollentia solum secundum fictionem & non secũdum veritatem: nam tunc lex disponens in casu uero, si est exorbitans vel odiosa, non trahitur ad casum fictum, siue sit dispositio iuris, siue statutaria, siue hominis: secus autem, si sit fauorabilis, vt supra dixi. Sexto vt non procedat, quando dispositio in se est dubia, & tractat̃ de odio, l. 1. §. & si quis. ff. de ventre in posses. mitten. quam ad hoc ponderat Salyc. in dicta l. fin. C. de posthum. heredib. institu. Septimò vt nō procedat, quando dispositio est qualificata, & propter qualitatem inducitur uariatio seu alteratio substãtiæ rei. Ita sentiunt Bal. & Angel. in d. §. quid si tantum. & faciunt notata per Bar. in l. denunciasse. §. quid tamen. ff. ad legem Iuliam de adulte. & quæ dixi supra in loco ab effectu eorum quæ simul requiruntur ad esse. Octauò ut non procedat, quãdo est tradita certa forma, vt quando apposita est conditio voluntaria, quæ impleri debet in forma specifica, vt dixi: & hoc est quod alii dicunt, de cõditione extrinseca: & generaliter non procedit ubicunque magis ponderatur modus quam finis: quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia singularia, & quotidiana, & vide quod dixi supra in argum. ab expresso ad tacitum.

1 *Factum præsumitur, quod communiter fieri solet. cum numero sequen.*

2 *Argumentum à communiter accidentibus utilissimum in probationibus.*

3 *Deterioratio rei non præsumitur in pretio vel substantia, nisi probetur.*

4 *Matrimonium probatur per instrumenta dotalia.*

5 *Filius in dubio præsumitur natus post contractum matrimonium.*

6 *Probatio debet necessario concludere: limitatur.*

7 *Permutatio beneficij pinguis cum tenui an sit fraudulenta & simoniaca.*

8 *Meretrix præsumptiuè qualiter probetur.*

9 *Locus, tempus, persona &c. inducunt præsumptionem mali, & illum facinus cessare.*

10 *Argumentum a communiter accidentibus quando procedat.*

LOCVS A COMMVNITER accidentibus.

TRACTABITVR nunc locus a communiter accidentibus, a quo sumptum argumẽtum est probabile, frequens, & utile: tex. est notabilis in c. 1. & ibi hoc notant Cardi. Io. Calder. Io. de Imo. Panorm. & doct. de cleri. non residentibus, & bonus text. in l. ideoq; & ibi tangitur per gl. ff. de legib. & tex. pulcher in l. quædã. §. numularios. ff. de ædendo, & est glo. notabilis in l. quæ natales, C. de proba. & ibi Cyn. Bal. Saly. & doc. not. & tangit gl. in l. cum dotem, & ibi etiam Bal. C. de iur. dot. & gl. in l. eum qui, in princ. ff. de publiciana; & glo. in l. 1. C. de arbit.

1 Et formatur hoc modo, † quod communiter fieri solet, præsumitur factum esse. Vel sic, prout communiter & frequenter accidit, ita præsumitur veritas se habere, d. c. 1. & l. eum qui probabilem, C. de epis. & cler. & l. cui Deus, & ibi Ang.

2 ff. de ædil. cũ simil. Et argumẽtũ † sumptũ ab hoc loco à cõiter accidentib. est vtilissimũ in materia probationũ, & ẽt in materia permissiua, ẽm Bal. in l. conuenticulam, in tertia & vltima col. C. de episco. & cler. imò locus a communiter accidentibus concludit in materia probationum, vt dicit Bal. in c. fi. de causâ possessio. & propriet. & idem Bald. in c. vasallus, in tit. fi de feudo fue. controuer. & Bal. in l. data opera, in 12. colum. C. qui accus. non possunt. Et est iste locus valde notandus, vbicunq; proceditur ex præsumptionibus, secundum Bal. in repetitione l. cum mulier, n. 24. col. ff. solut. matr.

matr.& in conſilio 70.primæ partis,incipiente,apparẽt.quæ dam inſtrumenta.Hinc dicit Odofred.in l.1. C. de tranſa- » ctio.quod omnes tutores ſunt baratatores a communiter accidentibus.Hinc etiam dicunt Cyn.& Bal.in l.cum opor tet,C.de bonis quæ liberis,quod omnes Altenſes ſunt vſu rarii, a communiter accidentibus. Hinc etiam ſingulariter dicit Bald.in l.2.circa finem,in verſi. ſed pone quidem dice bat,C.de reſcind.uendit.quod uera,æſtimatio rei ſeu iuſtũ precium probatur præſumptiuè,ſi teſtes dicant , quod per annũm ante tempus contractus res valebat decem:quia ex hoc præſumitur tantum voluiſſe tempore contractus,quod
3 inſpicitur,l ſi uoluntate,in finè,illo eodem titu.nam † non præſumitur deterioratio rei in pretio vel in ſubſtantia,niſi probetur.nam in breui tempore per locum a communiter accidentibus non contingit mutatio notabilis quantitatis in rebus immobilibus : ſeu ſtabilibus ut vocant: niſi aliud probaretur,ſecundum cum ibidem:quod reputat notabile. Hinc etiam dicit Socinus in conſi. ſuo 41.in 2.colum.quod fatui communiter reputant ſe ſapientes,a communiter accidentibus , tollens per hoc depoſitiones quorundam teſtium,in pulchra quęſtione,de qua ibi per eum.Hinc etiam dicit Bald.in conſtitutione habita,C.ne filius pro patre, va lere hanc conſeqnentiam,talis ſtetit in ſtudio longo tempo re:ergo fecit magnas expenſas,per locum à communiter ac cidentibus : quod dicit facere pro fratribus ſcholarium, qui remanſerunt domi:quaſi uelit dicere, quod talis impẽ ſa ſibi debeat deduci de portione filiali: de quo articulo vi de plenius per Baldus & Paulus de Caſtro.in l. filiæ cuius, C.famil.herciſcund. & per Barto. in lege prima, §. ſed nec caſtrenſe.ff.de coll.bono. & per Bald. Pau.de Cait. & doc. in l.omnimodo §.imputari.C.de inofficio.teſtamen.& pul chrè per Nicolaum de Vbaldis in notabilis tractatu ſuo ſuc ceſſionis ab inteſtato,in verſicul.ſexto quæro,quo recurre. Hinc etiam dicit Baldus in l. cum in te , C. de donation. ante nupt quod præſumptio illius ſingularis legis fundatur in loco a communiter accidentibus , nam communiter ac cidit,quod ſponſa non ducitur ad domum ſponſi,niſi prius contrahatur matrimonium. ſi ergo in domo ſponſi facta ſit donatio,præſumitur facta poſt cõtractũ matrimoniũ, vt ibi

Hinc etiam dicit Bald. in lege neque 1. C. de nuptijs, quòd per † instrumenta dotalia probatur matrimonium, arguendo a communiter accidentibus, de quo latius ibi per eum, & per Ludouic. de Roman. in suis singularibus, singulari 488. incipiente, nunqnid per instrumentum dotis, & per canonistas in capitulo illud. de presumption. Hinc etiam dicit singulariter Bald. in lege tertia, §. cognoscit. ff. de offic. præfecti vigilum, quòd in dubio incendium ortum in aliqua domo præsumitur culpa inhabitantium processisse, per illum texnam licet locus a communiter accidentibus non sit necessarius, est tamen probabilis & sequendus, secundū eum. Hinc etiam dicit singulariter Bal. in addition. ad Specul. in titulo. de locato, in verficul. si autem non appareat quòd si de originali forma concessionis in emphyteosim non appareat concessio facta per ecclesiam, præsumitur in dubio facta in tertiam generationem, quia ita fieri consueuit, vnde a communiter accidentibus ita præsumere debemus, secundum eum, & allegat lege penultima, C. de fidiuss. sed debuit allegare l. finali. Hoc argumento a communiter accidentibus utitur etiam Hippolytus de Marsilijs in lege prima §. diuus, ff. ad leg. Cor. de sica. ad probandum, quod percutiens aliquem in capite cum capitulo ensis præsumitur habuisse animum occidendi, licet non percussérit cum ense vel ferro. cum vulnus illatum in capite a communiter accidentibus sit lethale, de quo ibi latius per eum, quem omninc vide. Hinc etiam dicit singulariter Salyc. in l. non hoc, C. unde cognati, & sequuntur ibi Alexand. & Iason, quod si mortuus sit aliquis qui reliquit multas possessiones, & agnatus apprehendit dumtaxat aliquas res mobiles ad defunctum dum vixit pertinentes, per hoc non præsumitur adiuisse hæreditatem, quia communiter qui adeunt hæreditatem, apprehēdunt primo res immobiles magis prætiosas, de quo ibi latius per eos, & per Bald. in tit. an agnatus vel filius agnati, in vsibus feudorum, vbi idem sentit, sed istud non procederet in locis, in quibus de consuetudine apprehendentes bona mobilia, tenentur soluere æs alienū, vt Louanij, Eruxellæ, & alibi: sed cessante consuetudine, & ubi essemus in terminis iuris communis, dictum Salycet. est valde notabile: quia uidi in casu occurrente magnam

fieri

fieri difficultatem. Hinc etiam dicit Salyce. in dicta lege neque natales, quod in dubio filius præsumitur natus post matrimonium contractum inter patrem & matrem, & non ante, licet quandoque cõtingat, quod ante nascatur, & postea legitimetur, capit. tanta, qui filij sunt legitim. & l. cum quis, C. de naturalib. libe. cum similibus: nam magis frequenter & regulariter contingit, quod vxores non fuerunt prius amasiæ viri, vnde probato tempore matrimonij patris & matris præsumendum est filium postea natum, nisi probetur
5 contrarium, & sic † minor ætas filij præsumptiue probatur ex dinumeratione annorum inchoanda a tempore matrimonij inter patrem & matrem contracti. secundum Salyce. loco prædicto. Et ergo asserens contrarium, debet hoc probare, ex quo habet præsumptionem iuris contra se, vt dixi supra in loco a verisimili: vbicunque. enim probatur vnũ videtur probari reliquum, quod cum primo frequenter contingit, licet non semper, vt vult gloss. in dicta lege neque natales, quam ad hoc reputant singularem Salyce. Alexand. de Imo. & Iason in dicta l. non hoc, & in hoc est vtilis iste locus a communiter accidentibus, quia transfert onus probandi in aduersarium, vt vult gloss. in dicta l. neque natales, quam ad hoc ponderat Ludo. de Roma in suis singularibus singulari 401. incipiente, quis debet probare. Et per
6 illud limitatur relgula, quæ habet, quod † probatio debet necessario concludere, & quod non probat hoc esse. quod ab hoc contingit abesse. cap. in præsentia, de probatio, & d. l. neque natales, & d. l. non hoc, quia illud est verum, nisi probatio includat a communiter accidentibus, nam illa sufficit, quia lex præsumit pro eo quod frequenter accidit. Ita notabiliter dicit Felyn. in d. capitu. in præsentia, in 7. columna, in versi. quartò limita & Io. Fabri in suo breuiario in dicta l. neque natales, & est de mente Salyc. Alexand. & Iasonis in d. l. non hoc, quos omninò vide, quia ponunt multas singulares limitationes ad regulam ante tactam. Item per hunc arguẽdi modum à communiter accidẽtibus Odofred. in lege generaliter, in 2. columna, C. de non nume. pecu. mira dexteritate concordat quædam iura, quę videntur omninò contraria; vt videre poteris per teipsum, Et procedit hic arguendi modus a communiter accidẽtibus etiã in

malo

malo præſumendo, vt optime probatur in d.c.1.& in d.l.eũ qui probabilem,& vult expreſsè Pan.in c.2.in fine,de elect. & Ioan.Calde.in d.c.1.vbi per illum tex.dicit, quod argumentum à communiter accidentibus valet ad ferendum ſententiam,etiam cum agitur de crimine ciuiliter.& hoc dũ &um refert & ſequitur Panor.in conſilio ſuo 113.ſecundi voluminis,incipiente, Tria ſunt principaliter in cauſa mota &c.& Iaſon in dicta lege non hoc licet alium numerum
7 aſſignet Et hinc eſt,quod † permutatio præſumitur fraudulenta & ſimoniaca,ſi beneficium pingue fuerit permutatũ cum tenui de quo articulo quotidiano vide plene per Ioã. And.in cap.ſecundo de renuncia.lib.6.in nouella,& per alios ibidem,per Anto.de But.Pe.Ancha.Io.de Imo.Pan & alios in d.c.1.& per eundem Pan.& alios in c.quia veriſimile,de præſump.hinc etiam dicunt Iacob.Butrig.& Bal.in d.
8 l.neque natales,quod aliquam † eſſe meretricem probatur per hoc,quod ſcholares paſſim de die & de nocte uadunt ad eam,licet non probetur tactus, vel alij actus venerei,a communiter accidentibus,quando enim ſcholaris loquitur cum muliere,non præſumitur ei dicere pater noſter, ſecundum Bal.in d.l.neque natales,& in d.l.data opera, & habetur,per Bal.& Ioan.de Imo.in l.ſi.ff. de hære. inſtitu. & faciunt notata per Bar.in l.3.in principio.ff.de furtis, & notata per eundem Bar.in l.2.§ fin.& in l.quod ait lex, in principio,& in l.capite quinto.ff.ad leg Iul.de adulte. & notata per Panor.& canoniſtas in c.tertio loco,circa finem,de proba.Hoc tamen locum non habet in ſacerdote vel viro religioſo qui ſi amplectitur mulierem præſumitur cauſa benedicendi hoc facere,non cauſa libidinis.Ita dicit gl.ſingularis in c.abſit,11.quæſt 3.ſed tu dic,in hoc cõſideranda,& põderandas circunſtantias loci & temporis.& qualitates per-
9 ſonarum,quia † locus,tempus,perſona, & cauſa, inducunt præſumptionem mali,& illam etiam faciunt ceſſare.l.aut ſi data,ff.de pœnis,& habetur,in c.in omnibus,& in c.clericus 81.diſt.& in c.ſciendum,29. diſt. Alioqui decipi poſſes, vt fertur de bono illo viro; id cuius vxoris languentis lectum monachus quiſpiam ſuo prætextu audiendæ confeſſionis accedens,ſacroſancta ſcilicet diui ſui ordinis fœmoralia ille reliquit,ſi Poggio credimus,quod & aperte vult Panor.

in

in d.c.1.in fin.de cleri.non reſiden.& Fel.in c.auditis,in 19. col.de præſcrip.& ergo diſtingue in hoc caſu tempora & loca,& inſpicias conie&turas,& cõcordabis ſcripturas,c.ſi pec cauerit,2.q.1.& l.apud antiquos,C. de furtis.Hinc etiam eſt,q; in dubio reo dicente ſe tortum,& metu tormentorũ confeſſum,iudice autem cum notario dicente,eum ſponte confeſſum alio non probato, præſumendum eſt eum torrũ & metu tormentorum confeſſum,per locum a communiter accidentibus.Ita ſingularitur dicit Bal.in conſilio ſuo 479. quintæ partis,incipiente,in Chriſti &c.tres ſunt caſus &c. ſecundum numeros meos,& Pe.de Anch.in conſilio 24. incipiente,viſa inquiſitioue.& meminit Alex.in conſilio ſuo 5.primi voluminis,incipiente,Redemptoris &c.in cauſa inquiſitionis &c.in prin.& Hipp.de Marſi.in ſuis ſingularib. ſingulari primo.Hinc etiam dicit Bal.in l.ædem,C.loca.q& locans domum ſuam ſcholari iuueni,nõ poterit eum expellere ob hoc,quod meretrices in eam induxerit, quaſi in re locata malè verſatus eſſet,quia hoc præſumere debuit, per locum a communiter accidẽtibus:ſecus ſi locaſſet domum ſuam ſacerdoti,ſecundum eum,quod nota.Illud autem eſt indubitatum,quod† argumentum a communiter accidentibus,quod fundatur in veriſimili & probabili, tuuo demũ procedit,quando formatur ab eo,quod frequẽter & vt plurimum contingit adeſſe & raro abeſſe: Alioquì autem non procedit,ſed habet locum regula antetacta:non probat hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe ſcilicet frequenter & facile,vt dicit gl.ſingularis in d.l.neque natales,& ibi hoc bene declarant Cyn.Bal Saly.& docto.& Sal.Alex.Iaſon & doct. in d.l.non hoc.imo committitur tunc fallacia conſequentis vt dicunt dialectici:Non enim valet conſequentia, iſte eſt comptus,ergo adulter:vel pater iſtius eſt ingenuus,ergo ipſe eſt ingenuus,quia oppoſitum conſequentis ſtat cum veritate antecedentis.Et hoc eſt quod nos quotidie dicimus non probat hoc eſſe,quod ab hoc contingat abeſſe,d.l.neq; natales,& d.l.non hoc,& l.matrem,C.de proba. quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchre,utilia , ſingularia, & quotidiana,& uide quod dixi ſupra in loco a ſubiecta materia,circa finem.

Diſpoſi-

Digitized by Google

1 *Dispositum & ordinatum ad vnum finem non debet eius contrarium operari, cum nu. seq. limitatur, nu. 2.*
3 *Inducta ad diminutionem non operantur augmentum, limitatur.*
4 *Adiectio non semper auget dispositionem.*
5 *Ordinatum vel dispositum an habeatur pro facto remissiue.*

LOCVS AB ORDINATIONE.

OFFERT se nunc locus ab ordinatione, seu vt alij volunt a destinatis, a quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vti-
1 le, & formatur hoc modo. † Dispositum vel ordinatum ad vnum finem, non debet eius contrarium operari, l. legata inutiliter. ff. de alimen. leg. l. Secunda ante finem, C. de iureiuran. propter calum. dan. l. qui hominem. §. fi. ff. de solu. l. cum is. §. primo. ff. de condictio. indeb. l. siue hæreditariæ, in fine. ff. de nego. gest. cap. maiores. §. sed adhuc, de baptismo, & cleri. exiui de paradiso. §. deinde, de verbo. sign. cum similibus. quod sermit ad multa. Et particulariter deducendo vtilitatem ex hac argumentatione prouenientem ad practicam, ex multis pauca colligendo, ex isto infertur primo, quod eadem solutio non operatur liberationem & repetitionem, d. leg. qui hominem. §. fin. & d. l. cum is. § 1. Secundo ex isto infertur, quod excipiens non videtur confiteri intentionem agentis, quia ordinatum ad exclusionem agentis, non fundat intentionem agentis. secundum Bald. in l. conuenticulam, C. de episc. & cleric. de quo articulo quotidiano vide latius per gl. & doctor. in regula exceptionem obijciens, de regu. iur. lib. 6. & plenissime per gloss. Panormitan. Felin. & doctor. in l. cum venerabilis, de excep. & per Bar. & legistas in l. non vtique. ff. de excep. & in leg. decem. ff. de verb. obligation. ad quos remisisse sufficiat. Tertio ex isto infertur, quod inducta ad priuationem, non inducunt dispositionem, l. ex facto etiã. ff. de hæred. instit. & l. Titia. § final. ff. de manumissis testa. Vnde si pater exhæredaret filium absentem si ad patriam non redierit, non videtur eum instituisse si ad patriam redierit;

Digitized by Google

dicerit: quia ex dispositionibus priuatiuis non resultat habitus,d.l.ex facto eriam: & ex dispositionibus negatiuis nõ resultat affirmatio.d.l.Titia.ff.fin. & ita notabiliter decidit Bald.in l.secunda,C.de conditio.inser.& sequitur Petr. de Ancho. in repetitione cap.canonum statuta, in xiiij.quæst. principali,ante finem,de constitutio. Et ratio illius est euidens. quia non potest sumi argumentum a contrario sensu in dispositionibus conditionalibus, quando de institutione vel substitutione agitur,l.Lucius, vltima,& ibi est glos. singularis, quam doctores communiter approbant,ff.de hære. instit. & vult expresse Bald. in d.l.ex facto etiam, & dixi supra in loco a contrario sensu , vbi vide . Quartò ex isto infertur , quod conuentio quæ principaliter ordinatur ad resoluendum , non potest operari productionem actionis , text.est notabilis in l.ab emptione,in fin.ff.de pactis : & similiter pactum ordinatum ad excipiendum non valet ad agendum . Ita notabiliter vult Bartol.& sequuntur docto.
2 reprobata glo.in l.traditionibus,ff.de pactis . Hoc † tamen limitatur dupliciter . Primo , ut procedat , nisi actum sit expresse vel tacite quod agi posset : nam tunc cessat ratio prædicta : text. est notabilis in l.ex empto. §.is qui vina, & in §.præcedenti,& utrobique Bartol. ff. de actionibus emptio. Secundo limitatur vt procedat, nisi verba resolutiua sint taliter concepta , quod intelligatur celebrata noua venditio:quia tunc bene agi posset,l.iurisgentium.§.adeò, & l.si vnus §.pactus ne peteret.versic. idem dicemus. ff.de pactis:& ita decidunt Guliel.& Angel.in dict. l.ab emptio.
3 Quintò ex isto infertur,quod † inducta ad diminutionem non operantur argumentum d.l.legata inutiliter, & l.legata inutiliter.ff.de leg. 1.& ratio est, quia actus agentiũ non operantur vltra eorum intentionem, l.non omnis, in princ. ff.si cer.pe.Hoc tamen ego limito singulariter verum,quãdo inducta ad diminutionem possent operari effectum diminutionis nõ operando augmentum: sed quando inducta ad diminutionẽ non possent operari diminutionẽ nisi prius operentur argumentum, tunc inducta ad diminutionẽ operantur argumentum tanquam necessarium antecedens:pro hoc allego tres tex.notabiles,quorũ primus est in l. Proculus,in prin.& ibi hoc volũt Bal.& Ang.ff.de vsufr. & sequit

Fran-

Franciſcus de Crema in ſingulari 28. Secundus eſt in l. fi. ff. de vſufruc. ea re. quæ vſu conſu. Et tertius eſt in l. deniq; §. interdū, ff. de peculio lega. qui tex. plus probant. videlicet q̃ adiectio auget diſpoſitionem etiam cōtra proprium ſignificatum verborū: quod nota, q̃a eſt ſingulare & quotidianū.

4 Hoc tamē nolo te ignorare, q̃ † Adiectio non ſemper auget diſpoſitionem, ſed interdum diminuit: tex. eſt ſingularis in l. pen. & ibi Bal. notat. ff. de ſerui. ruſti. prædi. de quo exclamat Ludo. de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 71. & Frā ciſ. de Crema ī ſingulari 61. & Ial. in §. æque Inſti. de actio. & vide alium caſum ſingularem & quotidianū p̃ notarios, & practicos cōiter ignoratum, in quo adiectio diminuit diſpoſitione ſupra in loco à commodato ad precarium: & vnū alium caſum p̃ Bar. in l. generali, §. vxori. ff. de vſufru. lega, quo recurre. Sexto exiſto infertur, q̃ inducta ad augmentū non operantur diminutionē, l. ſi emancipatum, in principio. ff. de fundo inſtructo. Et hinc ſingulariter dicūt Gul. Albe. de Roſate & Ang. in l. nulla. ff. de legib. q̃ ſi teſtator legaue rit vxori domum cū adiectione tali, q̃ ſi domus valeat minus quā ducentas libras, debeat ei ſuppleri, ita q̃ vxor habeat valorem ducentarū librarū, ſi contingat, q̃ domus valeat plus, illud non debet ei auferri: q̃a dicta verba fuerunt prolata à teſtatore ad ampliandum & in fauorem vxoris. Ergo non debent interpretari in oppoſitū, arg. d. l. nulla, & p̃. l. ſi mancipium. Illud autem non eſt obliuioni tradendū, q̃ licet ordinata ad vnum finem ſeu effectum non debeāt vel poſſint operari contrarium, iuribus præall. tamen ordinata ad vnum finem bene operantur effectum diuerſum, concurrentem tamen: tex. eſt notabilis in l. in nume. rationibus, & ibi gl. Bar. Pau. de Caſt. & doct. notant. ff. de ſolu. & habetur eleganter per Alb. de Roſate in 1. parte ſtatutorum q. 147.

5 An † autem ordinatum ſeu deſtinatum habeatur pro facto vide p̃ Alb. de Roſate in 2. parte ſtatutorum q. 205. incipiē te, Item quæro duas pulchras q̃ſtione: & per Bar. Bal. Alex. & doct. in l. cætera. §. ſed & ſi parauerit. ff. de l. 1. vbi per hoc reperies deciſas quaſdam quæſtiones quotidianas: quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia, ſingularia, & quotidiana.

SVM-

Digitized by Google

ab vſitato.

1 Argumentum ab vſitato, ſeu a ſolitis probabile & vtiliſſimum eius forma. 2.
3 Conſuetum fieri dicitur neceſſarium, & ſolita apponi licet non apponantur, habentur pro appoſitis, & nu ſeq.
4 Conſuetudo optima legum interpres.
5 Notarius ſemper intelligitur rogatus, vt apponat clauſulas conſuetas.
6 Clauſule inſolite appoſite in inſtrumento inducunt preſumptionē latentis fraudis.
7 Res fiſcales vendi vel locari non poſſunt, niſi plus offerenti.
8 Electus ad aliquod officium in dubio intelligitur electus cum ſalario conſueto.
9 Conſuetudo excuſat notarium a pœna falſi.
11 Dictio taxatiua extranea excludit, & pertinentia ad contractum includit.
12 Maſculinum in contractibus non concipit fœmininum.
13 Argumentum a ſolitis quando non procedat. 14.
14 † iendum caſu temporis non tollitur.
15 Conſuetudo non debet extendi de perſona ad perſonam.
16 Conſuetudo patrisfamilias teſtantis, contrahentis, vel aliter diſponentis eſt prius inſpicienda, quam conſuetudo regionis.

LOCVS AB VSITATO SEV à ſolitis.

1 NVNC ſubnectemus locum ab vſitato ſeu à ſolitis vel conſuetis fieri, à † quo ſumptum argumentum eſt probabile, frequens, & vtiliſſimum: vt patet in iuribus infra allegandis. Et primò de hoc eſt tex. notabilis in l. ſi quis donaturus, & ibi gl. de vſufruc. Secundo in l. quod ſi nolit. §. qa aſſidua, & ibi Bal. ff. de Aedili, edict. Tertio in l. certi cõ dictio. §. ſi nummos, & ibi Bar. Ang. Ale. Iaſon. & doct ff. ſi cer. pet. Quartò in l. vt liberis, & ibi notatur p Albe. de Roſate, Iaſonem & doct. C. de collatio. Quintò in c. cũ M. Ferrarienſis,

rienſis,& ibi Ant.de Butr. Ioann.de Imo.Panorm. Felin.& doct.canoniſtæ notant,de conſtitut.Sexto in l.final,ff.quod cum eo.Septimo in l.certè,in fi.ff.de precario. Octauò in c. cum Marthæ,& ibi notatur per glo. de celebra.miſſa. Nonò in cap.per venerabilem,in §.quòd autem,& ibi Præpo. notat,qui filij ſunt legit. Decimo in cap.prudentiam, in principio:& ibi Cardin.notat,de offic.leg. Vndecimo in l.excepto,C.locati,& in l.iuriſgentium.§.pactorum, & ibi gloſ.ff. de pactis,& in l.& ſine dolo malo,ibi, & quotidie prætores. ff.de minoribus:& in l.item ſi unus.§.fina.ibi, ſed eſt vſitatum.ff.de arbitris,& in l.ei qui,in fine,ff.de petitio.hæred. item bonus tex.in §.fin.Inſtitu. de ſatiſdatio. & ibi Bald.dicit,quod argumentum ab actu quotidiano eſt validum in iure,& idem dicit Bald.in l.3.§.cognoſcit. ff.de offic. præfecti vigilum. & ſi plures alias videre libeat concordantias vide Alex.& Iaſo.in d.§.ſi nummus,& Alberi. & Iaſ.in d.l. vt liberis,& Albe.in d.l.ſi quis donaturus.& Bart. & Alex. in apoſtillis ad Barto.in l.ſi prius.§.recte placuit.ff.de aqua plu.arcen.& eundem.Alexan.in apoſtillis ad Bartol. in l.vel vniuerſorum, ff.de pignor.act.Et argumentum ex hoc loco
2 formatur hoc modo. † Attendendum eſt quod fieri ſolet. Vel ſic, quod quotidie fit vel ſolitum eſt fieri, legitimè fit ſeu legitimum eſt,d.§.ſi nummos,vbi iuriſconſultus ſic arguit,& ſepe alibi:vt patet in iuribus ſupra allegatis Et iſtud facit ad multa, & inter alia in primis ad hoc, quod præſumendum eſt pro his quæ diu agitata ſunt in eccleſia dei, patiente & tollerente ſuperiore, c.conſtitutus:& ibi Panormitanus notat,de religio.domibus, & ca.eccleſiaſticarum, 11.diſt. Vnde eleganter dicit Vlpianus iuriſconſultus in l. pen.ff.de conſtitu.principum, non recedendum ab eo iure quod diu æquum viſum eſt,niſi euidés ſubſit vtilitas. Hinc etiam eleganter dicit Bald.in l.quicunque:in 4.notabili,C.
3 de ſeruis fugiti. † quòd id quod conſuetum eſt fieri, non dicitur arbitrarium,ſed neceſſarium: pro quo ego adduco bonum tex.in c.ex parte,de cenſib. Hinc etiam eſt,quòd illud quod conſueuit apponi in contractu, licet nõ ſit appoſitum in inſtrumento contractus, habetur pro appoſito, d.§. quia aſſidua,& d.cap.cum M.Ferrarienſis,& d.l.ſi prius. §.rectè placuit,& ibi Barto.& Alex.in appoſtillis ad Bar.Imo gene-

ralius dicit Innoc.in c.olim tibi,in princi.de verbo.signific, quem refert & sequitur Panorm.in c.certificari,de sepultu ris & frequenter alibi, quod omnis dispositio mundi, siue legalis siue vltimarum volũtatum: siue contractuum,recipit interpretationem & suppletionem a cõsuetudine, & ab
4 eo quod fieri solet. Consuetudo † enim est optima legum & aliarum dispositionum interpres,l. si de interpretatione. ff.de legib.& idem reperio velle Pet.de Ancho.& Ioan. de Anania in c.quam graui,de crimine falsi.Hinc etiam est,q ex vsu consuetudine viuentis præsumenda est vltima uolũtas eiusdem morientis,l.Titia.§.qui Marco.ff. de annuis lega.& l.Sempronio.§.fin.ff.de vsufructu legato. Hinc etiam dicit notabiliter Bal.in cap.1.post principium, qui feudum dare possunt,quod illud quod fit de consilio sapientum,presumitur factum bona fide & sine calnmnia,l.Polla. cum ibi notatis per glo.C.de his quibus vt indig. quia ita consuetũ est fieri,secundum eum:quod dicit notabile,subdens quod consuetudo habet vim decreti,item vim iustitiæ, item dat mandatum,item dat iurisditionem etiam arbitris,& ibi plenius per eum. Hinc etiam videmus, quod omnes clausulæ quæ solent apponi in diplomatibus apostolicis aut bullis,vt vocant:si sint omissæ,subintelliguntur in eis,& habẽtur pro expressis capi.accepimus, & ibi hoc notat Anto. de Butrio, de æta.& qualita.& est tex.optimus & melior de iure in d. capitul.cum M.Ferrariensis,& si clausula solita poni in certo loco, transponatur:habetur pro apposita in loco proprio & solito. text.est notabilis in capitulo causam quæ,& ibi canonistæ ad hoc notant illum tex.de rescrip.Hinc etiam est,
5 quod † notarius séper intelligitur rogatus,vt apponat clausulas,in similibus contractibus apponi consuetas, etiam si a contrahentibus hoc non fuerit dictum tex.est notabilis in l. si.in fin.C.de fideiusso.& ibi Bald. dicit illum.text.esse meliorem de iure, & idem vult Bald. in l. hniusmodi, in principio.ff.de lega.1.& idem Bald.in lege si quis sub condi tione,in fine.ff.de condi.instit.et idem Bald. in l.ita demũ. §.1.ff.de arbitris,& idem Bal.in rubrica ante finem,C.de revocan.his quæ in fraudem credito.et Alex.de Imo.in cõsi. 27.2.volum.incipiente,in causa et lite.et idem Alex.in consil.107.eiusdẽ voluminis incipiẽte,pro inuestigatione,&c.&

idem Alex.in d.l.huiuſmodi,& Bal.in l.1.circa fin. ff.ſolut. matri.Vbi per hoc dicit,quòd notarius in inſtrumento dotis poteſt apponere obligationem hypothecariam , etiam ſi non ſit dictum a partibus , ex quo ſolet apponi in ſimilibus inſtrumentis. Hinc etiam ſingulariter dicit Ioann.Andr.in addit.ad Spec.in ti.de inſtrum.æditio.in §. inſtrumentum, in verſi.quid ſi a contrahentibus,quod notarius ſimpliciter rogatus,in contractu donationis vel venditionis aut ſimili , poteſt adijcere clauſulam precarij vel cõſtituti, puta quòd donans vel vendens cõſtituit ſe precario vel ſimpliciter poſſidere pro donatario vel emptore, quia ita fieri conſueuit , & efficacius per hoc venitur ad mentem contrahentium:& hoc procedit ſecundum eum ſi non fuit adiectum,q̃ inſtrumentum conficeretur ad ſenſum ſapientis:quia hoc adiecto etiam inconſueta poſſent ſuppleri, dummodo non ſint ſubſtantialia vel eſſentialia.nam illa a principio ſic inſunt contractibus, quòd ſine illis vitiantur,ſecundum eum: per dictam autem clauſulam, ad ſenſum ſapientis, non eſt dubiũ quin conſueta poſſint ſuppleri,iuxta no.per glo. & docto.in l.ſi mandato Titii.§.ſi.ff.mandati,vbi eſt bona gloſ.tractans de virtute dictæ clauſulæ, ad ſenſum ſapientis : de qua etiã habetur per glo.Bar.& doc.in l.illa inſtitutio. ff.de hære.inſtit.& per glo.& doct.in l.ex ea parte,in princi.ff. de verbo. oblig.& per Ioan.de Imol.in cap.1.in fine de conſtitutio. & per Speculato.in titu.de emptio.& vend.in §.1.in verſi.ſed quid ſi in inſtrumento,& per eundem Specu.in d.tit.de inſtrum.æditi.§.inſtrumentum, verſicu. quid ſi a contrahentibus:& per Bal.in l.cum quid.ff.ſi cer.pet. & per Salic.in l. captatorias,C.de teſtamen.milita.& per Pet. de Anc.Ioan. de Imo.& Barbatiam in c.cum tibi,de teſtamẽ. Hinc etiam
6 inferri poteſt arguendo a ſolitis , † quòd clauſulæ inſolitæ poſitæ in aliquo inſtrumento inducunt præſumptionem latentis fraudis:vt eſt glo.ſingularis in dict. l.ſi quis ſub conditione,quam ibi commendant Bar. Bald.Angel. & doct.& Feli.in c.2.de reſcrip.& idem Feli.in cap.cauſam quæ 2. de reſtib.& docto.ſæpe alibi.Hinc etiam eſt, quod mandatum regis vel principis intelligitur ſecundum conſuetudinem locis,l.miſſi opinatores,C. de exacto tribu.lib.10.Vnde ſi rex mandet exactori tributorum,quod exigat, & coherceat om

nes

nes debitores fiſcales ſoluere, ea coarctatione quæ ſibi videbitur magis expedire, tenebitur tamen exactor ſeruare conſuetudinem loci: & ergo ſi ex conſuetudine debitores fiſcales non poſſunt incarcerari, non poterit procedere per capturam. Ita ſingulariter dicit Andreas de Barulo in d.l. miſſi opinatores, quem refert & ſequitur ibi Ioan. de Platea & Bald. in l.1.C.ſi propter publicam penſita. vbi hoc reputat nota dignum. & Ioan.de Anania in dicto capit.quam graui,& doctores ſępe alibi. Hinc etiam eſt,quod officiales, deputati ad vendendum gabellas alicuius communis, non poſſunt cum emptoribus inire pacta contra ſolitum morē, & pacta aliter inita per eos ſunt nulla: quoniam intelligitur eis conceſſa poteſtas, vt vendant more ſolito, & non aliter. Ita ſingulariter dicunt doctores in l.1.C.de paſcuis pub.vel priua.libro 11.& vult Antoni. Corſerus in ſingulari ſuo 52.

7 Illud autem certum eſt, † quod res fiſcales vendi vel locari non poſſunt,niſi plus offerenti, præcedente ſubhaſtatione l.1.& l.ſi tempora, C.de fide inſtrumento. & iure haſtæ fiſca.libro 10.iuncta l.loca.C.de locatio. prædio.ciui.vel fiſ. libro 11.& primus conductor. ſi offert tantum quantū nouus,debet præferri,l.congruit,illo eodem tit. & veniens intra tempus in ſubhaſtatione præfixum, debet admitti, licet res iam alteri fuerit vendita, d.l.ſi tempora: qui ſunt text. ſingulares:quod tene menti,quia vidi ſæpius de facto.Hinc etiam eſt,quòd officia intelliguntur concedi ſecundum cō ſuetudinem l.magiſtratus,& ibi hoc notat Bart.ff.ad municipales,adeo

8 † q electus ad aliquod officium, in dubio intelligitur electus cum ſalario conſueto,ſecundum Iaco. de Rauenna,& Salice.in d.l.excepto. ſicut in ſimili dicit gl.ſingularis in d.l.excepto, quod vbi in locatione non eſt facta mentio de certa mercede,illa ſecundum conſuetudinē preteritam eſt ſoluenda:quod alibi non reperitur ſecundū Sal. & Ang.ibidem.Circa quod volo te incidenter ſcire, q ſi variè ſit obſeruatum in ſalario dandæ ſeu præſtando electo ad officium, & in literis habeatur clauſula cum ſalario cōſueto.in illo caſu electus ad officium habebit ſalarium q nouiſſimo anno præſtitū fuit,ſiue illud ſit maius ſiue minus, quam ſalarium præteriti tpis.Ita ſingulariter dicit Bald.in l.binos,circa fi.C.de adu.diuer.iud.per l.Mela.§.1. ff.de ali

men.& ciba.lega.& ibi hoc dictum Bald.refert & ſequitur Alexan.de Imo.in apoſtilis ad Bart.pro quo dicto etiam bene facit l.ſi mater.iuncta gloſ.cum ibi notatis per Bal.C.ne de ſtatu defuncto.& faciunt notata per Bal. in l. ſi filia,in fine,C.de inoffi.teſta.& notata per eundem Bal.in §. notandum,in 2.colum.qui feud. da, poſſ. in vſibus,feudo. Hinc etiam,eſt,quòd contractus ſimpliciter celebrari, intelliguntur celebrari ſecundnm quod conſueuerunt fieri in illo loco d.l. quòd ſi nolit.§. quia aſſidua, & d. l. ſi prius.§.rectè placuit,& d.l.excepto,cum ſua ſingulari gloſ.& ibi Angel. Salyce.docto.& idem Ange.in l.licet,C.locati,& ita notabiliter decidit Bartol.in l.nemo eſt qui neſciat.ff.de duobus reis,& Panormitanus in dicto cap.cum M. Ferrarienſis, & Salycetus in dicto §.quia aſſidua.Hinc etiam dicit Bald.in l.1.in 2.quæſtio.C.pro ſocio , quod ſi quid conſuetum eſt fieri,intelligitur hoc tacite pactum inducit videtur , dicta leg.licet.Hinc etiam dicit idem Baldus in leg. incendium, circa,finem,C.ſi certum petatur,quod illud præſumitur factum,quod fieri,conſueuit in loco,& allegat d.l.quod ſi nolit.§.quia aſſidua.Hinc etiam eſt,quod ſi protocollum & inſtrumentum extenſum , diſcrepent inter ſe, ſtatur protocollo, tanquam principali per locum à ſolitis , quod eſt validum in iure,ſecundum Bartol.in l.ſi librarius,ff. de regulis iuris.Hinc etiam eſt,quod †conſuetudo excuſat notarium à pœna falſi,ita ſingulariter dicit Bal.in c.1. de feudi cognitio.& poſt eum Lodouic.de Roma.in ſuis ſingularib. ſingulari 383.& volunt canoniſtæ in c. quanto, de bis quæ fiũt a prælato,& Ang.de Aretio in ſuo ſingulari libello maleficiorum in verbo falſario,in verſ.& eſt aduertendũ. Hinc etiam eſt,q̃ ad repetendum vſuras ſufficit probatio per prę ſumptiones,vt puta quod mutuans fuit vſurarius,& ſolitus fęnerari ad tãtũ ,p̃ libra: & q̃ repetés modo vſuras habuit ab eo mutuo,& tenuit forte p̃ annũ,& ſic vſuræ aſcẽdebãt ad tãtã quãtitatẽ:& q̃ ipſe vſurarius reſtituit pignora,q̃ veriſimiliter nõ reſtituiſſet,niſi vſuræ fuiſſent ſibi prius ſolutæ,ſicut ſors q̃ fatẽ ſe recepiſſe,p̃ locũ à ſolitis.Ita ſing.dicit Io.An.in c.q̃q̃,de vſuris li.6.i nouella,dicẽs ita indicijs ſeruari.Et iſtã deciſionẽ ſequtur Pa.de Ca.ĩ l.1.de ,p̃ba.Eſt ñ verũ,q̃ Iac.de Arc.Pe.Cy. & Bal.ĩ d l.1.tenẽt cõtrariũ,

&

& ſimiliter Archi.in d.c.quanquam: Dominicus autem, & Philipp.Franeus in dict.cap.quanquam,poſt multa allegata pro & contra concordant opiniones:vt ſi nihil ex parte uſurarii allegetur ad tollendum huiuſmodi præſumptiones,habeat locum opinio Io.And.& ſequaciun, alias autem procedat opinio Archidi.& aliorum: ad quos breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat.Hinc etiam eſt,quod ſi Papa ſcribat pro aliquo beneficiando etiam motu proprio , non præſumitur tamen velle aliter quam ſit conſuetum. Et ergo ſi clericus ſecularis impetrauit beneficium non ſolitum conferri clericis ſecularibus, ſed regularibus dumtaxat : non valet talis impetrario,etiam ſi in diplomate vel,bulla,vt vocãt,ſit clauſula motu proprio. Ita ſingulariter dicunt Baldus & Florianus de ſancto Petro in lege fideicommiſſa.§. ſi ſeruo , per illum text.ff.de lega.3.& eſt bonus tex.in capitu.cum de beneficio,de præben.libro 6.& in c.poſſeſſiones,iuncta glo.de reb.eccle.non alie. Hinc etiam eſt , quod ſi epiſcppus citet aliquem non expreſſo loco ad quem, intelligitur vt citatus compareat in loco conſueto. Ita notabiliter dicunt Pet.de Ancho.Philip.Francus,& doct.in c. cum epiſcopus,de offi.ordina.libro 6.& bene facit l.penulti.ff. de iuſtitia & iure.

Hinc etiam eſt,q; † citatus debet cõparere ea hora qua cõgrue poteſt expediri actus ad quem citatur. Et ergo ſi ille actus ſolet fieri de mane,vt cõtingit in electionib. propter miſſam ſãcti ſpiritus,quæ ſolet præmitti , tunc debet comparere de mane ante prandium:ſi autem actus poteſt congrue expediri de mane & etiam tempore veſpertino, & ita ſolitum eſt fieri,tunc citatus poteſt differe vſque ad veſperas:quia tota dies ſibi cedit,cap.conſuluit, de officio.delega.& Inſtit.de verbo.obligatio.§.1.cum ſimilibus.Ita notabiliter dicit Panormita.in c.cum nobis olim,circa finem,de elect.& Innocen.& docto.in dicto cap.conſuluit. Hinc etiã eſt,q; citatus non comparens excuſatur a contumacia, quãdo citatio nõ erat expedita ſecũm conſuetum morem citandi.Ita ſingulariter dicit Ang.in l.ſi.C.de cano.largi.titu.lib.10.quẽ refert & ſequitur Felyn.in d.c.2. & in d. c.cauſam quæ,&idem Fely. in c.quoniam contra falſam,in 7.col.de probatio.& Io.de Ana. in d. cap.quam graui, & Hippol.de Marſilijs in ſingulari ſuo 118.Hinc etiam eſt,q; procurator

ſimpliciter conſtitutus ad vendendum vel donandū poteſt in inſtrumento apponere omnia pacta etiam pœnalia, quæ ſunt ſolita apponi in ſimilibus inſtrumentis, licet ſuper hoc non habeat ſpeciale mandatum. Ita ſingulariter dicit Aug. in l.bene a Zenone, per illum text. in verbo pactis conuentionalibus,C de quadr.præſcr.& idem vult ipſe Aug.in l.2. ff.de iuriſd.omnium iud.& doc.frequenter alibi. Hinc etiã eſt quod legati ſeu ambaſiatores,vt vocant,ſimpliciter dati ad pacem componendam,licet non habeãt expreſſum mandatum ad apponendam pœnam, poterunt nihilominus apponere pœnam, & obligare dominum conſtituentem pro obſeruantia eius quod gerunt, Ita ſingulariter dicit Panor. in c.2.de prec.per d.l.bene a Zenone, cum aliis iuribus per eum alleg.& reputat multum notabile. Ego tamen ſuadeo, quòd de hoc habeatur ſpeciale mandatum.Hinc etiam eſt, q; procurator ſimpliciter conſtitutus ad fideiubendum,poteſt renunciare beneficio ordinis ſeu excuſſionis: & talis renunciatio preiudicabit conſtituenti procuratorem,ſi de cõ ſuetudine fideiuſſores ſimiles renunciationes facere conſueuerunt.Ita ſingulariter dicit Bar.in l.final. ff.de his quæ in fraudem creditorum : & hoc dictum refert & ſequitur Panor.in c.1.in 9 colum.vt lite non conteſt. & doc.ſæpe alibi.Hinc etiam eſt, quòd habens mandatum ad capiendum mutuum, poteſt etiam dominum ſuum obligare ad cambium & recambium, quando conſuetudo loci habet, quod mutuetur cum cambio & recambio: etiam ſi in mãdato habeatur dictio taxatiua, quia † illa extranea excludit, ſed pertinentia ad ipſum contractum includit, cle.exiui de paradiſo.§.cum autem,de verbor.ſignificat.& ita ſingulariter decidit Ludo.de Roma in conſilio ſuo 114.incipiente, viſis ſupra conſultis &c.Hinc etiam eſt,quòd ſi de originali forma conceſſionis in emphyteoſim non appareat conceſſio facta por eccleſiam, præſumitur facta in tertiam generationem,quia ita fieri conſueuit. Ita ſingulariter dicit Bal. in addi.ad Specu.in titu.de locato,in verſ.ſi autem non appareat,& allegat,l.pen. C.de fideiuſſ. ſed debuit allegare l. ſi.& idem reperio velle Alex.de Imol.in d.l.ſi prius.§.recte placuit,in apoſtillis ad Bartol. & Ang.in §.in emphyteoſim, in Auth.de non alienan.aut permu.reb.eccle.colla.2. Hinc

11

etiam

etiam eſt, q̃ conceſſio in emphyteoſim facta ſimpliciter pro ſe & filiis, intelligitur etiam de filiabus, quando ita eſt con-
12 ſuetum fieri: licet in † contractibus maſculinum non concipiat fœmininum, vt notat Arch. in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17.q.4. Ita ſingulariter decidit Io.de Imo. in c.potuit, circa finem, de locato, & ſequitur Ale.de Imo. in d.§. recte placuit, in apoſtillis ad Bar.& doctor.ſæpe alibi. Hinc etiam eſt, quòd ſi Papa conſueuit in inueſtituris, quas olim fecit principibus ſuper terris & oppidis eccleſiæ, concedere iuriſditionem publicationis bonorum, & vltimi ſupplicii, iſta duo venient in ſimplici conceſſione facta per Papam, etiã ſi in inueſtitura non exprimantur. Ita valde ſingulariter decidit Ludo.de Roma, in conſ.ſuo 59.incipiente, ad diſcutiendum, in 2.col.ego tamen ſuadeo, q̃ hæc exprimantur. Hinc etiam eſt, quod pro ſpecie debita poteſt ſolui pecunia, quãdo ita ſolui erat conſuetum, text.eſt notabilis in l.dominæ prædiorum, & ibi Bart.& Ioan.de platea notant, C.de agri. & cenſ.libro 11. Hinc etiam eſt, quod conducens operarios ſimpliciter, tenetur eis præſtare alimenta, expenſas, & ferramenta, ſi ita erat conſuetum. Ita notabiliter dicit Bal. in l. libertum liberteque, in iij.col.C.de oper.liber.& doc. ſæpe alibi. Hinc etiam eſt, q̃ ſi duo reperiantur lætaliter vulnerati, & neſcitur quis eorum fecerit ad defenſionem, in dubio præſumitur, quod ille incepit qui eſt magis rixoſus, & q̃ alter fecit ad defenſionem, cuiuſque conſuetudo attenda eſt, d.l.vel vniuerſorum, & leg qui ſemiſſes. ff.de vſuris, cum ſimilibus. Et ita ſingulariter reperio decidere Albe.de Roſate poſt Vbertum de Bobio, in l.vt vim, ff.de iuſtitia & iure, & vult Card in cle.vnica, in 32.q.de homicidio, & Cæpola in conſilio ſuo 29.in 4.column.de quo articulo tamen vide latius per Alber.de Roſate in l.1.§.ſi arietes.ff.ſi quadruples paupe.feciſ.dica. Hinc etiam eſt, q̃ ſi per ſtatutum pœnæ duplicantur poſt tertium ſonum campanæ, & quodam tempore campana non fuerit pulſata, ſicut contingit in die veneris ſancta, debemus conſiderare horam, qua conſueuit campana pulſari: quia ſtatutum ad id tempus ſe refert, quo fieri ſolet: text.eſt notabilis in l.liberorum. §. & ſi tales, & ibi hoc ſingulariter notat Bal. ff.de his qui no.infa. & idem vult Albe.de Roſate in 2.par.ſtatutorum q.7. Hinc

poteſt omittere in præiudicium domini, quando dominus non conſueuit ea facere, puta non fœnerare, pecuniã quando dominus non erat ſolitus fœnerare: vt eſt tex. peculiaris dicta lege qui ſemiſſes, in fi. quem tex. ad hoc reputat ſingularem Lud. de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 11. Hinc etiam eſt, q conductor equi percutiens equum cum fuſtibus vel lignis adeò quòd ex hoc deterioretur, tenetur: quia calcaribus pungi debet, non fuſtibus vel lignis cædi: tex. eſt notabilis in l. 1. & ibi Bart. notat, C. de curſu publico lib. 12. & ratio eſt, quia attendi debet quod fieri cõſueuit, iuribus præalleg. & ita etiam reperio ſingulariter velle Antonium Corſetum in ſingulari ſuo 60. Hinc eſt, quod ſolutio decimæ beneficiorum conceſſæ alicui, fieri debet ſecundum taxationem decimæ conſuetam, factã in illis partib. in quibus eſt facta conceſſio: tex. eſt ſingularis in clem. ſi beneficiorũ, de decimis: & ibi vide glo. ſingularem ſuper verbo taxationem, & ſuper verbo conſuetam: quod tene menti. Poſſet & ad multa alia induci hæc argumentatio, ſed præmiſſa pro iuuenibus abundem ſufficiunt, Quæ tamen dupliciter ve-
13 niunt imitanda. † Primo vt procedant in conſuetis cõiter & plurimum, non autem in his quæ raro vel omnino extraordinariè ſolent fieri: Ita ſingulariter vult Alex. in dict. l. vel vniuerſorum, in apoſtillis ad Bar to. & colligitur ex notatis per Bart. in l. Seio. §. medico, §. de annuis leg. per illum tex. qui ad hoc eſt valde notabilis & menti commendandus: & pro hoc etiam eſt text. optimus in l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrahen. emptio. inducendo & declarando vt pulchrè habetur per Iaſ. in leg. 4. §. quæſitum, ff. ſi quis cautio. quicquid ibi dicunt alii: & de hoc vide magiſtraliter per Alexander in conſilio ſuo xxviii. primi voluminis, incipiente, Redemptoris, &cæt. viſis & accuratè ponderatis, &cæt. eſt etiam bonus text. in cap. quod translationem, & ibi Panor. & Barbatia ad hoc notant illum text. de offi. legat. & bonus tex. in l. apud Iulianum. §. fi. ff. de lega. 1. vbi probatur illud eſſe impoſſibile quod ex ſola voluntate principis depẽdet, quando non conſueuit illud concedere, ſecus ſi conſueuit illud concedere: de quo vide plenè per Fel. in ca. ſedes, de reſcr. & per Socinum in l. quidam relegatus. ff. de rebus dubijs: ad quos breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat. Secundò

illud

14 illud limitatur verum, † nisi omissa forma obseruari solita in contractu ex more regionis contractus reperiatur celebratus sub alia forma: nam tunc stabitur literis contractus, nec fiet suppletio à consuetudine: textus est singularis secũdum vnum intellectum, quem tangit ibi Angel. in d.l. licet, sequitur Iason in dict.l.vt liberis, & sentit Salyce. in dict. §. quia assidua. & ratio istius est, quia quando contractus est celebratus sub alia forma, & de hoc apparet per instrumentum publicum, tunc sumus certi: & ergo non est recedendũ a certo propter coniecturam surgentem ex consuetudine, quia in incertis non incertis locus est coniecturis, l. continuus. §. cum ita, in fine. ff. de verbo. obligat. de qua materia vtili & quotidiana si plenius vis instrui, vide Alberi. de Rosate & Iasonem in d.l.vt liberis, & in d. §. si nummos, & Alex. de Imo. in apostillis ad Bar. in d.l. vel vniuersorum, & in d. §. recte placuit, & Fely. in d.c. cum Mar. Ferrariensis, & Barbatiam in d.c. quod translationem, & aliquid per Salycet. in l. 1. in 4. oppositione, C. quomodo & quando iudex. Illud autem certum est, quod ab insolitis non valet argumentum, maximè vbi ius contra disponit: vndè non valet hæc allegatio imperitorum aduocatorum. Nunquam hoc factum fuit, ergo fieri non debet; cum fiendum cursu temporis non tollatur, c. cum ex officii, & ibi hoc notat Bal. de præscrip. & facit l. sed licet, ff. de offi. præsidis, & c. cum causam, de elect.

15 Illud etiam indubitatum est, † quod consuetudo non debet extendit de persona ad personam, l. si vnus. §. ante omnia, ff. de pactis: & notatur per Ioan. And. & canonistas in ca. si. de offi. archi. Nec de re ad rem, l. 1. §. si quis hoc interdicto, & §. Iulianus. ff. de itine. actuque priua. quod scripta. q̃ seruit ad decisionem plurium quæstionum, de quibus per Bar. in d. §. si quis hoc interdicto. & per Iacobinum id suo singulari libello feudorum in verbo in feudum, parum ante finem: & per Felyn in cap. auditis de præscripti. Illud etiam

16 dubitatione caret, quod † prius inspicienda est consuetudo patrisfamilias testantis, contrahentis, vel aliter disponentis, quam consuetudo regionis. Ita notabiliter probatur in l. si seruus pluri. §. fi. ibi, ante omnia ipsius patrisfamilias consuetudo, deinde regionis in qua versatus est, exquirenda est, ff. de lega. 1. & in l. hæredes palam, §. si quis post in fine,

ibi:

ibi:ex consuetudine patrisfamilias vel regionis. ff. de testa. Cessante autem consuetudine patrisfamilias testantis contrahentis,vel aliter disponentis, fieri debet interpretatio secundum consuetudinem loci vel regionis , in quo vel qua actus celebratus est,dict.§.quia assidua, & aliis iuribus supra alleg.iuncta l.semper in stipulationibus.ff.de regu.iur. quæ iura sic debent intelligi secundum Ang.in l.2.ante finem,C.de iure emphy. & idem vult Ludouic. de Roma in suis singularibus singulari 678.licet sit corruptus.Illud etiã non est omittendum,quod licet Fabius lib.1.Oratoriarum institutionum capi.12.dicat, quod non debemus id uocare consuetudinem,quod plures faciunt:quia hoc periculosum daret præceptum non orationi modo , sed quod maius est vitæ:sed consuetudinem sermonis vocabimus consensum eruditorum , & consuetudinem viuendi consensum bonorum,secundum eum:quem etiam citat & sequitur Budęus in l.princeps,in fine,ff.de legib.& adstipulatur alibi magnus ille Erasmus, asserens pessimum tum viuendi tum sentiendi autorem esse vulgum:tamen hoc non puto indistincte esse verum,sed solum in terminis in quibus loquuntur:in indifferentibus autem,& vbi non agitur de venustate sermonis,nec de peccato,vt in exemplis supra positis,hoc non puto procedere:sed habere locum supradicta, & ea quæ tractantur per doct. in materia consuetudinis in l. de quibus. ff.de legib.& in l.2.C.quæ sit longa consue.& in c.fi.de consuetu.& quæ dixi supra in loco ab opinione vulgi; quæ omnia commenda memoriæ tãquam pulchra,vtilia,singularia, & quotidiana. & vide quod dixi supra in loco a communiter accidentibus,& quod dicam infra loco proximo.

1 *Stylus curiæ,& mos iudiciorum,qui olim obtinuit,est seruandus. & per totum locum.*
2 *Libellus fundatus super consuetudine procedit.*
3 *Iudex non debet admittere libellum contra stylum,vel consuetudinem.*
4 *Stylus quid.*
5 *Stylus & consuetudo sunt diuersa.*

LOCVS

LOCVS A STILO CVRIAE

seu more iudiciorum.

SVBSEQVITVR nunc non incongruè locus a ſtilo curiæ ſeu more iudiciorum, à quo ſumptum argumentum eſt validũ in iure, † Seruãdus enim eſt ſtilus curię & mos iudiciorum qui hactenus obtinuit, l. fi. C. de iniuriis, l. 2. C. quemad. teſtamen. aper. & l. 3. §. fin cum ibi notatis. ff. de teſtibus, & c. venerabilis, de confir. vtili vel inuti. ubi allegatur ſtilus curiæ Romanæ, & c. ex literis, de conſti. & ibi Panor. expreſſe notat, ſtilum curiæ facere ius, & poſſe allegari ad deciſionem cauſarum; de quo etiam meminit gl. in cle. 1. §. ſecus, de conceſſ. præbendæ, & gl. in cle. appellanti, in verbo expreſſas, de appella. & Ioan. And. in c. vnico, de rerum perm. lib. 6. in nouella & Philip. Fran. ibidem in 8. q. & doctores ſæpe alibi. Et hinc quotidie videmus queſtiones decidi per ſtilum curiæ. Et gratia euidentioris doctrinæ aliquot ponam exempla; & imprimis illo argumento à ſtilo curiæ vtitur Ioan. An. in regula delictum perſonæ, de regu. iuris libro ſexto in Mercurialibus, in illa quæſt. An percutiens plures clericos vno ictu ſit pluribus excommunicationibus innodatus, an una: & per hunc locum a ſtilo curiæ concludit, quod vnica dumtaxat, & ibi latius per eum. Illo argumento etiam vtitur Calder. in conſilio ſuo 8. ſubtitu. de reſcrip. in pulchra & quotidiana quæſt. concludens per hoc, non cenſeri diſpenſatum cum inhabili in ætate ad obtinendum beneficium, licet ætas in narratione ſit expreſſa, & datum mandatum de prouidendo, niſi Papa expreſſe dicat, ſe diſpenſare ſuper ætate, propter ſtilum curiæ, qui habet, quod in defectu ętatis ſemper adiiciuntur hęc verba, ſuper quo tecum de vberioris dono gratię diſpenſamus, qui ſtilus obſeruandus eſt, ſecundum eum; quem vide. Illo argumento a ſtilo curię etiam vtitur Lapus in allegatione ſua 33. incipiente, An frater minor, Vbi per hoc concludit, ſtari Cardinali dicenti ſibi aliquid a Papa commiſſum viuę vocis oraculo; quia ſic habet ſtilus curię, qui obſeruandus eſt, ſecundum eum; quem refert

& ſe-

Digitized by Google

& ſequitur Ioan.de Ana.in c.excommunicamus,in §. quia vero,in fine de hæreticis,& Fely.in cap.cauſam quæſtio. 2. de teſt.& in cap.2.de reſcrip.quod nota,quia videmus quotidie emanare literas à curia Romana,quibus pœnitentiarius Papæ aſſerit ſibi à ſummo Pontifice viuæ vocis oraculo commiſſum,vt cum tali vel tali diſpenſet:vel talem à voto, ſi ita eſt vt narratur,abſoluat:Quibus literis ſtatur propter ſtilum curiæ,quem Papa ſcit & tolerat:ex eo plena inducitur probatio,ſecundum Ioan.de Graſſis in opuſculo ſuo in arboreta iudiciorum,iſto argumento à ſtilo ſeu conſuetudine concedentis priuilegium vel reſcriptum vtitur etiam Franciſcus de Aretio in conſilio ſuo 8.quem vide per te ipſum.Hinc etiam eſt,quòd quando dubitatur de falſitate inſtrumenti,non ſolum fit comparatio literarum in ſcriptura, ſed etiam in ſtilo. Ita ſingulariter dicit Bald.in l. vnica, in fin.C.de emenda. Inſtitu. Codi.quem refert & ſequitur Ioannes,de Ana.in capit.quam graui, vbi pro hoc eſt bonus textus,de crimi.falſi & Felynus in dicto capitulo cauſam quæ,& in dicto capitu 2.referens memorabile dictum Plutarchi de Pirrho rege Epirotarum,quem. vide.Eo etiã ſæpe vtitur magnus ille Eraſmus,ut in ſuis lucubrationibus videre licet. Hinc etiam eſt,quod quando reſcriptum vel priuilegium directum alicui ad exequendum,deuiat à cõmuni ſtilo curiæ,à qua emanauit:commiſſarius poteſt ſine reprehenſione ſuperſedere & expectare ſecundam iuſſionem.Ita ſingulariter dicit Panorm.d.cap.2.per illum text. & ibi eum refert & ſequitur Felyn.idque etiam vult ;Pan. & ſequitur Fely.in d.c.cauſam quæ,vbi eſt bona gl.& Pan. in c.ex parte 2.in fi.de offic.deleg.pro quo dicto eſt tex.optimus in c.penult.de capellis monacho.& in c.ad noſtram, & in c.porrecta,de confir.vtil.vel inutili. & in cap.quod ſuper his,de fide inſtru.& in c.ſi quando,de reſcrip.& in d.c. quam graui,cum pluribus ſimilibus. Hinc etiam eſt,q; citatus non comparens excuſatur a contumacia, quando citatio non erat expedita ſecundum conſuetum ſtilum curiæ: Ita ſingulariter dicit Ange.in l.fi.C.de cano.largi.titu.lib. 10.quem refert & ſequitur Ioan.de Ana.in d.c.quam graui,& Fely.in d.capitul.2.& in d.capitul.cauſam quæſt. & in capitul. quoniam contra falſam, in 7. columna de proba.

& Hip-

Digitized by Google

& Hippo.de Marsil. in singulari suo 118.& in repetitio.leg. de vnoquoque.ff.de re iudi.Hinc etiam est quòd vbi stilus curiæ est diuersus,quia partes litigantes sunt diuersorum territoriorum, in præparatorijs indiciorum seruandus est stilus loco iudicij,vbi scilicèt quæstio ventilatur:In decisorijs autem seruandus est istius seu consuetudo loci contractus,delicti,vel dispositionis,de quo vel qua est quæstio:Ita singulariter decidit Bartho.quem alij sequuntur in l.cunctos populus,C.de summa trini.& fi.catho.de quo articulo singulari & quotidiano vide plenè per Panormi. & canonistas in cap.quod clericis,de foro competen. & per Petr.de Anchora.in repetitione regulæ ea quæ fiunt a iudice in 26. quæst.regu.iur.lib. 6.& plenissimè per Iasonem in dicta lege cunctos populos, in vtraque lectura,& per Cyn. in lege prima in fin.C.quæ sit longa consuetud.ad quos breuitatis
2 gratia remississe sufficiat. Hinc etiam est,quòd † prodit libellus fundatus super consuetudinem:Ita dicit Innocen.in capitul.dilectus, de offic.ordina. Quem refert & sequitur Angel.in dicta lege fina.C.de iniu.Vnde quotidie videmus libellos fundatos super consuetudinem admitti,vt in ducatu Barbantiæ, matrimonio soluto per mortem alterius ex coniugimus, superstes contendit ad mobilia, & creditores contra superstitem agunt in solidum ad solutionem crediti proles autem,vel in defectum prolium proximi agnati, vel cognati ad hoc contendunt,quod superstes non possit alienare immobilia,& si fuerint alienata,ad annullationem:cũ per consuetudinem plurium locorum & territoriorum Brabantiæ superstes in illis bonis immobilibus efficiatur duntaxat vsufructuarius.In Flandria autem,Hollãdia.& Zelandia videmus aliter obseruari de consuetudine, nam in his comitatibus videmus quotidiè per superstitem contendi ad medietatem omnium bonorum tam immobilium quam mobilium,quando in contractu antenuptiali non est aliter dispositum,quia sic habet illic consuetudo generalis:& itẽ in infinitis alijs casibus.Et ideo Ang.in d.l.fi.C.de iniur.volens instruere aduocatum contra cuius clientulum est ius commune,dicit q; ipse semper debet sic arguere, licet ita sit de iure:Tamen stilus curiæ vel consuetudo aliter se habet,& ideo nõ est ab eo recedendum.Hinc etiam,est quòd

† iudex

3 † iudex non debet amittere libellum contra ſtilum vel con ſuetudinem, ſicut nec contra ius, gloſ. eſt notabilis in l. de quibus, & ibi Bald. & Ange. ff. de legibus, & in l. diuturna. il lo eodem ti. & ibi etiam Ange. & idem Aug. in l. 1. ff. de offi. aſſeſſo. & ibi etiam hoc vult Iaſon & Felyn. in d. cap. 2. In ò plus ſingulariter dicit Fely. in d. cap. cauſam quæſt. in fine, videlicet q̃ ſententia lata cõtra communem ſtilum, eſt nul la, & allegat gl. in d. l. de quibus, & Angel. in d. l. 1. Sed neq; Ange. hoc dicit: Quinimo quòd valet ſententia contra con ſuetudinem, tenet Cyn. poſt Iacob. in l. 2. in fine, C. quando prouo. non eſt neceſſe, & Bal. in extrauagan. de pace Con ſtan. circa 7. colum. Notabilis tamen illud dictum Fely. pro pter ipſius authoritatem: fuit enim ſummus canoniſta, & longo tempore auditor Rotæ. & quicquid ſit, debemus eſſe cauti, vt non recedamus à ſtilo curiæ, vel conſuetudine, aut more regionis: quia vt leganter dicit Bald. in repetitione l. Aemelius. ff. de mino. Locus ab experientia debet nobis et
4 ſe pro via veteri & tuta: nihil enim † aliud eſt ſtilus, quam practica confirmata ſecundum Baldum in l fina C. quæ ſit longa conſuetudine, qui etiam ſubdit, quòd in curia Roma na dicitur, ita eſt ſtilo curiæ, id eſt, de obſeruantia præſcri pta ipſius curiæ: quæ obſeruantia habetur pro forma, & ab ea non eſt recedendum ſecundum eum, & idem vult Nico laus de Vbaldis in tractatu ſuo ſucceſſionis ab inteſtato in prima parte principali, vbi ſæpe facit mentionem de ſtilo curiæ Romanæ, & dicit ab eo non recedendum, & per præ miſſa dixi pridem in q. facti, q̃ reſcriptum derogans, c. ſtatu tum, de reſcri. lib. 6. quoad vnam dietàm, & conſilio genera li quoad duas dietas, nec non quibuſcunque alijs conſtitu tionibus apoſtolicis, &c. iuriſdictionem commiſſario in co nominato non tribuebat: Ex quo tam actor quam reus erat eiuſdem dioceſis, & cauſa extra dioceſim erat commiſſa, nec in hoc derogatum fuit d. c. ſtatutum, neque facta fuit mentio de caſibus, in quibus poteſt fieri commiſſio extra dioceſim, de quibus in d. c. ſtatutum §. cum vero, & maxi me de perhorreſcentia, de quo caſu ex ſtilo curiæ Roma næ ſemper conſueuit fieri mentio, vt millies ipſe vidi, tum etiam propter decretum irritans, poſitum in fine. d. c. ſtatu tum. Nec me mouet dicta clauſula generalis, non obſtanti-

tibus

tibus quibuſcunq; alij conſtitutionibus apoſtolicis, &c. in d. reſcripto ſpecialiter derogatur d.c.ſtatutum, quoad vnã dietam, & conſi. generali quoad duas dietas, ſine & abſque eo quod derogatum fuerit d.c.ſtatutum, in §. cum vero, dicta limitata derogatio nõ poteſt operari vltra virtutem verborum eiuſdem derogatio. quia limitata cauſa limitatum producit effectum, l. in agris, ff. de acqui. rerum domi. & §. quod autem, & ibi Bald. & Ang. Inſtit. de legit. agna. tute. & habetur pleniſſimè per Fely & Barba. in c. cum ordinem, de reſcrip. & generalitas ſequens reſtringitur per præcedẽtia, vt dixi late ſupra in loco à generalitate, & in loco à ſubiecta materia, & dicam infra in loco à nomine dignitatis, officij, vel appellatiuo. Vide etiam ad propoſitum ſingularẽ deciſionem Rotæ 372. in nouis incipiẽtem, ſi in forma communi, vbi reperies, quòd ſtilus curiæ reſtringitur ex cauſa, vt in caſu quotidiano illic poſito in ſubdelegatis, quibus nõ committitur niſi nudum miniſterium. Hoc etiã volo te ſcire, † quòd aliud eſt ſtilus, & aliud conſuetudo, vt pulchre declarat Alexand. de Imo. in conſilio ſuo 36. ſecundi voluminis incipiẽte, viſo themate, circa finem, poſt alios per eũ relatos: quæ omnia tene menti, & vide quod dixi ſupra loco proximo.

1 *Argumentum a primo ad vltimum valet, quando media quadrant, & ſe conſequuntur.*
2 *Conſtitutum habet vim conſenſus.*
3 *Regula, ſi vinco vincentem te, &c quatenus locum habeat.*
4 *Regula, cum non ſtat per eum, de regu. iur. lib. 6. quando non procedat.*

LOCVS A PRIMO AD VLTIMVM

OCCVRRIT nũc locus a primo ad vltimũ
1 à quo ſumptum argumentum † nedum eſt probabile, ſed frequẽs, vtile, & neceſſarium: quãdo media quadrant & ſe cõſequũtur: eo que vtitur doct. in varijs locis, vt infra patebit: & in primis eo vtitur Bal. in l. 2. C. de cõdict. ob cauſam & idẽ Bald. in l. 1. circa fi. C. de fideicom. eo etiam vtitur Salycet.

lycet.in l.vnica,in 4.colum.C.de raptu virginum:eo etiam vtitur Albe.de Rosate in prima parte statutorum quæstio. 136.Isto argumẽto etiam vsus videtur Socrates,dicens omnia esse bonorum virorum,non secus quem deorum:vt meminit Erasmus in Chiliadibus suis adagio primo: Deorum enim,inquit,sunt omnia boni viri deorum sunt amici, & amicorum inter se communia sunt omnia;bonorum igitur virorum sunt omnia:Hoc argumento etiam vtitur Hostiensis in sua aurea summa de excessib.præla.circa finem vbi inter alia postquam enumerauit mala quæ proueniunt ex ludo taxillorum,dicit q̃ de ludo venitur ad verba, & de verbis ad verbera, & de verberibus ad vulnera, & de vulneribus ad homicidia, & sic à primo ad vltimum , de ludo venitur ad homicidium,& ergo talis ludus noxius est vitandus:q̃d nota,quia vidi multos perditos, & ex diuitibus pauperes effectos per talem ludum,& tandem miserabiliter vitam finiuisse: Vt etiam commemorat imperator in constitutione, alearum vsus,C. de religio.& sumptib.funerum,& in prima constitutione digestorum circa finem. Isto argumento etiã vtitur Scæuola iurisconsultus in l.de accessionibus,ff.de dinier.& tempota.præscri.vbi habet regulam illam vulgatam, Si vinco vicentem te ergo vinco te. Hoc argumento etiam vtitur Albe.de Rosa.in 2.parte statutorum quæst. 111. vbi per hoc concludit, stante statutò, quod mater non succedat filio cum collateralibus cuiuscunq; sexus per lineã masculinam vsq; ad tertium gradũ,nec præferatur eisdem, & filius decedat relictis matre,fratre vterino tãtum,& amita: q̃ amita excludet matrem & ẽt fratrem vterinum, p dictã regulam,Si vinco vicentem te,&c.vt ibi latius per eum.Isto argumento etiam vtitur Socyn.in consilio suo primo,primi voluminis circa finem , vbi dicit quod in casu statuti de quo ibi, filia excluſa per statutum à successione patris per agnatos qui excluderentur vigore eiusdem statuti à fratre vterino, multo magis debet excludi ab ipso fratre vterino, licet statutum loquatur de fratre carnali, per regulam antetactam,si vinco vincentem te, &c. de quo vide ibi latius per eum,quia pulchre loquitur.Hoc argumento etiam vsus videtur Paulus iurisconsultus in leg.qui occidit.§.in hac, ff.ad legem Aquil.vbi habes regulam illam vulgatam,Qui

occaſionem damni dat,damnum dediſſe videtur,de qua vi de plene per gloſ.Henricum Boick & doctores in capitulo de cætero,de homicidio,& per gloſ.& docto.in capitu.ſicut nobis,de teſtibus. Iſto argumento etiam vtitur Iaſon in §. omnium.Inſti. de actio.ad probandum quòd ex præſcriptione tanti temporis,de cuius initio non eſt memoria , acquiritur dominium directum:licet ſecundum communem concluſionem per præſcriptionem regulariter non acquirantur niſi vtile dominium.inducendo ad hoc l. hoc iure. §.ductus aquæ.ff.de aqua quotidia.& æſtiua.hoc modo lõginquitas tanti temporis,de cuius initio non eſt memoria, habet vim tituli cap. primo de præſcriptio. libro ſexto , & 2 vim conſtituti,vt eſt text.in dicto §.ductus aquæ. † Conſtitutum autem habet vim conſenſus lib.primo in principio, ff.de conſtitutio.pecu,& conſenſus inducit directum dominium,vt vult Baldus in Authen.niſi tricennale C. de bonis maternis : Ergo de primo ad vltimum per præſcriptionem tanti temporis,de cuius initio non eſt memoria,acquiritur dominium directum.& iſtam concluſionem firmat Bald.in l.traditionibus, in ſecunda colum. C. de pactis,per dicta l. hoc iure.§.ductus aquæ licet tex.illum non inducat. quod nota.Iſto argumẽto etiam vtitur Iaſon in §. item ſi quis poſtulante,Inſtit.de actio.contra Angel.de Aretio ibi,vt videre poteris per teipſum. Iſto argumento etiam vtitur Marcellus ſummus Ponti.niſi fallit inſcriptio , in cap. rogamus, 24.quæſtio.1.& ibi meminit gloſ.Iſto argumento etiam vtitur Bald. in conſilio 346.primæ partis,& docto. frequenter 3 alibi.Pro clara † tamen & lucida deciſione dicti quotidiani articuli. Si vinco vincentem te &c.diſtingue poſt Petr. & Cyn.in Authentica.licet patri,C.de natura, libe. & poſt Ioannes Andreas,in cap.autoritate Martini de conceſſ.præbend.libro 6.in nouella,& Petr. de Anchor.ibidem, & poſt Lambertum de Ramponibus in l.Claudius Fœlix.ff.qui potio.in pignoris habe.& poſt Ludouicus de Roma.in conſilio ſuo 436. circa fin. hoc modo . Aut quæritur in diuerſis caſibus , aut quæritur in eodem caſu : primo caſu non habet locum dicta regula, ſi vinco vincentem te, ergo vinco te: & ita loquitur dicta.Authent.licet patri,& l.2.§.obijcitur,& l.æquiſſimum,§.ſi ex filio. ff.ad Tertull.

& §.

& §.his consequens,in Auth.de æqualitate dotis,coll.7. Se cundo casu cum quæritur in eodem casu,subdistingue:aut est eadem ratio vincendi te,quæ est vincendi vincẽtem te, & tunc est vera regula supradicta, quia fortius te vincere debeo.dict.l.de accessionibus:aut non est eadem ratio vincendi te quæ est vincendi vincentem te, & tunc nõ habet locum dicta regula. Et ita loquitur d.l.Claudius,& dict.ca. autoritatè Martini:vbi est textus pulcherrimus, & ad præmissa uide Salycetum in Auth.quo iure,C. qui potiores in pigno.habean. vbi singulariter decidit,quod mulier ratione suæ tacitæ hypothecæ, quam habet in dote, præfertur mutuantibus in refectione rei etiam prioribus tempore tacitam hypothecam habentibus. licet illi præferantur habẽtibus expressam hypothecam in re,in cuius refectione mutuarunt, & non mulier: quia rationes victoriæ sunt diuersæ & sic non habet locum dicta regula. Si vnico vincentem te,ergo fortius vinco te:quem omnino vide,quia magistraliter loquitur. Illud tamen nolo te ignorare,quod si promisisti mihi decem si te vincero in ludo, licitum erit tibi impedire implementum huius conditionis, & taliter ludere, quod rẽ non vincam,quia sic videtur tacite esse actum:vnde hoc casu non habet locum regula de qua in l.iure ciuili.
4 ff.de condi.& demonstra.& in regula,† cum non stat, de regulis iur.lib.6.quia dicta regula non procedit,quando tacite actum est,quod licet impedire implementum conditionis sicut in casu suprapositio.Ita dicit glos.notabilis in dicta regula,cum non stat,& gl.in l.in executione.§.fi.ff.de verb. oblig.& ibi Pau.de Cast.& idem Pau.de Cast.in d.l.iure ciuili,circa finem,& idem vult Bald.in lege prima,in 10.quæstione,C.de institut.& substitut. sub condi.factis: quod nota, quia habui de facto. Quidam enim iactitauit se, quod alium vinceret in ludo,& cum hinc inde stipulatione interueniente non potuisset propter resistentiam alterius, qui eo melius lusit,& quo minus vinceretur impediuit, voluit se defendere cum regula d.l.iure ciuili, & declaratum fuit quod non potuit, licuit enim alteri facere quicquid potuit ludẽdo,ne uinceretur.Sed si ille noluisset ludere & propter hoc non potuisset vinci, tunc haberetur pro victo: quia hoc casu verè staret per eum,quo minus vinceretur,& non

per virtutem ſuam. Ita ſentit glo.ſingularis in l. ſi tibi rem inſpiciendam.§.fina.ff.de præſcri.verbis,quam refert & ſequitur Pau.de Caſt.in d.l.in executione.§.final.& idem voluit Guliel.& Pau.de Caſt.in l.illud.§.ſi cuius per illũ textum.ff.de tributo.actio. vbi dicunt,quod ſi ego & tu conuenimus,vt qui minus ex nobis duobus currat,ſoluat decem: & ego curro & tu non,tu debes ſoluere decem,quia minus videris cucurriſſe:nam minus facit qui nihil facit.d.§. ſi cuius,qui quotidie ad hoc allegatur. Idem etiam videtur de mente Baldi in dict.lege prima,in vndecima quæſtione,vbi dicit,quod ſi per teſtatorẽ relicta ſint centum fratribus prædicatoribus pro ſepultura,& ille decedat excommunicatus ita quod ſepeliri non poteſt,debetur legatum:quia cõditio habetur pro impleta,ex quo ſtat per teſtatorem,quo minus impleatur:quod tene menti.

1 *Argumentum a natura fortiſſimum.& per totum.*
2 *De probatione eorum quæ fiunt de nocte.*
3 *Furtum quando nõn præſumatur factum culpa cuſtodum.*

LOCVS A NATVRA.

1 OFFERT ſe nũc locus a natura,a quo † ſumptum argumentum eſt fortiſſimum: text. eſt notabilis in l.Arethuſa.ff.de ſtatu hominum & ibi Bald.ad hoc notat illum tex. vno enim impetu nõ poſſunt duo infantes ſimul de vtero matris procedere natura permittente,vt ibi dicit text.& per hunc arguendi modum a natura , Oldradus de Laude aduocatus conſiltorialis maximus practicus defendit quen
2 dam † accuſatum de delicto commiſſo de nocte: nam cum teſtes deponerent de viſu,ipſe petiuit ab eis interrogari, in quo loco ipſi teſtes tunc temporis erant,qui dixerunt de loco aliquantulum remoto, & vlterius fecit eos interrogari, ſi erat ibi lumen ignis vel candelæ,qui dixerunt quod non, vel hoc fuit probatum per alios teſtes:vndè ipſe Oldradus articulans & probatur, quod illa nocte non fuerat lumen lumæ,conuincit teſtes : quia homines non vident de nocte, & ſic tolte natura euadit accuſatus. Ita dicit & refert Bald.

in ca.

Digitized by Google

in c. i. §. porro. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. in vſibus feudo. & idem vult ipſe Bal. in d. l. Arethuſa, vbi dicit, ſe hoc audiſſe à præceptoribus ſuis. Idem etiam referunt Baldus & Angelus in l. ſi cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus cauſa, & ibi eſt gloſa ſingularis ſuper verbo, ignorantiam, in fine, quæ notabiliter dicit, iuſtè ignorari ea, quæ fiunt de nocte, vel in multitudine hominum: quam ad hoc reputat ſingularem Angelus in §. quadrupli, Inſtitutas, de actio. in prima columna, & de hoc habetur pulchre per Felinum in capitulo ſicut, de re iudicata. Dicit tamen Baldus in lege ſi non ſpeciali, circa principium, C. de teſtamen. quod licet teſtes deponentes de actu, qui factus eſt de nocte, in loco vbi non aderat lumen candelæ, vel ignis, aut luna lucens, non probent: tamen tales teſtes ſufficiũt ad torturã, ſi dicant ſe cognouiſſe delinquentẽ vel contrahentem per vocem, & hoc dictum refert & ſequitur Iaſon in lege non minorem, circa finem, C. de tranſactio. & dicit bene notandum. Hinc
3 etiam eſt, quod licet † furtum præſumatur factum culpa cuſtodum in l. 3. §. cognoſcit, verſiculo effracturæ. ff. de offic. præfecti vigilum. tamen hoc fallit, quando eſſet factum in loco qui bene cuſtodiri non poterat, vel tempore quo cuſtoditi non poterat. nam tunc culpam abeſſe probatur per rerum naturam: ita ſingulariter dicunt Baldus & Albericus de Roſate in dicta lege tertia. §. cognoſcit. & pro hoc eſt textus ſingularis aureis literis ſcribendis in lege ſemper. §. hoc interdictum ff. quod vi aut clam. Item per hunc locum a naturã ego vidi ſemel decidi q. vnam filiationis ſatis arduã: quia ille qui dicebatur pater, negauit ſe cognouiſſe carnaliter illã mulierẽ cuius erat partus, niſi intra tẽpus intra quod nõ potuit naſci perfectus partus, puta intra centum octoginta duos dies, lege inteſtato. §. final. ff. de ſuis & legitimis hæredibus, & l. ſeptimo menſe, cum ibi notatis. ff. de ſtatu hominum. quare dicebat partum non eſſe ſuum, & ſe non eſſe patrem repugnãte natura: & ita fuit iudicatũ. & idem uidemus in alio caſu, quando maritus fuit abſens per annum, ita quod paruulus poſt reditum in domo repertus non poteſt eſſe ſuus filius repugnante natura, l. filium diffinimus. ff. de his qui sũt ſui vel alieni iuris. De nato autẽ in xj. menſe, vide mirabile quiddam per Aulum Gellium in

noctibus Atticis lib.3.capite 16.& per Alciatum paradoxorum libro 3.ca.7.& per Aymarum Riuallium in libello suo historiæ iuris ciuilis & pontifici, super illa lege 12.tabularum,in decimo mense legitimus infans nascitur,&c. vbi cõperies Adrianum cæsarem requisitis veterum philosophorum & medicorum sentẽtiis causa cognita decreuisse,in 11. quoque mense iustum partum ædi posse: cuius contrarium tamen decidit Imperator Iustinianus,in Auth.restitutio. & ea quæ parit in 11.mense.§.fi.collatione quarta, sed credo ad frequentiam cum respexisse, & propterea ita statuisse, arg.l.nam ad ea,cũ duabus ll. præcedentibus.ff.de legibus, ad quod etiam facit Salonis dictum,cuius meminit Cicero in oratione pro Roscio Amerino:Solon,inquit,cum interrogatus esset,cur nullum supplicium constituisset in eum,qui parentem necasset:respondit, id se neminem facturum putasse.& dicitur sapienter fecisset vt ibi & per Budæum in l.3.ff.de legib.quod nota:& præmissis adde nota. magistraliter per Pet.Iacobi.in sua aurea practica in titu. de generatione in secuuda columna posset etiam hic addi, quod de natura naturante & natura naturata alibi scribitur, sed de hoc remississe sufficiat ad notata per glos. & doctores in §. conditiones. Inititutis de verborum obligatio.& ad notata per glo.& doctores in l.cum ad præsens,cum duabus. ll. sequentibus.ff.si cer.petatur,& in cle.sepe,in fine de verbor. signi.quo recurre.

SVMMARIA IN LOCVM

a natura alternatiuorum.

1 *In alternatiuis electio est debitoris.2.3.fallit nu.4.5.7.*
2 *Copula carnalis facit de sponsalibus conditionalibus sponsalia pura.*
6 *Index quando eligit pœnam,debet hoc facere causa cognita in figura iudicii.*
8 *Ad veritatem alternatiuæ vel disiunctiuæ sufficit alteram partem esse veram.*
Fallit quintupliciter.nu.9.& seq.
12 *Dictiones seu,& sive.*

13 Alter-

Digitized by Google

13 *Alternatio semper præsumitur esse inter æqualia & parum distantia.*

14 *Membri appellatione quid contineatur.*

15 *In alternatiuis altera pars alternatiua trahit secum suum effectum.*

26 *Prohibitum simpliciter, est prohibitum etiam alternatiue.*

LOCVS A NATVRA

alternatiuorum.

NVNC subnectemus locum à natura alternatiuorum, a quo sumptum argumentum nedum est probabile, sed forte, frequens, & vtilissimum: & formatur multipliciter ad multiplicem effectum. vno modo sic, † in alternatiuis electio est debitoris, regula in alternatiuis de reg. iur. lib. 6. l. plerunque. §. fin. ff. de iure dotium, & §. huic autem qui loco, & ibi habetur plenissimè de natura alternatiuæ per Ioan. Fabri, Instit. de actio. cum simi. Hæc autem regula ampliatur dupliciter. Primò, vt procedat in matrimonio. Promittens enim aliquam ducere in vxorem si ipsum ad copulam admiserit, vel ei dare mille: habet electionem, an velit eam ducere in vxorem an velit dare mille: nec hęc facultas eligendi tollitur per carnalem copulã ob secutam, quia hoc nullo iure cautum reperitur. Ita singulariter dicit Albericus de Rosate in dictionario suo super verbo matrimonium, 5. circa finem, & Altexanus in sua aurea summa in titu. de modo contrahendi sponsalia, titulo tertio ante finem, & Antonius in 3. parte suæ summæ, titu. 1. capite 19.

2 versi. 5. circa finem. Copula † enim carnalis facit de sponsalibus conditionalibus sponsalia pura, & facit ea purificata eodem momento transire in matrimonium, c. de illis, & ibi Panor. hoc notat de condi. appo. & vnicus actus copulę inducit duo impedimenta, vt notat Præpo. in c. ad audientiã, de sponsalibus, & breuiter copula respõdet ad omne quare, vt dicunt Hostien. & Io. And. in c. tua nos, illo eo. tit. sed copula carnalis nõ admittit nec tollit facultatẽ eligẽdi alterũ ex alternatiue promissis: quia hoc nullo iure cautũ reperi-

tur,vt dixi quod commenda memoriæ,quia est valde singu
lare,nec alibi legi,& multum limitare.is qui fidem,de spō-
3 salibus.Secundo ampliatur † dicta regula,vt procedat etiã
vbi dubitatur de cursu periurij:nam authoritas superioris
duo alternatiue iniungentis, excusat facientem alterum à
periurio.licet alterum alternatiuorum faciendo nullum pe
riculum periurij subesset:exempli gratia,in casu cap.consti
tutus.de rescrip. Papa mandauit capitulo facta mentione
de numero & iuramento,vt reciperent Titium in canoni-
cum,& ei præbendam conferrent non obstante iuramento,
vel cētum ei darēt,si canonici hoc casu recipiunt. Titium
in canonicum,nō erūt periuri,ex quo derogatum est iura-
mento:licet habuerint facultatem dandi centum & quam-
uis dando centum potuerint seruare iuramentum: nam au
toritate Papæ licite videntur facere quodcūque alternati-
uorum fecerint,propter opinionem seu electionem datam
per alternatiuam,facta mentione de numero & de iuramē
to.Ita singulariter vult Vincentius in d.c.cōstitutus,quem
ibi sequūtur Anto. de Butrio.Io.de Imo.& doct.& Feli. in
c.inter cæteras,de rescrip.q̄ memori teneas mente, q̄a est
singulare & quotidianum seruiēs ad multa.Sed dict. reg.in
alternatiuis electio est debitoris,sic ampliata,recipit plures
4 singulares limitationes:quarum prima est†vt non procedat
in legatis alternatiuis,gl.est singularis iuncto textu in l Lu
cio.ff.de legatis secundo,quæ notabiliter dicit,q̄ in legato
alternatiuo si verba dirigūtur ad hæredē,ipsius est electio:
si autem verba diriguntur ad legatarium, eius est electio.
Si aūt testator vtitur verbo lego,quod est indifferens, vel si
mili,tūc in dubio electio est legatarij,& nō hæredis: vt ibi
latius p eum,& p Ioan.de Imo.in d.c.inter cæteras, vbi di
cit d.gl.esse singularem & meliorem de corpore iuris: Illā
glo.etiam reputat singularem Ale.de Imo.in l.qui duos, ff.
de legatis 1.& idem per omnia vult Bald.in §.si quis agens
Instit.de actionibus,& idem Baldus in d.l.Lucio, & Dynus
5 in dicta regula,in alternatiuis. Secundò fallit dicta † regu-
la in pœnis alternatiuis impositi per legem,canonem,vel sta
tutum,nam quandocunque per legem, canonem vel statu-
tum,imponitur pœna alternatiue,tunc iudicis est electio,
& nō rei:tex.est cum glos.in c.à crapula,& ibi habetur per

Panor.

Panor. Io.de Imo.& doctores,de vita & honesta.clerico. & per eundem Panormi.in d.c.inter cæteras,est etiam de hoc bona glo.in c.fraternitatis,& ibi habetur per Dominicũ 33. dist.& bona glo.in c.sicut,de Iudæis:& idem vult Salyce.in l.si fugitiui,C.de seruis fugiti.de quo articulo quotidiano vide latius per Bartol.in l. 1.ff. de effracto.& per Bal. & Salyce.in l.quicunque, C. de seruis fugiti. & plenissimè per Felynum in d.c.inter cæteras,& per Ioan. de Anania in dicto c.sicut,ad quos breuitatis gratia remississe sufficiat. Hoc
6 autem scias,quòd† quando iudex eligit,pœnam, debet hoc facere causa cognita in figura iudicij,& sic parte vocata,sedendo,& non stando,secũdum Baldum in d.l.si fugitiui, in fine:quem refert & sequitur Alexan.in d.l. quicunque, in annotationibus ad Bartolum.& pro hoc est textus in d.l.1. de effracto,& ibi duobus uerbis hoc tangit Bar.& doct.sæ-
7 pe alibi:quod nota.Tertiò fallit dicta regula, † quando alternatiua ponitur inter duo,quorum vnum est in obligatione,& aliud apponitur ad cautelam creditoris:tunc enim electio non est debitoris,sed creditoris. Ita notabiliter volunt Guliel.& Bartol.in l.quamuis,per illum tex.ff.de pignora. actio.& Pau.de Cast.& Alex.de Imo.in l.4.§.si ex conuentione.ff.de re iudicata,& idem Pau.de Cast.in l.cum proponas,in fine,C.de transactio.& Alex. de Imol.in dicta l. qui duos.Et hinc dicit Bal.in l. fina.in 3.colum.C.de petitio.hę redita.q; licet in alternatiua soluendi,electio sit debitoris: in alternatiua tamen exigendi,electio est creditoris.Et per hoc deciditur quæstio illa notabilis & quotidiana;promisisti mihi soluere decem intra mensem vel dare pignus aut fideiussorem,elapso mense volo te cogere ad soluendum decem,tu verò vis dare pignus vel fideiussorem:quæritur q̃d iuris?Et licèt prima facie videatur,q; non possim te cogere ad soluendum decem:quia obligatio fuit alternatiua, ergo electio debet esse debitoris, dicta regula in alternatiuis, cum similibus.Contrarium tamen decidunt præfacti doctores, & Salyc.in l.quod fauore,in fine,C. de legib.& Iason in d.§.huic autem qui loco,& ad victam regulam in alternatiuis,cum similibus,respondent,q; illa iura procedunt, quando alternatiua ponitur inter duo,quorum quodlibet est in obligatione & solutione:sec⁹ si vnũ est obligatione,& aliud

apponi-

apponitur ad cautelam vel in fauorem creditoris, vt in casu supra tacto: quod est perpetua memoria dignum, quia quotidianum, & vi sæpe de facto. Quarto fallit d. regula, vbi ex mente disponentis seruari debet ordo scripturæ, tex est notabilis ponens casum quotidianum in cap. mandato, in fine, de præben. lib. 6. & volunt Io. de Imo. & Fel. in d. c. inter cæteras, & faciunt notata per glo. in c. metropolitano, 63. dist. Quinto fallit dicta regula in gratiis seu officijs alternatiuè collatis: vnde si vacantibus tribus officiis, princeps uni conferat omnia alternatiuè, ille eliget q̃ eorum velit: textus est in l. 2. C. de castrens. & minist. libro 12. quem textum ad hoc notant Gulien. Bal. & Ange. in l. finali, ff. de constitutio. principu, & Bald. in d. l. Lucio, & idem Bal. in d. l. qui duos, & ibi etiam Io de Imo. & Ale. & idem sentit ipse Bald. in l. cum quidam, C. de verborum significatio. & Felin. in d. cap. inter cæteras, & Iason in d. §. huic autem qui loco, vbi dicit, q̃ textus d. l. 2. sibi semel fecit maximum honorem: Et ratio istius est, quia beneficiũ principis latissimè debet interpre-
& tari d. l. fr. cum similibus. Secundo istud † argumentum formatur aliter sic. Ad veritatẽ alternatiuę uel disiunctiuæ sufficit alteram partem esse ueram, dicta regula in alternatiuis, & d. c. inter cæteras, & ibi habetur per Pan. Fel. & canonistas, & est bonus tex. in l. si hæredi plures, ff. de cond. inst. & in l. si quis ita stipulatus fuerit decem. ff. de verbor. obl. & in §. penul. Instit. de hæred. instituen. & in l. si is qui ducenta, §. cum ita, & §. vtrum, & ibi habetur plene de natura alternatiuæ, per Bar. ff. de rebus dubijs, cum similib. Et istud est verum, nedum quando alternatiua concipitur per uerba affirmatiua, ut in exemplo posito in d. c. inter cæteras, cũ similibus, quo casu nullum est dubium: sed etiam quando alternatiua concipitur per verba negatiua, sufficit. n. alterũ non esse factum. Exẽpli gratia: promitto tibi centum, si imperator hoc anno in Italiam non venerit, vel filius mihi nõ nascatur: sum enim obligatus si aliquid istorũ non eueniat, licet alterum eorum eueniat: si aũt ambo eueniant, vt quia imperator in Italiam venit, & filius mihi intra annum nascitur: tunc non teneor. Ità notabiliter volunt Ioannes de Imola & Felin. in d. c. inter cæteras, & probatur in d. l. si quis ita stipulatus fuerit decem, circa finem & ibi hoc volunt Ioan.

de Imo.

de Imo.& Alex.probatur etiam in d.l.ſi is qui ducenta, §. vtrum,& §. cum ita, primo reſponſo, & ibi hoc volunt Dynus,Ran.& Socinus,& idem Dynus in dicta regula,in alternatiuis,& ibi etiam Ioannes Andreæ in Mercurialibus. Sicut enim alternatiua affirmatiua vult alterum fieri, ita alternatiua negatiua vult alterum non fieri,& per conſequẽs neutrum fieri:quia altero non facto,verum eſt dicere, illud aut illud factum non eſſe,d.§.cum ita,& d.§ vtrum, & d.l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem, in fine. Ex quo liquidè patet, quòd ad euitandam pœnam promiſſioni alternatiuæ negatiuè conceptæ adiectam, oportet vtrumque fieri. Ad hoc autem vt pœna committatur,ſufficit alterum non fieri, iuribus præallegatis. Et ergo ſi promiſi dare decem ſi Stichum aut Pamphilum non dedero, ad hoc vt euitetur pœna,neceſſe eſt vtrumque dari: & ad hoc vt pœna committatur,ſufficit alterum non fieri: quia altero non facto, verum eſt dicere, illud aut illud factum non eſſe, vt dixi. Vera ergo eſt regula, quod ad veritatem alternatiuæ negatiuè conceptæ,ſi ſtipulatio incipit a præcedenti conditione, ſufficit alterum non eſſe factum vt committatur in ſtipulatio, & vt non committatur,requiritur quod vtrumq; fiat:& ita tene, quicquid inaduertenter dixerint Cardinalis & Panormitanus in d.cap. inter cæteras, & Iaſon eos ſimpliciter ſequens in d.l.cum quidam,in fine: quod tene menti: quia vt vides maximi doctores in hoc vehementer errarunt: de hoc tamen vide latius in iuribus præallegatis, &, in d.l. ſi is qui ducenta,§.final.Sed dicta regula,ad veritatem,alternatiuæ ſufficit alteram partem eſſe veram, ſi vt præmittitur declarata, recipit etiam quinque notabiles fallentias ſeu limitationes. † Prima eſt, quando alternatiua ponitur inter perſonas,nam tunc reſoluitur in copulatiuam,& ſic requiritur concurſus vtriuſque copulati: textus eſt in d.l.cum quidã. vnde ſi teſtator inſtituat hæredem Titium aut Seium, ambo erunt hæredes,vt ibi. Hinc etiam eſt, quòd ſi Papa conferat beneficium Titio aut Seio, vtrique debetur beneficium,& ſi vnus non vult, accreſcit alteri:& dictio, vel,tunc ponitur copulatiuè.Ità notabiliter volunt Archid.& Dominicus in c.paſtoralis,7.q.per d.l.cũ quidam, & ſequitur Felin.in d.c.inter cęteras.Hoc tamen quod dixi,alternatiuam

poſit

positam inter personas resolui in copulatiuam, recipit octo notabiles limitationes, quas ponit Iason in d.l.cum quidã,
10 ad quem remisisse sufficiat. Secundo dicta † regula fallit fauore dotis, cuius fauore alternatiua non verificatur, nisi in altero solo, vt si auus maternus vel extraneus qui dotem dedit, stipuletur illã reddi soluto matrimonio mulieri vel sibi, fauore dotis acquiritur mulieri dumtaxat actio, & non donanti: etiam si ex ordine scripturæ præpositus sit ille qui dotem dedit: textus est singularis in l. Caius, ff. solut. matrim. & ibi hoc notant Bar. Bal. Paul. de Cast. & doc. & Felinus in d.c. inter cæteras, & Iason in d.l. cum quidam. Tertio fallit
11 dicta regula, † quando alternatiua ponitur inter genus & speciem, nam tunc resoluitur in coniunctam. textus est notabilis in l. quintus. i. in fine, & ibi Bartolus notat, ff. de auro & argento leg. & idem Bar. in l si quis ita legauerit, illo colligit. & in d.l. si is qui ducenta. §. vtrum, & Feli. in d.c. inter cæteras. Quartò d. regula fallit in alternatiua impropria, quæ
12 appellatur subdisiunctiua. † vt est dictio seu, & dictio siue: Vnde si lego Titio vina, quę habeo Romę, seu Bononię, debentur omnia: text. est singularis in d.l. si quis ita legauerit, & ibi Bar. & Alberi. de Rosate notant. Illum tex. etiam ponderant ad hoc Ant. de Butrio, Card. Io. de Imo. Panorm. & Fel. in d.c. inter cæteras, & idem esset si dicerẽ, lego Titio vina quæ habeo Romæ siue Bononiæ. quia dictio siue, etiã non est simplex disiunctiua, vt est tex. iuncta gl. in l. ad protegendam, C. de in litem dando tutore, & ibi Sali. notat, & Bar. & Ioan. de platea in rubrica, C. de nauicularis seu nauicularis lib. 11. secus si legarem alicui vina quæ habeo Romæ vel Bononiæ: non enim deberentur omnia: quia dictio vel, est simplex disiunctiua: & sic non habet locum d. l. si quis ita legauerit, quæ non loquitur in disiunctiua simplici, sed in ea quæ ampliationem inducit, secundum Ioan. de Imo. & Felin. in d.c. inter cæteras, quia hoc iure non cauetur secundum eos. Contrarium tamen in hoc vltimo voluit Cardi. in d.c. inter cæteras, & Cyn. & Alb. de Rosate in d.l. cum quidam. quod tamen prius dixi, tenet Bar. in d.l. si quis ita legauerit, & idem Barto. in d. §. vtrum, vbi dicit, opinionem Cæ. esse falsissimam: Idem etiam tenet Iason in d. l. cum quidam, vbi multum bene declarat, quod d.l. si quis ita legauerit.

gauerit.& post multa in hoc vltimo tenet cum Bart. Fulgosio, Ioan. de Imo. & Felin. contra, Cardi. Cyn. & Alber. Hoc verum in vltimis voluntatibus: secus in contractibus secundum Ioan. de platea in d. rubr. C. de nauicullariis seu naucl. quod nota, quia est singulare, & posses facile decipi, si non perpenderes. Vide tamen mirabilem restrictionem, quam ad d. l. si quis ita legauerit, tradit Rogerius antiquus glossator, referente Accursio in d. l. si quis ita legauerit. Quintò d. regula non procedit quoad effectum transmissionis. Vnde si alicui legentur duæ res alternatiuè, vna purè, & alia sub conditione: Si moriatur legatarius pendente conditione, non transmittit ad hæredem legatum rei purè sibi relictæ alternatiuè tamen: tex. est singularis & mirabilis in leg. cum illud, in principio, ff. quando dies lega. cedit, quem val de exclamat Ludou. de Roma in suis singularibus singulari 90. Tertio argumentum ex hoc loco formatur alio modo
13 sic. † Alternatio semper præsumitur esse inter æqualia & parum distantia, tex. est notabilis in leg. 1. secundum vnam lecturam. ff. de reb. dubiis. Et iste modus arguendi est valde notabilis & vtilis in materia punitionis criminum, secundum Bald. in leg. conuenticulam, C. de episco. & cler. Vndè si statutum pro certo delicto imponit pœnam amputationis membri, vel aliam. non poterit imponi pęna pecuniaria, quia illa non conuenit in genere pœnæ cum pœna amputationis membri: quia solus ictus fustium grauior est quam pecuniarum damnatio, leg. in seruorum, in fi. ff. de pœnis: nec etiam poterit amputari caput, quia illa pœna nimis remota est à mutilatione membri secundum Bald. in d. l. conuenticulam: & idem vult Bald. in l. & si post tres, in 9. colum. ff. si quis cautio, quem refert & sequitur Fel. in d. cap. inter cæteras. & Socin. in d. l. 1. & idem vult gl. iuncta text. in d. l. si fugitiui, in verbo qualibet alia, & ibi habetur per Bal. Ang. Pau. de Cast. Salice. & doc. Circa quòd volo te in-
14 cidenter scire, q; † membrum appellatur, quod habet officium distinctum ab alijs mẽbris, vt oculus, manus, vel pes, cap. singula 89. distin. & bene declarat Ang. in Au. sed nouo iure, C. de seruis fugit. Vnde digitus non est propriè membrum, sed pars membri secundum eum & Sal. ibid. Ex quo singulariter sequitur, quod detruncans alicui dignitum in

pugna,

pugna,non incurrit per hoc irregularitatem,quæ non incurritur ex ſola effuſione ſanguinis:ſed oportet, quòd interueniat mors,vel membri mutilatio: vt eſt tex.pulcher in cle.ſi furioſus,& ibi Cardin.de homic. & generaliter non incurritur,niſi in caſibus expreſſis in iure:vt eſt text.in c.is qui,de ſent.excom.lib.6. & ita ſingulariter determinant Panormi. Præpo.& doct.in c.1.qui clerici vel vouentes,Vbi etiam volunt,quòd debilitans membrum alicuius,ita quòd ſit quaſi inutile,ſi tamen illud non ſit detruncatum,non incurrit irregularitatem:de quo vide ibi latius per eos, & per Panor. & alios in c.cum illorum,de ſenten.excom. & per Bal.Ang. Paul.de Caſt.Salice. & doct.in d.Auth.ſed nouo iure,& per Bar.Ang.& Ioan.de Imo.in l.2.ff.de publicis iudicii. & per Bal.in tit.de noua forma fidelit.in principio in vſibus feudorum,& per Alber.de Rom.in 2.parte ſtatutorum quæſt.25. quo recurre. Quarto iſtud argumentum formatur aliter
25 ſic. † in alternatiuis altera pars alternatiuæ trahit ſecum ſuum effectum.& hinc eſt q̃ in legato alternatiuo non tranſit dominium in legatarium ante electionem, ſed demum poſt electionem:tex.eſt in l.huiuſmodi.§.Stichum,ff.de legat.1.& in l.apud Auſidium,in fine,ff.de optione leg. & ergo non poteſt agi rei vendicatione pro ſpeciebus alternatiuè legatis ante electionẽ : quia ante electionem legatarius non eſt dominus,vt dixi: poſt electionem autem ipſe eſt dominus rei electæ: nec habet ius ad aliam rem alternatiuè legatam. Ita notabiliter ſentit gloſ. quæ ſemper ad hoc allegatur in leg.ſi in rem agat aliquis,& ibi Bald.declarat. §.de rei vendicatio.ex iſto etiã ſingulariter infertur, quòd duobus ſeruis alicui alternatiuè legatis, ſi alter pereat ante electionem, perit hæredi, qui adhuc eſt dominus. iuxta regulam,l.pignus,C.de pigno.actio. habet tamen hæres electionem,an velit ſoluere ſuperſtitem in alternatiua obligationẽ ex vltima voluntate deſcendente cõprehenſum, vel precium ipſius mortui:vt eſt tex. in l.cum res. §.ſed ſi Stichus, ff.de leg.1.ſecus autem eſt in obligatio alternatiuè ex contractu inter viuos.nam altero mortuo tenetur præciſe ad ſuperſtitem.vt eſt tex.in l.3.§.qui Stichum.ff.de eo quod certo loco,& in l.ſi emptione,§.ſi emptio. ff.de contrah. empt. & in l.cum is.in principio,ff.de condi.indeb.& in l.Stichum

aut

Digitized by Google

aut Pamphilum,ff.ad legem Aqui.Quæ autem ſit ratio diuerſitatis inter hos caſus, vide pulchre per Lambertum de Ramponibus & doct.in d. §.qui Stichum, & in iuribus ſup. allegatis. Vide etiam omnino Bar.aliter in hac materia loquentem in l.Stichum aut Pamphilum, in principio, ff.de
16 ſolutio. Illud autem nolo te ignorare, quòd id † quod eſt prohibitum ſimpliciter, eſt etiam prohibitum alternatiuè. Et hinc eſt,q; qui iurauit non venire contra contractũ, non poteſt petere alternatiuè contractum reſcindi propter deceptionem vltra dimidiam iuſti precij, vel iuſtum precium ſuppleri,intentando remedium,l.2.C.de reſcin. vend.quod ſi fecerit,eſt periurus.Ita ſingulariter dicit Bal. in l.qui ſub conditione.§ 1.per illum tex.ff.de cond.inſt. & hoc dictum tanquam notabile refert & ſequitur Fel.in d ca.inter cæteras, & idem maiore iurante non venire contra contractum tenet gloſſa,& ſequuntur eam Bart.& doc.in d.l.2 & glo.& doc.in c.penul.de emptio.& venditio. ſecus dicentes in minore ſic iurante,de quo vide quod dicam latè infra in loco à vi,energia,ſeu efficacia iuramenti.in ſexto effectu: Quæ omnia commenda memorię tanquam pulchra,vtilia,ſingularia & quotidiana.

SVMMARIA IN LOCVM à natura copulæ.

1 *Copula auget,ampliat,ſeu adijcit ad precedentia,in materia larga,ſecus ſi in ſtricta*
2 *Copula repetit qualitatem precedentem.*
3 *Copula coniungit.*
4 *Copula,& differt a copula,cum. & qui effectus reſultent ex hac differentia.nu.5 cum ſeqq.*
6 *Expreſſo vitiato an & quando vitietur tacitum.*
7 *Legatum fundi cum inſtrumento, & legatum fundi & inſtrumenti,differunt & nu 8.*
9 *Copula alterat naturam aduerſatiua.*
10 *Diſiuncta vbicunque reſoluitur in coniunctam,retinet propriam naturam ſi ſimul ponantur coniunctam & diſiuncta.*
11 *Copula natura eſt cadere inter diuerſa.*
12 *Ad veritatẽ copulatiuæ requiritur vtrunq; partem eſſe veram.*

Copula

Digitized by Google

13 *Copula quando mutet naturam & nn.seq.*

14 *Copula p. sita inter personas inter quas est ordo charitatis, inducit ordinem.*

15 *Natura orationis soluta remissiue.*

16 *Dictio, que copulat.*

17 *Copula, & posita inter plures personas ponitur partitiue, seu viriliter, dictio vero alternatiua attribuit cuilibet actum insolidum si potest.*

LOCVS A NATVRA COPVLAE.

1 NOMMODVM nunc subsequitur locus a natura copulæ a quo sumptum argumentum nedum est probabile, sed forte, frequẽs & vtilissimum. & formatur multipliciter ad multiplicem effectum. Vno modo sic. † copula auget, ampliat, seu adiicit ad precedentia: tex. habes & exemplum in l. ea tamẽ adiectio, iuncta gl. & ibi Bar. notat. ff. de lega. 3. & vult Bal. in l. 1. in 5. columna. C. quando non peten. partes peten. accref. & in rubrica in 9. quæst. de contrahen. emptione, & idem Baldus in l. prima. ff. de iustitia & iure: & est de mente Cyn. in Authentica, eisdem pœnis, C. de secund. nuptiis. Vnde si relinquatur legatum mille florenorum doctoribus iuris & medicis Louanienſibus, tale legatum comprehendit tam medicos quam doctores iuris, nec requiritur, quod idem sit medicus & doctor iuris simul. Ita notabiliter determinat Baldus in dict. leg. 1. ff. de iustitia & iure, quem sequitur Felinus in capit. secundo, in 19. columna de rescrip. vbi dicit, quod si legatum relinquatur militibus & doctoribus, includitur simplex miles & simplex doctor. Hinc etiam est, quod si testator legauerit equũ suum & arma, intelligitur legasse arma equi & equitantis, quia natura copulæ est ampliare quam plurimum potest d. l. ea tamen adiectio, & sic absolutum sermonem absolute intelligere debemus. Ita singulariter dicit Baldus in lege prima, sub qua etiam legit l. 2. C. de verborum significa. Quod autem dixi copulam augere & ampliare, procedit in materia larga. vt in materia legatorum: sed in materia stricta copula restringit. Ita notabiliter dicit Ioan. de Imol. in clem.

in ple-

Digitized by Google

in pleriſq; de elect.vbi per hoc dicit,q; pęna impoſita a ſtatuto nobili & baſtardo percutienti officiarium regis, requirit vtramq; qualitatem;& ſic nobiles non baſtardi , uel baſtardi non nobiles,non comprehenderentur in tali ſtatuto, ſecundum eum ; quod nota. Secundum argumentũ ex hoc
2 loco formatur aliter ſic.† Copula repetit qualitatem præcedentem;textum habes & exemplum in l.auia, in princ.iuncta gl.ff.de conditio.& demonſt.& in l.Seiæ.§. Caio, & ibi tractatur magiſtraliter per Bar.ff.de fundo inſtructo,ex quo ſequitur primo , quod ſi teſtator legauerit Titio fundũ ſub conditione,ſi nauis ex Aſia venerit,& domum,in legato domus cenſetur repetita dicta conditio,ſi nauis ex Aſia uenerit,per tex.iuncta gl.in d.l.auia,& in d.l.Seiæ.§.Caio,& ibi hoc vult Bar.& Ial.in d.l.1.ff.de iuſtitia & iure,quod nota. Hoc tamen limita vt per Bar.in d.§.Caio.Ex iſto etiam ſequitur ſecũdò,quod ſi maritus relinquat vxori in teſtamẽto omni anno ex fundo ſuo Sẽproniano decẽ ſaccos frumẽti,& decem florenos , quod decem floreni erunt ſoluendi tempore meſſiuni ſicut frumẽtum,propter copulam,&: ita ſingulariter vult Bartolus in l.ſi legatarius. §.finali,ff. de legat.3.& ſequitur Iaſon in d l.1.& doctores ſæpe alibi.quod nota,quia eſt quotidianum,& ſeruit ad multa.Tertio argu
3 mentum ex hoc loco formatur aliter ſic.† Copula coniungit;textus eſt in l.Titiæ textores.§. nihil. ff. de legatis 1.& in l.triplici.ff.de verborum ſignific. cum ſimilibus.Sed ſine decipiaris,volo te ſcire,quod eſt differentia inter copulam, & copulam,cum;quia copula &,coniungit æquè principaliter;copula vero,cum,contingit acceſſoriè; textus eſt notabilis in l.ſi cui,& ibi Bar.ff.de fundo inſtruc.&in c. cum Marthæ.§. quæſiuiſti,de celebratio.miſſa.& facit l.1. & 2.& ibi Barto.ſt.de pecul.lega.& Bar.in d.§.nihil,& eſt bonus tex. in §.ſi quis ancillas,& ibi Io.Fabri Inſtit.de legatis, & vult gloſa & Panormitanus in cap.querelam,de Simonia,ex quo diuerſi ſequuntur iuris effectus. Primo enim ex iſto ſequi
4 tur, † quod ſi contra aliquem ſit lata ſententia in poſſeſſorio,& ipſe dicat prout de conſuetudine,ſit dico ſententiam nullã,& ſi eſt aliqua appello: valet talis actus. quia nullitas non cenſetur intẽtata acceſſoriè,ſed principaliter; & licet a ſententia lata in poſſeſſorio appellari non poſſet.l.vnica,C.

de momenta.poſſeſſio,fuerit appell.poteſt tamen opponi de nullitate,vt dicit Bal.in d .l.unica,in penul.colum.argu,clemen. 1.de re iudicata,& ita tene,quicquid dicat gloſa reputata ſingularis in l.1.C.quando prouoc.non eſt neceſſe, & Salycet.ibidem,& idem Salycet,in d.l.vnica,qui volunt,q̃ in hoc caſu talis cenſetur principaliter appellare: & caſu quo non poſſet appellare,videtur dicere de nullitate, & ſic nullitas intelligitur intẽtata acceſſorie & non principaliter, quod non eſt verum per prædicta & ita d. gloſam reprobat Ioan.de Imo.in l. ſi expreſſim,in quarta columna,ff. de appellatio,& Alexan.in conſilio ſecundo tertii voluminis,incipiente,conſideratis,& Iaſon in dicta lege 1. de iuſtitia & iure,& eſt de mente Bartoli.in dict.l.ſi expreſſim,quod nota,
5 quia eſt quotidianum. Secundo ex iſto ſequitur, † quod ſi vendo villam,& ius patronatus,quod habeo in ea: non valet venditio reſpectu iuris patronatus, quia ex quo ius patronatus copulatur per hanc copulam: &, videtur vẽditum eſſe principaliter,ſicut villa;quod eſſe non poteſt,capitu.de iures,& cap.cum ſęculum,de iure pattonatus:ſecus ſi fieret copulatio per dictionem cum , Ita notabiliter decidit Panormitanus in dict.capit.quærelam,& eſt de mente Ioannis Andreæ in cap.primo,de iure patronatus lib. ſextò, in nouella: quod nota,quia eſt quotidianum,& ſeruit ad declarationem c.ex literis,de iure patro.Tertio ex iſto ſequitur, quod ſi legatur alicui vacca cum titulo, mortua vacca non debetur vitulus: ſecus ſi legetur vacca & vitulus.Ita notabiliter dicit Ioan.Fab.in d.§.ſi quis ancillas,quod nota.Quar
6 tò ex iſto infertur, † quod ſi tempore ingreſſus monaſterii & profeſſionis quis offerat ſe & ſua:ſi nõ valet ingreſſus, nihilominus,valet oblatio bonorum; quia iſta ſunt duo æquè principalia,propter copulam,&:ſecus ſi quis offerat ſe cũ bonis ſuis,nam tunc vitiato ingreſſu,nõ valeret oblatio ſeu donatio bonorum:quia bona ſunt acceſſoria ad ingreſſum de natura ſui Auth.ingreſſi,cũ ibi notatus,C.de ſacroſ. eccle. & ita notabiliter dicit Io.Fabri in d. §. ſi quis ancillas : de quo tamen articulo uide latius per Bar.& alios in d.Auth. ingreſſi,vbi eſt ſuus proprius locus.An autem & quando viciato expreſſo,vicietur tacitſi,vide notabiliter per Bar. in l. ſi fideiuſſor in prin.ff.de leg.1.& p Cy.& alios in d.Auth.in

greſſi.

Digitized by Google

7 gressi. Quintò ex isto infertur † q̃ si testator legauerit fun
dum cum instrumento, vel seruum cum peculio: si postea
vendat fundum vel seruum, non valebit legatum instrumẽ
ti vel peculij: quia instrumentum & peculium veniebant ac
cessorie ad fundum & seruum: vnde sublato principali pu-
ta fundo vel seruo, tollitur tacitè accessorium, puta instru-
mentum & peculium: aliud autem est quando legatur fun
dus & instrumentũ, vel seruus & peculium: quia tũc vẽdito
fundo uel seruo, remanet legatum instrumenti & peculij:
q̃a sunt duo legata æque principalia, unde uno adempto, re
manet reliquum: sed primo casu erat unũ legatum tantum
& ergo ibi secus. Ita probat tex. in dil. si cui, ubi de hoc est
8 casus. In alio † etiam est differentia, quia quando lego fun
dũ: & instrumentum, legato cedit nedum instrumẽtum fun
di, sed etiam instrumentum patrisfamilias. Sed quando le-
go fundũ cũ instrumento, tũc legato solũ cedit instrumen-
tũ fundi, nõ aũt instrumentũ patrisfamilias. Ita notabiliter
dicit Bar. & alij post eum in d.l.2.C.de uerb.signi. & proba
tur in l.quæsitũ, §. sed & si fundus, & §. seq.ff.de fundo in-
struc. quod nota. Hoc autem uolo te incidenter notare, q̃
fundo uendito uel legato, nõ uenisit instrumenta fundi: se-
cus si fundus locaẽ, uel ususfructus fundi legeẽ. Ita singula-
riter determinat Bar. quem alij sequũtur, in d.l.2. & idem
Bar. in l.2.§.dotem.ff.de fund.instruc. & idem uult. Lud.de
Roma. in suis singularib. singulari 674, licet de Bar. specifi-
cam mentionem non faciat, quod nota. Illud tamen quod
supra dixi. s. q̃ dictio, cũ cõiungit accessorie, inter alia limi-
tatur singulariter ut procedat, quãdo ponit inter ea de quo
rũ natura est, ut unũ possit accedere alteri, ut in exemplis
præmissis. Secus autem est, quando dictio, cum, ponitur in-
ter ea de quorũ natura est, ut unũ non accedat alteri. Tunc
enim non est differentia an aliqua coniũgantur per dictio-
nem, cũ, an per dictionem, & nam ambo tunc ueniunt æque
principaliter, ut in hoc exemplo: Lego Titio 10. cũ Sempro
nio, q̃a idem est ac si dixissem, lego Titio & Sẽpronio x. q̃a
unus homo nõ accedit alteri, hoc probaẽ in d.§. si q̃s ancil-
las, & in l.illi cũ illo.ff.de usufructu leg. iũcta l.iustissime.ff.
de ædil.æd ict. & in d.l. Titiæ texteres. §. nihil, & ibi Bar. &
idẽ si q̃s dicat hoc modo: lego Titio equũ cũ asino, nã est p-

inde ac si dixisset,lego Titio equum & asinum, secundum Io.Fab.in d.§.si quis ancillas.Hinc etiam est,q; si Papa mandat prouideri Titio in certa ecclesia de dignitate cum præbenda,si vacet dignitas sine præbenda,vel econtra præbenda sine dignitate,debet sibi de beneficio sic vacante prouideri,cum præbenda non accedat ad dignitatem ex natura sui,sed per se stet,& econtra: vnde non est differentia hoc casu,an mandetur prouideri de dignitate cum præbenda, vel de dignitate & præbenda: & ita in specie determinant Ioan.An.& Pan.in d.cum Marthæ.§. quæsiuisti, & facit c. quia sæpe,cum ibi notatis per doct.de præben. lib.6. Hinc etiã dicit Io.Fabri in d.§.si quis ancillas,q; si Papa conferat alicui dignitatem cum præbenda,valet collatio præbendæ, licet non valeat collatio dignitatis,forte propter defectum ætatis,vel aliàs:c.si eo tempore, de rescrip. lib.6. nisi præbenda esset accessoria ad dignitatem, secundum eum, per c.super eo,de præb.lib.6.& cle.si.eo.tit.quod est summè notandũ,q̃a quotidianum.Quartò argumentũ ex hoc loco po
9 test formari aliter sic.†Copula alterat naturam aduersatiuæ:nam quãdocunq; copula ponitur inter aduersatiuã sed & dictionem si,vt quia dicitur,sed & sic,tunc denotatur diuersitas in facto,& identitas in iure:vbi aliàs, quando non interponitur copula,denotatur diuersitas in facto & in iure tex.est notabilis iũcta gl.in l.sed & si l.in princip.& ibi Ang. notat.ff.de petitio.hæred.& tex.cum gl.in l.2.& ibi Bar.Iason & doct.hoc notãt.ff.ne quis eum qui in ius vocatus est vi exãmat:quod nota,q̃a facit ad multa.Quintò argumẽ
10 tum ex hoc loco potest formari aliter sic.†Vbicunq; disiũcta p̃ testatorem posita inter personas resoluitur in cõiunctã,prout regulariter cõtingit,l.cum q̃dam,C.de verbo. significat. tũc si simul ponat̃ cõiuncta & disiuncta, retinet suã ꝓpriam naturã,& operatur ius non decrescendi,nec attenditur hoc casu natura copulæ:tex.est singularis in l. si fundum sub conditione.§.his verbis, & ibi Bald. ad hoc notat illum textum.ff.de legatis.1.Illum textũ etiã ad hoc põderat & exclamat Ludouicus de Roma.in suis singularib.singulari 404.incipiente tu habes,& Iason in d.l.cum q̃dam: quod noto,q̃a est singulare, & vtile ad multa. Sextò argu-
11 mentũ ex hoc loco potest formari aliter sic.†De natura copulæ

pulæ eſt cadere inter diuerſa, gloſa eſt notabilis in rubrica. ff. de iuris & facti ignorantia, & ibi Bartolus, & Bald. & bona gloſa in d.c. quærelam, & ibi Panormitanus & Ioannes de Anania, & eſt textus ponens caſum quotidianum in l. ſi is qui ducenta, in principio, & ibi Bartolus, ff. de rebus dubijs, & hinc eſt, quòd quando copula ponitur inter duo idem ſonantia, tunc quia hoc eſt contra naturam copulæ, remota copula vnum plerunque reſoluitur, vt ſit adiectiuum alterius, l. prima, in principio, & ibi Bartolus. ff. de pactis, & idem vult Bartolus in dicta lege prima, ff. de iuſtitia & iure, & Bartolus in rubrica, C. de agrico. & cenſitis libro vndecimo. & idem Bartolus in extrauaganti ad reprimendum, ſuper verbo videbitur, in fine, quod nota. Septimò argumen-
12 tum ex hoc loco poteſt formari aliter ſic. † Ad veritatem copulatiue requiritur vtramque partem eſſe veram, textus eſt notabilis in l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſtitu. & in §. penultimo, Inſtitut. de hæredib. inſtituen. & in dict. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum, & in d. cap. 2. & ibi bona glo. Hinc eſt, quòd lex vel ſtatutum puniens vnum delictum & præſupponens aliud, non includit illum in quo non verificatur delictum præſuppoſitum: textus eſt iuncta ſua gloſa in l. mancipia, in verbo aduocandum, C. de ſeruis fugitiuis, & ibi illam gloſam ſingulariter ad hoc notant Iacobus Butri. Salycetus, Fulgoſius, & Alexander de Imola in apoſtillis ad Baldum, & Ludouic. de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari quadringenteſimo nonageſimo tertio. quod tene menti, quia ſeruit ad multa, vt videre poteris in locis præallegatis. Sed dicta regula patitur, plures notabiles, & ſingulares limi-
13 tationes, † quarum prima eſt, quando copula ponitur inter duo idem ſonantia, quia tũc mutat naturam copulæ, & reiecta copula vnũ reſoluitur vt ſit adiectiuũ alterius, vt dixi ſupra. Alia limitatio eſt, quãdo copula ponitur inter orationes non reſpectu certi diſpoſiti in indiuiduo: quod declarat vt per Bartolũ in d. §. vtrum, & in d. l. 1. & per Felynum in d. c. 2. Tertia notabilis limitatio eſt, vt dicta regula non procedat, quando ex hoc ſequeretur abſurdum, vel reſultaret aliquid contra intentionem diſponentis. Ita eſt doctrina Bartoli, Bal. & doctorũ in l. Gallus, §. etiã ſi parẽte. ff. de liberis & poſthumis, vbi p hoc reperies deciſas duas notabiles, &

dianum longe exactius quam aliquis alius, quem uiderim, examinat: ad quem remisisse sufficiat. & tetigi obiter supra
15 in loco ab ordine. † De natura autem orationis solutæ, quę aliquando æquipollet copulatiuæ, aliquando autem disiunctiuæ, vide pulchre per Dyn. in regulâ in alternatiuis, de regu. iur. lib. 6. & ibi etiam per Io. And. in Mercurialibus, & in d. l. triplici, & in l. alienationis verbum. §. fina. & in l. sæpe, &
16 ibi Bart. ff. de verbo. signifi. Illud autem certum est, † quòd dictio, que, ita copulat sicut dictio, &, & dictio, cum, vt est tex. in d. l. triplici. Interdum tamen ponitur pro disiunctiua vt in dicta l. sæpe, in principio. Hoc etiam est nota dignum,
17 † quod copula &, posita inter plures personas in aliquo instrumẽto, ponitur partitinè, viriliter, seu pro rata: dictio verò alternatiua attribuit cuilibet actum insolidum, si potest si autem non potest, obligat insolidum eum quem potest, vt est tex. notabilis in Authen. si quando. C. de constitu. pecu. & in corpore vnde sumitur, & in l. 1. & 2. C. si plures vna sententen. condemna. fuerint, & volunt Bald. & Salyce. in dict. Authen. si quãdo, vbi vide: Illud etiam pro indubitato habeas ę punctus habetur loco copulæ: de hoc sunt tres glo. vna est, in l. cum duobus, §. si in coeunda. ff. pro socio, alia est in l. precia rerum. ff. ad leg. Falci. quas glo. ad hoc ponderat & notat Io. de Imo. in l. cum testamento: §. hæc verba. ff. de hære. instit. & tertia glo. est in clem. sæpe, in verbo & figura, post medium. ff. de verbo. signifi. & ibi eam ad hoc notat Card. in 8. q. & Petr. de Ancho. in d. cle. in plerisque in fine: multis autem alijs modis capitur punctus, in iure vt videre poteris per Petrum Iacobi. in sua practica in libello super iurisdictione, quem non refero, qa ab omnibus habetur. Quę omnia commenda memoriæ, tanquam pulchra, vtilia singularia, & quotidina.

1 *Dictionis implicatiua natura. & nu. seq.*
2 *Argumentum à contrario sensu non sumitur vbi ponitur dictio implicatiua.*
4 *Dictio alia, est implicatiua similium.*

LOCVS A NATVRA DICTIONUM implicatiuarum.

SVBSEQVITVR nunc locus natura dictionum implicatiuarum, vt sunt dictiones, maxime, præsertim, etiam, & similes: à quo sumptum argumentum est forte, frequens, & vtile: & formatur hoc modo. † dictio implicatiua, implicat, importat, seu designat idem esse in casu cõtrario. de hoc sunt plures glos. vna in l. illud. ff. ad l. Aquil. alia in l. quod si minor. §. restitutio, super verbo in venditione, in fine. ff. de minoribus: alia in capitul. auditis, de electio. alia in capitul. ad abolendam, de filijs præsbyterorum. alio in capit. sacro, super verbo laudabilis, de senten. excommu. & alia in c. per tuas. 1. in verbo præsertim, & ibi Panormitanus & Ioannes de Anania notant de simonia, & volunt Panormi. Ioan. de Imola, & doct. in c. 2. de summa trinitate & fide catholica, & probatur in l si qs pro vxore, in principio. ff. de donatio. inter virum & vxorem, & in l. qui se patris, C. vnde liberi, cum similibus. † Et hinc est, q in l. vel canone, vbi ponitur dictio implicatiua, non potest sumi argumentum à contrario sensu: vt est text. notabilis in l. conuenticulam, prout ibi in text. est dictio etiam & ibi notatur, C. de episcop. & clericis, & est ratio: quia argumentum à contrario sensu procedit duntaxat, quando in casu contrario est contrario ratio, l. si extraneus, ff. de condict. cau. data cau. non secuta, quam ad hoc ponderat Bal. in l. apud antiquos, C. de furtis dictio autem etiam maxime, præsertim. & similis, implicat idem esse in casu contrario. Ergo vbi illa dictio. etiã vel similis ponitur non potest sumi argumentum à contrario sensu, vt dixi supra in loco à cõtrario sensu: quod nota, quia vidi sæpius in practica. & signanter semel in casu l. vnicæ, C. quando impe. inter pupil. & vid. quam quidam restringere volebant, quando vidua paupercula perhorrescere potentiã aduersarij. Ego autem sustinui contrarium, per dictionem præsertim illic positã, quod implicat idem esse in casu contrario: quod nota, quia seruit ad multa similia. Aduerte tamẽ, q a interdum genus præcedit dictionẽ maximè

præsertim,

præsertim,vel similem, vt potest videri in constitutione habita,C.ne filius pro patre, & in extrauaganti,ad reprimendum, & tunc huiusmodi dictiones non ponuntur implicatiuè,sed significant,in specialiter expressis rationem fortius
§ vigere: Interdum † autem genus non præcedit dictionem maximè,præsertim, vel similem, & tunc aut per dictionem maximè,præsertim,vel similem adijcitur conditio, aut per dictionem maximè,præsertim , vel similem adiicitur ratio. Primo casu tunc innuitur idem esse in casu contrario,conditione.s.non existente:nisi ratione contrarietatis euitandę oporteat dici,quòd dictio maximè vel similis abundet : casum habes & exemplum in l.finali,C. de manumissis testamento,& ibi,notatur in glosa super verbo,maximè,& in l.1. & ibi notatur per glosam & Cynum, C.de rescinden.venditione,& in l.nec ambigi, & ibi etiam glosa & Cynus, C. de donationibus. Aut debemus dicere hoc casu dictionē maximè vel similem stare impropriè,pro tantum;vt habes glosam in capit.si quis episcopus damnatur,11.qu.æstione 3. & glosa in cap.illud,duodecima distinctione, & glo.in d.capit. per tuas 1.Secundo casu quando scilicet per dictionem maximè vel similem adiicitur ratio, tunc indicat illam esse potissimam rationem, licèt etiam alia sit ratio: textum habes & exemplum in l.& si maximè,ff.de seru.tu.lega,ita notabiliter dicit Bar.in d.extrauaganti ad reprimendum,sup verbo maximè:ex qua doctrina habes, q̃ dictio implicatiua nō semper implicat , sed interdum significat in specialiter expressis rationem fortius vigere. Item interdum rationē contrarietatis euitandæ abundat vel impropriatur & exponitur pro tantum , ex quo sequitur aliud , videlicèt, quòd cùm in statutis verba debeant capi propriè l.tertia, §. hæc verba,ff.de negociis gestis , & capitul.in nostra, de iniurijs, dictio maximè, præsertim,vel similis, posita in statutis,debet,capi propriè, vt stet comparatiue, & designet,idem esse in sensu contrario.Ita singulariter dicunt Panormitan.& Ioannes de Anania in d.capitu.per tuas 1.per illam glosam in verbo præsertim , quam reputant singularem . Aduerte
4 etiam,quòd dictio † alia est impliatiua similium:vt est glosa notabilis in leg. si fugitiui , in verbo qualibet alia : & ibi habetur per Baldum Angelum , Paulum de Castr, Salicetum,

Salicetum, & doctores, C. de seruis fugitiuis. Vbi notatur quòd quando lex imponit pœnam corporis afflictiuam vel aliam, non est imponenda pœna pecuniaria: quia dictio alia est implicatiua similium, vt ibi: idem vult Baldus in dict. l. conuenticulam. vbi dicit, quòd si statutum pro certo delicto imponit pœnam amputationis pedis vel aliam: non poterit impoui pœna pecuniaria: quia illa non conuenit in genere pœnæ cum pœna amputationis pedis: quia solus ictus fustium grauior est, quam pecuniaria dammatio, l. in seruorum, in fine, ff. de pœnis: nec etiam poterit amputari caput, quia illa pœna nimis remota est à detruncatione pedis, secundum eum ibidem, quem refert & sequitur Felin. in capitu. inter cæteras, de rescript. & Socinus in l. 1. ff. de rebus dubiis: de quo vide etiam per Bald. in l. & si post tres, in 9. colum. ff. si quis cautio. Ratione tamen subiectæ materiæ dictio alius non est implicatiua similium, vt in euangelio, & suspensi sunt cum eo duo alii latrones, de quo per glos. Anto. de Butrio, Ioan. de Imol. Panormitan. Felin. & docto. in capitu. sedes, de rescript. Aduerte etiam quod dictio, nec est implicatiua: tex. est iuncta glo. in l. si filiæ, C. de dona. ante nup. & in Authen. ingressi, C. de sacrosan. eccles. ex quo sequitur, quòd ingressus monasterium nedum potest testari vt in dic. Authent. ingressi: sed nec disponere aliter per viam contractus. & ergo si confiteatur se vsuras extorsisse, vel dotem ab vxore sua defuncta recepisse, per talem confessionem non præiudicat monasterio. Ita singulariter decidit Bald. in Auth. si qua mulier, in primo notabili, C. de sacros. eccles. & vult originaliter Speculator in titu. de statu monacor. in versicu. §. 6. & Paul de Castr. Salicet. & Iason in d. Authen. ingressi. Vltimò aduerte, quòd tunc implicatiua implicat, quando ponitur positiuè secus si remotiue, vt in l. 1. §. 1. & ibi Zazius notat in sua noua glosa, ff. si quis ius dicen. non obtemper.

1 *Dictionum taxatiuarum natura quæ sit & nu. 2. & 6.*
2 *Dictio taxatiua est exclusiua omnium casuum extra orationē, in qua est, positorum.*
Falli nu. 3. 4. & 5.
6 *Taxatiuarum & exceptiuarum dictionum differentia.*

LOCVS

LOCVS A NATVRA

dictionum taxatiuarum.

OFFERT ſe nunc locus à natura dictionum taxatiuarum, quales ſunt tantum; tãtummodo, ſolum, ſolũmodo; duntaxat; non vltra, nõ amplius, non ſolum, non tantum; & ſimiles: quas quidã excluſiuas, alii reſtrictiuas, & alii taxatiuas appellant: ex quo depromptum argumentum eſt forte frequens, & vtile: & formatur dupliciter ad duplicem
1 effectum. Vno modo ſic. † Dictiones excluſiuæ ſeu taxatiuæ negatiue poſitæ poſitũ affirmant; & implicant aliud, de quo erat maius dubium & minus videbatur: tex. eſt notabilis in leg. & non tantum. ff. de peti. hære. & in l. & eleganter. §. nõ ſolum. ff. de dolo, & in l. non ſolum. ff. de liberatio. lega. & in leg. cum non ſolum, C. de bonis quæ libe. cum ſimilibus. & volunt Bar. Alex. & doct. in leg. 1. in principio. ff. ſi quis ius
2 dicen. nõ obtẽpe. & ſæpe alibi. Secundo formatur ſic. † Dictiones excluſiuæ ſeu taxatiuæ affirmatiue poſitæ, affirmãt illud quod ponunt; & excludunt ſeu negant omne aliud, adeo quod excludunt omnes alias perſonas; & omnes alios caſus præter expreſſos. dictio enim taxatiua eſt excluſiua omnium caſum extra orationem, in qua ipſa eſt, poſitorũ: tex. eſt in leg. 1. C. de patrib. qui filios diſtra, & in l. ob æs, C. de prędiis mino. & in l. contractus. ff. de regu. iuris. & bonus tex. in c. cum eccleſia ſuttina, de cau. poſſeſ. & poprie. & in c. contingit, & ibi Car. & Feli. notant de fide inſtru. cum ſimilibus: & volunt Bar. Alex. & alii in d. l. 1. & Pan. de Cath. in cõſ. 53. in antiquis: ſi quis tamen fortiter inſiſtere vellet, conuinci poſſet d. l. ob æs, non probare id, ad q; quotidie allegatur: vt videre poteris per Alciatum diſpunctionum lib. 4. c. 5. ſed retento communi intellectu: dicta theorica quæ habet quod dictio taxatiua eſt excluſiua omnium caſuum extra orationẽ in qua ipſa eſt poſitorum, recipit plures notabiles & ſingulares limitationes, ſeu reſtrictiones. Primò. n.
3 limitatur vt procedat, niſi † gratia contrarietatis euitandæ aliud ſuppleatur, pro hoc eſt bona gl. iuncto tex. in d. l. cõtractus, & gl. iuncto tex. in l. fi. C. de patria poteſt. & gl. iuncto

tex.

tex.in l.1.& ibi Saly.& Iaſid notant,C.de bono.poſſ.cõtra tabu.& vult.Bar.in d.l.1.ff. ſi quis ius dicen. non obtem.& idem Bar.in l.3.§.cum Titio.ff.de adimen.lega.qui ſingulariter dicit, q̃ per dictionem taxatiuam poſitam in lege vel ſtatuto nouo non cenſetur correcta lex antiqua vel ius antiquum,& hoc dictum refert & ſequitur Ioan.de Imol.in l. ſi verò.ff.ſolu.matr.& Alexan.de Imol. in l. ſi conſtante,in prin.illo eod.titu.& idem Alex.in d.l.1.C. de bono.poſſeſſ. contra tabulas:& Petr.de Ancha.in repetitione c.canonum ſtatuta,14.q.principali de conſtitu. Hinc etiam dicit Ang. poſt gl.in l.cum notiſſimi,in 2.colum C.de præſcrip.30.vel 40.annorum,quod dictio ſolus, & aliæ taxatiuæ nunquam excludunt quando reſultaret abſonus intellectus vel contrarietas. Secundo limitatur,vt procedat † quoad caſus vel perſonas diſſimiles: ſed caſus ſimiles vel ſimilem rationem habentes,dictiones taxatiuæ nunquam excludunt.Pro hoc gl.notabilis iuncto tex.in d.leg.ob æs,& ibi Salyc. notat, & pulchra gl.iuncto.tex.in l.ita nobis pudor,& ibi Cy.Ang. & Salyc.notant,C.ad leg.Iul.de adul.& bona gl.in l.ſerui nomine,& ibi Barto.ff.de vſuca,& glo.vulgata in l.illud,& ibĩ. omnes doct.C.de ſacroſ.eccle.& eſt text. multum notabilis in l.1.§.1.ff. ſi menſor falſum modum dixerit. natura enim termini taxatiui eſt, ſic excludere extranea, quod cuncta pertinentia ad ipſum includat, tex. eſt de hoc ſingularis in cle.exiui de paradiſo,verſic.cum autem & ibi Card.notat, de verbo.ſignifi.& faciunt notata per Bar. poſt glo.in l.1.ff. quod vi aut clam:& hinc dicit Bald. in l.nullus, C.ad l.Iul. maieſta.q̃ dictio taxatiua excludit ſolum diſſimilia.Hinc ẽt dicit idem Bal.in d.l.1.C.de bono.poſſ.contra tabu.q̃ ſi ſtatutum dicat,q̃ ſolus epiſcopus quid faciat,per hoc non intelligitur excluſum capitulum quia nõ excluditur id q̃ eſt connexum:& de hoc eſt glo.expreſſa in c.epiſcopus 24.diſt. Hinc etiam eſt,q̃ ſi ſtatutum permittat, aliquas exceptiones dumtaxat opponi,per hoc non impediuntur ſimiles opponi:Ita dicit Ang.in l.ſciendum.ff.de euicti.& idẽ Ang.in l.ſi hominẽ.§.in ædilitijs.ff.de Aedili.edicto,& eſt tex.in d.l.ita nobis pudor,& ibi Cy.Ang.& Saly.& tex.cum gl. in d.l.1.§.1.& ibi Bar.ff.q̃ vi aut clam,& tex.cũ gl. in c. ex parte 2.& ibi Pano. & canoniſtæ,de offi.iudicis deleg.Hinc etiam

eſt,

est, quod donatarius tenetur alimentare donatorem factū egenum, alias reuocari posset donatio propter ingratitudinem, licet inter causas ingratitudine, propter quas reuocari posset donatio inter viuos perfecta, de quibus in l. fin. C. de reuo. dona. quæ loquitur taxatiuè, ibi, in his tantummodo causis &c. iste casus non reperiatur: Ita singulariter dicit gl. in d. l. fi. super verbo voluerit, quam ibi sequuntur Cyn. & Salyc. de hoc tamen articulo quotidiano vide ibi latius per
5 Albe. de Rosate. Tertio limitatur vt non procedat, † quoad ea quæ ueniunt ex consuetudine: dictiones enim: taxatiuæ non excludunt ea quæ veniunt ex consuetudine. Ita singulariter dicit Ludo. de Roma in suis. consiliis, cōs. 114. vbi dicit, q; si data fuit alicui potestas capiendi mutuum vsq; ad centū, tantum si talis capiat centum mutuo sub vsuris, non dicitur excedere mādatum, quando inter mercatores consuetum est capi mutuum sub vsuris, vel ut verbis eorum vtar, sub cambio & recābio, & idē vult Bar. in l. uiros, C. de diuer. offi. lib. 12. vbi dicit, q; si statuto caueatur, scholarem debere conueniri sub episcopo tantum, & de consuetudine rector etiam habeat iurisdictionem talē statutū non derogatur iurisdictioni rectoris, q̃ hēt ex consuetudine, q; nota. Quarto limitatur non procedere, quoad personas hæredū: quia hæres censetur eadem persona cū defuncto, in Auth. de iureiu. a morien. prælti. in prin. coll. 5. vndè nō excluditur per taxatiuas. Et ergo si aliquis se obliget de suo dato & facto tātum, in tali obligatione venit ēt factū hęredis: tex. est notabilis in leg. stipulatio ista habere licere, in vers. sed si se. & ibi Lud. de Roma, Pau. de Cast. & Alex. de Imo. hoc notāt. ff. de verb. obli. & bonus tex. in l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pigno. acti. & vult Bal. in l. fi C. de actio. empti, & Alex. de Imol. in cōs. suo 18. quinti voluminis, circa finē, vbi vide. Hinc etiam est, q; si quis vendit rē, & promittit de suo dato & facto tantum tenebitur nihilominus ēt de facto eius cuius est hæres, & sic de facto autoris sui; vt est gl. notabilis in l. si seruus, in prin. in verbo interest, & ibi habetur per Bar. Bal. & docto. ff. de condictio. furti. & idem vult Bal. in c. 1. in fine, qui succesſo. teneātur, in usibus feudorum; & sequitur Franciscus de Crema in singulari 32. quod nota
6 Porrò vt † plene instruaris de natura dictionū taxatiuarū,

volo

volo te ſcire, quòd natura dictionis taxatiuæ eſt, nedum re ſtringere ſeu excludere quando ponitur affirmatiuè, & im plicare aliud de quo erat maius dubium quando ponitur negatiuè, vt dixi: verũ etiam natura dictionis taxatiuæ eſt, diuidere qualitatem a ſubiecto. Et hinc eſt, q licet alias cõ feſſio qualificata non poteſt in parte acceptari & in parte ſperni, leg. Aurelius, §. idem quæſijt, & ibi Bart. ff. de libe ratio. lega. & habetur per gl. & omnes in lege ſi quidem, C. de exceptio. tamen ſi creditor petat centum, & debitor in iudicio confiteatur ſe debere quinquaginta tantum, poteſt creditor acceptare confeſſionem quantum ad quinquagin ta non obſtante taxatiua tantum, & poſtea probare de reli quo: tex. eſt notabilis in l. ſi quidem. & ibi Bar. Bal. & alij, C. de tranſac. & habetur per eundem Barto. in l. ſi cum dos, in principio, ff. rerum amotarum. Natura etiam dictionis taxa tiuæ eſt impedire ius accreſcendi inter cohæredes. Vnde ſi teſtator inſtituit duos hæredes, vnum in duabus vnciis tan tum, & alium in decem vnciis tantum, vno repudiante alte ri non accreſcit: tex. eſt ſingularis in leg. Lucius. §. quæ ha bebat, in fine, ff. ad Treb. quem tex. ad hoc ponderat Bald. in repetitione l. 1. in 17. col. C. de ſacroſ. eccleſ. & idem Bal. in leg. ſi arrogator, in 6. col. ff. de adoptio. & Iaſon in d. l. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtempe. Hinc etiam eſt, quòd ſi duo bus ſint relicti fructus fundi pro alimentis, vno eorum repu diante vel mortuo, non accreſcit alteri: quia legatum ali mẽtorum dicitur habere taxatiuam. tex. eſt ſingularis iun cta glo. in leg. dominus. §. per fideicommiſſum, & ibi Bald. notat. ff. de vſufru. Natura etiam dictionis taxatiuæ eſt ne gare reſiduum, d. ca. cum eccleſia Sutrina, & ibi hoc notat. Ioan. de Imol. Vnde ſi creditor ex certa ſcientia dicat in te ſtamento vel codicillis, Titium debere ſibi decem tantum, cum deberet viginti, videtur legare liberationem in aliis decem: vt eſt glo. notabilis in l. rationes, & ibi habetur pul-
7 chre per Pau. de Caſt. & doct. C. de prob. Illud † etiam volo te ſcire, quòd inter dictiones taxatiuas & exceptiuas, qua les ſunt præter, niſi præterquam, & dictio tamen negatiuè poſita, hæc eſt differentia: quia dictiones taxatiue affirma tiue poſitæ, vnam ſpeciem ſeu indiuiduum ponunt, & totũ aliud genus remouent: vt Petrus tãtum currit ideſt Petrus

& nul-

& nullus alius currit: sed dictiones exceptiuæ faciunt totũ contrarium: quia a genere remouent vnam ſpecium vel vnum indiuiduum tantum: vt ſi dico nullus homo currit niſi Petrus, illa vniuerſalis remanet vera niſi in Petro tantũ. Ita dicit Bar. in l. ſi enim. § qui iniuriarum, ff. ſi quis cautio. quod nota. Illud etiam nolo te ignorare, quòd paria ſunt, a principio limitatè diſponere? vel diſpoſita ex poſtfacto limitare: tex. eſt in d. l. Lucius, § qui habebat, quem ad hoc ponderat Paul. de Caſtro in l. ſi mihi, in principio, ff. de ſeru. rustico. prædio. Et fit limitatio ex poſtfacto ratione adiunctionis cauſæ, l. cum pater, § dulciſſimis, ff. de leg. 2. cum ſimilibus. Limitata enim cauſa limitatum producit effectum, l. in agris ff. de acqui. rerum dom. & § quòd autem, & ibi Bald. & Ang. notant, Inſtitu. de legit. agnato. tute. & habetur pulchrè per Barbatiam & Fel. in cap. cum ordinem, de reſcrip. Quæ omnia tanquam ad multa vtilia, & quotidie occurrentia, commenda memoriæ.

1 *Decima & tributa æquiparantur à iure, quod facit ad multa nu. 2. 3 cum ſeq.*

4 *Onus annona, tributorum & decimarum eſt reale.*

LOCVS A TRIBVTO AD DECIMAM.

OCCVRRIT nunc locus à tributo ad decimam, a quo ſumptum argumentum eſt probabile, forte, frequens, & vtile. quia † æquipa
1 rantur à iure. c. tua nobis, de deci. & c. decimæ, 16. q. 1. Et hæc æquiparatio facit ad mul
2 ta, & † inter alia primò ad hoc, q̃ ſicut in tributis non admittitur compenſatio. l. 3. C. de cõpenſatio. cum ſimilibus: Ita nec in decimis, glo. eſt ſingularis in d. c. decimæ, quã ſequitur Panorm. & alii in d. capit. tua nobis: & eam multum commendat Ludou. Ro. in ſuis ſingularibus, ſingulari 267.
3 Secundò iſtud facit ad hoc, † quòd ſicut poſſeſſio eſt obligata pro tributo, vt eſt tex. in l. imperatores, ff. de publican. ita etiam poſſeſſio eſt obligata pro decima, vt probat text. notabilis in c. paſtoralis. de deci. per quẽ tex. dicũt ibi Hoſ. Io. An. & doc. q̃ ſi venditur fundus, ex quo multis annis re-

tro

Digitized by Google

tro præteritis non fuit soluta decima,emptor poterit conueniri pro decima præteritorum annorum , reseruata sibi actione contra vẽditorem.& hoc sequitur ibi Panor. & idẽ Panorm.in c.cum homines,illo eod.tit. & est de mente Frederici de Senis in consi.suo 81. & ad prædicta optimè facit quæst.disputata per Ioan.Andr.in regula , non est in mora, de reg.iur.lib.6.in Merçurial.& congruunt nota. per Andr. de Barulo,& alios in l.1.C.de annonis & tribu.libro 10.vbi habetur,q; † sicut onus annonæ & tributorum est ius reale, vt ibi,ita & ius soluendi decimas, & probatur in d.c.tua nobis, vide de hoc articulo vide latius . Tertiò istud facit ad hoc,q; sicut a sententia lata in causa tributi non appellatur, l.abstinendum,& l.fin,C.quorum appellat.non recipiuntur> Ita nec a sententia lata in causa decimarũ,& ita tenet Speculator in tit.de appell.in §.2.in versicu.quarto, & videtur expressum in d.c.tua nobis , in fine; de quo tamen articulo quotidiano vide latius per Petr. de Anch.Panor. & doct.in d.capitu.tua nobis,vbi reperies duas pulchras limitationes. Quartò istud facit ad hoc,q; sicut tempore feriarum ob necessitates hominum inductarum proceditur in causa tributi,l.publicas,C.de ferijs. Ita etiam hoc tempore procedi poterit in causa decimarum.& ita videtur tenere Spec.in titu. de feriis,in §.2.in vers.quid de causa decimarum:& est hodie expressum in cle.dispendiosam,de iudicijs , iuncta cle. sæpe,de verb.sign. Quinto istud facit ad hoc, q; sicut valet consuetudo in solutione tributorum , vt si dominus terræ consueuit soluere tributum seu publicas functiones,& non colonus,seruetur consuetudo:vt est text. optimus in l.litib. circa fi.C.de agrico.& censitis lib.11. Ita valet consuetudo in solutione decimarum: vt si colonus consueuit decimam soluere,seruetur consuetudo, & econtra si dominus consueuit decimam soluere,& non colonus, seruetur consuetudo: Ita dici glo,notabilis in d.l.litibus, quam refert & sequitur Panor.in c.cum non sit in homine,de decimis. Sextò istud facit ad hoc,q; sicut præstatio tributi,quæ fit in recognitionem vniuersalis dominii,non tollitur præscriptione vel tempore.l.competit,C.de præscriptio.30. vel 40. annorum. ita etiam contra præstationem decimę non possit præscribi eadem ratione.& ita decidunt.Cynus,Barto.& Salycet.in d.l,

com-

competit,de quo articulo quotidiano vide latius per Pano. in d.c.tua nobis,& per eundem in c.cum nobis,& in c.ſi diligendi,de præſcrip.& per gl.& Archi.in c.quicunque, & c. maiores 16.q.7.& in d.c.decimæ, & per Panor.in ca.in aliquibus,de decimis,& ampliſſimè per Holt.in ſua aurea ſumma in tit.de decimis,in §.& vtrum præſcribi poſſunt in verſicu.ſeptimo quæritur,vtrum conſuetudo excuſet,vbi exactiſſime hunc articulum quotidianum examinat. Poſſet & ad multa alia induci hæc argumentatio à tributo ad decimam: ſed prædicta pro iuuenibus ſufficiunt.

1 *Vnum quodque eſt tale, quale denominatur ab appellatiuis.*
2 *Obligationem concipi nomine proprio, vel ſub nomine officii, differt.*
3 *Talia ſunt ſubiecta, qualia predicata demonſtrant. quod facit ad multa nu.ſeq. vſque ad fi.*
6 *Generalitas relata ad locum debet reſtringi & intelligi ſecundū ſubiectam materiam.*
9 *Clauſula precedens eſt maioris efficacie ad determinationem ſequentium, quam contra.*

LOCVS A NOMINE DIGNITAtis, officij, vel appellatiuo.

NVNC ſubnectemus locum à nomine dignitatis,officii,vel appellatiuo,a quo ſumptum argumentum eſt forte, frequens, & vtile: & formatur dupliciter ad duplicem effectum. vno modo ſic, †vnumquodque eſt tale quale dominatur ab appellatiuis: tex.eſt notabilis in l.annua.§.1.ff.de annuis leg & bonus tex.in l.Lucius. 1.ff.de fideicomm.lib.& in l.1.in fi.C.de offi. præfecti vrbis Romę:quos tex.ad hoc notat Bal.in l.conuenticulam,C.de epiſ.& cler.ego autem ad hoc allego plures alios tex.notabiles,quorum vnus eſt in l.nonnunquam,iuncta l.præcedenti,ff.ad Trebel.vbi ſingulariter habetur, q̄ fideicomm.relictum a pluribus hæredibus ſub nomine appellatiuo hæredum, debetur proportionibus hæreditarijs,vbi alias relictū proprijs nominibus expreſſis debetur pro portionibus viri-

Digitized by Google

bus: alius text.eſt in l.ſi communis ſeruus ita, ff.de ſtipulatio.ſeruo.quæ dicit,q; multum intereſt,an ſeruus communis ſtipuletur dominis ſuis ſub nomine appellatiuo, an ſub nomine proprio quia primò caſu acquiritur ipſis pro ea portione pro qua ſunt domini: Secundo vero caſu acquiritur ipſis pro portionibus virilibus: alius & tertius text.eſt in c. quoniam abbas.cum ibi no.per gl.& doct.de offi. deleg.vbi habetur,q; multũ refert an conſtituto in dignitate commit tatur cauſa à ſede apoſtolica ſub nomine dignitatis & appel latiuo, an ſub nomine proprio. Quia primo caſu eo mortuo, etiam re integra trãſit commiſſio ſeu delegatio ad ſucceſſorem in dignitate,non autẽ ſecundo caſu. quartus tex. eſt in c.ſi gratioſæ,de reſcrip.lib.6.vbi habes, multum refer re,an gratia concedatur per Papam ad ſuæ voluntatis bene placitum, an ad beneplacitum ſedis: quia primo caſu gratia finitur mortuo Papa,ſecundo verò caſu non: quia ſedes ipſa non moritur,vt ibi habetur. Quintus text. eſt in l.4.§. in eum,ff. de adminiſtratione rerum ad ciuita.pertinen.qui
2 ſingulariter probat, † q; aliud iuris eſt in obligante ſe nomine proprio, & aliud in obligante ſe nomine officii: quia obligans ſe nomine officij,finito officio non tenetur: ſecus ſi ſe obligauerit nomine proprio. vt ibi, & in l. procurator qui pro euictione,ſecundum verum intellectum, ff.de procuratoribus, ad quod etiam facit, l.poſt mortem, in principio,& §.1.ff.quando ex facto tutoris.& l.1.C.eo.tit. & l.cũ quædam,C.de adminiſtrat.tuto.& l.4.in principio. ff.de re iudic.& l.fin. ſecundum vnam lecturam, ff. de inſtitoria,de quo vide latius per Bart. in d.l.poſt mortem, & per omnes in d.l.procurator qui pro euictione, & præcipue per Alber. de Roſate ibidem,qui meo iudicio cæteris clarius & perfectius loquitur. Alium etiam effectum operatur expreſſio dignitatis vel officii: quia finito officio vel depoſita dignitate, talis non poterit ſe amplius de commiſſo negotio intromittere. Ita ſingulariter dicit Alberi.de Roſat. in d.l.Lucius, per illum textum ponens exemplum familiare: & ratio iſtius eſt, quia hoc caſu videtur ei negocium commiſſum contemplatione dignitatis, & non cõtemplatione perſonæ,per d.l.Lucius, & ibi hoc notant Benedictus de Plumbino,& Alberi.de Roſate, & idem vult gl.in c.ſtatutum, in princ.

princ.ſuper verbo canonicis,in fin.& ibi Philip. Francus, & doct.de reſcrip.lib.6.& gloſ.in clc.2. in verbo principalis,in fine:& ibi doct.eo. tit.& facit d.l.annua,§.1.Sed quod dixi, limitatur verum eſſe, quando diſpoſitio per omnia pariter eſt proportionabilis perſonæ & dignitati: & ita procedunt iura ſupra allegata. Vbi autem ſunt coniecturæ magis vrgentes,q; perſona fuerit contemplata quem dignitas, diſpoſitio erit cenſenda perſonalis, licet fiat expreſſio dignitatis, officii,vel nominis appellatiui:text. eſt de hoc ſingularis in c.requiſiſti,de teſt.vbi ſingulariter probatur,q; legatum relictum epiſcopo ab extraneo, præſumitur relictum intuitu eccleſiæ:vt etiam habetur in d.l.annua.§.1. ſed legatum relictum epiſcopo a conſanguineo vel propinquo,preſumitur relictum intuitu perſonę:nec diſtinguit tex.in d.capitu.requiſiſti, vtrum ſit expreſſum nomen proprium vel appellatiuum, Imò ſemper loquitur in nomine dignitatis. de quo ibi latius per Panor.& Barbatiam: & vide omnino Io. And. in regula non eſt in mora,& in regula priuilegium, de regulis iuris lib.6. in Mercuria. vbi multa bona reperies in hac materia.Quid autem iuris ſit,ſi:vtrunque nomen tam proprium quam appellatiuum ſit expreſſum, & quod tunc inſpicere debemus:vide glo. & doct.in d.c.quonſam abbas,& text.in d.l.ſi communis ſeruus: Ita & quid erit, ſi expreſſo nomine proprio & appellatiuo, diſponens in altero errauerit, vide textum ſingularem cum ibi notatis in l. qui habebat, ff.de rebus dubiis, & quod per d.l.qui habebat,ſingulariter notat Alb.de Roſa.in rubrica, ff.de noui operis nuncia. Secundò argumentum ex hoc loco poteſt formari aliter ſic. † Talia ſunt ſubiecta,qualia prædicata demonſtrant ſeu permittunt:textus eſt in l.3.in princip. ff. de fundo inſtructo, & in l.ſi defenſor.§.qui interrogatus,ff.de interroga.actio.& in §.præterea,in fine, Inſti.de inutilib.ſtipula. & in c.inter dilectos, de fide inſtrumentorum, & ibi notatur per glo.in verbo nequiuiſſet.quam Cardin.& Felin. ibidem dicunt eſſe ſingularem, nullam mentionem facientes de prædictis legibus,nec de gloſ.cap.dubium, in fine, de decimis, quæ idem dicit, vt infra tangam. Et iſtud fortificatur ratione,quia à quocunque remouetur prædicatum, remouetur & ſubiectum: quia prædicatum qualificat ſubiectum

3

vt ſic ſubiectum intelligatur ſecundum naturam prædicati, iuribus præall. & iſto argumento vtitur Petr. de Anco. in conſi. ſuo 68. incip. in Chriſti, &c. ſubtiliter & ad plenũ, &c. & doct. ſæpe alibi vt infra patebit. Et iſte arguendi modus facit ad multa: Et inter alia gratia exempli pro inſtructione iuuenum iſtud primo facit ad hoc, quod ſi teſtis producatur ſuper veritate alicuius facti, & ét ſuper fama & interrogatus ſuper articulo de veritate, dicat ſe nihil ſcire: per hoc non videtur depoſuiſſe ſuper articulo de fama, quia de fama non fuit interrogatus: & reſponſio refertur ad interrogata: & ideo ſuper articulo de fama debet ſpecialiter interrogari. ita ſingulariter dicit Bal. poſt Martinum Sillamandi in dicto. §. qui interrogatus, per illum textum quod nota.
Secundo iſtud † facit ad hoc, quòd ſi teſtis dicat Titiũ poſſediſſe decẽ annis, vt habet articulus. & interrogatus qũo ſcit, dicit quia videlicet dicta cauſa ſcientiæ uideatur prima facie inſufficiens, quia potuit vidiſſe per vnum diem: tamen quia ratio intelligenda eſt ſecundum dictum, d. §. qui interrogatus, iudicanda erit ſufficiẽs, quia illa quæ ſunt in termino ad quem fit relatio, intelligũtur ſpecificata in termino referente, l. in ſumma. ff. de re iudic. cum ſimilibus: & ita ſingulariter dicit Bald. in d. §. qui interrogatus, & ante eum idem voluit Bart. in ſimili caſu in l. Labeo, in verſ. ſed quæro quid ſi teſtis, ff. de ſupp. leg. quod nota. Tertiò iſtud facit ad hoc, q; ſi ſecuritas vel ſaluus conductus, vt vocant, fuerit determinatè petita, vel petitus, & conceſſa vel conceſſus indeterminatè: illa conceſſio indeterminata intelligenda eſt ſcdm petitionẽ determinatã. per d. §. præterea, & alia iura ſupra allegata; & ita ſingulariter decidit Bar. in l. 1. ff. ad leg. Iul. maie. & ſequitur Pan. in c. 2. de tre. & pace, & Ang. in d. §. præterea, qđ nota. Quartò per præmiſſa ſingulariter dicit Bal. in l. ius plurib. in fi. ff. de iuſt. & iure, q; illa clauſula, quæ poni cõſueuit in literis Papæ, qđ iuſtũ fuerit decernatis &c. reſtringitur ad petita; & ſic ẽt intelligi dẽt illud reſponſum principũ, fiat ius, ſecundũ eum ibidem.
Quinto iſtud facit ad hoc, q; ſi teſtator in teſtõ ſubſtituendo filio dicat, ſi filius meus deceſſerit ſine hærede, quod intelligit̃, i. ſine liberis, vt eſt tex. ſingulari, in l. ex facto. §. fi. ad Treb. ſubſtituũ Titiũ & eius hæredes, hoc caſu filio teſtatoris

toris decedente ſine liberis,& Titio ſimiliter decedente ſine liberis, non vocabitur pater Titij, nec frater Titii iure ſubſtitutionis,virtute verbi hæredes:ſed euaneſcet hoc caſu ſubſtitutio,& remanebunt bona apud proximos hæredes teſtatoris:nam talia ſunt ſubiecta,qualia prædicata demonſtrant,iuribus præall.& ita notabiliter decidit Bal.in c.vnico,de natura ſucceſſ.feudi in vſibus feud.& Bar.Bal.& doc. in l.Gallus.§.etiã ſi parente.ff.de lib.& poſthu.de quo articulo tamen quotidiano vide ibidem latius per Ale.de Imo. Socy.& recentiores.Sextò iſtud facit ad hoc. † q̃ vigore cõ ſuetudinis Zelandiæ diſponentis,q̃ per contractum matrimonij omnia bona communicantur inter virum & vxorem, ita q̃ vno decedente ſuperſtes ſuccedat in dimidia omniũ bonorum per eos communiter poſſeſſorium, vxor ſuperſtes non poterit ius prætendere in bonis mariti extra territoriũ comitatus Zelandiæ ſituatis, niſi quatenus tribuit conſuetudo loci ſituationis bonorum , vel tenor pactorum dotalium,etiam ſi in teſtamento mariti dicatur,q̃ vult coniugi ſuperſtiti ſeruari dictam conſuetudinem, & q̃ ipſa poſſet autoritate propria apprehendere medietatem omnium bonorũ per eos communiter poſſeſſorium,etiã ſi addatur clauſula,vbicunq; locorum illa fuerint ſituata:quia talia debẽt ſubiecta,id eſt,verba teſtatoris,qualia prædicata demõſtrãt hoc eſt,conditio & natura conſuetudinis, qua inductus eſt teſtator ad teſtandũ vel relinquendum,modo ſic eſt, q̃ natura cõſuetudinis eſt nõ includere bona extra territorium ſituata vt eleganter dicit Io.Au.in addi.ad Spec.in ti. de inſtru.æd.in §.compendioſe,in verſi.quid ſi de cõſuetudine, & volũt doct.in l.cũctos populos,C.de ſum.trin.& fide cath. Ergo eodem modo intelligenda erunt verba teſtatoris.Nec obſtat generalitas illorũ verborum , vbicunq; locorum &c. quia illa† generalitas relata ad locum debet reſtringi & intelligi ſecundum ſubiectam materiam,ſicut reſtringitur generalitas relata ad bona,vt notatur per gl.in l.duo,in principio,in verbo vbiq;.ff.de conſtitu.pecu.& facit c.vt animarum.§.ſtatuto,de conſtitu.lib.6.& l.ſi.§.& cui dulcia.ff. de vino tritico oleoque lega.cum ſimilibus: & ita ſingulariter decidit Petr.de Ancho.in conſilio ſuo 163. incipiente, In Chriſti &c.viſis & diligenter inſpectis &c.& facit ſingularis

decisio Albe. de Rosate post Dyn. in l. tres fratres. ff. de pactis, & ea quæ dixi supra in loco a generalitate, quo recurre. Septimo per præmissa singulariter dicit Bald. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusq; vniuer. nomine, quod licet regulariter omne onus solui debeat per solidum & libram, vt notabiliter vult Inno. in c. grauem, de senten. excomm. tamen stante statuto, quòd quælibet villa in qua sunt 25. focularia vel vltra, debeat tenere decem equos in exercitu, vel soluere centum aureos in mense, in hoc casu tale onus solui debebit per focos, & non per solidum & libram, ex quo in statuto fit commemoratio focularium: arg. d. l. fi. §. cui dulcia, ibi, ex collatione vini amphorarij, & quia talia debent esse subiecta, qualia prædicata demonstrant, iuribus præalleg. Octauò istud facit ad hoc, qđ si nõ appareat de libello, quia acta fortè propter antiquitatem sunt perdita, debemus ex verbis sententiæ præsumere qualitatem libelli seu petitionis: quia talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant seu permittunt. Ita singulariter dicit gl. & post eam Panor. in d. c. dudum. Nono istud facit ad hoc, q̃ licet appellatione hæredis, in dubio intelligatur nedum de hærede primo, sed de hærede in infinitum, l. sciendum. ff. de verbo. significatio. cum similibus: tamen quando fit mentio hæredis in materia non transmissibili ad hæredem, intelligitur tantummodo de hærede primo: vt talia sint subiecta, qualia prædicata demonstrant: textum habes & exemplum in l. antiquitas, & ibi hoc not. Salyc. & alij, C. de vsufructu, de quo articulo quis veniat nomine hæredis an descendens an extraneus, vide late per Bar. Bal. & doct. in d. l. Gallus, §. etiam si parente. Decimò istud facit ad hoc, quod si dono alicui villam, & omnia iura quæ habeo in ea: per hoc non venient iura spiritualia, quæ ibi habeo: sed illa generalitas restringetur ad temporalia, propter speciem temporalitatis præcedentem, vt talia sint subiecta, qualia prædicata demonstrant. Ita singulariter dicit Inno. in c. ex literis, de iure patro. quem illic sequũtur doct. & Panor. in c. sedes, de rescrip. & sæpe alibi. Vndecimò istud facit † ad hoc, q̃ si Seius accusatus de adulterio commisso cum Berta vxore Titij, respondendo simpliciter confiteatur, se cognouisse dictam Bertam carnaliter, videtur confessus se cum dicta Berta commisisse adulterium: licet

† 7

cet non expreſſe ſit confeſſus,dictam Bertam fuiſſe vxorem Titij,quia verba reſpondentis nedum debent referri ad factum principale,ſed ad omnes qualitates in interrogatione poſitas:quia confeſſio in definite prolata in omnibus præiudicat,ſecundum gl.in l.at ſi quis.§.pleriq;, in fine.ff.de reli qui.& ſumpti.fune.& talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant,iuribus præalleg.Et ita ſingulariter decidunt Rupha.Pau.de Caſtr.Io.de Imo.& Alexan.in l.ſi cui ſerui. §.1.ff.de lega.1.& Benedictus de Plumbino in l.final. ff.de fideicommiſſ.liberta.& Fulgoſius,& Albericus de Roſate in d.§.qui interrogatus,licet Albericus ſit curruptus. In hoc tamen quotidiano articulo Speculator in titu.de poſitionibus,§.ſeptimo videndum occurrit,Bartol.& Bal.in d.l.ſi cui ſerui.§.1.tenent contrarium,ſed prima opinio eſt verior & magis communis,vt videre poteris per Alexan.in d.l.ſi cui ſerui.§.1. vbi hunc articulum quotidianum bene examinant.Duodecimo iſtud facit ad hoc,quod quando contractus habet plures particulas,& in vna particula fit mentio officij,qualificando ipſam obligationem:in alijs autem particulis ſequentibus contrahentes ſimpliciter loquũtur, totus contractus intelligitur eodem modo qualificatus,quia† talia ſunt ſubiecta,qualia prædicata demonſtrant.Ita ſingulariter dicit Bal.in d.l.procurator qui pro euictione,in fine,ꝑ d.l.Lucius,quam ad hoc reputat notabilem.Decimotertio iſtud facit ad hoc,quòd ſi actor in libello narrat reſpicientia petitorium & poſſeſſorium,& concludit ſolum in poſſeſſorio,addens in fine illam clauſulam generalem , peto mihi ius dici,& iuſtitiam miniſtrari,poterit ſuper petitorio probationes inducere, & ſi probauerit debet obtinere. quia d.clauſula generalis complectitur vtrumque,ex quo in narratione fuit facta mentio de vtroque, & concluſio capta in poſſeſſorio adiecta dicta clauſula generali referri etiam debet ad petitorium narratũ,ne bis idẽ repeti videatur, & vt verba aliquid operẽtur,& qua talia ſunt ſubiecta qualia prędicata demõſtrant.Ita ſingulariter dicit Pan.in c.cum dilectus,in 25.colum.ſecundũ numeros meos,de ordine cognitionum,& refert.Io.Cald,ita dixiſſe & in facto obtinuiſſe:& idem dicit ipſe vbi ex narratione facti poſſunt elici plures actiones,quarũ aliquæ ſunt aptæ & aliquæ ineptę,& cõclu-

ditur in inepta,ſubiecta dicta clauſula generali:quia nõ debet reijci libellus tanquam ineptus, & poterit induci probatio ſuper actione apta,& ſi probauerit actor obtinebit:ſecus ſecundum eum quando ex narratione non poteſt comprehendi actio apta, quia tunc illa clauſula generalis non poteſt verificari vltra natura:quia referri debet ad præcedẽtia,& talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant,ſecundum eum:quod eſt ſumme notandum.Decimo quarto iſtud facit ad hoc,quod ſi aliquis ſit inſtitutus hæres,& poſtea idem deputetur fideicommiſſarius ſeu executor,ita demum poterit eſſe executor ſi ſit hæres,ita notabiliter dicit Bart.in dicta l.Lucius,quam ad hoc dicit ſingularem & notabilem,& ſequitur ibidem Benedictus de Plumbino,& eſt ratio,quia: quando aliquis nominatur primo ſub nomine alicuius qualitatis,ſi poſtea ſimpliciter nominetur, videtur fieri relatio ad qualitatem prædictam,d.l.Lucius,& quia talia ſunt ſubiecta,&c. Decimo quintò iſtud facit ad hoc,q; ſicut per ſimplicem diuiſionem non cenſetur remiſſum fideicommiſſum conditionale.l.cum pater.§.hæreditatẽ,ij.ff.de lega. 2. Ita etiam non cenſetur remiſſum fideicommiſſum conditionale,ſi poſt diuiſionem factam adijciatur pactum, vel promiſſio de non veniendo contra:quia talia ſunt ſubiecta,qualia prædicata demonſtrant,& quia tale pactum intelligitur ſecundum naturam diuiſionis ſuper qua fit: Ita ſingulariter determinant Bart.Ioan.de Imo.Paul.de Caſt. Franciſcus de Aretio,Alexander,de Imol.communiter doctores in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verborum obligationi.& doctores in lege qui cum tutoribus,in principio de tranſactio.quod nota,quia vidi de facto : ſed hoc intelligo verum,quando tale pactum vel promiſſio de non veniendo contra interuenit incontinenti poſt diuiſionem: ſecus ſi ex interuallo.item quando erat ſimplex & vnica promiſſio de non veniendo contra ſecus ſi fuit geminata vel reiterata, iuxta ea quæ plene dicam infra in loco a vi gemmationis, quod tene menti,quia eſt vtile & quotidianum: & quemadmodum dixi, talia eſſe ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant ſeu permittunt,ita etiam contra,talia debẽt eſſe prædicata qualia permittunt ſubiecta,tex.eſt notabilis in l.1.in fine,& ibi Odofre.not.C.de ſeruis fugiti. & bonus tex. in l.

tranſi-

tranſigere,& ibi etiam Odofre.C.de tranſactio. Item pulcher tex.in l.1.§.1.ff.de poſiti,& tex.optimus in l. nam qđ liquide,in fine.ff.de penu.lega.vbi habetur,q, ſi lego omnẽ penum præter vinum quod eſt Romæ:cenſetur legata ſola penus quæ eſt Romæ:ſequentia enim declarant præcedentia,& econtra,l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de leg. 1.cum ſimilibus,quod eſt valde vtile,vt late declaraui ſupra in loco ab exceptione ad regulam,quo recurre. Hoc tamen volo te ſcire & memoriæ commendare,† quod clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad determinationem ſequentium, q uàm clauſula ſequens ad determinationem præcedentium, de hoc eſt tex.cum gloſ.in lege quiſquis,& ibi Bartho.notat.ff. de leg.3.& notat idem Bar.in l.auia,in principio.ff.de condi.& demonſtra.quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra,vtilia,ſingularia,& quotidiana.

1 *Argumentum à ciuilibus ad criminalia formatur dupliciter:affirmatiue ſcilicet,& negatiue.*

2 *Et quando non procedat.nume.2.*

LOCVS A CIVILIBVS AD criminalia.

OCCVRRIT nunc locus a ciuilibus ad criminalia,à quo ſumptũ argumẽtum nedũ eſt probabile,ſed forte,frequens,& vtile,& formatur † dupliciter ad duplicẽ effectum.Vno modo negatiuè ſic, Inter quos nõ cadit iudicium ciuile, nec etiam cadit criminale. tex. eſt notabilis in §. hi qui,Inſti.de obliga.quæ ex delicto naſcũtur: vbi ſic argui Iuſtinianus,& ibi hoc notat Ang. & facit tex.cũ ibi no. in l.lis nulla.ff.de iudicijs.Secũdo formatur a ffirmatiuè ſic. In criminalibus proceditur ſecundũ morẽ priuatorũ iudiciorũ,tex.eſt notabilis in l.abſentẽ.ff.de pœnis,& iſto argumẽto vtitur Albericus de Roſate in pulchra quæſtione, in l. damni.§.Sabini.ff.de damno infecto.Iſto argumento etiam vtitur Iaſon in rubrica.C. de ædendo in pulchra q. per hoc concludens,q, ſi in accuſatione dicatur Tũius fecit inſultũ contra Seium vulnerando,quod cẽſetur facta accuſatione dum de inſultu,ſed ẽt de vulnere:q a ſic eſt in ciuilib.& ita etiam

etiam ſingulariter vult Io.An.in addi.ad Specu.in tit.de libelli conceptio.§.iam nunc videndum,in prin.vbi cõcludit, quod nedum in ciuilibus verum etiam in criminalibus procedit libellus per gerundium,quod reſoluitur in uerbum, ſecũdum eum,vt ibi latè per eum,quã refert & ſequitur Iaſ. in d.rubrica,& doct.ſæpe alibi.Hinc etiam eſt,q ſicut in ciuilibus,libellus eſt latè interpretandus in fauorem libellantis l.ſi quis intẽtione ambigua.ff.de iudiciis ita etiam in criminalibus.Ita notabiliter dicit Bartho.in l.liberorum.ff. de accuſa.quem refert & ſequitur Iaſ.in d.rubrica.Hinc etiam eſt,quod ſicut in ciuilibus illud ſuper quo fundatur intẽtio actoris debet probari ſub illis qualitatibus,ſub quibus proponitur in iudicio:alioquin debet ſuccumbere , vt eſt text. notabilis in l.habebat,in prin.& ibi doct.no.ff.de inſtitoria: Ita etiam in criminalibus:tex.eſt notabilis in leg.denunciaſſe.§.quid tamen,& ibi habetur pulchre per Bartho.& doct. ff.ad leg.Iul.de adult.Aliud enim eſt factũ ſimplex,& aliud factum qualificatum,vt ibi, & declaraui ſupra in loco ab effectu eorum quæ ſimul requiruntur ad eſſe,vbi uide. Hinc etiam eſt,quod ſicut in ciuilibus poſtquam reus citatus & libellus oblatus, actor non poteſt deſiſtere a lite, ſed cogitur eam proſequi vſq; in finem, vt eſt text.in Auth. qui ſemel, C.quomodo & quando iudex, & in corpore vnde ſumitur: Ita etiam in criminalibus nõ licet accuſatori deſiſtere, poſtquam reus citatus eſt & libellus oblatus , licet lis adhuc non ſit conteſtata:arguendo a ciuilibus ad criminalia,quod eſt validum,d.l.abſentem,& ita notabiliter decidit Bart.in l.quæſitum.ff.ad Turpilia.& ſequitur Pano.in c.licet,de accuſatio.Poſſet & ad multa alia induci hæc argumentatio a ciuilibus ad criminalia , ſed prædicta pro iuuenibus ſufficiũt.Illud autem nolo te ignorare, quod iſta argumentatio a ciuilibus ad criminalia nõ procedit , quando ſubeſt diuerſa ratio,vel quando contrarium reperitur expreſſe deciſum a iure. Et Hinc eſt , quod licet in ciuilibus dentur inducię reo ad deliberandum,an velit cedere vel contendere l.1.ff. de ædendo,& Auth.offeratur,C.de litis conteſtatione,cum ſimilibus: tamen in criminalibus non dentur inducię deliberatoriæ.quia reus habet eſſe certus,vtrum velit confiteri crimen vel negare,cum ſciat ſe eſſe reum vel non. Ita ſingulariter

gulariter dicit glo.4 q.2.in ſumma,quam magni facit Ludo.de Roma in ſuis ſingularib.ſingulari 698.incipiente,quæro nunquid induciæ.Hinc etiam eſt,quod licet homine occiſo in rixa, quem conſtat habuiſſe plura vulnera & plures eum vulneraſſe,deceſſiſſe tamen ex vno vulnere lætali, ſed quis illud vulnus lætale intulerit,ignoratur: omnes teneantur ciuiliter ad reparationem ſeu emandam pecuniariã leg. idem Mela.§.ſed ſi plures.ff.ad leg. Aquil. tamen ſi contra omnes agatur criminaliter, nullus poterit capitaliter puniri,ſed omnes debent abſolui,quia cum agitur criminaliter, probationes debent eſſe luce meridiana clariores, l. ſciant cuncti,C.de probatio.& ſic alia eſt ratio,cum agitur ciuiliter,& alia cum agitur criminaliter: de quo vide pleniſſime per Gandinum in tit.de homicidio,in verſic. pone quæſtionem,quam ego multotiens vidi de facto,& per Saly. in leg. quoniam multa facinora,C.ad leg. Iuliam de vi publica vel priuata:& ſubtiliter per Petrum de Ancha.in conſ.ſuo 216. incipiente,in Chriſtri.&c.Nos Bartholomeus de Salic. &c. & per Alex.de Imol.in conſ.ſuo 15.primi voluminis incipiẽte redemptoris,&c.viſo proceſſu inquiſitionis &c.& per eũdem in conſilio ſuo ſecundum ſeptimi voluminis,& per Petrum Iacobi. in ſua aurea practica in titu. de actione legis Aquiliç,& per Hippolytum de Marſiliis,in l.1.in 16.limitatione.ff.ad leg.Corneliam de ſica.& per Felinum in c. ſignificaſti.2.de homicidio,& per Alberic. de Roſa.in d.§.ſed ſi plures,& per eundem in l.ſi in rixa.ff.ad leg.Corne.de ſicariis, vbi pleniſſimè de hoc reperies. & inter alia comperies concordatas gloſa in d.l.ſi in rixa,& in d.§.ſed ſi plures,quæ videntur contrariæ: quod ſi videre velis plures alios caſus in quibus hęc argumentatio a ciuilibus ad criminalia non procedit,recurre ad Bar.in d.l.abſentem,& ad Alex.ibidem in apoſtillis ad Bar.ad quos,quia ad omnibus habentur,remiſiſſe ſufficiat.

1 *Argumenti a perplexis, vis.*
2 *Perplexum quid apud dialecticos.*
3 *Perplexitas multiplex.*

LOCVS

LOCVS A TRACTATV PER-

plexis siue implicitis.

OFFERT se nunc locus a tractatu perplexis siue implicitis, † per quem locum quicquid respondetur semper concluditur, respondentem dicere falsum: text. habes & exemplum in lege qui quadringenta, in principio. ff. ad legem Falcid. & est bonus text. in lege æquissimum. §. 1. ff. ad Tertullia. & in capitu. cum contingat, & in cap. capitulum sanctæ crucis, de rescript. Habes etiam bonum text. & quatuor exempla in capitulo duo mala, & in cap. nerui testiculorum 13. distin. Habes etiam text. & exemplum in capitulo significauit, de censibus: & ibi additur aliud exemplum per Hosti. Ioan. An. Petrus de Ancha. & Car. de eo qui iurauit soluere creditori, & postea ei interdicitur per superiorem ne soluat, cui debeat obedire. Habes etiam pulchrum exemplũ per Ioã. And. in regula in malis, de re iudic. lib. 6. in Mercurialibus de filiofamilias scholari, qui iurauit creditori non exire vniuersitatem ante solutionem, qui postea reuocatur a patre uel ab episcopo ad residentiam, cui potius debeat obedire. Habes etiam pulchrum exemplum per Ioan. An. in regula contractus, de reg. iuris libro sexto, in Mercurialibus de eo qui est aduocatus duorum monasteriorum, quæ postea litigant inter se, cui patrocinari debeat. Habes etiam bonum exemplum per Ludo. de Roma in suis consiliis consilio 47. de comite habente confœderationem cũ duobus regibus bellum inter se mouẽtibus, cui ab vtroque requisitus adhærere debeat. Itẽ de uasallo duorum dominorum bellum inter se vel contra tertium gerentium, habes per Bald. in l. 1. in 23. q. ff. de rerum diuisione. & de pluribus alijs quæstionib. implicitis seu perplexis inde repoteris per Io. An. in regu. frustra, de reg. iu. lib. 6. in Mercuriã. & eleganter ac magistraliter per Pet. de Ancha. in repetitione regulæ accessorium, in 6. 7 & 8. q. de reg. iuris lib. 6. & egregie per eundem in consilio suo 281. incip. in Christi, &c. in auxilium ueritatis, &c. & in consilio 334. incip. si ab aguato, & per eũdem in repetitione c. canonum statuta,

de

de conſtit.in 14.quæſt.principali,in verſ. vlt. circa iſtam interpretationem correctiuam,& pulchrè per Bald.in repetitione l.cum mulier, ff.ſol.mat.ſubtiliter per Innoc. Panor. & canoniſtas in c.præterea requiſiſti,de appellat.& per Bal. in l.deo nobis,C.de epiſc.& cler.& per Paul.de Caſt. in l.ſi quis id quod.in princ.ff.de iuriſd.omnium iudicium & per gl.& Arch.in cap.vaſis iræ,in §.quamuis.23.q.4. per glo. & Archid.in cap.cum renunciatur.22. q.1.per gl.Bal. & Ang. in l.arboribus,§.de illo,ff.de vſufru.per gl.Alb. de Roſate, & doct.in l.ſed & partus,ff.q; metus cau.per Bar.& doct.in l.ſi poſt mortem,in principio,ff. de leg.1.per Ang.Alber.de Roſa.& docto.in l.Arethuſa.ff.de ſtatu hominum, per gloſam,Baldum Ang.& doct.Inſti.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris,§.1.per gloſam,& Odofred.in l.non ſolum, ff.de in integrum reſtitu.& de impoſſibilitate, ratione perplexitatis vide pleniſſimę per Bartolum in l.1.in 3.columna, ff. de conditio.inſtitut.& per Paul.de Caſtr.in l.ſi Titius,illo eodem titu, quo recurre. Pro præmiſſorum tamen pleniorĩ
2 notitia volo te quædam ſcire, primò quòd † qnæſtio perplexa apud dialecticos vocatur tractatus,vt dicit text.in d. l.qui quadringenta. apud legiſtas verò vocatur implicita, vt dicit gl.in l.ita ſtipulatus, ſuper verbo ſpondes,ff.de verborum obliga.quam ad hoc notat Alex.in d.l.qui quadringenta. Secundò volo te ſcire, q; in perplexis ſeu implicitis regulæ legiſtarum ſicut dialecticorum fallunt: text. eſt notabilis in l.ſi Titius,& ibi Bal.Ang.& Ioan. de Imo.notant, ff.de verbor.obli.& vult Azo in ſumma, C.de contrahen.& commit.ſtipula.& glo.in d.l.ita ſtipulatus,ſuper verbo,ſpõdes,quæ præmiſſa declarat per exempla. Tertiò volo te ſci
3 re, † quòd multiplex eſt perplexitas : quædam enim eſt indiſſolubilis,& illa vitiat actum : tex.eſt in dict.l.ſi Titius,& ibi habetur pulchrè per Pau.de Caſtr.ff.de condi. inſtitut. Alia eſt perplexitas, quæ facto debitoris diſſolui poteſt, & illa non vitiat actum, & ſic loquitur d.l.ſi Titius, ff.de verborum oblig.quæ pulchrè declaratur per Bar. in d.l.ita ſtipulatus,in 7.columna & per Franciſcum de Aretio ibidem in 22.colum. quædam autem eſt perplexitas præter diſponentis propoſitum contingens, & illa etiam non vitiat actũ: & ſic loquitur d,l.qui quadringenta, cum ſimilibus Quartò volo

tò volo te ſcire, quod nõ poteſt quis taliter eſſe perplexus, quod neceſſario debeat incurrere peccatum mortale, vel etiam veniale, ſed huiuſmodi perplexitas ſurgit ex fatua & erronea opinione illius, qui ſe perplexum putat: & ſic perplexitas in delictis non eſt dabilis, niſi quoad fatuam & ſtultam opinionem hominem, vt magiſtraliter declarat gloſ. 13. diſtin. in ſumma, quam ibi ſequuntur Archi. Domini. Præpo. & alii, & idem generaliter dicendum puto: quia amplectando alterum extremorum, vel ſaltem per diſtinctionem & ſubdiuiſionem ea quæ contraria videntur ad concordiam, & bonam conſonantiam reducendo, euadimus omne periculum: vt videri poteſt perſcribentes in d. c. ſignificauit, in d.c. duo mala, & in d.c. nerui teſticulorum, & in d.c cum contingat, & per Io. An. in d. regula in malis, & in dicta regula contractus, & in aliis locis ſupra commemoratis: Illud autem certum eſt, quod perplexitates ſunt vitandæ. capitu. interpoſita, in fine de appell. & c. litaras, ante finem de reſtitu. ſpolia. & c. inquiſitioni, de ſentent. excommu. Quæ omnia commenda memoriæ, quia poterunt adferre vtilitatem & honorem.

SVMMARIA IN LOCVM

de tanquam, ſeu reſpectiuis.

3 *Argumentum de tanquam ſeu reſpectiuis frequentiſſimum.*

Formatur a qualitate nominis: perſone. 3. rei, cauſa, officij. vel dignitatis.

Loci vel temporis. 4.

5 *Inſpiciendum quo nomine aliquid fiat, quo reſpectu, & cuius cõtemplatione.*

6 *Dona facta legatis an acquirantur ipſis, an vero mittenti.*

7 *Conſul, vel præſes poteſt filios apud ſemetipſum emancipare.*

8 *Rex poteſt cum filiis ſuis ſpuriis diſpenſare, vt ſuccedant.*

9 *Appellandum ad epiſcopum a collatione beneficii facta per epiſcopum vt canonicum.*

Digitized by Google

10 Iniuria illata clerico vel magistratui punitur vt publicum crimen: limitatur. nu. 11.

12 Tutor, procurator, aut alius legitimus administrator non tenentur deposito officio si se obligauerunt nomine officii: secus si nomine proprio.

13 Stipulari alteri quando quis possit factum officialis publici videtur factum nomine officii.

14 Filius quando imperare possit patri.

16 Dissentientes inter se propter officia, non dicuntur proprie rebellare contra rempub. suæ ciuitatis.

17 Minus & maius diuersis respectibus aliquid potest esse.

18 Matris macula non nocet filio quo minus vti possit priuilegio ex persona sui.

19 Decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus paganus quãdo possit: & quando cum duobus testamentis. 20.

24 Subditus qui proprie dicatur.

25 Causam in libello exprimere quando expediat, & quando non.

26 Delegatus excedens suam commissionem potest per ordinarium puniri, & ei resisti de facto.

27 Sententiam confirmare tanquam sic latam interdum quis potest, non tanquam bene latam.

28 Potest quis vt alius, quod non potest vt ipse, & per totum locum.

29 Hares vt hares non potest venire contra factum defuncti.

30 Confœderatio secunda semper intelligitur facta sine præiudicio iuris illius cum quo prius inita est alia confœderatio.

31 Ex persona alterius quis consequitur, quod ex persona sua non consequeretur.

32 Actus simpliciter gestus ab habente duplicem potestatem in dubio censetur gestus eo modo quo valere potest.

33 Filius interdum admittitur vt extraneus, non vt filius & quando.

34 Regula, potest quis vt alius quod non potest vt ipse, tripliciter limitatur.

LOCVS

LOCVS DE TANQVAM

seu respectiuis.

SVBSEQVITVR nunc locus de tanquã seu respectiuis: a quo sumptum † argumentum est vtile & frequentissimum, in omnibus quæ fieri possunt diuersis respectibus, secundum Bal. si pater. §. qui duos. ff. de adoptio. & probatur in l. post mortem. ff. quando ex facto tuto. & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obliga. & in l. procurator qui pro euictione. ff. de procuratorib. & in ca. per venerabilem, qui filii sunt legi. & in l. hinc quæritur. §. potest. ff. de peculio, cũ similibus, de quibus infra. Et formatur à qualitatibus, vt † a qualitate nominis d. l. si pater. §. qui duos, & ibi glo. ponit concordantias l. si socium qui in eo, in principio. ff. pro socio, capitul. conquestus, cum ibi notatis per glo. & docto. de vsuris. l. emancipatum. §. fina. ff. de senatoribus. & l. cum aliquis, C. de iure deliberan. cum similibus. Item † qualitate personæ. l. si ignorans. ff. locati iuncta l. mulires, & l. fina. C. eod. titu. & capitu. si vero 2. & cap. in audientia, de senten. excommun. cap. postulasti de cõcess. præben. cap. a collatione, de appella. lib. 6. capitu. ex transmissa, in fine de renuncia. & capitu. esto subiectus 95. dist. cum vtrobique nota per glo. & doct. Item † a qualitate rei, causæ. officii, vel dignitatis, l. fina. ff. de institoria, l. cum quędam, C. de administra. tuto. §. si tutor, Instit. de inoffi. testa. l. tutorem. ff. de his quibus vt indignus, cap. cum inter vniuersas, circa finem, & capi. quod sicut. ff. super eo, in fine de electione, & cap. cum olim, de re iudica. cum utrobique notatis per glo. & doct. Item a qualitate loci uel temporis, l. aut facta. ff. de pœnis, l. prætor. edixit. §. fi. ff. de iniuriis, & §. atrox, Instit. eod. titu. cum similibus. & isto argumento vtitur Paulus apost. 2. ad Corint. 3. & 5. cap. & prima ad Corint. 5. & 7. & ad Coloss. 3. & ad Ephesios 6. Item eo vtitur Vlpianus, & post hunc, glo. in d. l. emancipatum. §. fi. & in l. adoptiuum. §. fi. ff. de in ius vocan. & glo. in l. diui fratres, ff. de iure patro. & in l. 2. in uerbo, petita, in fi. C. de bonor. poss. contra tabu. & in rubric. Authenticorum, & Bal. in cons. 308. primę

partis,

partis,& idem Bald.in leg.unica,§.ubi autem, C.de caduc. tollen.q; idem Bal.in Authen.ex teſtamento,in 2.col.C.de ſecundis nuptiis in bona lectura,& Ioan.And.in regula qui tacet,& in regula cum quid una, & in regula quæ a iure,& in regula ratum de reg.iur.lib.6.in Mercurialibus ; & tam legum quam canonum conditores, ac utriuſq; iuris doctores in diuerſis locis,ut infra latius patebit . Eius etiam meminit Io.And.in regula in toto,de regu.iu.lib.6. in Mercurialib.& doct.ſæpe alibi.Hinc quotidie dicimus in practica.
5 † inſpiciendum eſſe quo nomine aliquid fiat, quo reſpectu , & qua ſeu cuius contemplatione iuribus præalle.& l.ſi quis domum,§.penul.in fine,ff.locati,l.debitor.§.ſi.ff.ad Treb.l. fideicommiſſa,§.interdum, ff.de leg.3.l.ſi. C.de vſufructu, l.profectitia,in prin. ff.de iure dotiũ,l.ſi vero, §.item quicquid,ff.ſolut.matrim.l.ſed ſi plures,§.in arrogato,& ibi gl. ponit concordantias,ff.de vulga.& pupilla.l.fin. C.ſi aduer. rem iudica & c.requiſiti,de teſta.cum vtrobique notatis : qui ſunt tex.ad hoc notabiles & ſingulares.Et hic arguendi modus facit ad multa. & gratia exẽpli pro inſtructione iu-
6 uenum hæc argumentatio primo facit ad quæſtionem † de donis,quæ fiunt legatis ſeu vt vocant ambaſiatoribus, vtrũ acquirantur ipſis legatis, an vero mittenti: & communiter, in hoc articulo tenetur , quod acquiruntur legatis , & non mittenti quia non vt tales ea receperunt , ex quo mandatũ eorum ad hoc non extẽdebatur,vt volunt Bar.Pau.de Caſ. & doct.in d.§.item quicquid. Verius tamen videtur , q; in hoc conſiderari debeat qualitas rei donatæ,& cuius contẽplatione fiant huiuſmodi dona : de quo articulo pulchro & quotidiano vide per gloſ.& docto.in d.§.in arrogato, & per glo.& doct.in d.§.Item quicquid,& per glo.& doct.in l.qui proprio,§.procurator vt in cæteris, ff.de procurator. & per Barto.& doct.in d.l.ſocium qui in eo,& per Cyn. in l.mani feſtiſſimi,circa finem,C.de furtis, & per Angel. & docto.in d.l.cum aliquis.& per Bal.in conſilio ſuo 57.primi voluminis,& per Panor.Io.de Imo. & canoniſtas in d.c. poſtulaſti, & per Dominicum,Philippum Francum, & doc.in d.c.a collatione.quo recurre.Secundo facit ad hoc , q; conſul † vel
7 præſes prouinciæ habens filios, poteſt illos apud ſemetipſũ & ſua authoritate emancipare,vel in adoptionem alii dare;

quia non tanquam pater, sed tanquam consul vel præses hoc facere videtur: & consul vel præses est filiusfamilias, potest apud semetipsum emancipari vel in adoptionem dari, interponendo huic actui auctoritatem tanquam consul vel præses, & vice duorum fungendo, vt est text. cum glo. in l. si consul, & in l. sequen. ff. de adopt. cum simili sic etiam filius vt filius non tenetur pro debito patris: sed filius vt hęres bene tenetur pro debito patris: tex. est iuncta glo. in l. ne contra, C. ne filius pro patre: & ergo agens contra filium ex personas patris debet in libello facere mẽtionem quòd est hęres patris, alias libellus est ineptus, secundum Bald. & doct. ibidem: & faciunt notata per glosam, Bartolum, & docto. in l. necessarijs. ff. de acquir. hæred. & in l. 1. C. si minor ab hære. se abst. & notata per Panormita. in capitul. quod nobis,
2 qui filij sunt legit. quod nota. Tertiò facit ad hoc, q; † rex superiorem non recognoscens potest cum filiis suis spuriis dispensare, vt succedant & sint capaces successionis: quia non censetur talem actum exercere tanquam pater cum filiis, sed tanquam rex cum subditis: vt est tex. singularis in d. c. per venerabilem, & ibi habes bonam glo. quæ adducit plures concordantias. Quarto facit ad hoc, quod si quis in testamento relinquat cuilibet fratrum prædicatorum 10. & Priori blibiam: Prior habebit 10. vt vnus ex fratribus, & bibliam vt Prior: quia plures qualitates in eo concurrunt: de quo articulo tamen vide latius per Cy. & omnes legistas in locum quæstio, C. de lega. & per Bal. in d. l. si consul. Quinto facit ad hoc, quòd si archiepiscopus Colonienſis existens canonicus Traiectenſis interſit c. Traiectenſi vt canonicus, & ipse vna cum capi. sit negligens in conferendo beneficiũ, cuius collatio ad eum tanquam canonicum & capi. cum cõmuniter spectat, poterit idem archiepiscopus Colonienſis tanquam archiepiscopus post lapsum termini iuris, tale beneficium conferre iure de voluto. quia non interfuit capitulo, nec fuit negligens vt archiepiscopus, sed vt canonicus, & non confert iure deuoluto vt canonicus, sed vt archiepiscopus: q; licèt, vt est text. notabilis in d. c. postulasti, & vide gl. notabilem decidentem pulchram q. in simili casu, in ca. si episcopus. de suppell. negli. præl. lib. 6. Sextò facit ad hoc, q;
3 † si a collatione beneficij per episcopũ vt canonicũ & ca. in

mei

mei præiudicium facta volo appellare, debeo appellare ad episcopum; & non ad archiepiscopum: quia ex quo eps non interfuit collationi sic factæ vt & tanquam eps, sed vt tanq̃ canonicus, non appellatur ab eodem ad eundem: sed ab inferiore ad superiorem, tex. est notabilis in l. 1. §. solent, in fi. ff. quando appellandum sit, & ibi Ang. & tex. memoriæ commendandus in d. c. a collatione, vbi habes gl. singulari ẽ dicentẽ, q̃ si eps habens vocẽ in c. tanquã canonicus, non dẽt habere primũ locũ in cap. quia non est ibi vt eps: prælatus aũt vel senior capituli debet habere primum locum. Hinc ẽt videmus in hac præclara vniuersitate Louanensi de consuetudine obseruari, q̃ epi non procedunt rectorem vniuersitatis, quod sine dubio est verum quando episcopi sunt ibi vt scholares, per dictam gl. quam ad hoc reputat singularem Panor. in c. auditis, de electio. sed quando episcopus diœcesis esset ibi vt episcopus, & non tanquam scholaris, non haberet locum dict. gl. nec eius ratio. Negari tamen nõ potest, quin rector vniuersitatis sicut caput vniuersitatis, & nõ eps locis vel diœcesis: a cuius iurisditione rector & oẽs de vniuersitate per speciale priuilegium sunt penitus exempti: & sic alia ratio videtur reformare pactum, vt eleganter inquit tex. in l. interpositas, C. de transactio. & ex consequenti videtur rector vniuersitatis præferendum in sessione etiam episcopo loci vel diœcesis, qui interest actui celebrando in vniuersitate non vt scholaris, sed vt eps Et ita obseruari vidi, si rectè memini, in quodam actu solenni tempore domini Ioann. de Horem. episcopi. dum vixit Lodiensis: non tamen sine magna difficultate. Septimò facit ad hoc, q̃ iniuria † illata clerico vel magistratui punitur vt publicum crimen, ẽt clerico vel magistratu non prosequente, imò expresse remittente iniuriam: vbi cessante qualitate dignitatis sacerdotalis vel magistratus, iniuria in eadem persona commissa censeretur crimen priuatum, vt est text. in leg. si quis in hoc genus sacrilegij, C. de episcop. & cler. in l. 1. §. huius studii, ff. de iust. & iure, & in capitu. contingit 1. & in cap. parochianos, cum vtrobiq; not. per glo. & doct. de sent. excomm. Et hinc singulariter dicunt Pau. de Cast. & Alex. de Imo. in l. q̃uis, ff. de in ius voc. q̃ si officialis regis volens sit percussus, vt quia alio dicente, si non esses officiarius regis, egre-

gie te percuterem, dixit, non obstante officio percute, si audes: vel, sum contentus quòd me percutias si audes, iniuria nihilominus dicitur inferri regi, per l. 1. §. vsque adeo, cum ibi pulchrè nota per Bartol. ff. de iniuriis & optime facit d. capitu. contingit, cum sua glosa. Hinc etiam singulariter dicit Bald. in §. iniuria, in tit. de pace iurament. in vsibus feudorum. q; si quis det alapam potestati alicuius terræ propter singularem uel priuatam inimicitiam, quam habet cũ eo: potest puniri capitaliter, propter atrocitatem facti: quod non est propter aliam causam, nisi propter qualitatem per-
§ 1 sonæ iniuriam passæ. Hoc † tamen credo limitandũ verum, quando talis iniuria inferretur potestati exercenti officiũ suum: alias secus per not. eleganter per Cy. in l. si non conuicii, in 4. q. C. de iniuriis, & notata per Bartol. in extrauaganti, quoniam, in verbo rebellando in principio, in titu. qui sint rebelles: & vult Fel. in c. si quando, de off. deleg. de quo articulo vide Guidonem Papæ in decisione sua 557. Octauo facit ad hoc, q; licet filius qui impugnat testamentum patris vt filius, debeat priuari legato & omni commodo sibi in eo relicto & econuerso si approbet testamentum patris in quo est exhæredatus, perdit quærelam: tamen si hoc non facit vt filius. sed vt tutor uel curator, aut legitimus administrator alterius, secus est: quia ius suum non perdit. nam quando plura iura cõcurrunt in persõna vnius, perinde est, ac si concurrerent in personis diuersorum: text. est in dict. l. tutorem, in d. §. si tutor, & in dict. l. cum quædam. Nonò fa-
§ 2 cit ad hoc, q; licet † procurator, tutor, curator, uel alius legitimus administrator, non teneatur deposito officio si se obligauerit nomine officii, dict. l. post mortem, in principio. & §. 1. & dict. l. fin. secundum vnam lecturam. ff. de institoria, nec sententia lata contra procuratorem, tutorem, curatorem, vel alium legitimum administratorem, possit mandari executioni contra administratorem finito officio: sed debeat mandari executioni contra eum cuius fuit administrator, ut est tex. in l. 4. in princ. ff. de re iud. in l. 1. C. quando ex facto tut. cum similibus: secus tamen est, quando non nomine officii, sed suo proprio nomine administrator se obligauit, fidem suam astringendo: tex. est notabilis secundum verum intellectum in dict. l. procurator qui pro euictione, & in l. 4.

§. in

Digitized by Google

§ in eum,in principio,ff.de administr. rerum ad ciuita.perti.De quo articulo vide latius per Bar.in d.l post mortem, & per omnes in d.l procurator qui pro euictione, & præcipue per Alberic. de Rosa.ibidem, qui meo iudicio cæteris perfectius & melius loquitur:& uide quod dixi supra in loco a nomine dignitatis officii, uel appellatiuo. Decimo facit ad hoc, quod licet suscipiens defensionem alterius ut defensor,teneatur cauere de iudicato soluendo,etiam si sit coniuncta persona ut pater vel filius, l.filiusfamilias, ff.qui satisd.cogan.secus tamen est, si suscipiat defensionem causæ pro suo particulari interesse, l.1. C.de bonis maternis, ita notabiliter uult Bal.in d.l.filiusfamilias,dicens q; quando pater uenit ad defensionem causæ motæ contra filium, debet esse cautus, ut eo nomine ueniat, quo sibi utilius est
13 uenire.Vndecimo facit ad hoc,q; licet † quis tanquam priuata persona non possit alteri stipulari, tamen tanquã persona publica, ut quia est notarius uel iudex, potest alteri stipulari etiam in extraiudicialibus,ut est glos.singularis in §.si quis alii,Insti.de inuti.stipulat.& ideo notarii in eorum instrumentis semper dicunt, Promisit mihi tanquam publicæ personæ recipienti & stipulanti &c. Imo quod plus est, licet dicta uerba tanquam publicæ personæ, &c. non apponantur per notarium in instrumento, tamen subintelliguntur,quia in eo quod facit officialis publicus,semper intelligitur facere nomine officii, dict.l.post mortem, in fin.& ita singulariter dicit Bald.in l.nec ei, §.satisdatio. ff.de adopt. & ante eum Bar.in l.2.in fi ff.rem pupilli fal-fore: de hoc tamen articulo quotidiano,an notarius uel iudex in extraiudicialibus possit alteri stipulari,uide latius per Inno. & canonistas in c.dudum,de conuer.coniu.& per Ioan. Fabri in d.§.si quis alii,& per Bar.& omnes in d.l.2. proxime allegata,& per Alex.de Imol.in l.stipulatio ista.§.si stipulor.ff.de uerbor.obl.& per Pau.de Cast.in consilio suo 196. in nouis, incipiẽte,in Christi &c.uisis his quæ narrantur,in 2.dubio, & per Philipp.Decium in l.contractus, de regu. iur.quibus duobus ultimis locis habes mirabilem limitationem ad p̃missa,uidelicet dummodò interuenerit ratihabitio, alias secus:ut latius ibidẽ. Duodecimo facit ad hoc, q; capitaneus uel locum tenens alicuius regis uel principis propter im-

perium & administrationem sibi concessam censetur maior omnibus,& prę omnibus venit honorandus,estq; sibi ab omnibus obtemperandum,quia repræsentat personam cõmittentis:licet alias cessante officio sit minor aliis, tex.est elegans Hester 6.& in c.fi.93.dist. & notatur in summa eiusdẽ distinctionis per gl.nec habet hic locum regula, Par in parẽ non habet imperium, de qua in l.Labeo. §.tractemus, cum l.seq.ff.de arbi.quia iste iam non est par vel minor, sed maior ratione officii, cuius ratione ipse potest imperare alias maiori,vt est text.in l.ille a quo. §.tempestiuum, iuncto.§. si quis filiusfamilias sit, cum l.seq.in prin.ff.ad Treb. vbi filius, † qui est in magistratu, potest imperare & præcipere
14 patri, qui alias est maior : & in illo magistratu pater debet honorare filium,& ei obedire.non enim hoc facit tanquam filius,sed tanquam habens magistratum, vt ibi dicit glos.& ideo Ariobarzanes,qui cessit filio suo regnum Cappadociæ in conspectu Pompeii, postquam filium suum in humiliori loco sedentem conspexisset, non sustinuit infra se collocatũ intueri, sed protinus sella descendit. horrarique cœpit filium,vt eo transiret vnde ipse surrexerat: quod nõ fecisset, nisi patris voluntati auctoritas Pompeii accessisset, filium enim & regẽ appellauit,& diadema sumere iussit, & in curuli sella sedere coegit:vt refert Valerius lib.5.c.7.in fin. & faciunt eleganter notata per Aulum Gell.libro 2. Noctium Atti.c.2. Nec per hoc,q̃ aliàs maior defert minori habenti officium, dignitatem, uel commissionem a rege uel principe,dicitur perdere honorẽ suum, imo ordo debitus id exposcit,qui confunderetur si unicuiq; sua iurisdictio,honor, & dignitas non conseruaretur,c.peruenit,11.q.1.& d.c.fin. 93.dis.& c.sanè,de off.deleg.cum similibus. Decimo tertiò facit ad hoc,quod licet suffragiũ filii ut filii non possit prodesse patri ad officia vel honores, cum eo respectu sit persona domestica:tamen suffragium filij vt decurionis,non vt filii,prodest patri ad officia vel honores: ut est tex.in l.item eorum,& ibi gl.not.ff.quod cuiusque uniuer. no. Decimo-
15 quartò facit ad hoc, † q̃ si habens dignitatem decanatus in ecclesia cathedrali vel collegiata, de cõsuetudine uel alio iure speciali habeat vocem in capitulo, si contingat eundem habere vel postea nancisci canonicatum in illa eccle-

sia,

ſia,talis habebit duas voces in cap. vnam vt decanos, & aliã vt canonicus cum non ſit iuri contrarium vnum diuerſo iure diuerſis vti ſuffragiis.Ita ſingulariter dicit Ioan. And.in d.c.eum olim,poſt gl.& Inn.ibidem, dicens idem eſſe in diſtributionibus quotidianis , & aliis obuentionibus : & ſe in caſu de facto occurrente ita conſuluiſſe, quem alii poſterio
c res communiter ibi ſequuntur.& idem reperio uelle Card. in conſ.ſuo 53.incipiente, caſus talis eſt , decanus eccleſiæ. vbi etiam refert conſilium Bar. cui ſe ſubſcribit per d.l.tutorem, & l.Titia,§.qui Marco,ff.de annuis leg.quod eſt nota dignum,quia ſeruit ad multa:ut uidere poteris per Fel. in d.cap.cum olim,& in locis per eum commemoratis. Aduerte tamen,quia talis uel alius habens duas uoces.non poteſt eas diuidere,ut vnum eligat ut decanus,& alium ut canonicos:uel unum nomine proprio, & alium nomine procuratorio:niſi aliud hoc ultimo caſu ſpecialiter habeat in mãdatis,text.habes ſingularem iuncta gl.in c. ſi quis iuſto impedimento, in §.porro,de elect.libro 6.quem valde extollit Ludou.de Roma.in ſuis ſingularibus, ſingulari 78. & Pan. & Felin.in d.ca.cum olim,vbi uide. Decimoquinto facit ad
16 hoc, q† diſſentientes inter ſe propter officia & regimina non dicuntur proprie rebellare contra rempublicam ſuæ ciuitatis,l.ſi quis in genuam,§.in ciuilibus,ff.de cap. nec etiã dicuntur proprie rebellare contra principem, ut not.expreſſe Bart.in d.extrauaganti quoniam, in uerbo rebellando,in uerſ.ſed an hæc conſtitutio:niſi quando fieret ſeditio, ut ipſa ciuitas ſubtraheretur principi, a quo immediate regebatur.nam tunc per reſpectum ad principem non per reſpectũ ad ciuitatem , committeretur crimen rebellionis ſeu læſæ maieſtatis. Ita ſingulariter dicit Bal. in conſilio ſuo 59. primę partis,incipiente,in Chriſti nomine,licet eleganter &c. in 1.col.dicens hoc modo intelligendam gl.in l.3.C.de abolitio.& ibi idem ſentit Salicet.Decimoſexto facit ad hoc, q
17 † aliquid diuerſis reſpectibus eſt minus & maius, quãdoq; enim id quod minus uidetur,eſt in ueritate maius,eo reſpectu quo ius plus illi reſiſtit ex cauſa ; de hoc habes gl.notabilem in cle. 2.ſuper uerbo defenſor, de reb.eccl.non ali.de hoc ẽt eſt gl.elegans in c.fi.ſuper uerbo ad parem, de trãſl. prælat.quã valde commendat Ludo.de Roma.in conſil.ſuo

18 436.in fi. Decimoſeptimò facit ad hoc, q; † macula patris non nocet filio,quo minus ipſe filius vti poſſit priuilegio & dignitate ex perſona aui:vt eſt tex.ſingularis & mirabilis in d.l.emacipatum,§.fi. ex quo ſequitur, q; ſi filius commiſit culpam,propter quam debeat priuari feudo,propter hoc nō pos non debet amittere feudum , ſed id poterit ex perſona aui retinere,vt not.gl.in d.l.emancipatum.§.fi.& glo.in d.l. adoptiuum.§.fin.videmus enim quod aliqua iura habet filius vt & tanquam filius,licet non ſit hæres:aliqua verò habet vt filius & vt hæres:xt declarat gl.magiſtralis nunquam obliuioni tradenda in dicta l. diui fratres : de quo articulo pulchro & quotidiano vide latius per Bartol.in l.3.ff. de interdictis & relega.per Dyn.Philip.Francum & docto.in regula,non deber,de regulis iuris lib.6.per Bald.in d.l.emancipatum.§.fina.& per eundem Bald.in ca.1.§.hoc quoque, de ſucceſſio.feudi,& plene per eundem in capit.1.in titu.ſi vaſallus feudo priuetur cui deferatur,& Aluarotũ in §. denique,in 3.concluſiòne,in titu.quæ fuit prima cauſa benefic.amittend.in vſibus feudorum:& per Franciſchinũ in ſuo ſingulari libello feud.par.5.in verſ.6.principalis ad quos remiſiſſe ſufficiat . Decimo octauò facit ad hoc , quod licet
19 †nemo paganus vt talis & in quãtum huiuſmodi,poſſit decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, l. ius noſtrum.ff.de regulis iuris:tamen certa conſideratione habita,vt puta quando poteſtas diſponentis eſt limitata,contrarium reperitur.Pono exemplum in caſu quotidiauo: ſtatutum diſponit,quod ſpurius poſſet a patre inſtitui hæres,vel quod filiusfamilias poſſet condere teſtamentam, præſuppoſita validitate dictorum ſtatutorum,de quo plene per Baldum & doct.in l.cunctos populos, C.de ſumma trinitate & fide catholica dubitari poteſt probabiliter,vtrum inſtitutio filii ſpurii,vel teſtamentum cõditum per filiumfamilias porrigatur & trahatur ad bona,quæ ſunt extra territorium ſtatuentis ? & communis concluſio Barto.Bald.& doctores :in
C dict.l.cunctos populos,eſt,quod non:ex quo ſequitur,quod in vtroque caſu talis teſtator licet ſit paganus decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus:quia bona extra territorium ſtatuentis ſituata pertinebunt ad hæredes teſtatoris ab inteſtato, bona autem ſituata intra territorium ſtatu

entis

entis ſpectabũt ad hęredem inſtitutum. Ita ſingulariter decidunt Bartolus, Baldus, & doctores in dict. l. cunctos populos, & ratio eſt, quia poteſtas diſponentis eſt limitata, vt dixi, & ſic actus geſtus cenſetur diuerſo iure reſpectu territoriorum & bonorum intra vel extra territoriorum ſtatuentium ſituatorum. Item cape aliud exemplum. Ecce impubes poſt mortem patris naturalis & legitimi nullo condito teſtamento defuncti arrogatur, & de poſt arrogator ſubſtituendo dicto impuberi arrogato pupillariter in quarta illi debita ex cõſtitutione diui Pii iuxta. §. cum autem impubes, Inſti. de adop. & l. ſi arrogator. ff. eo. tit. decedit, deinde moritur impubes in pupillari ætate, hoc caſu iſte impubes decedit pro parte teſtatus, puta quoad quartam ſibi debitam ex cõſtitutione diui Pii, & pro parte inteſtatus puta quoad bona ſibi ab inteſtato relicta per patrem ſuum naturalem & legitimum, in quibus ſibi ab inteſtato ſuccedent proximi ſui hæredes: q; ideo contingit, q; poteſtas arrogatoris eſt limitata, vt nõ poſſit ſubſtituere impuberi arrogato, niſi in quarta, d. l. ſi arrogator, & limitata poteſtas limitatum producit effectum: quia uirtus & potentia cauſæ efficiẽtis ſemper reſtringenda eſt, vt eatenus operetur, quatenus poteſt in paſſum & in ſuſcipientem materiã, l. in agris. ff. de acqui. rerũ domi. §. autem, & ibi Bal. & Ang. Inſti. de legi. agna. tute. & habetur pulchrè per Barb. & Feli. in c. cũ ordinẽ, de reſcrip. cõtingit etiã hoc ex alio, quia iſte impubes cẽſetur diuerſo iure propter diuerſos patres, arrogatorẽ ſcilicet & patrẽ naturalẽ ac legitimũ: cẽſetur enim loco duorũ filiorũ ex natura correlationis. & ergo nil mirũ, ſi regulæ iuris infringũtur propter diuerſitatẽ patrũ, & reſpectuũ: Ita ſingulariter dicit Bal. in d. l. ſi arrogator, & eſt ipſa ueritas licet gl. d. l. ſi arrogator dicat ſe nõ audere hoc dicere pp regulã d. l. ius noſtrũ. Itẽ cape aliud exẽplũ. Ego Zelãdus origine, & Brabantius ratione domicilii & maioris partis bonorũ, facio teſtamẽtũ, ĩ quo ſubſtituto filio meo impuberi emãcipato pupillariter, q; de iure cõi & de cõſuetudine Zelãdiæ iuri cõi cõformi nõ licet. Inſt. de pupilla. ſubſti. in prin. ſed ex cõſuetudine Barbãtiæ ponamus licet, hoc caſu in bonis ſituatis in Barbãtia, ſeruabit cõſuetudo Barbãtiæ, in bonis verò ſituatis in Zelandia ſeruabitur cõſuetudo Zelãdiæ cõformis iurĩ com-

communi: & ergo filio meo impuberi emãcipato decedente in pupillari ætate admitteretur ſubſtitutus ex teſtamento meo ad bona duntaxat ſituata in Brabantia, in alijs autem bonis admitteretur proximiores filij mei ab inteſtato, & ſic ipſe decedet pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus contra regulã d.l.ius noſtrũ, ſed diuerſitas patriæ meæ & per conſequens filij mei inducit hanc diuerſitatem, ſicut diuerſitas patrum in exemplo præcedenti nec mirũ, quia patri patria æquiparatur, l veluti. ff. de iuſti. & iure, & l. minimè. ff. de reli. & ſumpti. fune. & ita ſingulariter decidit Bal. in d.l. ſi arrogator. & ſequuntur ibi poſteriores. Item cape, aliud exemplum ex conſuetudine, vel ſtatuto Louanienſi in teſtamento, pone, requiruntur 7. teſtes: ex ſtatuto autem vel conſuetudine Bruxellenſi requiruntur 10. teſtes, modò teſtamentũ eſt conditũ Louanij, & hæres in eo inſtitutus vigore dicti teſtamenti coram ſeptem teſtibus conditi petit omnia bona defuncti, & ſic etiam bona ſituata Bruxellæ, obijcitur autem ei q̃ teſtamentum non valet, quoad bona ſituata Bruxellæ, quia in eo non interuenerunt x. teſtes, vt ponitur habere ſtatutũ vel conſuetudo Bruxellenſis: hoc caſu propter diuerſitatem conſuetudinũ vel ſtatutorũ, quæ reperiuntur in dictis locis, hæres inſtitutus habebit bona q̃ ſunt Louanij, alia autẽ bona quæ ſunt Bruxellę habebit hæres ab inteſtato: & ſic defunctus decedet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Ita ſingulariter decidunt Bal. Fulgo. & doct. in d.l. ſi arrogator, & Iac. de Are. Pe. & Cyn. in d.l. cũctos populos, in lectura antiqua. de hoc tamen articulo quotidiano, ſubtili, & pro vtraque parte diſputabili, vide latius per Guil. de Cuneo, Bar. Cyn. in additione, Salyc. Iaſonẽ, & alios doct. in d.l. cunctos populos, vbi de hoc reperies ſatis plene, & q̃ communis opinio eſt, q̃ inſtitutus Louanij habebit omnia bona defuncti etiam ſituate Bruxellæ: quia inſpicienda eſt conſuetudo & ſolennitas loci conditi teſtamenti, quæ ſi interuenerit, teſtamentũ extendit vires ſuas vbique in toto mundo, l. in hac, in princi. & ibi Bal. & l. data, in fine, C. de dona. quod tene mẽti, quia eſt quotidianum, & habui ſæpius de facto in practica, Decimononò facit ad hoc, quod licet † nemo paganus vt talis & inquãtum huiuſmodi poſſet decedere cum duobus teſtamentis, imò ſemper primũ

cum-

rumpitur per posterius,§.posteriore.Instit.quib. mod.testa. infir.& l.1.& 2.ff.de iniusto rupto irritoue testam. licet in milite sit secus,l.quærebatur.ff.de mili. testa. tamen certa consideratione habita contrarium reperitur.Pono exemplũ in casu quotidiano,post mortem patris naturalis & legitimi qui filio suo impleri pupillariter substituit,impubes arroga tur,& de post arrogator substinendo dicto impuberi pupillariter in quarta sibi debita ex constitutione diui P.j decidit,deinde moritur ipse impubes in pupillari ætate,hoc casu itte impubes decedit cum duobus testamentis,q̃ tolera-tur propter diuersitatem patrum, & diuersos autores seu causas efficiẽtes:vnde nil mirum si dinumeratio causarum dinumerat effectus,& faciat vnum & idem censeri aliter & aliter,id est,diuerso iure.substitutio enim facta per arroga-torem quæ est posterior non infringit substitutionem pupil larem factam per patrem naturalem & legitimum, quæ est prior:cum vna in alteram nihil possit propter diuersitatem patrum.Ita admirando dicit glos. singularis in d.l.si arroga tor., & post eum Bald. & posteriores ibidem. Item cape aliud exemplum.Stante statuto,quòd mater posset filio im puberi pupillariter substituere,quod est contra ius commu ne,quia volens substituere pupillariter,debet habere eum cui pupillariter vult substituere in potestate,d.tit. Instit. de pupil.substi.in princi. si modo contingat tam patrem quam matrem substituere filio pupillariter,in bonis paternis præ-feretur substitutu: à patre,& in bonis maternis præferetur substitutos à matre:nam quoad effectum illarum substitu-tionum,itte decedit cum duobus testamentis:Ita dicit Bal. in d.l.si arrogator,q̃ etiã dicit idẽ esse in tutela,statuto per mittente,q̃que matri relinquere tutorem filio absq; ope cõ firmationis,vt patri:vt deputatus à patre administret bona paterna,& deputatus a matre bona materna. Vigesimo sa-
21 cit† ad hoc,q̃ si consuetudo alicuius regni, puta. Angliæ, disponat primogenitum debere succedere in omnibus bo-nis,saluo,q̃ ipse teneatur suos fratres decenter alimenta-re,& sorores dotare,quæ cõsuetudo valet iuxta notata per Io.An.& canonistas in c.licet,de voto:& in alio regno ser-uetur ius commune,hoc casu si baro Angliæ habens bona in Anglia & etiam in alio regno vbi seruatur ius cõe de-

cedat

cedat intestatus, propter diuersitatem consuetudinum diuersimode iudicabitur quoad successionem bonorum: nam in bonis situatis in Anglia succedet solus primogenitus, in bonis verò situatis in regno vbi seruatur ius cõmune, seruabitur ius commune, & sic in bonis illic situatis omnes filijs succedent æqualiter, iuxta l. maximum vicinum, C. de libe. præte. & ita singulariter determinant Guil. de Cuneo, Cy. Bar. Bal. & doct. in d. l. cunctos populos, & sequitur Nicolaus de Vbaldis in tractatu suo successionis ab intestato
22 circa sextam speciem liberorum: quod tenę menti. † Vigesimo primo facit ad hoc, quòd si consuetudo Louanienſis permittat relinqui vxori secundum ius commune l. 2. C. de infirmã. pœnis cœlibatus, & contrarium statutum sit Antuerpię, prout in casu de facto occurrente expertus sum, & quidam ciuis Antuerpiensis Louanij tamen domicilium fouẽs & vtrobique possidens bona, relinquat vxori certa bona, valebit legatum quoad bona situata Louanij, sed non quoad bona situata Antuerpiæ: nam cum maritus disponẽs sit sub vtroq; oppido, seruabitur ex diuersitate oppidorũ diuersitas statutorum vel consuetudinum: & sic cum ipse sit subiectus diuersis oppidis, sicut supra dixi de impubere subiecto diuersis patribus, censebitur quoad bona situata Louanij Louanienſis, & quoad bona situata Antuerpiæ Antuerpiensis: & fiet separatio bonorum, sicut fit in l. 1. ff. de sepa. bono. & in l. 1. C. de bo. auto. iudi. possi. & ita singulariter dicit Bal. in d. l. si arrogator, referens se ita consuluisse, & idem sentit Paul. de Ca. in l. exigere dotem, in fine. ff. de iudicij. & doct. sæpe alibi: & facit consideratio glo. in c. statutum. §. cum vero, & verbo vnam dictam, de rescrip. lib. 6. Et de ista separatione bonorũ vide alium casum singularem & quotidianũ p. Guliel. de Cuneo, Alberi. de Rosate, & Paul. de Cast. in l. sed an. ff. quod cum eo qui in alie. potesta. est, & per Ludo-
23 uic. de Roma. in suis singularibus, singulari 88. † Vigesimo secundo facit ad hoc, quòd stante concordia, per quam ad curatum spectant omnes oblationes quæ offeruntur die dominico, & ad decanum oblationes quæ offeruntur in festis nostræ Dominæ, si contingat festum nostræ Dominæ occurrere in die dominico, hoc casu omnes oblationes, q̃ tunc fiunt non spectabunt ad curatum, sed pro rata eius quod cõ

suenit

fuerit offerri die dominico, ſpectabũt ad curatum: reſiduũ verò ſpectabit ad decanum, propter diuerſitatem reſpectuum. Ita ſingulariter dicunt Cyn. & Io. de Imo. in l. qui ſolidum. §. 1. ff. de lega. 2. & ita fuit iudicatum in ciuitate Senatum ſecundum eos. Vigeſimotertio facit ad hoc, † q. quis poteſt eſſe ſubditus epiſcopo ratione vnius beneficij, & exemptus à ſua iuriſdictione ratione alterius beneficii in eadem diœceſi ſituati, tex. notabilis cum ſua glo. in c. cum capella ducis Burgundiæ, de priuileg. & bonus tex. in c. ex ore cum ſua glo. illo eo. tit. & vtrobique notat Card. quod diuerſo reſpectu quis cenſetur diuerſo iure, & gl. in d. c. cum capella. quis autem proprie dicatur ſubditus, vide glo. ſingularem ab omnibus approbatam in cle. vnica, in verbo ſubditos de foro cõpe. quæ faciet tibi honorem, ſi ſcieueris practicare. Vigeſimoquartò facit ad hoc, q. maritus & vxor diuerſis reſpectibus ſunt domini rei dotalis, l. in rebus, cum ibi notatis, C. de iure dotium: & commemorat Salyc. in l. fi. C. de vſufructu. Vigeſimoquintò facit ad hoc, † quòd diuerſis reſpectibus vtile eſt exprimere cauſam in libello, vel non exprimere: Ita ſingulariter dicit Ioan. And. in c. abbate ſane ſuper glo. penul. de re iudica. lib. 6. in nouella, & ibi hoc latè declarat Philip. Frãcus. Vigeſimoſexto facit ad hoc, quòd aliquid poteſt eſſe meri imperij & ſimplicis iuriſdictionis diuerſis reſpectibus. Ita per quinque exempla declarat Iaſon in l. imperium, in 13. colum. ff. de iuriſdictio. omni. iudi. ad quem remiſiſſe ſufficiat. Vigeſimoſeptimo facit ad hoc, quòd licet epiſcopus non poſſit punire ſuum archiepiſcopum in ſua diocœſi delinquẽtem, quia eo reſpectu ipſe eſt illius ſuffraganeus, ſubditus, & in minor, c. cum inferior, de maio. & obedien. cum ſimilibus: tamẽ ſi ſuffraganeus alicuius archiepiſcopi dimiſſo ſuo epiſcopatu obtineret alium epiſcopatum extra prouinciam ſui primi archiepiſcopi, & ille primus archiepiſcopus delinqueret in illa ſua diocœſi, poſſet eſi punire, quia illo reſpectu nõ eſt eius ſuffraganeus vel ſubditus: & ſic diuerſis reſpectibus potest quis eſſe minor, & nõ minor. Ita ſingulariter determinat Panor. in dict. cap. cum inferior, & idem vult Ioan. Cald. in repetitione c. de illis, in 7. quæſt. de raptoribus, Vigeſimooctauo facit ad hoc, quod licet delegatus Papæ vel principis, inquantum dele-

Aliter non in hac Lec. Alex.

Digitized by Google

delegatus ſit maior quolibet ordinario, lege prima, §. quî mâdatam.ff.de offi.eius cui mâdata eſt iuriſd.in dicto capi-
26 tulo ſane,& ibi Panormi.notat:tamen ſi delegatus † exce-
dat ſuam commiſſionem,& ſic delinquat, poterit per ordi-
nariam puniri:quia eo reſpectu quo excedit ſuam commiſ-
ſionem,non eſt delegatus,& per conſequẽs nec maior,imo
minor:& quod fortius eſt,poſſet ei hoc caſu reſilti de facto,
etiam a priuato,l.prohibitum,& ibi Bar.& Io.de platea no-
tant,C.de iure fiſci,lib.10.& l.deuotum,C.de metatis libro
duodecimo,& faciunt eleganter notata per Inno.Pano.& ca
noniſtas in capitulo ſi quando,de offi.delega.facit etiam ad
præmiſſa deciſio gl ſingularis in capitulo primo 24.q.1.quę
mirabiliter dicit,quod Papa hæreticus,inquantum hæreti-
cus minor eſt quolibet Chriſtiano:faciunt etiam notata per
Cyn.& alios in Auth.qua in prouincia,C. vbi de crimi. agi
opor.& notata per Petrus de Ancha.in repetitione capitulo
poſtulaſti,in 6.oppoſitione,de foro competen. & notata per
Land.Petrus de Ancha.Card.& Ioan.de Imola in clement.
prima,de offic.ordina.Vigeſimo nonò facit ad hoc,quod li-
cet infeudit directum dominium remaneat penes concedẽ
tem, habito reſpectu ad vniuerſalitatem rei in feudum da-
tæ,rerum tamen particularium directum dominium tranſit
in feudatarium: Ita ſingulariter dicit Baldus in lege prima,
C.vndè legitimi, quem refert & ſequitur Franciſchinus in
dicto ſuo ſingulari libello feudorum parte 1.quæſtione ſex-
ta,& parte ſecunda,quæſt.ſecunda,in materia feudorum ſę
cularium.Trigeſimò facit ad hoc, quod reſpectu diuerſorũ
exceptio eſt de regula,& non eſt de regula. Ita pulchrè de-
clarat Alberic.de Roſate in lege prima, ff. de regulis iuris,
concordando opinionem Placentini cum opinione Ioannis,
de quibus ibi in gloſ. & tetigi obiter ſupra in loco ab exce-
27 ptione ad regulam.Trigeſimoſeptimò facit ad hoc, † quod
interdum quis poteſt confirmare ſententiam tãquam ſic la
tam,non tanquam bene latam vt videri poteſt in lege 3. §.
falſis,& ibi Bartho.notat ff.rem ratam haberi:ſic etiam una
& eadem res poteſt diuerſimodè nuncupari propter diuer-
ſos & varios effectus,glo. eſt notabilis in capitulo ſecundo,
in verbo eadem,circa finem,& ibi Panorm.notat de ordi.co
gni. ſententia enim quæ fertur ſuper conuentione & recon
uentione

uentione aliquo respectu dicitur vna, & alio respectu sunt in veritate plures: & in stipulatione plurium rerum & similibus casibus: vt ibi videre poteris & in lege scire debemus. ff. de verborum obligatio. Trigesimo secundo facit ad hoc, quod executor deputatus in testamento ad distribuendum bona in pauperes, potest eligere filium proprium uere pauperem, cum sustineat duplicem personam scilicet patris & executoris: possunt enim, vt dixi, in eadem persona concurrere diuersæ qualitates: & ergo semper inspiciendum est cuius qualitatis respectu actu fit vel geritur: quia ex hoc diuersus resultat effectus iuris. Ita singulariter dicit Bald. in l. tutor peritus. §. quæ tutorib. ff. de execu. tuto. & facit ra-
28 tio, quia † sæpe potest quis aliquid facere vt alius, quod nõ potest vt ipse, dicta lege item eorum, & dicta lege, si pater. §. qui duos, cum similibus: vnde videmus, quod licet auus vt auus, nõ possit fieri pater adoptione, & multo minus posset habere nepotem ex duobus filiis natum, cum hoc sit naturaliter impossibile: tamen emancipando nepotem ex uno filio natum, potest eũ quasi ex altero filio sterili natum adoptare, sicut posset quilibet extraneus: post emancipationem enim non facit hoc vt auus, sed vt quilibet extraneus. d. §. qui duos, quod est multum vtile. quia hoc casu filius steriles de cuius consensu facta est adoptio, quod est necessariũ, vt sibi suus hæres agnoscatur. Institu. de adopt. §. licet, & ff. eod. titu. l. cum nepos, non poterit huiusmodi nepotem de suo consensu adoptatum per auum vel quemlibet, quasi ex se sterili filio natum priuare sua successione cum iam habeatur loco filii, secundum Bald. in dicto. §. qui duos, in fin. vbi de hoc vide latius per eũ. Trigesimotertio facit ad hoc,
29 † quod licet hæres vt hæres non possit venire contra factũ defuncti, l. cum a matre, C. de rei vendic. & l. ex quam persona. ff. de re iu. cum similibus tamen hares venditoris potest retrahere rem alienatam. per defunctum, si ante statuto vel consuetudine admittente retractum, de qua in capitulo constitutus, de in inte. resti. & in l. dudum, C. de contrahen. emp. cum similibus: quia non facit hoc facit: hoc vt hæres, sed vt tanquam proximior de genere, quare ex eo capite & respectu est admittendus, arg. d. l. debitor §. si per quẽ tex. Henricus Boick in dicto capitulo constitutus, dicit de

Aure-

Aurelianis audiuiſſe iſtam quæſtionem determinari per bo ne memoriæ dominum Alahelori quondam epiſcopū Trecorenſem nepotem beati Iuonis , quam determinationem ibidem approbat,& reſpondet ad iura quæ allegari poſſent in contrarium,vt videre poteris per eum ; de quo articulo etiam vide per Paulus de Caſtro & docto.in l.defuncto, C. ſi in fraudem patro.& in locis illic commemoratis. Trigeſimo quarto facit ad hoc,quod vaſallus plurium dominorum reſpectu diuerſorium comitorum & dominorum (vt exempli gratia)fuit olim omnes Flandriæ, qui reſpectus comitatus Flandriæ & Artheſii erat vaſallus regis Franciæ,& idem vt dux.Brabantiæ,Limburgi,Luxemburgi,& Geldriæ,& ut Marchio ſacri Imperii,ac comes Hannoniæ,Hollandiæ,Zelandiæ,Namurci Aloſti,&c.ac ratione aliarum terrarum & dominorum ſuorum vel nō recognouit ſuperiorem,vel fuit vaſallus Imperii,non potuit argui de felonia vel infidelitate ad effectum perditionis feudi dicti commitatus Frādriæ & Artheſii,ratione confœderationis tum factæ cum Anglis vicinis ſuis & antiquis hoſtibus regis Franciæ.quia non vt comes Flandriæ & Artheſii ac vaſallus regis Franciæ id feciſſe videri debuit,ſed tanquam alius, puta vt & tāquam dux Barbantiæ,Limburgi,Luxemburgi, & Geldriæ , ac ratione aliarum terrarum,comitatuum,ac dominorum , de quibus ſupra reſpectu quorum nihil commune haber cū rege Franciç: vnde cum in eo concurrebant plura iura, perinde cenſeri debuit,ac ſi concurriſſent in perſonis diuerſorum.d.l.tutorem,cum ſimilibus:certum autem eſt, quod ſi alius poſſe diſſet dictos ducatos , comitatus & dominia regno Franciæ non ſubiecta, potuiſſet licite huiuſmodi confœderationem inire cum rege Angliæ,ergo & comes Flandriæ,in quo eorundem ducatuum,comitatuum,& dominiorum iura concurrebant,licite hoc facere potuit : Nec huic deciſioni obſtant no.per glo.Bald.Salyc.docto.in l.liberi, C.de inoffi.teſta.& no.per gloſ.Bald.& docto.in lege prima,§.cum patronus.ff.de offi.prefecti vrbis,quæ videntur poſſe allegari pro rege Franciæ:quia illa loquuntur in vaſallo habente plures qualitates:& ſuadet ratio naturalis,quia,feudum huiuſmodi cēſeretur quodammodo inutile,& plus incommodi quā commodi haberet , ſi illius occaſione comes Frandriæ ita

eſſet

esset subiectus regi Franciæ, quòd pro conseruatione aliorum ducatuum, comitatuum, & dominorum suorum longe maioris importantiæ, & quorum aliqua regnis æquiparantur, vt commemorat Car. in cle. vnica de baptis. confœderationem seu ligam facere non posset cum vicinis suis: quod non censetur cogitatum in concessione feudi, & sic non ponderandum arg. c. veniens, cum ibi no. de iureiu. & l. si libertus ita iurauerit, ff. de oper. liber. Pro quo etiam facit,
30 † cõfœderatio seu liga secunda semper intelligitur facta sine præiudicio iuris primi cum quo facta est confœderatio seu liga, iuxta no. per Holt. Io. And. & canonistas in c. recolentes, de statu monacho, pro isto etiam facit q̃ copulare amicitiam non est de genere malorum: imò est uirtuosum. l. latæ culpæ, §. amicos, ff. de verbo. sign. & conforme euangelio Matth. 5. & Ioannis 14. & 15. cum similibus: & hinc eleganter dicit Bal. in §. porrò, in titu. quæ sunt prima caus. benefic. amitt. in vsib. feudorum, quòd vasallus non teneatur pro domino suo gratis inimicitias procurare, vel alienus fieri a conuersatione amicorum: imò quod plus est, licitum est vasallo, etiam vnam solam qualitatem habenti, copulare amicitiam cum inimicis domini sui, quando hoc non facit in damnum & iniuriam domini sui, sed causa sibi consulendi, vel quando iustus timor eum ad hoc impellit, argu. l. 1. §. denique, ff. de aqua pluuia arcen. & in leg. atqui natura. §. cum me absente, ff. de neg. gest. & leg. nouissime, ff. quod falso tutore autore, & leg. si quis fumo. §. 1. ff. ad leg. Aquil. & ita singulariter determinant Martinus Landensis, & Aluaro. in cap. 1. in titu. hic potest esse titulus quib. modis feu. amitt. & Bald. in titu. quibns mo. feu. amitt. in prin. in versic. modo hic est quædam glo. & Iacobinus in suo notabili libello feudorum, super illis verbis, dictique vasalli promiserũt non committere feloniam &c. in quarta columna istud firmat & valde exclamat Barbatia. in capitu. cæterum, in antepen. colum. de iudicijs: & Franciscinus in d. suo singulari libello feudorum parte 4. in versic. decimaquinta causa priuationis: pro isto etiam faciunt nota. per Bald. in l. 1. in 23. quæst. ff. de rerum diuisione, vbi pulchrè loquitur de vasallo plurium dominorum habentium bellum inter se, vel contra tertium, quomodo se gerere debeat, de isto etiam pul-

chre habetur per Specu.in tit.de feudis,§.quoniam,in verſ. duodecimo quæritur.& elegãteſ ac plenè per Ludo.de Ro. in ſuis conſilijs conſi. 47.vbi copioſe tangit de comite habente confederationem cum duobus regibus bellum inter ſe mouentibus, cui ab vtroque requiſitus adhęrere debeat, & aliquid per Præpo.in capit.comes filij,in titul.ſi de feudo fuerit controuerſia,& in capitul.2.de prohibita feu.alie. per Lotharium,& pulchre per Bald.in l.vnica.§.ne autem, in fine,C.de caducis tollen.& per ſcribentes in cap.imperialem.§.præterea ducatus,& §.illud quoque,in titul.de prohi.feud.alie.per Fœde.& per Iacobinum in dicto ſuo notabili libello feudorum ſuper illis verbis,& promiſerunt eidem domino ſupra præſtare debita ſeruitia, in 8.9. & decima, quæſtio.& per Bald.in h.in omni operis, vbi in hac materia eſt tex.notabili.ff.locati,& habetur ſatis plene per Andreã de Iſernia in dict.§.porrò, & pulchre in ſimili quæſtio. per Ioan.Andreæ in regula contractus, de regu. iur. libro 6. in Mercurialibus,& de duobus conſœderatis,qui fecerunt pacem cum certis capitulis, vide elegans conſilium Paul.de Caſtro 298. in antiquis, incipiens in Chriſti &c. viſo ſupra ſcripto puncto &c.vbi plures decidit quæſtiones quotidie
31 occurente. Trigeſimoquintò facit ad hoc, quod quis † interdum conſequitur ex perſona alterius, quod ex perſona ſuo non conſequeretur: text.eſt pulcherrimus in capitu.authoritate Martini.de conceſſ.præbend.libro 6.& in c.penu. de præben.eod. li. quod quam vtile ſit, & ad quam multa quotidie in practica occurrentia faciat,vide magiſtraliter p Iaſon.in l.ſi emãcipati,C.de collatio.ad quem remiſiſſe ſufficiat. Trigeſimo vi:poteſt hic locus eſſe ſui,in caſu quo in eadem pſona cõcurrat authoritas ſeu poteſtas ordinaria & delegata quod fieri poteſt,vt decidit Inno.quem communi
(ter cæreri ſequuntur in c.cum ex officij,de præſcrip. nam
32 licet hoc caſu † actus ſimpliciter geſtus per talem habentem, duplicẽ poteſtatẽ videatur & cenſeri habeat in dubio geſtus eo modo quo valere poteſt,l.3.ff.de teſt.mili. & c. ni ſi eſſent viri prouidi,ibi no.per Ioan.de Imo.& Panorm. de præben.& volunt doct.in d.cum ex officij quibus me ſub-
θ v. ſcribo,quicquid dicat Fœde de Senis in conſil.ſuo 130.incipien.Factum eſt tale,quædam domus,in ſin. cuius memi-

nit

nit Ludo. de Roma in ſingularibus ſingulari ſuo 16. licet malum numerum aſſignet: tamen quando cõſtat talem proceſſiſſe ex authoritate delegata, puta ex facultate ſibi data ab homine, & facultas illa ad hoc non extenditur, tunc crederẽ actũ non valere, licet actus ille ex authoritate ordinaria valide expediri potuiſſet: quia limitata cauſa ſeu poteſtas limitatũ producit effectũ, d.l. in agris, cũ ſimilibus, & habebit hoc caſu locum regula, quod potuit noluit, & quod voluit, adimplere nequiuit, de qua in leg. multum intereſt, C. ſi quis alteri vel ſibi, & in c. cum ſuper, de offi. delega. & ita pridem in quæſt. de facto occurrente reſpondi quod nota, quia poteſt ſeruire ad multa. Item trigeſimoſeptimo beneficium certo reſpectu poteſt dici vacare in curia Romana, & alio reſpectu in partibus, vt declarat Rota deciſione 269. incipiente, nota quod ſi ex priuilegio, in antiquis. & Rota deciſione 301. incipiente nota quod vbi epiſcopo. in antiquis, Item 38. violentia videatur inferri in duobus locis, puta in loco vbi eſt perſona cui fuit violentia, & in loco vbi eſt poſſeſſio rei propter quam perſonæ alibi eſt violentia illata, l. 1. C. vbi de poſſeſſ. agi opor. Item trigeſimononò cauſa appellationis dicitur eadem cum cauſa principali, & etiam diuerſa, diuerſis reſpectibus, vt bene declarat Cy. in l. inuitus, C. de procura. & Alexand. de Imol. in conſilio ſuo 96. ſecundi voluminis incipiente viſo proceſſu. Itẽ quadrageſimò ſolutio diuerſis reſpectibus parit liberationem & obligationem, leg. ſi pupillus, & ibi Bartho notat. ff.
33 ad leg. falci. Item quadrageſimò primo filius † exhæredatus in caſu. Auth. hòc amplius. C. de fideicom. licet non admittatur vt filius: admittitur tamen vt extraneus. Ita per hunc locum dicit glo. in d. Auth. hoc amplius, & in corpore vnde ſumitur: ſed hoc communiter non tenetur propter repugnantiam & contrarietatem quæ ex hoc ſequeretur: vt videre licet per docto. in locis proxime allegatis, quo caſu hoc argumentum de tanquam, non procedit, vt ſtatim dicam quòd ſi alia videre placeat exempla, in quibus aliquid diuerſo reſpectu, diuerſo iure cenſeri poteſt, vide gloſ. & doctor. in l. 3. §. econtrario, & in lege clam polliderc. §. qui ad nundinas, & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſ. & in l. licet, C. illo eodem, titulo, & in lege vnica, C.

vti possi. & in l.1.in princi.ff.de superficiebus.& per Card. in ca.super quæstionum.§.si verò.in 4.quæst.de offi.deleg. & per glos.& docto.in cap.si duo illo eo.tit lib.6.& pulchrè per Ioan.Fabri in §.adeo,Institutis locati,& per Salycet.in lege cum notissimi.§.fina.C.de præscrip.30.vel 40.anno.& per Dominicum & Præpositum in capitulo ius generale, 1. distinct.& per glos.in capitulo.& si quæstiones, de simonia: & sæpe alibi.Ne tamen decipiaris † volo te scire,quòd argumentum de tanquam,seu regula de qua supra memini, potest quis vt alius,quod non potest vt ipse,fallit in tribus casibus,Primò quando aliquem impedit fides debita ratione coniunctionis:textum habes & exemplum in l.fin.§.quatuor.ff.de legat.2.& in leg.si non sortem.§.si filius. ff de cõdict.indebiti.Secundo fallit,vbi impediret aliquem fides debita ratione contrarietatis quã incurreret agendo,l.si proponas.§.1.ff.de inoffic.testa.& habes aliud exemplum supra Tertiò fallit,vbi aliquem impedit fides debita ratione conuentionis,l.1.C.de dolo,& l.si mandato Titij,§.1.ff.mandati.Aduerte tamen,quia hoc est limitandum & restringendum,vt procedat eatenus, quatenus,facta est conuẽtio seu promissio,hoc est respectu rei respectu cuius facta est conuentio,prout loquuntur dicta iura,in quibus facta est conuentio ab vno respectu certæ rei,puta a fideiussore debitori de luendo rem per eum pignoratam,alias autem secus: & sic procedunt ea quæ dixi supra de vasallo plurium dominorum respectu diuersorum feudorum : quia ibi fides promittitur pluribus personis respectu diuersorum dominorũ. Vnde non mirum,si diuersitas respectuum inducat aliud dicto casu,quam in casu dictorum iurium,& ergo si in casu dicta lege 1.C.de dolo,& d.l. si mandato Titij. §.1. creditor authoritate iudicis vellet vendere pignora quæ habet pro assecuratione sua ratione debiti,pro quo ille fideiussor non fidoiussisset, crederem sine aliquo dubio, quod fideiussor posset ea emere vt quilibet:nam non diceretur rumpere fidem respectu dictorum pignorum ea emendo, quia quoad ea nihil promisit: & sic est in vasallo plurium dominorum respectu diuersorum feudorum,vt patet ex supradictis, & sic in contingentia facti respondi,licet viderim alios aliter sentire;& nisi hallucinor,enormiter errare.de quo articulo pul

chro

chro & quotidiano, quando quis potest vt alius, q̃ non potest vt ipse, vide per Bar. Lambertum de Rampo. Albe. de Rosa & alios in d. l. si pater. § qui duos, & per Cyn. Albe. de Rosa. Saly. & alios in d. l. 1. C. de dolo, Quæ omnia commẽda memoriæ tanq̃ pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana.

1 *Medium sapit naturam extremorum: & illis probatis præsumẽtur medium 2. & per totum.*

3 *Solutio trium continuorum retro proximorum annorum facit præsumi solutionem reditus pro annis præteritis.*

4 *Medium impertinens & inhabile an & quando impediat extrema coniungi.*

LOCVS AB EXTREMIS.

OFFERT se nunc locus ab extremis, à quo sumptum argumẽtum est forte, frequens, & vtile & formatur dupliciter ad duplicem effectum. Vno modo sic.† Medium sapit naturã extremorum, textus est notabilis in l. si vero. §. q̃ si ex mediano. ff. de his qui deiecerunt vel effude. & bonus textus in l. arbor quæ in confinio, in prin. ff. commu. diuidũ. Hinc dicit Bal. loco prædicto, q̃ si maleficium cõmittatur in confinio, & homo reperiatur prostratus, ita q̃ tangat de vtroq; cõfinio, vterq; dominus poterit procedere cõtra malefactorem: & idem vult ipse Bal. in l. 2. C. vbi de crimi. agi opor. & Ang. in l. sane. ff. de iniu. & de hoc tractatur pulchre per Ioan. And. in regu. in obscuris, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. Hinc etiã est, quòd si vnus moretur in confinio diarum prouinciarum, ita quòd non apparet de qua sit, & aliquis habens domicilium in aliqua dictarum prouinciarum præscribit rem illius, quòd dicatur præscribere contra præsentem, & non contra absentem, & sic sufficient 10. anni, argu. dicto §. quod si ex mediano, & ita notabiliter decidit Ioan. de platea in l. 1. de fundis limotrophis lib. 11. quod not. quia seruit pro intellectu. l. fi. C. de præscrip. longi tempo. Hinc etiam est, q̃ quando extrema sunt licita seu permissa, tunc etiã medium censetur licitũ & permissum, vt sic extrema p̃missa trahãt ad se mediũ: & ergo citatio decreta

1

Digitized by Google

intra territorium contra ſubditum exiſtentem extra territorium ad comparendum in territorio,eſt valida, & arctat abſentem citatum,licet notificatio ſeu inſinuatio fiat extra territorium:Ita notabiliter dicit Baldus in l.omnes.§.ſi verò appariter,C.de epiſcopis & clericis,& idem Baldus poſt Cynum in l. finali in 5.quæſt.ff.de iuriſdictio. omnium iudicum,& Philippus Francus in c.Romana.§. contrahentes, de foro competenti libro 6.& habetur latè per Cardinalem in clem.paſtoralis,in verſiculo vt illud,in tertia quæſtio.de re iudic.& ita quotidie practicatur.Nec obſtat dict.clemẽ. paſtoralis,vbi videtur probari contrarium:quia ad eam dantur multæ ſolutiones & limitationes,vt videre poteris per docto.in locis præallegatis,& per Bartol.in l.1.ff.de requi. reis,& per Bald.in l.executorem,in duabus vltimis colum. C.de executio.rei iudicatæ,& per Felyn.& alios canoniſtas in c.finali,de foro competen.ad quos remiſiſſe ſufficiat.Interdum tamẽ medium non ſapit naturam extremorum,ſed in eo reperitur media iuris diſpoſitio, puta quando extrema ſunt omnino contraria,& in eis reperitur cõtraria diſpoſitio.tex.eſt elegãs in l.ſi paterfamilias,cum l.ſeq.ff.de hæredib.inſtit.& in §.fina.Inſtit.de vulga.ſubſtit.& bonus tex. in Auth.ſed & ſi quis,& ibi gl.& Bal.in noua lectura notãt, C.de ſecun.nup.Interdum autem medium ſumit effectum vnius extremorum interdum alterius,interdum nullius,& aliquando vtriuſque,diuerſis reſpectibus, vt videre poteris per Dyn.glo.& Ioan.Andre.in Mercurialibus, in regula, is qui tacet.de regulis iuris libro 6. Aliquando etiam extremum ſapit naturam medij per quod peruenitur ad ipſum cauſaliter & effectiue,vt ſubtiliter deducit Bal.contra Bar. in l.Gallus.§.quidam recte.ff.de liberis & poſthumis in deciſione illius quæſt.an neptos legitimus ex filio ſpurio poſſet inſtitui per auum.vbi videas. Secundo argumentum ex
2 hoc loco formatur aliter ſic. † per extrema probatur medium,vel ſic, probatis extremis,præſumitur medium: tex. eſt nota.in cap.quia ſunt culpæ & ibi gloſ.notat 28.diſtinct. & ibi illam gloſ.approbant & commendant Dominicus, & Præpoſitus. Hinc dicit gloſ.notabilis in cap. volumus. 16. quæſtio.4.quòd ad probandum præſcriptionem,in qua requiritur poſſeſſio continuata tempore definito a lege vel

canone,

canone,ſufficit probare poſſeſſionem in principio & in fine, qua probata,præſumitur quòd talis etiam medio tempore poſſedit: & illam gloſ.ſequitur ibi Archi. & idem, imò plus vult Bartol.in l.Celſus.ff.de vſucapio.& Matthæus Mateſilanus in notabili 117. Petr. de Ancho.in conſilio ſuo 5. incipiente,In Chriſti,&c.pro parte nobilis, &c.in penulti.colum.& Antonius Corſetus in ſingulari ſuo 261.& Panormita.in cap.accedentibus,de priuileg.& idem Panorm.in c.accedens,de conuerſio.coniuga.& ibi eſt bona gloſ. volens q̃ per extrema colligitur medium,adeo quod ſi in initio actus conſtet,aliquem non fuiſſe voluntarium,& multo tempore tranſacto idem appareat præſumitur quod medio tempore non fuit voluntarius ad quod etiam faciunt notata per Petrus de Ancho.in cap.vnico.§ fi.in fine de deſponſa. impube.libro 6.vbi in ſimili decidit quæſt. quotidianam quam
3 dicit ſuo tempore occurriſſe.Hinc etiam eſt,† quod ſi obligatus ad cenſum vel annuum reditum, probet ſolutionem proprium annorum & poſteriorem,præſumitur ſoluiſſe medio tempore,per ſupradicta.quod eſt indubitanter verum, quando conſtat de ſolutione trium continuorum retro proximorum annorum:præſumitur tunc enim facta ſolutio in præterito tempore,tex. eſt ſingularis in leg.quinque, C. de apochis publicis lib.10.qui tex.licet loquatur in præſtationibus fiſcalibus, tamen locum habet etiam in alijs pſtæſtationibus annuis, vt eſt gloſ. valde notabilis in l.2.C. de iure emphyt. quam ibi ſequitur Salycet.in 2. quæſt. dicens. Dyn.ſic cõſuluiſſe,& ſe de facto ita obtinuiſſe,& idem vult Salyce.ibidem in 8.q.circa finem,& Iaſon in eadem l.8.colum.dicens d.gl.notandam perpetuo,& approbari per omnes. Illud etiã vult Saly.in repetitione l. cum de in rem verſo.ff.de vſuris,ubi d.l.quicunque,ad hoc reputat ſingularẽ: idem etiam ſentit Archi.in cap.quæſitum 1.quæſt.3.& Albe.de Roſate in l.1.§.1.in fine.ff.ſi quis ius dicenti non obtempera.& Ioan. de Platea in l. quincunque, in principio: quod nota,quia eſt valde quotidianum. Hinc etiam eſt, q̃ ſi probata fuerit vacatio beneficij: & inſtitutio,licet de præſentatione aliter non conſtet,quam per verba narratiua inſtituentis, ex hoc tamen præſumitur præſentationem præceſſiſſe inſtitutionem: quia probatis extremis, præſumitur

medium. Ita ſingulariter dicit Felin. in c. poſt ceſſionem, in 4. collum. de probatio. allegans ad hoc gl. in d. ca. volumus, & deciſionem Rotæ 400. in nouiſſimis. ſed eſt 417. in nouis ſecundum numeros meos. Aduerte tamen, quia licet hoc poſſit procedere inter litigantes ſuper beneficio quatenus eos concernit, non credo tamen talibus literis ſtari in præiudicium patroni laici aſſerentis & ſuſtinentis ſe non præſentaſſe niſi aliter appareat: dicta tamen theorica, probatis extremis præſumitur medium, fallit quando medium eſt de ſolẽnitate: quia tunc probatis extremis, nõ præſumitur mediũ. Ita ſingulariter dicit Felin. in cap. 1. in 6. colum. de iud. vbi hoc dicit, quod licet probetur partem petiuiſſe a iudice aduerſarium citari, & aduerſarium citatum eſſe: tamẽ per hoc non præſumitur iudicem dediſſe commiſſionem citãdi, niſi aliter conſtet, quod tamen requiritur in omni citatione tã verbali quam reali vt ibi latius per eum, & per Iaſonem in rubrica, C. de edend. & per eundem in §. quadrupli, Inſt. de actio. & Hippolytum de Marſiliis in repetitione l. de vnoquoque. ff. de re iudica. & in locis per eum commemoratis: quod nota, quia facit ad multa. An autem medium † impertinens vel inhabile impediat extrema coniungi, vide tex. & docto. in l. qui ſella. §. final. & in l. tria prædia, & in l. ſi mihi. §. penul. ff. de ſerui. rulti. prædi. & bonum textum in l. Pomponius. §. quæſitum. ff. de acquireud. poſſeſ. & ibi vide Franciſcum de Aretio ſubtilitatum principem, qui ſingulariter dicit, tunc medium inhabile inhabilitare extrema, & impedire extrema coniungi: quando propter medium inhabile cauſa diſpoſitionis ceſſat, ſecus ſi cauſa diſpoſitionis duret ſeu ſubſiſtat. exemplum primi habes in caſu quotidiano poſito per Dyn. Bartol. Angel. Albe. de Roſa. & docto. in l. miles. §. quærebatur. ff. ad legem Iuliam de adulte. habes etiã alia exempla in dict. §. quæſitum, & in d. l. tria prædia, & in dict. l. qui ſella. §. fina. exemplum ſecundi habes in caſu quotidiano poſito per Ioã. And. in reg. finẽ culpa, in 2. dubio de regu. iuris lib. 6. in Mercurialib. & per eundem Ioan. And. in capitulo tanta, in apoſtilla ſuper verbo contractum, qui filiĩ ſunt legit. quem ſequitur ibi Panormit. in 1. colum. & Præpo. ibidem in 7. q. vbi pleniſſime illum articulum quotidianum examinat habes etiam de hoc ſecundo membro diſtinctionis

4

ctionis aliud pulchrum exemplum in d.l.ſi mihi. §. penulti. Quod commenda memoriæ, quia ſeruit quotidie in practica & per iſtud plura iura diuerſimodè loquentia, & multæ deciſiones doctorum prima facie pugnantes, poterunt ad cõcordiam reduci. Vt uidere poteris duas per Bartolum, Aretinum, & Alexand. in lege prima, §. item acquirimus. ff. de acquirend. poſſeſſio. & vnam aliam per Paulum de Caſtro, in eadem l. §. cæterum, & vnam per Baldum in Authenti. ſi quas ruinas, in fine, C. de ſacroſanctis eccle. ad quos remiſiſſe ſufficiat.

1 *Pluritas non præſumitur: & quatenus id procedat. & per totum.*

LOCVS A PRAESENTATIONE eiuſdem facti.

NVNC ſubnectemus locum a præſumptione eiuſdem facti, a quo ſumptum argumentum eſt probabile, forte, frequens, & vtile, & formatur hoc modo † Pluralitas non præſumitur, & ergo qui eam allegat, probare debet: text. eſt notabili ſecundum vnum intellectum in capitulo cum Ioannem eremita, de fide inſtrum. & ibi habetur pulchrè, per Felin. bonus text. in l. idem Pomp. ſcribit, ſi frumentum. §. fina. ff. de rei vendi. & in l. Sempro. Proculo, cum ibi no. ff. de leg. 2. & habetur per Bal. qui poſt Iaco. Butr. hoc firmat per plus ll. in lege. 2. C. de erro. aduo. & idem vult Bald. in l. conuenticulam, C. de epiſc. & cle. & idem Bal. in l. 1. in 2. col. C. quando prouo. non eſt neceſſe, & idem Bal. in l. neque natales, C. de proba. & notatur per gl. & docto. in l. eum qui. §. in pupilaribus. ff. de iureiurando, & per gloſ. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater, & ibi Alexã. de Imol. illo eod. titu. & idem volunt Anto. de Butrio, Io. de Imo. & Panor. in c. in præſentia, per illum text de proba. & Io. de Imo. in l. is qui reus, in penul. colum. ff. de pub. iudi. & idem Ioã. de Imol. & Alexan. in l. ſcire debemus, in princip. ff. de verbor. oblig. & docto. ſæpe alibi. & hinc ſingulariter dicit Bartolus

Digitized by Google

tolus in l.triticum.ff.de verbo.obligat.quod si constet, aliquem recepisse a me mutuo centum,& deinde ex interuallo idem per solennem stipulationem promittat mihi soluere centum ex causa mutui,& ego petam bis centum ipse autem dicat stipulationem intelligi de eisdem centum primo mutuatis:in dubio stipulatio etiam ex interuallo interposita præsumetur esse de eisdem centum, & non de diuersis: quia in dubio non debet præsumi pluralitas,maxime quando sequens actus potest aliquid operare: ut ibi latius per eum,quem in hoc sequuntur ibidem Ange.Paulus de Castro Ioan.de Imo.Alexan.& communiter docto. quod tenemenți.Hinc etiam singulariter dicit Franciscus de Aret. in consilio suo 36.& est de mente Bal.in l.testium,in 8.columna,C.de test.Quod si vnus ex testib.deponat de certo actu cum loco & tempore certo, & alter testis deponat de actu sine tempore & loco,quia forte non fuit interrogatus,vel si fuit interrogatus, dicit se non recordari : tales testes sunt contestes,& non singulares:quia secundus testis præsumitur deponere de eodem actu,de quo primus deposuit, ne pluralitas actuum præsumatur:quod memori teneas mente.Hint etiam singulariter dicunt Ioan.de Imo.& Alexan. post Bart.in dicta lege scire debemus, quod si peto quinquaginta tanquam promissa,& probo de centum:debeo obtinere in quinquaginta petitis, quia non præsumitur pluralitas promissionis, secundum eos. Hinc etiam est, quod in actu iterabili absolutoria lata in primo iudicio parit exceptionem rei iudicatæ in secundo,si non probetur iteratio, quæ non præsumitur:quod si probetur iteratio,tunc nõ obstat exceptio rei iudicatæ:Ita vult tex.notabilis in l.de eo. §.sæpius & ibi Bal.notat ff.ad exhiben. Hinc etiã est,quod substitutione facta impersonaliter pluribus, ita quod non apparet expresse a quibus præcise esset relictũ: videtur facta vltimo decedenti tantum,nec ille vltimò decedens videtur substitutus præmorientibus.Capè exemplum in casu quotidiano,post mortem omnium filiorum eorum decedẽtium sine liberis substituo Titium,vel dico q; bona mea deueniant ad Titium vel restituantur Titio.hoc casu non debemus interpretari,quod grauamen totum censeatur relictum ab vltimo moriente,quia sic esset opus subintelligere tacitam

tacitam ſubſtitutionem de ipſo ad præmorientes: cum ergo non præſumatur pluralitas diſpoſitionum in dubio. iurib. præalleg.& quia poſſumus interpretari grauamen impoſitũ ualere, ſi uideatur impoſitum omnibus pro parte ſua poſt mortem vltimi debemus interpretari & dicere grauamen impoſitum vltimo morienti pro parte ſua dumtaxat.Ita ſingulariter dicit Franciſcus de Are.in l.ſi pater impuberes. ff. de vulga. & pupil.de quo articulo vide ibidẽ late per Alex. & alios. Hoc tamen quod dixi, non pręſumi pluralitatem uel iterationem actus,limitatur tribus modis.primo vt nõ procedat quando ad ſuſtentationem diſpoſitionis expreſſę factę hoc eſt neceſſarium,ar.l.denique.§. interdum, ff.de pecul.legat.& ſentit Franciſcus de Aretio in d.l.ſi pater impuberes. Secundo vt non procedat quãdo actus apparet factus ſub duplici forma,quia tũc præſumitur fuiſſe iteratus, tex.eſt ſingularis in d.ca.cum Ioannes eremita,inducendo illum tex.vt cum ibi ponderant & inducunt Bal.& Felin.de quo ibi latius per eos,& facit l.licet.C.locati, ſecundum intellectum quem tangit ibi Ange. Tertio limitatur non procedere,quando ageretur de concordandis dictis teſtium cõtrariis,tex.eſt ſingularis ſecundum vnum intellectum in c. cum tu.de teſtibus,de quo uide latius per Ioan.de Imo.Panor.Feli.& alios ibidem,& per Feli.in d.c.cum Ioan.eremita,& per eundem in c.auditis. in 16.colum. de præſcrip. & per Alciatum paradoxorum lib.4.c.13.Quę omnia commẽda memorię tanquam pulchra,vtilia,ſingularia,& quotidiana,& vide quod dicam infra loco proximo.

1 *Diuerſitas factorum ſequitur a diuerſitate temporum.*
2 *Diuerſitas in tempore aut in loco diuerſificat ſubſtantiam.*
3 *Diuerſitas temporum inducit contrarietatem & incompaſſibilitatem.*
4 *Teſtibus contraria deponentibus quibus ſtabitur.*
5 *Diuerſitas loci vel temporis quando vitiet dictum teſtis, & quando non vitiet.*

LOCVS

temporum.

COMMODE ſubſequitur nunc locus a diuerſitate temporum, a quo ſumptum argumentum eſt probabile, forte, frequẽs & vtile, & formatur dupliciter vno modo in actu iterabili ſic, a diuerſitate † temporum ſequitur diuerſitas factorum, text. eſt notabilis in
1 hunquam plura. ff. de prima delictis, & bonus tex. cum ſua ſingulari glo. in c. nihilominus 3. q. 9. & habetur per gl. in capitu. cum igitur 35. q. 1. & per Bart. in lidenunciaſſe §. quid tamen, quem legit ſub l. qui uxori. ff. ad legem Iuliam de adulte. & per Baldum in l. 1. in decimaquinta columna, C. qui accuſa. non poſſunt, & per eundem Bald. in l. conuenticulam, C. de epiſcopis & cleri. & per Specula. in titu. de teſte, in §. Iam de interrogatoriis, in uerſi. quid ſi vnus & per Panor. & canoniſtas in cap. cum tu, de teſtibus, & per Paulum de Caſtro in l. cum te, C. de probatio. & faciunt notata per gloſ. ſingularẽ in l. Panthonimus. §. rei per duellionis. ff. de acquirenda hereditate. & hinc eſt, quod ſi per duos teſtes probetur, quod commiſiſti adulterium de menſe Maij in tali loco, & per alios duos teſtes probetur, quod commiſiſti adulterium de menſe Auguſti in alio loco, probatum eſt adulterium bis fuiſſe commiſſum, ſecundum Panormitanum & alios in d. cap. cum tu, & ſentit Ioannes Andr. in dicto §. Iam de interrogatoriis, verſiculo, quod ſi vnus: ſi autem vnus teſtis deponat de adulterio commiſſo vno tempore, & alter de adulterio commiſſo alio tempore, ambo ſunt ſingulares, & non probant. capitulo bonę j. de elect. cum ſimilibus: & ſi poteſt conſtare de vnitate actus, vel per confeſſionem partis, vel ex dictis ipſorum teſtium, tunc tales teſtes nedum non probant, ſed tanquam falſum deponentes ſunt puniendi: hoc probatur multum bene in capitulo cum Ioannes eremita, circa finem de fide inſtrumento. & Danielis 13. in teſtibus deponentibus contra Suſannam: nam ex quo deponebant de eodem tempore colligebatur vnitas actus, & ergo diuerſitas in loco commiſſi

adul-

adulterij ex eorũ depositione resultãs induxit contra eos præsumptionem falsitatis, vt ibi habetur: & est de mente glo. in d. capitu. nihilominus, & de mente Panormitan. Fel. & doctorum in d. capitu. cum tu, & de mente Bald. in leg. in exercendis, in quarta columna, C. de fide instrumento. & hinc Spec. in d. tit. de teste. § Iam de interrogatorijs, versi. quid si vnus, dat cautelam, ꝙ fiat positio per partem vel interrogatorio per iudicem, de vnitate actus: & idem vult Io. de Imo. & alii canonistæ in d. cap. cum Ioannes eremita. Hz
2 lud autem non habet dubium, † quòd diuersitas in tempore diuersificat substantiam, l. si communem, §. si is qui, & ibi Paul. de Castr. notat, ff. quemadmodum seruitus amitta. & similiter diuersitas in loco, vt notatur per glosam singularem in d. l. Panthoninus, §. rei per duellionis, & plene per Bartolum in d. l. denunciasse: secus autem est in eo, quod differt secundum plus & minus: nam non dicitur differre in substantia, l. fina. ff. de fundo instructo, & est textus notabilis in l. is cui uia, ff. quemadmodum seruitus amittatur, & sentit Baldus in d. §. si is qui, & Zasius in commento l. quod Nerua, in principio, ff. depositi: nisi adiectio qualitatis aliud inducat, iuxta ea quæ dixi supra in loco ab effectu eorum quæ simul requiruntur ad esse, & sentit Baldus in d. leg. is cui via. Secundò istud argumentum formatur in actu non iterabili, vel in actu iterabili, de quo constat per confessionem vel alias, quòd non interuenit nisi vnicus: hoc modo
3 † diuersitas temporum inducit contrarietatem & incompassibilitatem, Primum de actu non iterabili probatur in d. l. 1. secundum quintam lecturam glo. C. qui accusare uon possunt, & vult Ioan. de Imo. in c. cum causam 1. in 3. col. de testibus, & sentit Salicetus in l. apud antiquos, in 2. colum.
4 C. de furtis. Et ecce exemplum. Duo testes † dicunt Titiũ occisum de Mense Maij, alij autem dicunt eum occisum de mense Augusti, nam sunt contrarij: & sic vel neutri depositioni stabitur, vel stabitur dignioribus & verisimiliori deponentibus, secundum determinationem l. ob carmen. §. fi. cum sua singulari gl. ff. de testibus, & c. in nostra, cũ sua gl. eod. tit. & ita notabiliter dicit Bart. in l. 1. §. non aũt. ff. de bonor. possessio. secund. tabulas, & doctores sæpe alibi. Hinc etiam ad propositum nostrum non inepte dicit Bald. in d. l.

con-

conuenticulam,in vltima colum.quòd argumentum ab impossibili procedit in teste,vt si testis dicat,q; tali die Titius non fuit vulneratus, quia præcedente die fuit occisus, valet & concludit eius depositio,d.l.cum sua glo. C.qui accusa.non poss. Secundum de actu iterabili vnico probatur in d.c.cum Ioannes eremita, & ibi tangitur per doct. canonistas,& per Specu.in d.vers.quid si vnus. Prædicta tamen limita, & intellige vera in actu instantaneo non durabili, in actu autem successiuo seu durabili ex probatione diuersorum temporum nulla sequitur contrarietas, l.inficiendo,§. infans,& ibi habetur.pulchrè per Bar.& Ang.ff.de furtis,& notatur per gl.Bar.Bal.Ang.Paul.de Cast.Alexan. de Imo. Iason.& docto.in l.cum qui.§.in popularibus, ff de iureiurando,& habetur per Specu. in d.versic. quid si vnus,& per Bald.in d.l.conuenticulam: Vnde si duo testes probant, q; ego tenui aliquid appensum circa viam publicam de mense præterito,& duo alii testes dicunt de mense præsenti, tales non sunt contrarii: & similiter si duo testes dicant me tenuisse vxorem Titii de mense præterito, & alii duo testes dicunt de mense præsenti, tales non sunt contrarii: & pariformiter si duo testes dicunt, quòd viderunt dominum Petrum celebrantem hora tertiarum, alii vero dicunt se vidisse hora nonarum, isti non sunt contrarii: quia missa potest tandiu durare,secundum Specul.lege prædicta,actus enim continuationem recipiens & durans certo tempore, censetur vnus actus a principio vsque ad finem,vt dicit gl. notabilis in d.§. in popularibus, quæ inducitur ad plures notabiles & quotidianas quæstiones, vt ibi videre poteris per docto.& signanter per Iasonem, ad quem quia ab omnibus habetur remisisse sufficiat. Si autẽ plene vis instrui de hoc
5 articulo quotidiano, † quando diuersitas loci vel temporis viciat dictum testis, & quando non:item quando testis debeat necessariò deponere de tempore,& quando non: item quando diuersitas in causa dicti testium inualidat eorum dictum,& quando non:vide pulchrè per Innocent.Io.And. & canonistas in cap.qualiter & quando 2.de accusat. & per Speculat.in d.§.iam de interrogatoriis,in vers. & breuiter scias, & pulchrè per Dominicum in d.capit.nihilominus, & eleganter per Petrum de Ancharano in consilio suo 439.

incip.

incipiente, In Christi &c. ex præmissa facti narratione, &c. in secundo dubio: & pulchrè per Fel. & alios in cap. licet ex quadam, de testibus, vbi reperies ad satietatem. Quæ omnia commenda memoriæ, quia sunt vtilia, & seruiunt ad multa, & vide quod dixi supra loco proximo.

SVMMARIA IN LOCVM A PACTO ad legem, &c.

1 *Argumentum a pacto ad legem, statutum, vel consuetudinem formatur dupliciter: affirmatiue scilicet, & negatiuè. et n. 10.*
2 *Circunstantiæ contractum possunt tolli per pactum.*
3 *Pacto quis potest teneri ex delicto alterius.*
4 *Interesse potest pacto contrahentium taxari.*
5 *Pacto potest alicui rei imponi onus reale, quod transeat ad ecclesiam.*
6 *Obligari pacto quis potest, vt teneatur credere iuramẽto alterius.*
7 *Princeps pacto suo obligatur, non autem lege sua.*
8 *Iuramentum pacto potest remitti ab eo, in cuius fauorem præstitum est, non per statutum.*
9 *Factum de non appellando ante prolationem sententiæ, valet.*
11 *Argumentum a lege, statuto vel consuetudine ad pactum valet negatiuè.*

LOCVS A PACTO AD LEGEM, STATVtum, vel consuetudinem.

OCCVRRIT nunc locus à pacto ad legem, statutum, vel consuetudinem, a quo sumpti argumentum est probabile, forte, frequens & vtile, quando formatur vt debet: formatur 1 autem dupliciter. Vno modo affirmatiuè sic. Quicquid potest fieri per pactum, potest etiam fieri per legem, statutum, vel consuetudinem: textus est singularis in l. fin. & ibi id notant Barto. Bald. Salice. & doctores, C. de fideiussoribus, & est glosa in leg. non solum. §. fin. super verbo hæredis, in principio, ff. de noui operis nunciatione & glosa plenior in rubrica, C. de decr. decurio. libro 10. & bona gl. in c. 2. super verbo officiali, in fi. de consue. li. 6.

& ra-

& ratio iſtius eſt, quia maior eſt poteſtas legis, quam hominis, qui legi ſubeſt: & argumentum à minori ſeu à fortiori ſemper procedit affirmatiue, vt dixi ſupra in loco a minori: quod eſt vtile ſeruiens ad multa. Et gratia exempli pro inſtructione iuuenum iſtud primò facit ad hoc, quòd ſicut
2 † circunſtantiæ contractuum poſſunt tolli per pactum, ca. vnico, de commoda. & c. bona fides, de depoſito. Ita etiam circunſtantiæ actus poſſunt tolli per legem, ſtatutum, vel conſuetudinem: Ita dicit gloſa ſingularis in d.c. 2: in verbo officiali, in fine, cum qua ibi tranſeunt Dominicus & Philippus Francus. Secundò iſtud facit ad hoc, quod ſicut †pa-
3 cto contrahentium fieri poteſt, vt pater teneatur pro delicto filii pecuniariter: ita etiam hoc fieri poterit per legem, ſtatutum, vel conſuetudinem: & ualebit lex, ſtatutum, uel conſuetudo, hoc diſponens. Ita dicit gloſa ſingularis in d. rubrica, C. de decre. decurio. libro decimo: quam ibi approbat Ioann. de Platea. Imò quod fortius eſt, valet cõſuetudo ſeu ſtatutum diſponens, quòd quis corporaliter puniatur pro delicto alterius: vt eſt gloſ. ſingularis in c. cum homo, xxiii. q. v. quam ad hoc ponderat & ſingularem reputat Ludo. de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari 130. Sed hoc vltimum non credo verum, & contrarium eius tenet Bal. in rubrica, C. res inter alios acta, & Salic. in l. 1. C. illo eo. tit. & Felin. in cap. ius generale. 1. diſ. circa finem; quod nota. Tertio iſtud
4 facit ad hoc, quòd ſicut † partes poſſunt inter ſe limitare & taxare intereſſe in contractu, ſit quòd eorum taxationi ſtetur ſine alia probatione, ut ſentit glo. in cap. cum dilecti, de foro comp. quam ad hoc ponderat Alber. de Roſate in l. 1. circa finem, C. de ſumma trin. & fi. catho. Ita etiam hoc fieri poterit per ſtatutum, ſecundum Alber. ibidem, qui dicit ſic ſeruari Bergami. Quarto iſtud facit ad hoc quod ſicut contractu principali exiſtente nullo, pacta in eo appoſita nihil operantur, imo carent effectu; ut eſt textus notabilis iuncta gloſa in l. 1. C. de condict. ob cauſam; Ita etiam hoc caſu ſtatuta loci idem diſponentia non ſortientur effectum, ita ſingulariter dicunt Bal. Ang. & Salice. in d. l. 1. per illum textum iuncta l. ſi vero. §. de uiro, ff. ſoluto matrimonio. & per gl. in dict. rubrica, C. de decret. de curio. libro 10. quæ æquiparat pactum & ſtatutum, quod eſt nota dignum, quia

quoti-

5 quotidianum Quinto iſtud facit ad hoc,quòd ſicut per † pactum priuati hominis,poteſt ei imponi onus reale,quod etiã tranſeat ad eccleſiam,cap.verum,de condit.appoſi. cum ſimilibus,ita & fortius per ſtatum loci poterit hoc fieri, etiã vt res afficiatur tali onere,poſtquam peruenerit ad eccleſiam.Et ita ſingulariter concludit Calder.in conſilio ſuo 7. ſub titu. de conſtitu.poſt Barto.& alios in l.reſcripto.§.finali.ff.de mune.& hono.& idem concludit Petr.de Anchara. in cõſilio ſuo 103.incipiẽte,in Chriſti,&c. habet ſtatutum & quod commẽda memoriæ.Sexto iſtud facit ad hoc,quod
6 ſicut † valet pactum quo promitto ſtare ſacramento vel ſimplici verbo tuo ſuper damnis & intereſſe, vt concludunt Bart.Ioan.de Imo.& doct.in l.fina.ff.de prætor. ſtipula. Ita etiam valebit ſtatutum vel conſuetudo diſponens, quod credatur ſcripturæ priuatæ vel libris mercatorum,in modica ſumma: argueudo à pacto ad ſtatutum vel conſuetudinem:ſecus tamen,ſi ſtatutum vel conſuetudo ſit indiſcreta,diſponens ſcilicet quod omni ſcripturæ mercatorũ crederetur pro ſe:Ita ſingulariter vult Bald.in l.vnica in 3.columna.C.de confeſſis;quem refert & ſequitur Pano. in capibone 2.circa finem de poſtula.prælato.& Alexan.de Imola, & Iaſon.in l.quidam.§.numularios.ff.de edendo,quod tene menti.Hoc tamen quod dixi ualere argumentum a pacto ad legem, ſtatutum, uel conſuetudinem affirmatiuè, procedit ubi eſt eadem ratio. ſecus ſi diuerſa, quo caſu aliquid poteſt fieri per pactum & non per ſtatutum, exem-
7 pli gratia † per pactum ſuum princeps obligatur capitulo primo de proba.& capitulo 1.de natura feudi,in uſibus feudorum.& tamen lege ſua vel ſtatuto, princeps non obligatur,l.princeps.ff.de legibus,& lege digna vox,C.eodem titulo cum vtrobique notatis de quo articulo pulchro & quotidiano vide latè per Ioann.Andreæ in regula cui licet, de
8 regulis iuris libro 6.in Mercurialibus.Item per † pactum poteſt remitti iuramentum ab eo in cuius fauorem preſtitũ eſt,vt eſt textus ſingularis in capit.ſecundo,de ſponſalibus. & tamen iuramentum à ſtatuto laicorum tolli non poteſt, vt ſingulariter decidit Alexan. de Imola in conſilio ſuo 59. primi voluminis incipiente Redemptoris &c.uiſo inſtrumẽto &c.in 3.columna in verſic.non obſtat tertium.Item cape

9 aliud exemplum, valet † pactum de non appellando ante prolationem ſententiæ interpoſitum, vt eſt text. notabilis in l.finali,in fine, C.de tempo.appellat. & tamen non valet ſtatutum prohibens à ſententia appellari, ut eſt text.peculiaris in capitu. venientes. de iureiurando: & ratio diuerſitatis eſt, quia pactum directe non tangit ius ſuperioris, ſed paciſcentes abdicant a ſe quòd eſt in eorum facultate: ſtatutum autem de non appellando diſponit directe contra ius ſuperioris. & ita notabiliter dicit Panor. in capitu. cum dilectus, in 8.col. de arbitris: quod tene menti. Item cape aliud exemplum. diſpoſitio legalis vel ſtatuaria generalis, concepta verbis vniuerſalibus de futuro, continens actus nouri conceſſionem,recipit reſtrictionem de habilitate perſonæ: Iſta eſt doctrina Barto,& doctorum in l prima, §.nunciatio, ff.de noui operis nuncia. & hoc ne inducatur correctio alterius legis: ſecus tamen eſt in diſpoſitione hominis, vel in contractibus verbis vniuerſalibus conceptis, quia non recipiunt illam reſtrictionem: Vnde ſi aliquis acquirat feudum pro ſe & filiis & quibuſcunque hæredibus, illa vniuerſalis,quibuſcunque, non reſtringitur ad habiles, licet ſi acquiſitio noui iuris, imò ueniũt etiam penitus extranei, & ſic per illam uniuerſalem alteratur natura feudi: iuxta ea quæ habentur in ſimili in capitu. 1. de feudo non ha.propriam feu.naturam. Ita ſingulariter decidit Bal. in l.prima,ff.de rerum diu.in 33.& 48.quæſt. & idem Bal. in capitu.imperialem, in principio, in verſicu.ſed quid, de prohib.feu.alien.per Feder. & iſtam deciſionem ſequitur Alexand.de Imo.in l.ſi patroni, in penul.colum.ff.ad Trebell.& Iaſon in d.l.prima, §.nunciatio, in verſicu.3. limita iſtam concluſionem,& idem Iaſon in præludiis feudorum, in 19.colnm.in verſic.3.limita niſi feudum,quod tene menti,quia eſt ſingulare & quotidianum,multum limitans notata per glo.& doctores in l.ex facto,§.finali,ff.ad Trebell.

Secundo argumentum ex hoc loco poteſt formari negati-
10 uè, hoc modo: † Quod non poteſt fieri per pactum, non poteſt etiam fieri per legem,ſtatutum,vel conſuetudinem. nam pactum, lex,ſtatutum & conſuetudo, æquiparantur & paribus paſſibus ambulant.de primo,puta de pacto & lege, eſt text.in l.fi.C.de reb.alien.non alienandis,& d.l.final.C.

de

de fideiuſſ.de ſecundo,puta de pacto & ſtatuto,eſt gl.notabilis in d.rubrica, C.de decre.decurio.lib.10. & de tertio, puta de pacto & conſuetudine, eſt text.in cap.ſacroſancta, iuncto c.Maſſana,de elect.& notat Io.And. in d.c.ſacroſancta,& gl.in d.cap.2.& ibi Ioannes Andreæ in nouella, aſſignando rationem dicit, quod hoc eſt ideo,quia conſuetudo eſt tacitum pactum, l.de quibus,& leg.ſed ea ff.de legibus, ſed iſtud debet limitari verum, ut procedat, quando aliquid non poteſt fieri per pactum, quia turpe, uel contra bonos mores:tunc enim illud non poteſt fieri etiam per legem,ſtatutum,vel conſuetudinem: quia lex debet eſſe honeſta,iuſta,& poſſibilis, cap.erit autem lex.4. diſt.alias autem ceſſante turpitudine, non valet argumentum a pacto ad legem negatiuè.Imo infinita poſſent fieri per legem,ſtatuum,uel conſuetudinem,quæ nõ poſſent fieri per pactũ, ut declarat notabiliter Bart.in repetitione l.omnes populi, in 3.q.tertiæ quæſ.principalis, ff.de iuſtitia & iure, & idem Barto.& Paul.de Caſtro in l.non impoſſibile,ff.de pactis,& Joannes de platea in d.rubrica, C.de decr. decurio. lib.10. & eſt de mente glo.in l.nec ex prætorio,& in l.neq; pignus, §.in priuatorum, ff.de regulis iuris, & de mente gloſæ in l. ſecunda,circa medium,C.quæ ſit longa conſuetudo, & ibi hoc ſentit Cyn.in ultima columna,& Dominicus in d.ca.2. & uult expreſſe Bald. & Angel.in d.l.fin. C.de fideiuſſo. & idem Baldus latius in repetitione d.l.de quibus,in ſecunda & tertia col.quo recurre. & per præmiſſa concluditur, non ualere conſuetudinem uel ſtatutum, uigore cuius permitteretur creditori euincere pignus in perpetuum abſq; ſpe luitionis per debitorem fiendæ reſtituto principali & aliis in euictione ſolutis:quia talis conſuetudo uel ſtatutum, uidetur ferre opem ad delictum contra legem dei:unde ſicut reprobatum eſt pactum legis commiſſoriæ in pignoribus, ex eo quia eſt contra bonos mores & fauens uſurariæ prauitati,c.ſignificante,de pignori.& l.1.& l.fi. C.de pactis pigno.cum ſimilibus.ita etiam nõ debet ualere ſtatutum uel conſuetudo in caſu præmiſſo,per prædicta:& ita ſentit Bal. in repetitione d.l.de quibus,in tertia colum. & idem Bald. in repetitione l.Aemilius,in duodecima colum. ff.de min. & in conſi.ſuo trigeſimoſecundo quintæ partis:quod tene

menti, quia vidi in quæst. facti magnam de hoc altercatio-
11 nem econtra † autem a lege, ſtatuto, vel conſuetudine ad pactum non valet argumentatio affirmatiuè, ſed bene negatiuè:quia à maiori ad minus non licet arguere affirmatiuè,ſed bene negatiue, vt dixi ſupra in loco à maiori, in loco a genere ad ſpeciem & in loco a toto ad partẽ : ad quos recurre.& iſtud ſentit gloſa in §.cum autem impubes , ſuper verbo iubetur, Inſtitutis de adoptionib. & firmat Bart. in l.alia,§.eleganter,circa fi.ff.ſoluto matrimonio, & Laſon in d.l.non impoſſibile,vbi hoc declarat per plura exempla, quæ habuit à Baldo in repetitione d.l.de quibus, ad quem remiſiſſe ſufficiat. Nec præmiſſis obſtat.d.l.non impoſſibile,quia ibi non plus probatur,quam quòd in pactum deduci poteſt illud ad quod quis de iure tenetur, ex quo inferri non poteſt, quòd omne illud poteſt fieri per legem , poſſet etiam fieri per pactum:licet gloſ.Bar.& plures alii:ſummando illam legem videãtur prima facie aliud ibi ſentire:quod no.quia poſſes faciliter decipi, ſi non perpenderes.

SVMMARIA IN LOCVM A VI GEMINATIONIS.

1 *Verborum geminatio, ſeu actus reiteratio denotat firmitatem propoſiti.*
2 *Confeſſio extraiudicialis geminata habet vim confeſſionis iudicialis.15.*
3 *Conſenſus geminatus tantum operatur quantum conſenſus iuratus.*
4 *Verba geminata in diſpoſitione impediunt reſtrictionem de habilitate.*
5 *Statutum debet interpretari ſecundum ius commune, quando alias quis indebitè damnum pateretur.*
6 *Verba enuntiatiua geminata probant.*
7 *Geminatio reſcripti habet vim clauſulæ, non obſtante lege: & & clauſula ex certa ſcientia.*
8 *Obligatio naturalis geminata actionem parit.*
9 *Mora geminata non purgatur.*
10 *Sententia interlocutoria bis confirmata eſt irreuocabilis.*
11 *Confeſſio ſimplex geminata non poteſt pretextu erroris reuocari*

12. Di-

Digitized by Google

32 Dispensandi cum spurio, item cum incestuoso facultatem habens, non poterit dispensare cum spurio & incestuoso simul.
36 Differentia inter geminationem scripto vel ore prolatam.

LOCVS A VI GEMINATIONIS.

OFFERT se nunc locus a vi geminationis à quo sumptum argumentum est probabile, forte, frequens & vtilissimum, seruiens ad diuersos & infinitos effectus, & formatur hoc modo. Verborum geminatio, seu actus reiteratio, denotat firmitatem propositi voluntatis & consensus, & inducit diuersitatem iuris ab actu simplici: text. est notabilis in l. 50. ff. de probatio. & in l. balista, iuncta gloss. ff. ad Trebellia. & in l. si mulier 2. & in Authent. siue à me, C. ad Velleia. & in l. cum scimus, & ibi Bartolus. C. de agrico. & censi. libro 11. & in cap. eam te. de rescriptis, vbi Baldus dicit, quòd verba geminata significant præcisam intentionẽ, cum similibus, de quibus infra: Quod facit ad multa. & inter alia gratia exempli pro instructione iuuenum istud primò facit ad hoc, quòd qui bis aliquid facit, non potest contra id opponere: quia vbi interuenit geminatio, ibi præsumitur plena deliberatio, in Authen. vt nulli iudicum. §. & hoc verè iubemus, collatio. 9. Ita notabiliter dicit Bald. in suo aureo consilio scismatis, posito in rubrica, C. si quis aliquem testa. prohibu. Secundò facit ad hoc, quòd qui iterauit conuicium, non videtur ex iracundia, sed ex deliberatione dixisse. Ita dicit glos. notabilis in capitu. si quis iratus 2. quæst. 3. & allegat dict. l. si mulier: non tamen per hoc credas, quòd dicens conuicium calore iracundiæ non teneatur actione iniuriarum: imò tenetur, sed grauius punitur, qui conuicium iterauit, vel in eo perseuerat, leg. si non conuicii, C. de iniuriis, & ibi de hoc habetur pulchre per Salycetum qui cæteris clarius & perfectius loquitur, quem omnino vide. Tertio istud facit ad hoc, quod licet confessio
2 † facta coram notario, non in figura iudicii non præiudicet, tamen si fuerit geminata, præiudicat, etiam si fit præiudicialis libertati: vt est casus in dict. l. cum scimus, & ibi circa medium hoc notat Bartolus, qui etiam illic circa si-

nem ſingulariter dicit per verbum, forte, quòd confeſſio extraiudicialis geminata habet vim, & effectum confeſſionis iudicialis vnicæ, & hoc dictum, tanquam ſingulare referunt, & ſequuntur Panormitanus & Felinus, in capitulo ſi cautio. de fide inſtrumentorum, & Paulus de Caſtro in leg. publia. ff. depoſiti, & Ludouicus de Roma in leg. nuda, ff. de donatio. & ratio vtriuſque dicti eſt, quia licet quis, non præſumatur velle ſe obligare abſenti, tamen iſta præſumptio defectus voluntatis tollitur ratione geminationis, iuribus prælega. & idem reperio velle Paulus de Caſtro in conſilio ſuo 175. incipiente, In Chriſti nomine, amen, ſuper primo videtur, circa finem, vbi ſingulariter dicit quod confeſſio extraiudicialis emanata etiam abſente parte, ſi ſit ita frequens quòd tranſeat quaſi in publicam vocem & famam, præiudicat confitenti: & ſequitur Præpo. in capitulo ex literis, de diuortijs. Quarto facit ad hoc, † quòd conſenſus
3 geminatus tantum operatur quantum conſenſus iuratus, ex quo duo ſingulariter inferuntur. primum eſt, quod ſicut conſenſus mulieris iuratus, validam reddit alienationem fundi dotalis, capitul. cum contingat, de iureiurando. Ita etiam conſenſus geminatus dict. Authent. ſine a me, & ita ſingulariter colligitur ex not. per gloſ. Panormita. & doctores in dict. capitu. cum contingat. Secundum eſt, quòd quemadmodum mulier fideiubens pro alio, non poteſt ſe iuuare beneficio Velleiani, quando iurauit. Ita nec quando in fideiubendo interuenit conſenſus geminatus. Ita ſingulariter probatur in dict. leg. ſi mulier, iunctis not. per glo. ſingularem, Panormitan. Ioann. de Imola & doctores in capitul. ex reſcript. de iureiuran. Quinto facit ad hoc, exceptio non numeratæ pecuniæ, vel non numeratæ dotis, non poteſt opponi per eum qui bis cum interuallo temporis confeſſus eſt, ſe recepiſſe pecuniam vel dotem: niſi velit in ſe aſſumere onus probandi. Ita ſingulariter dicunt Panormitanus & Felinus in dict. capit. ſi cautio, & eſt de mente Ioann Andr. in additio. ad Specul. in rubrica, C. de donatio. inter virum & uxorem, & hoc etiam vult Bald. in leg. cum fidem. per illum text. C. de non num. pecu. Sexto facit ad hoc, quòd licet notarius ſibi aſcriben s in teſtamento, puniatur pœna falſi, leg. ſi quis legatum, in principio. ff.

ad le-

ad legem Corneliam de falsis:hoc tamen non procedit,quã do sibi ascripsit sub pluribus,& geminatis cõditionibus.tex. est de hoc singularis iuncta glos.secundum vnam lectu;am, quam approbat Barto.in leg.diuus.§.final.ff.eod.titu.& me minit Ludouicus de Roma in aurea sua repetitione leg. si vero.§.de uiro,31.fallentia.ff.soluto matrimo.Septimo facit ad hoc,quod relaxandus fideiussoribus iuxta leg. pri.ff. de custo.reo.si consueuit aufugere,perdit beneficium dandorum fideiussorem. Ita dicit glos.singularis in l.lege Cornelia.& ibi Bald.Albe.de Rosate,& doct.eam ad hoc notãt & commendant.ff.ad Silleia.& docto.sæpe alibi.Octauo facit ad hoc, quod licet dispositio legis vel statuti concepta verbis vniuersalibus,vel generalibus recipiat interpretationem restrictiuã de habilitate personæ,leg.1. iuncta glos. in verbo vnusquisque,C.de sacros.eccle.& l. vt gradatim.§.1. ff.de mune.& honor.cum similibus. tamen hoc † non procedit, quando in dispositione sunt verba geminata, tunc enim non posset fieri congrue restrictio ad habiles,quia verba non paterentur,l.promittendo,in principio, iuncta glos. ff.de iure dot.Et hinc notabiliter dicit Salice,in repetitione l.2.C.de noxal.actio.quod si statutum loci disponat, quilibet cuiusuis conditionis possit testari, tale statutum non restringetur ad habiles secundum ius commune, quia illa verba cuiusuis conditionis hanc restrictionem non patiuntur,secundum eum:limitando tamẽ,vt ibi per eum, & per Barto.& alios in dicta lege prima,de hoc tamen articulo quotidiano,an & quando, dispositio generalis geminata recipiat restrictionem de habilitate uide latius per Iasonẽ in præludiis feudorum,col.19.in versicu.tertio limita,& in locis per eum commemoratis, quo recurre. Nono facit ad hoc,quod licet statutum simpliciter disponens, quod occidens hominem decapitetur,recipiat restrictionem,dummodo talis fuerit in dolo,vt singulariter decidit Bald.in l.data opera,in 3.colum.C.qui accu.non poss.& dixi late supra in loco ab absurdo:tamen si statutum disponeret, quod occidens hominem quouis modo,vel qualitercunque,decapitẽtur: non recipit restrictionem vel distinctionem, an dolo homicidium commiserit,vel non. Ita singulariter dicit Sal. in repetitione d.l.2.in 3.colum. Sed aduerte, quia in pra-

&ica nequaquam hoc admitterem, cũ agatur de nimis magno præiudicio,puta de morte hominis,cuius nunquam cũ &atio longa eſt.Et licet ſciam Alex.de Imo. in l. & ſi ſeuerior,circa finem,C.ex qui.cau.inſa.irrog.& Feli.in c ſedes, in 9.colum.de reſcrip.ſe qui hoc dictum Salice. & etiam Zaſium in articulo illo,an vniuerſalis ſermo ſeu enunciatio, vniuerſaliter intelligatur quem examinat in libello cui titulus Intellectus iuris ſingulares tamen eorum autoritas me non mouet,cum ratio naturalis & æquitas ſuadeat,hoc caſu hanc generalitatem reſtringi ad eum qui doloſe occidit, quæ ratio & æquitas mihi ſunt pro aũtore,alias autem generaliter intelligendo dictum Saliceti, ſequeretur abſurdum.maximè in caſu defenſionis, quem tamen caſum ſub dubio forte etiam comprehendere videtur Salic.cõtra quẽ in hoc caſu tenet Ioan.Baptiſta in repetitione l.omnes populi,in cap.10.columna.ff.de iuſtitia & iure, & idem abſurdũ ſequeretur in homicidio caſuali,de iure non punibili: & faciunt notata per gl.ſingularem & docto.in l.finali:§.in computatione,C.de iure deliberan.li,vbi ſingulariter habetur,
5 quòd † ſtatutum debet interpretari ſecundum ius commune,etiam ſi ſic interpretando nihil operaretur quando alias quis indebite damnum pateretur,prout contingeret in caſu ſubiecto faciunt etiam ea, quæ ſingulariter conſulendo adducit Paul.de Caſtro,in conſilio ſuo 193.incipiente, In Chriſti nomine,amen. In cauſa incarceratorũ in antiquis: facit etiam elegans dictum Panormitani,in cap.1.in fine declandeſti.de ſponſa.Vbi ſingulariter dicit, quod pro uitanda abſurditate vel violatione aliarum regularum,diſpoſitio debet intelligi cum aliquali impropriatione,ſi aliter ſaluari non poteſt.Præterea contra deciſionem Saliceti facit deciſio gloſæ in dic.l.promittendo,in principio.in verbo conditionis,in finalibus verbis, quam reputat ſingularem Iaſ. in l.1.§.nunciatio.ff.de noui operis nunciatio.ad hoc quòd quantumcunque lex loquitur generaliter etiam cum gemination verborum,tamen reſtringitur quando quid cenſetur diſponi,fieri, vel admitti contra ius naturale: ad quod etiam facit l.finali.C. de teſta.militari, quam ad hoc notat Alexand.de Imol.in dicto §.nunciatio, quæ optimè probat iuncta lege prima, ff.de milita. teſtam. quod tene menti,

Decimo

Decimo facit ad hoc, quod licet in dispositione testatoris, qua relinquit vxori omnia quę habet in domo, non veniant frumentum quod ibi habebat causa vendendi, vt est tex. notabilis in l. generali. §. vxori. ff. de vsufruc. lega. tamen si vltra terminum vniuersalem adiiciatur dictio, quoquomodo, vt quia, diceret, relinquo vxori omnia quæ quoquo modo in domo habeo, tunc non fieret illa restrictio, imò veniret etiam frumentum venale, propter virtutem geminationis. Ita notabiliter dicit Bartol. in d. §. vxori, circa fi. & sequitur Iason in d. l. 1. §. nunciatio. Cui decisioni consonat doctrina Bald. in l. fi. in 1. colum, C. sine censu vel reliquiis quam sequitur Iason in præludiis feudorum in d. versi. tertio limi-
6 ta. circa finem. Vndecimo facit ad hoc, quod † verba enunciatiua, quæ regulariter non probant l. ex hac scriptura. ff. de donat. cum similibus, si fuerint geminata probant. Ita notabiliter vult Bar. in d. l. cum scimus, & Panorm. in repetitione c. per tuas, de arbitris, & Iason in l. ex his verbis in prima fallentia, C. de testamen. milit. & probatur in l. 1. in fine, ibi, & secundis confessionibus, C. de plus petitio & ratio est: quia geminationes seu reiterationes arguunt magnam firmitatem propositi, vt supra dixi. Duodecimo facit ad hoc, quod licet hæreticus paratus corrigi non tradatur curiæ, seculari, capitulo penult. §. si quis de hæreticis tamen si geminata vice labitur in hæresim, non auditur, cap. super eo, & c. accusatus, de hæreti. lib. 6. quod licet uideatur per quã durum. tamen quia per ecclesiam in fauorem fidei & detestationem criminis hæreseos ita statutum est, obseruandum est, c. in memoriam. 19. dist. & l. prospexit. ff. qui & a quibus & idem dicit Albe. de Ro. in l. omnimodo, C. de inoffi. test. in crimine contra naturam: quod nota. Decimo tertiò facit ad hoc, quod si in instrumento venditionis his dicatur, & si plus valet, donat: vel si dicatur omne totum vel quicquid plus valet, donat, cessat remedium l. 2. C. de rescin. vend. scilicet non rescindatur venditio ob deceptionem vltra dimidiam iusti prætii, vel iustũ præcium suppleatur, vbi alias remedium d. l. 2. locum haberet. Ita dicit Bal. in d. l. 2. in 7. q. de hoc tamẽ vide latius per Pan. egregie loquentẽ in disputatione sua incip. stãte statuto, in antepenu. & pen. col. & per eũs in d. l. 2. Decimoquartò facit ad hoc, q licet nullo iure

cauetur,

caueatur, decretum bis esse interponendum, tamen optima cautela est, quod bis interponatur. Ita notabiliter dicit Bal. in l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum, & doct. sæpe alibi. Decimoquinto facit ad hoc, quod licet sufficiat obiicere testi crimina in genere, vt habetur & notatur in c. præsentium, de testi. tamen si lex, vel canon mandat quid exprimi cum actione illorum verborum multiplicantium omnia & singula, propter hanc geminationem requiritur specificatio individua cum omnibus suis qualitatibus & circunstantiis. Ita dicit gl. notabilis in c. vt circa, super verbo, omnia & singula, de elect. lib. 6. & ibi hoc not Philip. Francus, & doct. frequenter alibi. Decimosextò facit ad hoc, quod licet illa uerba habeatur pro ciue, importent fictionem, vt habetur, per Bar. in repetitione l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapi. cum quo concordat alii doctores: tamen si ducatur, sit & habeatur pro ciue, illa geminatio importat veritatem. Ita singulariter dicit Bald. in proœmio digestorum in fine principii. & hoc dictum refert & sequitur Anto. Corsetus in singulari 184. & pro hoc facit tex. in l. 2. §. furiosum, ibi in omnibus & per omnia, cum ibi not. per Angelum & docto. ff. de iure cõdicill. Decimoseptimò facit ad hoc, quod licet uidua nubens non perdat legatum ei in testamento, sub conditione, si caste vixerit relictum, cum in matrimonio sit castitas, ca. Nicena, 31. di. & notatur per Bar. & doct. in l. mulier. §. cum propomeretur. ff. ad Trebel. & per Pano. in cap. vt clericorũ, de vitâ & honesta. cleri. tamen si transit ad tertia uota, perdit legatum. Ita singulariter per verbum uidetur, dicit Ange. in §. hoc autem de deo, in Authen. quomodo opor. episcó. & cleri. colla. 1. motus ex eo, quia tertia vota contrahere est satis contrarium honestati, & sufficit uenire ad secũdas nuptias, vt ibi dicit text. sed reuera ille tex. nihil facit, cum loquatur de clericis, qui a matrimoniis se debent abstinere, vt ibi dicit Barth. & bene. Decimooctauò facit ad hoc quod si Papa committat alicui causam, dicẽdo in rescriptio, tutu cognoscas, illa geminatio facit censeri electam esse industriam personæ, & sic talis non poterit subdelegare, vbi alias posset. Ita singulariter dicit Bal. & sequitur Car. in ca. §. de offi. deleg. Decimononò facit ad hoc, quod geminatio
7 rescripti habet vim clausulæ, non obstante lege, & vim clausulæ.

fulæ,ex certa ſcientia:Ita ſingulariter dicit Anto.de Butr. in ca.quæ in eccleſiarum,de conſtitu.& idem vult Bal. in l. nec damnoſa.C.de præcibus impera.offe.vbi dicit,quod tã tum operatur ſecunda iuſſio,ſeu geminatio literarum prin cipis,quantum motus proprius. & hoc dictum tanquam au reum refert & ſequitur Franciſcus de Crema in ſuo ſingu-lari 186. Et illud tanquam ſingulare & nouum refert & ſe-quitur Ludo.de Ro.in repetitione,d.l.ſi vero.§. de viro,in 31.fallentia, & Iaſon illud dictum valde extollit in d.l. nec
8 dãnoſa,vbi omnino vide.Vigeſimo facit ad hoc,† quod ge minata obligatio naturalis,parit actionem.Ita dicunt Cyn. Albe.de Roſate,Bald.Sali.& Ange.in l.fin.C.ad leg.Falc.& idem vult ibi Alexand.de Imol. in apoſtillis ad Bald. idem etiam vult Matthęus Mateſſilanus in notabili ſuo 37.& pro batur in l.1.§. debitum,iuncta l.qui autem.§.ſi.ff.de conſtĩ tu.pecunia,& in §.de conſtituta.Inſt.de actio.& ibi de hoc uide plene per Io.Frabri,Aug.& Iaſonem: quod nota quia habui de facto,& eſt ſingulare: nam regulariter ex ſimplici pacto nudo,vel obligatione naturali, non oritur actio de iu re ciuili,l.iuriſgentium.§.quinimò.ff. de pactis, & notatur in l.cum quis,C.de iur.& facti ignoran. Vigeſimoprimò fa-
9 cit ad hoc,† quod licet ſimplex mora poſſit purgari, leg.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio. cum ſimilibus: tamen quando mora eſt geminata, vt quia præceſſit geminata interpella-tio,non admittitur purgatio moræ, caſus eſt ſingularis ſe-cundum vnam lecturã, in l.traiectitiæ.§.de illo.ff. de actio. & obliga.de quo articulo vide latius per doctores in l.ſi in-ſulam.ff.de uerb.obli. Vigeſimo ſeccũdò facit ad hoc, quod licet regulariter verba futuri temporis ſint ferendæ ſenten tiæ,ut notatur per gl.& doct.in regula in pœnis,& in regu-la odia,de reg.iur.libro ſexto,& in leg.in criminali,C.de iu riſdict.omni.iudi.tamen quãdo uerbà futuri temporis ſunt geminata,tunc ſunt læſæ ſententiæ:vt ſi dicatur,irritetur, irritetur:vel irritetur & caſſetur. Ita ſingulariter dicit Bal dus in extrauaganti de pace Conſtantiæ, in verſicu.priuile gio omnia ſuper verbo in irritum: & meminit Ludouicus de Roma in ſuis ſingularibus,ſingulari 3. & Iaſon in leg.nõ dubium,in 10.notabili, C. de legibus de qua materia vide latiſſime per Feli. in capitulo Rodulphus,de reſcrip. & per

Barba-

Barbatiam in c.ſi diligenti,de foro competen. & per Alex. de Imo.in l.Imperator,in apoſtillis ad Bar.ff.de iur. fiſci,& aliquid per Panorm.in c.in quibuſdam,de pœnis:& per Ludo.de Roma,loco prædicto,& duobus præcedentibus ſingularibus:& per Franciſcum de Crema in ſuo ſingulari 7.Vi-
10 geſimotertio facit ad hoc,quòd licet †interlocutoria, quo ad iudicem numquam tranſeat in rem idicatam,imò poſſit quandocunque per eum reuocari,cap.cum ceſſante,de appellatio.& lege quod iuſſit.ff.de re iudica.cum ſimilibus: tamen ſi eſt bis confirmata. eſt irreuocabilis, ita dicit gloſ. ſingularis in clem.ſi.in verbo ſuper ea,in fine:& ibi Cardina.exclamando appella.Vigeſimoquarto facit ad hoc,quòd licet confeſſio ſimplex prætextu erroris poſſit reuocari.l.er-
11 ror,C.de iuris & facti igno.confeſſio † tamen geminata nõ poteſt reuocari prætextu erroris:Ita ſingulariter dicit Præpo.in dict.cap.ex literis,& idem eſt de mente gloſ. ibidem cũ dicit,quòd confeſſio facta ex deliberatione,reuocari nõ poteſt & illa gloſ.ſequitur Bald.& reputat ſingularem,in lege ſi quidem, in fine, C. de exceptio. & idem Bald. in lege cum pretium,in fin.C.de liberali cauſa,& idem Bald.in leg. non ſolum,in 2.columna.ff.de procura.& Archi.in c. ſi. de iureiura.libro ſexto & Cæpola in cautela ſexageſimanona. Hoc etiam tacite ſentit Ioannes Andreas in dicto capitulo, ex literis,ſuper dicta gloſſa,& idem eſt de mente gloſ.in dicto capitulo ſi quis iuratus,quæ dicit ibi non errari, vbi ex deliberatione aliquid fit: quod ſi eſſet verum, eſſet valde ſingulare: ſed contrarium & rectius teneat Baldus in dicta lege error,& idem Baldum in lege iuſiurandum & ad pecunias, in principio ff.de iureiuran.& idem Baldum, in capitulo fin.de confeſſ.Hoc etiam tacite ſentit Ioãnes Andreas dicto capitulo fin.de iureiuran.libro ſexto & Petrus de Ancharanus,ibidem,& clare Philip.Francus in capitulo primo de accuſa.lib.6.& clariſſime Ludon.de Roma in repetitione dicta lege ſi vero. § de viro,in 31.fallentia:idem Ludo. in conſilio ſuo 391.incipiente, Omnipotenti &c.vt propoſita conſultatio &c.& Iaſon in dicta lege error, in vltima colum.quo recurre.Vigeſimoquinto facit ad hoc,quòd impetratio legitimationis,in qua dicitur quem natum ex adulterio,nõ prodeſt,ſi impetrans natus ſit ex adulterio gemina-
to,id.

ro,id eſt, ex duobus coniugatis, ita ſingulariter dicit Old. in conſilio ſuo 247. incipiente, Factum tale eſt &c. & poſt eum Ioan.And.in addi.ad Specu.in rubrica qui filii ſunt legit.& Bald.in lege eam quam,C.de fideicommiſſis. Vigeſimoſexto facit ad hoc,quod habens † facultatem diſpenſandi cum ſpurio,item cum inceſtuoſo,non poterit diſpenſare cum ſpurio & inceſtuoſo ſimul, vt puta cum nato ex conſanguinea maritata. Ita ſingulariter decidit Bartol.in lege vim paſſam.§ præſcriptione.ff.ad legem. Iuliam de adult. de quo articulo quotidiano vide late per eundem Bartho. Alexan.& omnes ſcribentes in l.2.ff.dé verb.oblig.& per eũdem Alexand.in rubrica.C.de iudiciis,& per Panorm. Io. de Imo.& alios in cap.at ſi clerici.§. de adulteriis. de iudiciis,& per Angel.& Iaſonem in § omnium, Inſtit.de actio. & in locis per eo commemoratis,& vide plene ſupra in loco ab æquipollentibus,& in locis per me commemoratis, vti obiter tetigi, an ſub ſimplicibus comprehendatur mixtum quo recurre. Vigeſimoſeptimo facit ad hoc, q̃ conſtitutio diſponens carceratos ob reuerentiam alicuius ſancti vel feſti,aut propter inaugurationem principis , relaxari vel liberari a carceribus,non vendicabit ſibi locum in eo qui incidit in carcerationem geminatam vel ob delictum geminatum tex.eſt notabilis in l.3. C.de epiſcop.audi.per quem tex.ſingulariter dicunt ibidem Guil.de Cuneo,Cyn. Bald. Pau.de Caſt.& docto.quod impetrans remiſſionem de homicidio, ſubticito alio homicidio per eum perpetrato,de quo tamen habuit remiſſionem,non debet gaudere beneficio huius vltimæ remiſſionis:quia cenſetur ſurreptitia.nã veriſimiliter princeps non ita faciliter conceſſiſſet hanc ſecundum remiſſionem,ſi expreſſiſſet de prima,arg.c.2. de filius præsby.lib.6.q̃a delicta geminata grauius ſunt punienda,d.l.3.& l.ſeruos,C. ad legem Iuliam. de vi publi. & ita etiam in ſpecie decidit Iaſon in d.l.nec damnoſa,poſt Barbatiam p̃ eum relatum:& Hippo.de Marſiliis poſt alios per eum relatos in ſingulari ſuo 111.Vigeſimooctauo facit ad hoc,q̃ licet pro delicto alibi cõmiſſo non poſſet quis hic puniri,ſi non habebat hic domicilium vel forum,iuxta ea quę habentur & notantur in l.1.C.vbi de crimi.agi opor.Tamẽ ſi alibi fecit plura furta, & hic commiſit ſolum vnum furtum,

tum etiam si ex forma statuti non posset quis pro vno furto suspendi: tamem propter furta alibi commissa poterit hic aggrauari pœna & suspendi, ita singulariter dicit Bartho. in l. si cui. §. cum sacrilegium. ff. de accusa. & sequitur Alex. in d. l. seruos, & Bald. & Salyc. in Auth. sed nouo iure, C. de seruis fugiti. & idem vult Ioan. de platea in l. omnes, C. de delato. lib. decimo, ad quos remisisse sufficiat. Contrarium tamen in hoc quotidiano articulo videtur sentire Gandinus in suo libello maleficiorum in tit. de furibus & latroni-
13 bus: quem omnino vide. Vigesimonono facit ad hoc, † quod si vno statuto cauetur, q̃ homicida puniatur in centum, & alio statuto cauetur, q̃ si quis commiserit duo homicidia, decapitetur. si quis cõmittat duo homicidia, licet pro primo soluerit centum, tamen decapitabitur, quia primum aggrauat secundum. Ita singulariter dicit Bald. in Auth. qui semel, l. in penul. colum. C. quomodo & quando iudex, & sequitur Petrus de Ancha. in repetitione c. canonum statuta, in 14. quæst. principali in versicu. format alibi idem Bal. quæstionem, de constitutio. & Antonius Corsetus in singulari suo 342. Imò quod fortius est propter consuetudinem delinquendi, potest quis puniri pœna mortis, vbi alias non posset puniri nisi pecuniariter: textus est notabilis in l. vnica, C. de superexacto. libro 10. & ibi Bar. Ange. & Alexand. de Imola hoc notant, vnde recte dicit diuus Augustinus, quod continuatio seu geminatio facit de peccato veniali mortale, vt est tex. singularis in c. vnum orariium, §. criminis, 25. di
14 stinct. Trigesimo facit ad hoc, † quod licet emptor, lite sibi mota super re empta, compromittens in arbitrum sine consensu venditoris, non habeat regressum contra venditorem, vt est tex. notabilis cum sua singulari glo. in l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euictio. de qua facit festum Ludou. de Roma in suis singularibus, singulari 13. & notatur in capitul. fina. de emptio. & venditione. Tamen si in instrumento venditionis venditor promittat de euictione quomodocunque res euincatur, & contingat eam euinci per viam cõpromissi, hoc casu emptor bene habebit regressum contra venditorem, & agere poterit de euictione propter dictionẽ, quomodocunque vel quocunque modo, & virtutem geminationis ex ea resultantem: ita singulariter decidit Bald. in

l. cum

l.cum pœna, per glo.ibidem. ff. de arbitris. & Iacobinus in ſuo ſingulari libello feudorum in illis verbis, & cum pacto, q; de ipſo feudo &c.in 5.colum.& Cæpola in cautela 97.& Socynus in l.quidam legatus.ff.de rebus dubijs,& doct. ſæ
51 pe alibi. Trigeſimoprimo † iſtud facit ad hoc , quòd licet alias confeſſioni factæ in tormentis non ſtetur,l.1.§.diuus. ff.de quæſtio.tamen hoc non procedit,quando de hoc habe tur duplex vel bina confeſſio extraiudicialis: de iſto habes glo.notabilem in l.capite 5.ff.ad legem Iuliam de adulte. quam Alexan.de Imo.ibidem in apoſtillis ad Barto.dicit eſ ſe ſingularem.Poſſet & ad multa alia induci hæc argumen tatio,à vi geminationis,ſed prædicta pro iuuenibus abunde ſufficiunt. Illud autem nolo te ignorare , quod effectus & virtutes geminationis,de quibus ſupra,procedunt,quando actus eſt geminatus ex interuallo temporis:ita probant d.l. quinquaginta,d.l.ſi mulier, dicta Auth.ſiue à me, d.l.cum ſcimus,& l.2.C.quod me.cau.cum ſimilibus:ſi autem actus eſſet geminatus in eodem penè inſtanti,ſine interuallo tem
16 poris,tunc debet diſtingui, vel eſt † geminatus viua voce tantum,vel ſcripto.Primo caſu talis geminato nihil operatur,imo dicitur actus vnicus ſeu ſimultaneus:& ita procedit gloſ.ponens exemplum quotidianum in l.4.ff.de pigno. actio.& glo.in c.ab eo,ponens duo alia exempla, de appel la.lib.6.& do tibi.aliud exemplum quotidianum.Tu ſcis q; ille qui ſoluit canonem per triennium continuum,præſumi tur retro in præteritum ſoluiſſe:tex.eſt ſingularis in l. qui cunque,C.de apochis publicis lib.10.& notatur per glo.ſin gularem & doct.in l.2.C.de iure emphy. quod eſt verum, quando talis ſolutio pro triennio continuo facta eſt cum in teruallo temporis & annorũ , ſecus ſi vna & eadem die q; ſoluat pro triennio præterito:tunc etiam non præſumitur retro ſolutum ex iſto vnico actu:Ita ſingulariter dicit Bal. in l.2.C.de dotis promiſſ.& eſt de mente Cyn. ibidem, & hoc dictum,tanquam ſingulare refert & ſequitur Iaſon in l.1.C.de fideicommiſſ.& in l.ſi certis annis, C. de pactis, & Pirrhus in d.l.quicunque.Item poteris videre aliud quoti dianum exemplum per Bald. Salyc. & docto.in d.Auth. ſed nouo iure,vbi habetur,quòd plura furta eodem tempore vel loco commiſſa,non dinumerantur vt plura ad effectum

puni-

punitionis corporalis,ad quam imponendam requiritur cõ ſuetudo delinquẽdi,quæ non cauſatur ſine interuallo tem poris vt ibi per eos,quod nota.Secundo caſu,quando verba geminata ſcribuntur in aliqua lege vel canone, bulla,reſcri pto, vel vltima voluntate,tunc procedunt dicti effectus ſeu virtutes geminationis: quia videntur tunc ſerioſe & cum myſterio repetita,& non ex lubrico linguæ: Ita probat d.c. eam te,& d.l.baliſta,quæ ad hoc eſt ſingularis,& ita ſaluari poteſt dictum Bald.& Cardinalis in dict.cap fin. de offi. delega.& plura alia dicta ſupra commemorata.& hinc rectè dicit gloſ.ſingularis in clem. 1. ſuper verbo diœceſanis de iure patronatus,quod quando in vna lege vel canone pluries exprimitur & repetitur idem verbum , tunc de mente legis vel canonis exorbitantibus vel pœnalis eſt, quòd non fiat extenſio legis vel canonis ad alium caſum, quàm ad nominatum in lege vel canone,licet materia de ſui natura eſſet proportionabilis aliis:& illam gloſ.refert & ſequitur Dominicus in cap.duobus,de reſcrip.libro 6.vbi per hoc dicit, ſe conſuluiſſe contra dominos de Rota in vna ardua & quotidiana quæſt.& cum eo tranſit ibi Philipp.Frãcus, ad quos remiſſiſſe ſufficiat. Hoc tamẽ quod dixi,geminationem ſcripto factam operari effectus & virtutes geminationis,de quibus ſupra,etiam ſi non fiat ex interuallo.ego puto limitandum verum,niſi ex hoc quis poſſet fraudari,vel niſi in fraudem actum eſſet de geminatione ex interuallo fienda: His enim caſus geminatio,etiam ex interuallo ſcripto facta,non operatur effectus prædictos:Ita ſingulariter decidit Bal. in d.l.cum fidem,in fine,cum quo tranſit ibi Salyce.& ad hoc optime faciunt not per Innocen.Cardi.Ioan.de Imo. & canoniſtas in cap.grauis,de depoſito,& not.per Bal. in Auth. hoc ius porrectum,in verſi.ſed pone,C.de ſacroſan. eccleſ. Quæ omnia commenda memoriæ, quia non reperies alibi ita plenè,licet multa ex ſupra dictis ponat Lud. de Ro.in repetitione d.l.ſi vero.§.de viro,in 31.fallentia. & Fely.in d.c.ſi cautio,& Iaſ.in d.l.ſi certis annis,& in l pe.in fi.C.de pactis,& Hippoly.de Marſilijs in l.1.num.38.& plurib. ſeq. C.ad l.Corn.de ſica:& idem Hippolytus in d.l.1.§ quæſtioni,nume.2.& pluribus ſeq.ff.de quæſt.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIA IN LOCVM

surrogationis:

1 *Surrogatum sapit naturam eius in cuius locum surrogatum est, & qualiter procedat num. 2. & per totum locum limitatum, num. 20.*

3 *Surrogatus in officio vel collegio loco alterius, utitur iure illius, in cuius locum surrogatur.*

4 *Delegatio alicui constituto, in dignitate facta sub nomine dignitatis, transit in surrogatum in dignitate.*

6 *Seruiens per substitutum, vel aliquem loco sui sibi surrogans debet surrogare talem, qui sit equalis conditionis in moribus, scientia & peritia.*

7 *Ius agendi ad supplementum legitimæ finitur quinquennio, sicut querela inofficiosi testamenti.*

9 *Tempus per statutum introductum ad appellationem prosequendam regulabitur secundum tempus a iure commun prefixum.*

10 *Tempus instantiæ causæ principalis non potest per pactum prorogari.*

12 *Recognitio in prima instantia locum habet nedum coram iudice ordinario sed etiam coram delegato.*

13 *Iudex non potest suam sententiam mandare executioni extra suum territorium.*

14 *Intellectus l quod ait lex. §. fin. ff. ad leg. Iul. de adulter.*

15 *Actio personalis si succedat loco rei vendicationis efficitur illius naturæ.*

Actio personalis in rem scriptæ tollitur præscriptione longi temporis.

16 *Interesse lucri cessantis non potest peti post solutionem sortis.*

17 *Præscriptio breuior surrogata in locum longioris sapit eandem naturam quantum ad perpetuationem actionis quam reliqua.*

18 *Maritus quando teneatur vltra quam facere possit.*

19 *Imperator electus ante coronationem exercet iura imperii.*

Digitized by Google

SVBSEQVITVR nunc locus a vi ſurrogationis, a quo ſumptum argumentū eſt forte, frequens, & vtiliſſimum: & formatur hoc modo. Surrogatum. † ſapit naturam eius, in cuius locum ſurrogatur: textus eſt notabilis in l. 1. §. hæc actio, & ibi Bart. ff. ſi quis teſta. liber. eſſe iuſſ. fue. & in l. ſi eum. §. qui iniuriarum, & ibi glo. & Bar. Baldus Angel. Lambertus de Ramponibus, Alberi. de Roſate, & do cto. ff. ſi quis cautio. & in l. vnica. §. 1. & ibi Cyn. Bald. Salic. & docto. C. de rei vxo. actio. & in §. fuerat, & ibi Io. Fabri, & Iaſ. Inſtitu. de actio. & in l. filiæ. §. finali, & ibi docto. ff. de cō ditio. & demon. & in l. ſi donatæ. §. ſi ſponſus, & ibi glo. ff. de dona. inter vir. & vxo. & in capitulo vnico, & ibi Bald. notat de vaſallo decrepitæ ætatis in vſibus feudorum, & in capit. eccleſia. & ibi Henricus BoicK & canoniſtæ, vt lite pendente, cum ſimilibus, de quibus infra. & iſto argumento a vi ſurrogationis vtuntur doctores in variis locis, vt infra patebit: ex quo facile perpendi poteſt, hunc locum vtiliſſimum eſſe ad multa. Et grata exempli pro inſtructione iuuenum primo facit ad hoc, quod ſicut impetrans a ſede apoſtolica gratiam pro obtinendo beneficio, tenetur facere mētionem de alio beneficio, quod obtinent, quantumcunque modicum ſit, cap. cum adeo, c. poſtulaſti, & c. ſi proponente, de reſcrip. iuncto c. ſi motu proprio, & c. non poteſt, in principio de prę ben. libro 6. Ita etiam tenetur facere mentionem de literis, quas habuit ad obtinendum beneficium, & de penſione propter illas obtenta, licet penſi ſit alterius naturæ, quam beneficium: etiam ſi penſio ſit obtenta illicite & ſimoniace. Ita ſingulariter dicit Cardinalis in cap. ad audientiam 2. in quarta oppoſitione de reſcriptis, per illum textum, & per dictam regulam ſurrogatum ſapit naturam eius, in cuius, locum ſurrogatur: & idem ſentit ibi Ioan. de Imo. licet ſit corruptus. Ex quo habes ſingulariter notare, quod hoc argu-
2 mentum a vi ſurrogationis procedit, † etiam ſi ſurrogatum ſit alterius naturæ, quam eſt illud, in cuius locum ſurrogatur: quod tene menti. Secundo facit ad hoc, quod conſtitutio declaratoria conſtitutionis pœnalis, ad euitandum pœnam

nam nullitatis actus,extenditur ad ſurrogatum:gloſ. eſt ſin gularis in cle.2.in verbo epiſcopi,de reſcrip. quæ ſingulariter dicit,quod diſpoſitio d.clemen. 2. loquentis in officiali epiſcopi,locum etiam ſibi vẽdicat in officiali capituli,quod ſede vacante ſurrogatur loco epiſcopi,c. cum olim, de maiori.& obedientia,& cap.vnico,illo eod. titu.lib. 6. & ſi recte dicitur officialis iuriſdictionis epiſcopalis , ſurrogatum autem ſapit naturam eius,in cuius locum ſurrogatur, iuribus præall.quod nota. Tertio facit ad hoc, quod ſurrogatus
3 † in officio vel collegio loco alterius,vtitur iure illius,in cuius locum ſurrogatur tam quo ad incommodum quam quo ad commodum,l.vnica,C.de collegiatis,& chartopa lib.11. & ergo obtinens locum alterius in aliquo collegio per trãſlationem vel alias , ſentit commodum & incommodum , quod alius in cuius locum ſurrogatus eſt, habuiſſet vel ſuſtinuiſſet,ſi translatio facta non fuiſſet : Ita notabiliter dicunt Barto.Ioan.de Platea & docto.in dicta l.vnica.& hinc videmus in multis eccleſiis obſeruari de conſuetudine , q̃ canonicus intrans aliquod collegium via permutationis,ſtatim efficitur plenus:vbi aliud obſeruatur,quãdo quis intrat per mortem alterius: Cuius non eſt alia ratio,niſi quia hoc vltimo caſu non cenſetur in locum alterius ſurrogari : ſed primo caſu ſic,& ſurrogatum debet ſapere naturam eius,in cuius locũ ſurrogatur,iuribus præall. Attende tamen,quia ſurrogatus in locum alterius,non propterea cenſetur in ordine,vt eſt text.notabilis in l.ſi quis in archiatri, C. de profeſſ.& med.lib.10.Quarto facit ad hoc,quod a ſententia tertii electi per arbitros in caſu diſcordiæ, iuxta formam l. itẽ ſi vnus.§.principaliter.ff.de arbitris, non poterit appellari: tex.in dict.§.principaliter,ibi, cuius autoritati pareatur. & quia ſi illi duo arbitri primo electi pronunciaſſent,ſtaretur eorum ſententiæ etiam iniquæ,l.idem proferre,§.ſtari.ff.de arbitris.ergo etiam ſtabitur ſententiæ iſtius tertii, cum intelligatur ſurrogatus in loco ipſorum , & ſurrogatum ſapit naturam eius,in cuius locum ſurrogatur,iuribus præalle.& ita poſt longam diſputationem ſingulariter decidit Ioan.de Imo.in c.quintauallis,de iureiurando,in 18.colum. in verſi culo quid autem de tertio electo, & doct.ali. vbi recurre. Quinto facit ad hoc, quod noua inueſtitura facta per do-

Digitized by Google

minum virtute antiquæ, non tollit vigorem venientem ex antiqua, vt est tex.notabilis in dicto capitulo vnico, de vasallo decrepitæ ætatis,& ibi Aluaro.not. pro ratione adducens regulam anteactam,surrogatum,&c. & aliqua ex iuribus supra allega. Imo quod fortius est, si princeps qui potest de nouo infeudare concedendo nouum feudum dicat, se concedere iure antiqui & auiti feudi,per huiusmodi verba tale feudum assumit qualitatem antiqui feudi, ac si verè esset antiquum:Ita singular.vult Iason in præludiis feudorum in 30.col. & tertia diuisione feudorum post Bald. & alios ibidem:licet referat,aliquos tenere contrarium:quod nota,quia est quotidianum.Sexto facit ad hoc. quod † delegatio seu commisso facta alicui in dignitate cõstituto sub nomine dignitatis,transit in surrogatum in dignitate,capit. quoniam abbas,cum ibi nota.de offi. dele.& hoc virtute dictæ regulæ,surrogatum, &c. Sic etiam succedens alteri in honore,succedit & in onere,c.aduersus,vbi est tex.terribilis de immun.eccle. An autem is cui facta fuit cõmissio sub nomine dignitatis vel alterius qualitatis, si desit esse talis, qualis fuit tempore datæ commissionis:vel econtra tempore datæ non fuit talis,sed postea cepit esse talis,possit in negotio commisso procedere,recurre ad singulariter nota.per glo.in c.statutum,in principio,in verbo,canonicis,in fin. & ibi per Dominicum,Philip.Francum,& alios de rescrip.lib. 6.& ad no.per glo.& doct.in d.clem.2.in verbo principalis.
5 Septimo facit ad hoc, quod ille † quia est surrogatus in locum alterius,debet esse eiusdem iuris & conditionis,cuius est ille in cuius locum surrogatur, & debet esse talis qui a principio potuisset ad talem actum eligi. Ita singulariter dicit Bal.in l.parabolani,per illum text.quem ad hoc reputat aureum,C.de episco.& cler.quod facit secundum eum contra iudices & assessores regni,vt ibi uidere poteris per eum. ex hoc etiam sequitur, quod rector præclare vniuersitatis Louanensis non posset in sua absentia,substituere,vel loco sui surrogare coniugatum, cum talis ab initio ex statuto ad dignitatem rectoralem eligi non posset,per d. l.parabolani, cum ibi nota.per Bald.ille tamen qui fuit legitime electus rector,si postea durante rectoratu ducat vxorem,nõ perdit dignitatem rectoralem,argu.l.1.§.quamuis,in fine.ff.de postulando

stulando,& l.cecus.cum ibi nota.ff.de iudiciis.multa enim impediunt facienda,quæ non tollunt iam facta, l. patre furioso ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris, cũ similibus: & ita obseruari vidi in persona preclarissimi senatoris domini Petri Lapostole doctoris vtriusque iuris peritissimi.Octauo fa
6 cit ad hoc,quod † quando aliquis vult seruire per substitutum,vel aliquem loco sui surrogare debet surrogare talem qui sit æqualis conditionis in moribus,in scientia, & in perĩtia:Ita singulariter dicit Barto.in l. 1. per illum text. C. de præpositis agen. in rebus libro 12. & propterea doctor non potest surrogare scholarem ad legendum,quamuis sit sufficiens,nec miles tyronem,secundum eum:& idem vult Antonius Corsetus in singulari suo 323. & est de mente glos. quæ loquitur in scriptore,in l.stipulationes commodissimũ & ibi habetur per Angel.& Ioan.de Imola,ff. de verborum obligat.& habetur per eundem Ioan. de Imola, in l. continuus.§.si ab eo, illo eod. titu. & idem est de mente glos. & Barto.in l.1. C. de mancipiis & colo. patrimo.libro 11.ubi etiam dicit Barto. quod coloni qui faciunt putare arbores vel vineas,vel arare terras per ineruditos in cultura, si prædia ex hoc sint effecta deteriora , tenetur : quia imputatur eis. cur ineruditos miserunt ad culturam. De qua materia vide etiam per Barto.& omnes in l.nemo est qui nesciat.ff. de duob.reis,& per Panormita.& canonistas in capitu.1. de summa trini.& fide catholi.& plene per Ioan.And.in regula,qui facit per alium,de reg.iur. libro 6.in Mercurialibus, & per Bal.in l.fina.ff.de excusa.tuto. vbi ad præmissa dat limitationem quandam:quem uide. Nono facit ad hoc,quod
7 quemadmodum querela † inofficiosi testamenti finitur quinquẽnio,l.si quis filiũ,in fine,C.de inoffi.testa.ita & ius agendi ad supplementum legitimę,quod succedit in locum querelæ,per dictam regulam Surrogatum, &c. & ita notat Bartol.in dicta l.si quis filium : de quo articulo vide ibi latius eum & posteriores,& per Bald.in Authen.presbyteros. C.de episcop. & cler. & plenissimè per Iasonem & nouissimos in l.certi conditio,in princ.ff.si cer.peta.ad quos remississe sufficiat.Decimò facit ad hoc,quòd episcopus qui succedit in locum executoris a testatore deputati, eo intra annũ,qui ad hoc datur a iure non exequente vltimã voluntã-

tem defuncti,leg.nulli, C.de episcop. & clerici.& cap.si hæredes , de testa. cum similibus , debet seruare formam datam à testatore executori per eum deputato. Ita notabiliter dicit Bal.in l.fin.in bona lectura.C.si manci.ita fue.alie. ne manumit.& Anto.Corsetus in singulari suo 71. & doct. sæpe alibi.Vndecimo facit ad hoc,quod licet patronus negligens præsentare intra tempus à iure præfixum, propter suam negligentiam perdat potestatem præsentandi pro illa vice,& potestas conferendi vel prouidendi deuoluatur illa vice ad episcopum vel alium,c.cum propter,de iure patro. & clem.vnica,cum sua singulari glo.in verbo dispositionem de supplen.negli.præla.iunctis notatis per Panorm.in ca.2. circa fin.de conces.præben.tamen beneficium hoc casu nõ poterit per episcopum vel alium ad quem hoc casu spectat dispositio,aliter cõferri,quam habeat tenor fundationis beneficij.Ita singulariter dicit Ioan.de Imol.post Calder.in c. cum accessissent,de constitu.& idem sentit ibi Panorm. & clarius Fely.& est ratio,quia surrogatum &c. Duodecimo
3 facit ad hoc.†quod si certis ciuibus datum sit arbitrium vel facultas intra certum tempus eligendi iudices,seu vt vocãt scabinos dum tamen eligant de illo loco:quo tempore effluxo deuoluatur potestas eligendi ad Baliuum vel Schulterum loci,aut ad Præsidem prouinciæ:ciuibus non eligentibus intra tempus præfixum, facultas eligendi deuoluetur ad Baliuum,Schulterum,vel Præsidem:qui tamẽ habebũt eligere de illo loco , quia ius eligendi deuoluitur ad eos cum eadem qualitate. Ita singulariter dicit Ioan. Andr. in regula,contra eum,de regul.iur.lib. 6.in Mercurialibus: & vult Lud.de Roma. in sua aurea repetitione l.si vero. §. de viro.in 20.fallentia.ff.solu.matrimo.& idem Lud.de Roma in suis singularibus, singulari 482. incipiente, Pone quod arbitrium &c. Et pro hoc optimè facit tex.in dicta clemen. vnica,& ibi vide Cardina.in 4.notabili,& 9.columna, Decimotertio facit ad hoc,quod si facta fuerit electio per viam scrutinij , & maior pars consenserit in certum, alij autem debentes eligere neglexerunt ius suum superior ad quem deuoluitur ius eligendi debebit eligere illum in quem maior pars consensit,per dictam reguiam, Surrogatum. Et ita singulariter dicit Ioã.And.in capitulo publicano,de elect.

&

& ſequitur Ludo.de Roma.loco prædicto,& doct.frequeuter alibi.Decimoquarto facit ad deciſionẽ illius quotidianæ quæſtionis.Ego habebam caſtrum in certo loco,& homines illius loci ex pacto tenebantur mihi cuſtodire illud caſtrum,contigit quod illud caſtrum propter bellum fuit penitus deſtructum,ego feci ædificari caſtrum non in eodem loco,ſed prope illum:dubitatur,vtrum illi homines mei teneãtur mihi cuſtodire illud caſtrum de nouo conſtructum, & poſt multa quæ allegari poſſent pro & contra, fuit deciſum & concluſum quod ſic, potiſſimum illa ratione, quia ſurrogatum ſapit naturam eius,in cuius locum ſurrogatur. Ita refert & determinat Albe.de Roſate in l.ſi vſufructus. in fine.ff.quib.modis vſufruct.amit.& Iacobinus in ſuo ſingulari libello de homagio,in penul.colum,circa quod vide quod in ſimili quæſtione notat Bald.in l.ſi plures, in 4.columnã,C.de condi.inſer.& idem Bald.in l.3.C.de priuileg.
9 fiſci.Decimoquinto facit ad hoc,quod † per ſtatutum introductum ad appellationem proſequendam & ſic ſurrogatum in locum temporis à iure communi præfixi, regulabitur ſicut tempus à iure communi præfixum inſtantiæ appellationis: & ergo in caſibus in quibus tempus à iure communi præfixum non currit,puta cum ſtat per iudicem, vel cum partes compromiſerunt,non curret etiam tempus ſtatuti:& in caſibus in quibus currit tempus iuris communis,ſed datur reſtitutio (quod quando contingit, videre poteris lucidè per Ioann.de Imo.& alios in cap.ex ratione, de appella.) in eiſdem caſibus etiã curret tempus ſtatuti, ſed dabitur reſtitutio.& in caſibus, in quibus currit tempus iuris communi,& inſtantia cauſæ appellationis ſimul & cauſa mortificatur,in eiſdem caſibus etiam curret tempus ſtatuti & mortificabitur inſtantia & cauſa,vt ſic per omnia tempus ſtatuti fungatur vice temporis iuris, in cuius locũ ſurrogatur,per dictam regulam,Surrogatum &c.Ita ſingulariter decidit Ioan.And.in addi.ad Specu.in titu. de appellationibus,in §.nunc breuiter,in additione magna.Decimo
10 ſexto facit ad hoc, quod † ſicut tempus inſtantiæ cauſæ principalis, puta triennij in ciuilibus,& biennij in criminalibus,l.properanduma,in principio,C. de iudiciis, & l.fina. C.vt intra cer.temp.crimina.quæſtio termi.Non poteſt pe-

pactum prorogari,cum ſit inductum ob vtilitatem publicã, vt tenet glo.Bart.Bald Pau.de Catt.Salycet. & docto. in d. l.properandum,in verbo triennij,& glo.in l.2. in verſic. ſed ſi iudex.ff.de iudiciis.Ita etiam tempus inſtantiæ reſtrictũ per ſtatutum a duo vel tres menſes,non poterit per pactum prorogari,cum tempus illud ſtatutarium cenſeatur ſurrogatum in locum termini iuris, quod prorogari non poteſt, vt dixi, & ſurrogatum debet ſapere, naturam eius, in cuius locum ſurrogatur. Ita ſingulariter decidit Ioan.de Imola in lege 4.in principio. ff. de damno infecto, & ſequitur Alexan.in conſi.ſuo 24.quarti voluminis,incipiente,redemptoris &c.inſpecto proceſſu cauſæ vertentis &c.circa finem: vbi recitat plures alios idem tenentes,& idem vult Bald.in extrauaganti de pace Conſtantiæ.in §.in cauſis, & Georgius Natta in repetitione clemen.ſæpe,in 18.colum.de verbo.ſignifica. In hoc tamen articulo pulchro & quotidiano aliter ſentiunt Salycet.Alexand.& Iaſon in dicta lege properandum,& idem Alexand.in dicta l.4.in principio,& nouiſſime Felyn.in cap. penulti. de iudiciis: ſed quis iuſtius induit arma ex hinc inde allegatis perpendere poteris:quare ad eos remiſiſſe ſufficiat. Decimoſeptimo facit ad hoc, q̃ cum ſalaria,quæ hodie percipiunt aduocati a clientulis,ſurrogentur in locum eorum quæ olim dabantur de publico, cenſeri debet eodem iure,& ſic quaſi caſtrenſe peculium, per dictam regulam, Surrogatum &c. Ex quo ſequitur,q̃ aduocati filiifamilias poterunt de dictis ſalariis teſtari & diſponere ad libitum,vt olim poterant de ſalario publico: & ita ſingulariter decidit gloſ.in l.fori, & ibi eam ad hoc notant & commendat Barto Bald.Alberi.Salycẽ.& doct.C.de aduoca. diuerſo. iudicio: de quo articulo vide pliniſſime per Alexand.de Imo.in conſilio ſuo 2.ſexti voluminis. Decimooctauo facit ad hoc,q̃ proteſtatio quæ ſubſiſtente metu ſurrogatur in locum appellationis,capit.ſi iuſtus metus, de appellatio. & lege 2. C. de his qui per metum iudi.non appellatio.fieri debet intra tempus intra quod eſt appellandum, & ſic intra decennium.Ita ſingulariter dicunt Bald. Philip.Francus,Præpo.& alii in d.cap.ſi iſtus metus,per illum tex.quod nota.Decimononò facit ad hoc,quod ille qui emit gabellam a communi, & ſoluit cõmuni de ſuo poteſt debi-

debitores non ſoluentes capere & eorum bona ſubhaſtare, & vendere, ſicut poterat commune vel fiſcus, in cuius locum ſucceſſit.tex.eſt notabilis in l.creditor,in princip.& ibi Bar.& Pau.de Caſt.notãt & valde exclamãt.ff.de actio.empti.vbi vide,& in l.nemo carcerem,C. de exacto.tribu. lib. 10.Vigeſimo facit ad hoc,quod reddituarij vel receptores Cæſaris,qui ſoluũt pro aliis quos nondum exegerunt, poſſunt exigere debitores pro ſe eodem modo quo poſſent exigere pro Cæſare,ſcilicet capiẽdo perſonã vel bona: nam cũ ſuccedant in locum Cæſaris vel fiſci,vtuntur eodem iure quo fiſcus,poſtquam de ſuo ſoluerant fiſco. Ita ſingulariter determinat Ioan.de platea in legẽ miſſi opinatores,circa finem,C.de exacto.tributo.libro 10.per text.in dicta lege creditor,vbi etiam hoc vult Paul.de Caſtr.Vigeſimoprimo facit ad hoc,† ℣ ſicut reus tenetur fiſco edere inſtrumentum contractus ad fundandum intentionem ſuam ſuper petitione gabelle debitæ ratione celebrari contractus, l.nec quiſquam,ff.de edendo,vbi de hoc eſt tex. ſingularis ſecundum vnam lecturam:ita etiam reus tenetur edere inſtrumentum contractus emptoribus gabellarum, cum ſuccedant in locum fiſci:& ſurrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſurrogatur,iuribus præalleg. Et ita ſingulariter decidit Bald.in l. 1.§.editiones,circa finem.ff.de edendo:quod nota. Vigeſimoſecundo facit ad hoc, † ℣ ſicut in prima inſtantia locum habet reconuentio nedum coram iudice ordinario,ſed etiam coram iudice delegato,c. 1.& 2. de mutuis peti.,cum ſimilibus:ita etiam in ſecunda inſtantia ſeu cauſa appellationis,non regulariter,ſed in certis caſibus locum habet recõuentio,& in illis caſibus ratio eſt.q.a ex quo iudex appellationibus ſuccedit loco iudicis a quo, debet ſuccedere cum omnibus appenditiis & qualitatibus ſuis,vt ſic ſurrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſurrogatur. Ita ſingulariter dicit Panor.in d.ca. 1.in penul. colum.vbi plene hunc articulum quotidianum examinat: de quo tractatur etiam per Bar.Salyce.& alios in Authen. & conſequenter,C.de ſenten.& interlocu.omnium iudi.& per Cyn.& docto in l.per hanc,C.de tempo.appel. & ſæpe alibi. Vigeſimotertio facit ad hoc, quòd ſicut accuſationes criminales regulariter non durãt niſi 20.annis,vt eſt tex.ſingularis

gularis in l.quærela, cum ibi notatis per glo.C.ad leg. Cornel.de falsis. Ita nec officium iudicis ad inquirendum de delicto debebit durare vltra xx.annos quia inquisitio quæ fit officio iudicis, succedit loco accusationis deficientis, l. rescripto §.si quis accusatorem non habet.ff.de mune. & homo.&c.qualiter & quando 2.de accusat. ergo debet sapere naturam accusationis, in cuius locum surrogatur, iuribus præallega.& ita expresse decidunt Bartol.Salyce.& docto. in d.l.quærela.Contrarium tamen in hoc pulchro & quotidiano articulo tenet glos.per verbum forte, in dict.l.querela, dicens q licet accusatio de crimine duret solũ 20. annis regulariter, officiũ tamẽ iudicis durat xxx.ann. & idem est de mente gl.in l.sicut, super verbo persecutione, C. de præscrip.30.vel 40.anno. & sequitur vti obique Angel. egregie hoc ipsum examinans: ad quem remisisse sufficiat. Vigesimo
33 quarto facit ad hoc, † q sicut iudex extra suum territoriũ non potest suam sententiam mandare executioni, l. cum vnus, §.penul.ff.de bonis auto. iudi. possi. & vulgata l.extra territorium, ff.de iurisd.omni. iudi. Ita nec pars poterit propria authoritate capere debitorem suum fugitiuum extra prouinciam: quia non debet plus posse pars, cuius ministerium succedit in locum officij iudicis deficiente iudice, q̃ possit ipse iudex, cum surrogatum &c. licet hoc posset intra prouinciam, quando iudicis de est copia, l.ait prætor. §. si debitorẽ. ff. de his quæ in frau. credi. & in l.1.& ibi Ang. C.vbi quis de curiali vel cohor. hoc tamẽ limitat ibi Ang. nisi creditor de sua prouincia continuo insequendo debitorem fugitiuum in alieno territorio eum caperet: talis enim captiua tenet, & propter cõtinuationem videtur captus in loco vnde incipit fugere, secũdum eum: p tex.notabilem in l.q̃d ait lex.in fi.iuncta l.nec in ea.§.ius occidendi. ff.de ad l. Iul. de adul.cum alijs illic. per eum allegatis : Cui consonat quòd per d.l.quod ait lex.§.fi. decidit Salyc.in l. Gracchus in 2.col. C.ad leg.Iul.de adul.vbi dicit, q maritus vel pater occidens adulterum extra domum, dummodo eundẽ in domo deprehensum incõtinenti extra domum insequutus occidat, impune hoc facit: & idem vult Ang. loco prædicto in capto extra territorium: sed quoad captum extra territorii seu districtũ, cõtrarium tenet idem Ang. in d.l.quod ait lex,

lex,circa fi.& Ioan.And.in addi.ad Specu.in titu.de accuſ. par.3.§.ſequitur videre,in magna additione,in ver.elegans Oldradi quæſtio ſe offert, pluribus id confirmans mediis. & hoc credo verius: quod memori teneas mente, quia vidi in caſu de facto occurrente magnam de hoc controuerſiã.
14 Et facilis eſt † reſponſio ad d.l.quod ait lex, §.fin.quia debet intelligi ſine iuris præiudicio alieni. & ita etiam reperio expreſſe velle Iacobinum in d.ſuo ſingulari libello de homagio,circa fin. Idem etiam vult Ang. de Aretio in aureo tractatu ſuo maleficiorum, in verbo fama publica præcedente,in materia capturæ in 6.quæſ.& ibi vide optimam apoſtillam.Idem etiam vult Præpo.poſt Bald.in §. ſi iudex, in titu.de pace tenenda, in vſib.feudorum, & plures alii in locis per eum cõmemoratis. Vigeſimoquinto facit ad hoc, q̃ quemadmodum damnato in metallum, deportato, fratribus minoribus,& ſimilibus perſonis,relinqui poſſunt alimenta, & pro huiuſmodi legatis alimentorum competant actiones,leg.3. ff.de his quæ pro non ſcrip.haben. l.legatũ, cum ibi notatis per glo.Bart.& doct.ff.de capi.diminu.& l. quidam,cum ibi notatis per Alber.de Roſa.ff.de pœnis.Ita etiam præſtitis perſonis carceratis competit actio in factum & actio iniuriarum contra impedientes ipſis adminiſtrari alimenta.de hoc eſt tex. ſingularis ſecundum vnum intellectum in l.ſi victum,ff.de re iudic. & ratio eſt:quia cum iſtæ actiones iniuriarum & in factum ſuccedant in locum actionis competentis pro alimentis, debent ſequi eius naturam, per dictam regulam, Surrogatum &c.& ita ſingulariter reperio velle Bar.Angel.& Ioann. de Imo.qui cæteris clarius loquitur in d.l.ſi victum. Vigeſimoſexto facit ad hoc,quod
15 actio † perſonalis, quæ regulariter durat 30.annis l.ſicut, C.de præſcrip.30.vel 40.annorum,ſi ſuccedat loco rei vendicationis,cui præſcribitur in re mobili triennio, inſtitu.de vſucapi.in princ.durabit ſolum triennio. Ita ſingulariter reperio velle Paul.de Caſt. in caſu quotidiano, in l.ſequitur, §.fructus,ff.de vſucapione & pro hoc adduco tibi glo.Bart. Salicetum,& doct.in dict.l.certi condictio, & notata per gl. Bart.Baldum & doct.in l.3. C.de his quæ vi metuſve cauſ. fiunt,inquantum dicunt,quod actio perſonalis in rem ſcripta,qualis eſt actio,quod metus cauſa, tollitur præſcriptione lon-

ne longi temporis, ſicut actio realis. Vigeſimoſeptimo facit ad deciſionem illius quotidianæ quæſtionis: Maritus legauit vxori omne frumentum quod habet in ſuo granario, ſuperuixit,& frumentum illud conſumpſit, deinde in eodem loco repoſuit aliud frumentum & moritur ſuperſtite vxore,quæritur an illud debeatur vxori: & eadem quæſtio poteſt fieri de veſtibus,in qua quæſtione quotidiana licet multa allegari poſſent pro & contra, communis tamen concluſio eſt,quòd debetur: Ita notabiliter dicunt Iacob.de Arena,Bart.Bald.Ange.Albe.de Roſate,Paul.de Caſt. & doct. in l.ſi ſeruus legatus,§.qui quinque,ff.de leg.1. per dictam regulam,Surrogatum &c.& ſequitur Socinus in d.l.filię.§. fi.per eum tex.qui ad hoc eſt notabilis.& ibi etiam idē vult Paul.de Caſt. Vigeſimooctauò facit ad hoc,q; ſi monaſterium aliquod ſit priuilegiatum in hoc, quòd tępore interdicti abbas & conuentus poſſint familiares ſuos admittere ad diuina poterunt virtute eiuſdem priuilegii admittere etiam familiares poſt datam priuilegii in locum deficientiū vel recedentium receptos, per dictam regulam, Surrogatum &c.& ita ſingulariter decidit Ioan.And. in regula,quī ſentit,de reg.iur. lib.6. in mercuriali de quo vide ibi latius per eum.Vigeſimononò facit ad hoc, q; ſicut ſoluto principali debito ſeu ſorte peti non poſſunt vſuræ,l.final.& l.centum Capuæ,ff.de eo quod certo loco,& l.4. C.de poſiti:ita
16 † etiam ſorte ſoluta peti non poterit intereſſe lucri ceſſantis,quod de iure canonico ſurrogatur in locum vſurarum; c.conquæſtus,cum ibi notatis per gl.& doctor.de vſuris.Ita ſingulariter notat Matthæus Matteſilanus in notabili ſuo 91.quem omninò vide. Trigeſimò facit ad deciſionem illius pulchræ & quotidianæ quæſtionis, An nepos præferatur patruo in regno,prę ſuppoſita conſuetudine, quòd filius primogenitus excludat ſecundogenitum in regno, ducatu, vel comitatu: de qua quæſtione quotidiana vide plenè per Franciſcum de Aretio in conſilio ſuo 164.per Pau.de Caſt. in conſil.ſuo 161.in antiquis,incipiente, In Chriſti nomine amen,in præſenti cauſa &c.& per eundem Pau.de Caſt.Iaſonem,& alios in l.maximum vitium, C. de liberis præter. per Bald.in l.cum antiquioribus, C.de iure delib. per Pan. & canoniſtas in c.licet, de voto, & pleniſſime per Socinum

in

in consilio suo 252. in secunda parte consiliorum,& in locis per eum commemoratis. vbi reperies ad satietatem . Trigesimoprimo facit ad hoc , quod licet rei vendicatio , quæ datur contra eum , qui dolo desiit possidere , secundum vnam opinionem sit prætoria : nihilominus tamen est perpetua,quia est surrogata in locum actionis ciuilis & perpetuæ,& surrogatum &c.de quo vide plenè per Ioann. Fabri, Ang.& Iason in §.sed itte,Instit.de actio. Trigesimosecundo
17 facit ad hoc, † q̃ præscriptio decennalis in multis locis per statuta inducta loco præscriptionis 30. annorum,quæ de iure regulariter competit contra actiones personales , d.l.sicut, per litis contestationem interrumpitur , sicut præscriptio 30.annorum: & quod fortius est, actio quæ per statutum huiusmodi non erat perpetua,per huiusmodi litis contestationem perpetuatur in xl.annos.l.fin C.de præscri.30. vel 40.annorum,& l.1.§.1.in fi. C.de annali exceptio, quia breuior præscriptio surrogata in locũ maioris præscriptionis sapit eandem naturam.Ita singulariter vult Bal. in l.fin. in 3.notabili,C.de tempo.in integ,restitut.pet.& idem Bal. in leg.in contractibus,in fine principii, C.de non num.pec. & clarius & Iason in §.pœnales, Institu.de actio quod tene
18 menti.Trigesimotertio istud facit ad hoc, † q̃ sicut re dotali extante, maritus nõ gaudet priuilegio vt non teneatur vltra quam facere potest,vt est conclusio Bar. & doctorum in l.maritũ.ff.sol.matr.Ita nec quando ex pecunia vel re dotali alia res acquisita extat:vt est text.vbi vtrunq; probatur in l.vxor marito.ff.de don.inter vir. & vxo.& in l.si cum dotem,§ fi.in fi.ff.solu.matrim.& volunt Ang.Iason. & docto. in §.item si de dote,Institu.de actio.& Alex.de Imo.in d.l. maritum,in versi,decimo fallit,vbi pleniſſimè materiam huius priuilegii examinat,& doct,frequenter alibi.Cuius potest assignari ratio,quia surrogatum sapit naturam eius, in cuius locum surrogatur , iuribus præalle.Trigesimoquarto
19 istud facit ad hoc, † quod electus Imperator,ante coronationem suam,possit legitimare, & priuilegia concedere,cũ enim Imperator hodie eligatur a certis principib. iuxta no. per gl.in c.ad apostolicæ,in fine,de re iud.lib.6.vice & loco populi, eiusdẽ potestatis & vigoris esse debet electio facta per dictos principes, cuius erat electio olim facta a popu-

lo:sed

lo:ſed electio a populo per legẽ regiam omne ius, omn iſq; poteſtas olim competiit,l.1.ff.de conſtitu.princ.ergo etiam electo a dictis principibus omne ius, & omnis poteſtas hodie competit ante coronationem per dictam regulam, ſurrogatum, &c. & ita concludit notabiliter Cyn. poſt Iacobe de Are.in l.bene a Zenone,C.de quadr.præſcrip. & ibi lata etiam de hoc habetur per Albericum de Roſate, de quo articulo quotidiano vide etiam gloſ.ſingularem in cle. vnica, de iureiurando.in verbo reges. Trigeſimoquinto iſtud facit ad hoc, quo licet beatus Matthias ab initio non fuerit de numero 12.apoſtolorum per Chriſtum electorum, Matthæi 10 quia tamen poſtea poſt mortem Chriſti ex inſpiratione ſucceſſit in locum Iudæ Eſchariotis, actorum primo, in fine, uigilia eius ſicut & uigiliæ aliorum apoſtolorũ debet ieiunari,cap.1.de obſeru.ieiunio. & ibi per dictam regulam ſurrogatum: ita concludit Panor.& ſentit ante eum Card.quod nota. Poſſet & ad multa alia induci hic locus a vi ſurrogationis, ſed prædicta pro iuuenibus abunde ſufficiunt.Hoc tamen volo te ſcire, quod dicta regula, † Surrogatum,&cæt. inter alia limitatur ſingulariter procedere quo ad naturam primordialem,ſed non procedit quoad naturam accidentalem. exempli gratia, Actio legis Aquiliæ de ſui natura datur ad ſimplum, propter inficiationem autem accidentaliter creſcit in duplum l.contra negantem, C.ad legem Aquiliam, Certe hanc naturam incrementi, quæ accidentaliter ſuperuenit, non ſapit actio ſurrogata in locum actionis legis Aquiliæ,quia illud incrementum non ineſt actioni legis Aquilię ex ſua primordiali natura:ita ſingularirer dicit glo.in d.l.certi condictio, in uerbo ex omni cauſa,circa finem,& ibi Bart.Salic.Alexan. & doc.eam multum extollunt:illam gloſ.etiam dicit eſſe ſingularem Bald. in d.l.vnica,§.1. C.de rei vxo.actio.& Iaſon in d.§. fuerat, & in §.actionum,Inſtitu. de actio.& docto.ſæpe alibi:& pro ea eſt bonus text.in l.item ueniunt, §.cum prædiximus, ff. de petitio.hæredit.quod eſt ſumme notandum, quia eſt in frequenti & quotidiano vſu,ſecundum Salycet. in d.l.certi condictio,ubi poſt Bart.ex hoc infert ad decifionem quotidianæ.q.Ad quem & alios illic ſcribẽtes remiſiſſe ſufficiat: vide tamen omnino circa præmiſſa Zaſium in libello, cui titulus,

tulus, Intellectus iuris singulares, capite cur actio hæreditaria serui corrupti in duplum, & legis Aquiliæ in simplū, in petitione hæreditatis veniat, ratio noua. Secundo dicta regula limitatur nō procedere, quando aliquid surrogatur loco alterius, sed non per omnia: & hinc est, quod a iudice adito super reductione arbitramenti ad arbitrium boni viri potest appellari, licet ab arbitratore non posset appellari: quia cum tales iudex non surrogetur per omnia loco arbitratoris, non est mirum si in aliquo discrepet à natura arbitratoris: ita singulariter decidunt Anto. de Butrio & Io. de Imo. in d. capit. quintauallis, & Raphael Cumanus, Paul. de Cast. Ioann. de Imol. & Alexan. post alios per ipsos relatos, in l. 1. ff. de leg. 2. quod declara, vt ibi per eos: hoc tene, quicquid dicat ibi Bartol. in fine, & Ioann. Andr. in additio. ad Specu. in titu. de appell. §. in quibus, in versicu. quid si conuenit inter partes, & Panormitan. in dict. capitu. quintauallis, & docto. alibi. Illud etiam nolo te ignorare, quod absens necessario etiam si illa absentia causetur ex delicto, potest per substitutum explicare actum, text. est notabilis in l. de pollicitationibus, ff. de pollicita. quem text. ad hoc notat Ludoui. de Roma in suis singularibus singulari 76. Illud etiam non est oblitioni tradēdum, quòd exercens artem per substitutum, non gaudet priuilegio artis, text. est singularis in d. l. final. in principio, ff. de excusa. tuto. quem tex. ad hoc notat Ludouic. de Roma in suis singularibus singulari 66. ex quibus facile instrui poteris, an & quando actio, persona, vel res, loco alterius actionis, personæ, vel rei surrogata, illius naturam assumat, & quando non. Quæ omnia commenda memoriæ, tanquam pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana.

1 *Dua fictiones non possunt concurrere circa idem fallit nu. 3.*
2 *Dominum ex quali traditione transferatur.*
4 *Fictionis natura quæ.*
5 *Fictio & præsumptio iuris differunt, & in quibus.*
6 *Fictio iuris tam à canone quam a lege reperitur in decem prædicamentis Aristotelis. vsque ad finem.*

LOCVS

LOCVS A VI FICTIONIS.

NVNC ſubnectemus locum a vi fictionis, a quo ſumptum argumentum eſt probabile, forte, frequens, & vtile: & formatur duplici
1 ter. Vno modo ſic. † Duæ fictiones non poſſunt concurrere circa idem, textus eſt notabilis in l. ſi vero non remunerandi. §. 1. in verſiculo plane, ſecundum intellectum Guli. de Cune. ff. mandati, & bonus tex. iuncta glo. in l. ſi quis rem, in principio, ff. de pollicita. iuncta l. fin. C. de ſacroſanſ. eccl. qui textus inducuntur hoc modo ex ſolo contractu abſq; traditione iure ſpeciali transfertur dominum in eccleſiam & in rẽpublicam in quatuor caſibus: de quibus in d. l. finali. Et licet ex ſola pollicitatione quis perſonaliter obligetur reipublicæ vel eccleſiæ non tamen transfertur dominũ in rempublicam vel eccleſiam ex ſola pollicitatione, d. l. ſi quis rẽ, in principio, iuncta gloſa, & hoc ideo, ne duæ fictiones concurrãt circa idem, ſ. quod ex ſola pollicitatione quis teneatur, & q; transferatur dominium ſine traditione, quod eſſe non debet, ſecundum Bartolum ibidem. Et hinc notabiliter dicit Gulielmus de Cuneo in l. ab emptione. ff. de pactis, Quod ſi ego vendidi procuratori tuo fundum, & conſtitui me poſſidere nomine illius: vel conduxi ab eo, aut reſeruaui mihi vſumfructum; ex hoc non transfertur dominium nec poſſeſſio in te. Nam quod per conſtitutum, precarium, reſeruationem vſufructus, vel per actum conductionis, transferatur poſſeſſio & dominium, eſt perfectionem: quia cenſetur facta traditio l. quędam mulier, ff. de rei vendica. l. quod meo. ff. de acquirẽda poſſeſſione. & l. quiſquis, C. de donatio. iunctis eleganter notatis per gloſam ſingularem & Panormitanum in c. 2. de conſuet. & notatis per glo. ſingularem Barto. & omnes in d. l. ab emptione. Si ergo illa eſt facta traditio, ergo non recepit aliam fictionem: quia fictio fictionis eſſe non poteſt, ſicut nec ſeruitus ſeruitutis leg. 1. ff. de vſufr. leg. & faciunt notata per gl. & doctores in leg. quamuis. §. 1. ff. de acquirenda poſſeſſione, Secus eſt ſecundum Guli. quando procuratori fit realis traditio, nam tunc bene acquiritur domino dominium, & poſſeſſio. l. 1.

cum

cum ibi notatis,C.per quas perſonas nobis acquira.cum ſi milibus: & iſtud dictum Guil.ſequuntur Angelus & Albe ricus de Roſate in d.l. ab emptione, & idem Angel. in l.1. §.per procuratorem, ff.de acquiren.poſſeſſ.& Cynus in d. l.ſi verò non remunerandi,& Ioannes de Imola in l.ſi is qui pro emptore.in fine,ff.de vſuca & Paulus de Caſt. in dicta l.quod meo,in fine principij, & idem Paulus de Caſtro in d.l.1.§.ſi iuſſerim.de hoc tamen articulo vtili & quotidiano,ſi plenius vis inſtrui,vide Bartolum in d.l.ab emptione, & eundem in d.l.ſi is qui pro emptore,in vltima quæſtione, & Ioannem de Imola Ludouicum dè Roma Franciſcum de Aretio, & Alexandrum in dicto §. per procuratorem, vbi hæc materia latiſſime tractatur. Hinc etiam dicunt Pau.de Caſtr. Ioan.de Imo.& communiter doct.in lege ſi aliquam rem. de acquiren. poſſeſſio. quòd ſi rem meam tanquam meam ſcienter conducam ab alio reſpectum proprietatis, non tenet contractus, nec tranſit dominium, licet bene transferatur poſſeſſio, tradentes ibidem hanc magiſtralem regulam,quòd † quando ſubeſt verus titulus & vera tradi tio,tunc ſine dubio transfertur dominium, legè traditionibus,C.de pactis, & idem ſi ſubeſt verus titulus, & ficta tradi tio,& in d.l.quædam muliet, & in dicta l.quiſquis, cum ſimilibus,& ſimiliter econtra quando interuenit vera tradi tio,& fictus titulus,l.cuius per errorem, ff. de reg. iur. ſed vbi eſt ficta traditio,puta per actum conductionis,vel ſimilem,non ſubeſt verus titulus, vt in caſu præſenti, tunc non poſſumus ipſum fingere ad finem transferendi dominium: quia duæ fictiones circa idem non debent concurrere,ſecũdum eos:& eandem regulam ponit Cyn.in l. qui rem, in ſi. C.locati,& faciunt nota. per eundem Cyn.in l.1.in fine,C. de dotis promiſſ.& ſentit Bal.in l.conuenticulam,C.de epiſcopis & clericis, inquantum dicit, quòd argumentum à fictione procedit quando arguitur ab extremo vero ad extremum fictum, ſed à ficto ad fictum non procedit, ſecundum eum: quia eſſent duæ fictiones; & allegat, d.l. ſi aliquam rem,& notata per gloſam in d.l.ab emptione. Hinc etiam eſt, q; licet ex inutili contractu transferatur poſſeſſio interueniente vera traditione l.1.§.ſi vir.ff.de acquiren da poſſeſſio. & l.quod vxor illo eodem titulo, tamẽ ex inu-

tili contractu non transfertur possessio, interueniente solâ ficta traditione per constitutum,precarium conditionem,re seruationem vsusfructus, vel simile modum. Ita singulariter dicit Paul.de Castr.in pulchra & quotidiana quæst.in d. §.si vir,& sentit Bald.in rubrica extra de præscrip. in tertia colum. & est glosa expressa relata ad text.in d.l.quod meo, quam simpliciter ibi sequitur Iacobus de Arena,& quidam alii:Bart.autem & Paul.de Castro.cum distinctione, vt ibi latius per eos. vt autem in hoc quotidiano articulo *claram* habeas resolutionem, dicas breuiter & succincte, regulam esse,quòd duæ fictiones non possunt concurrere circa idē, iuribus prælleg. Sed dicta regula fallit in duobus casibus.
3 †primo quãdo vna fictio uenit consequentiam alterius, tũc enim possunt concurrere §.sed si ab hostibus,Institu. quib. mod.ius patriæ potesta.soluitur,iuncta l.cum duæ,in principio.ff.de capti.& postlimi. reuersis,& l.sub conditione.ff. de solutionib.qui sunt text.ad hoc notabiles,& ita declarat Franciscus de Aretio post alios in casu quotidiano in consi. suo 164.in secundo dubio circa finem: quod nota quia seruit ad multa. Secundo fallit dicta regula,quando duæ fictiones etiam æque principales descendunt ex diuerso fonte æquitatis quod declara, vt per plura quotidiana exempla declarat Bartolus in leg. repetitione dicta lege si *is cui pro* emptore,in vltima quæstione, vbi plene tangit materiam fictionis: & istam doctrinam etiam ponit Ioannes de Imo.in lege si seruus communis meus & castrensis peculii vbi est bona glosa ff.de stipulatio.seruo. & idem vult ipse Ioannes de Imola, in dicta lege si aliquam rem,& in d.l.si is qui pro emptore,circa finem,& Cardina.in cle.quod circa,de elect. & Bartolus in dict.leg.sub conditione:ad quos remisisse *sufficiat*. Secundo argumẽtum ex hoc loco potest formari alio
4 modo sic,De † natura fictionis est fingere nõ esse quod est, & esse quod non est: staturq; fictioni,non veritati quia tantum operatur fictio in casu fictio, quantum veritas in casu vero,leg.vnica in principio, C. de rei vxoriæ actio. cum similibus,& patebit infra per exempla:& per hunc locum deciditur quæstio illa quotidiana,res fuit vendita vel *donata* duobus successiue diuersis temporibns,vni autẽ primo fuit
1 facta traditio ficte per constitutũ,& deinde alteri fuit facta

realis

realis traditio:quæritur,quis debeat præferri, & deciditur quòd ille,cui factum fuit constitutum vt dixi late supra in loco à commodato ad precarium,quare hic non repeto,sed te ad ibi dicta remitto,vbi de hoc reperie satis plene. Isto modo arguendi vtuntur etiam Dynus , & Ioan. Andreæ in Mercurialibus,in regula ratum,in pulchra.q. de regu. iuris lib.6.& docto. sæpe alibi. Ne tamen paralogiseris vel decipiaris,volo te scire. aliquid esse fictionem iuris , & aliquid
5 præsumptionem iuris.differunt enim in multis, † Primò in hoc,quòd fictio iuris est super certo,præsumptio,autem iuris est super incerto ita dicit glo.notabilis in d.l.vnica.§.accedit,super verbo præsumatur:& sentit glo,in l.non est verisimile,ante medium magnæ glosæ.ff. quod metus causa. Secundò in hoc,quod fictio iuris proprie est contra veritatem,præsupponitque contrariam veritatem,vt patet in post liminio & lege Cornelia,d.§.sed si ab hostibus,& §.fi.Instituu.quibus non est præmissum facere testamentum &c. non dicatis,12.quæst.1,& c.2.de arbitris lib.6.in quibus iuribus patet,q̃ lex vel canon fingit aliquem mortuum vel præsentem,qui in veritate mortuus vel præsens non fuit, & fingit nõ captiuum qui vere captiuus fuit:præsumptio autem iuris est super dubio & verisimili, ita dicit Anton. de But. in c.literas,in fine,de tempo.ordinand.& Ioannes Andreæ in regula cum quis in ius,de regulis iuris libro sexto; in mercurialibus:& colligitur ex descriptione fictionis & præsumptionis. Fictio enim discribitur hoc modo. Fictio est in re certa contraria veritati pro veritate assumptio. vel sic Fictio est contra veritatem rei quæ fuit vel est possibilis a iure ex æquo & bono pro veritate assumptio. Præsumptio aũt iuris describitur,vt sit applicatio animi legislatoris sup verisimili eius de quo q̃ritur:vt videre poteris per Salyc. plene declarantem per exempla in l.siue possidetis, C.de probat. & per eundem in repetitione rubricæ.ff.de proba. Tertiò differunt in hoc qa cõtra præsumptionem iuris admittitur probatio in contrarium,dicta lege siue possidetis, dict. leg. non est verisimile; limitando tamen & declarando, vt dixi supra in loco a verisimili , sed contra fictionem iuris non admittitur probatio in contrarium,capitulo accusatus,§.1. de hæreticis libro sexto , cum similibus , & vult glos. Paul.

de Caſtro in d.l.ſiue poſſidetis,& Dominicus in capit. ferrum 50.diſt.ex quo lucide patet hanc argumentationem a vi fictionis eſſe penitus diſtinctam ab argumentatione a veriſimili quæ fundatur ſuper præſumptione, vt ibi dixi. ¶ nūc deducendo vtilitatem ex hoc loco a vi fictionis prouenientem, volo te animaduertere, quod tam a canone, quam a lege fictio iuris reperitur in decem prædicamentis Ariſtotelis,quod quia eſt vtile & quotidianum in practica, declarandum duxi per exempla.Et primo de prædicamento ſubſtantiæ patet exemplum Matthæi 11.vbi Chriſtus loquens de Ioannes dicit,Helias eſt iſte,& habetur tranſumptiue in §.item opponitur 22.quæſt. 2. Secundam leges autem de prædicamento ſubſtãtiæ patet exemplum in eo qui in vtero eſt, qui tamen habetur pro iam nato, quoties de commodo vel fauore eius agitur: ſecus ſi de eius odio, l. qui in vtero,ff.de ſtatu hominum,& §.cum autem,Inſt.de tutelis, quod facit ad deciſionem quæſtionum, de quibus tangitur in dictis locis. Patet etiam exemplum in eo, qui ex honeſtiſſima cauſa,puta belli ſuſcepti pro defenſione patriæ & reipublicæ occubuit, & deſiit eſſe in humanis: nam habetur & reputatur pro viuo, vt profit patri ad excuſandum ab onere tutelæ. Inſtitut.de excuſa.tuto. poſt principium,cum ſimilibus. Patet etiam exemplum in eo qui natus eſt fingitur tamen non natus, vt in caſi ſingulari, l. Titius teſtamento,§.Lucius,ff.de libe.& poſthu.etiam exemplum in eo qui naſcitur, & tamen fingitur non conceptus, vt in leg.qui mortui,ff.de verbor.ſignifica.Ecce de fictione in prædicamento ſubſtantiæ. De prædicamento aũt quantitatis patet exemplum Marci.10. ibi.quicunque voluerit fieri maior,erit veſter miniſter,&c.& habetur tranſumptiuè in c.diaconi 93.diſt.Patet etiam exemplum in c. quanquam,iuncta ſua ſingulari glo.2.q.7. Secundum leges aũtẽ patet exemplum, nam interdum leges fingunt aliquid eſſe plus ratione temporis,quod non eſt plus ratione quantitatis.vt patet Inſti.de actio.§.plus autem,cum ſimilibus: fingunt etiam plus ſolui cum nihil debetur, & minus ſolui cũ nihil ſoluitur:vt patet in l.minus,ff.de verb ſignif.& in l.illud,§.ſi cuius,ff.de tribu.actione, cum ibi not. per Guil.& Pau.de Caſtr. Patet etiam exemplum in l.hæc adiectio.ſt. de ver-

de verborum ſign. vbi habetur, q̃ aliquid fingitur non eſſe plus, quod eſt plus, referendo & reſtringendo verbum plus, ad modicam quantitatẽ: hoc de fictione in prædicamento quantitatis. De prædicamẽto autem qualitatis patet exemplum ſecundum canones in d. capitu. ferrum, vbi poſt peractam pœnitentiam, criminoſus fingitur non criminoſus: quod facit ad deciſionem quæſtionis, quam mouet gloſ. in cap. fidelior, 50. diſtin. Patet etiam exemplum in cap. aliter 30. quæſtio. 5. & in capitu. ſi homicidium 23. quæſtio. 5. in quibus locis fingitur adulter qui non eſt, & non homicida qui eſt. Patet etiam exemplum ſecundum leges, quia interdum lex fingit ſeu interpretatur puruum, quod eſt conditionale & econuerſo. exemplum primi in §. impoſſibilis, Inſti. de hæred. inſtit. & in leg. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtitut. ſub condi. factis, quando ſcilicet conditio appoſita diſpoſitioni eſt turpis vel impoſſibilis: exemplum ſecũdi, vt in caſu ſingulari, l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub conditiõ. factis, & in caſu ſingulari, leg. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. & in l. cum auus, ff. de conditio. & demonſtratio. & hoc defictione in prædicamento qualitatis. De prædicamẽto autem relationis ſeu ad aliquid patet exẽplum Luc. 2. Ego & pater tuus dolentes q̃rebamus te, vbi fingitur pater qui nõ eſt: vt habetur trã ſumptiue in cap. inſtitutum. §. 1. 27. q. 2. Secundum leges autẽ patet exemplum, cum quis fingitur filius qui nõ eſt: & ecõtra cum talis per ſententiam in declaratus eſt l. 1. §. final. & leg. ſequen. ff. de liber. agnoſcen. & leg. ingenuum. ff. de ſtatu hominum, res enim inducata pro veritate accipitur, vt ibi. De prædicamento autem, vbi quod locum deſignat, patet exemplum ſecundum canones: quia translatus de vno epiſcopatu ad alium, exigente communi vtilitate vel neceſſitate, fingitur eſſe in primo loco, vbi tamen vere non eſt: vt eſt tex. in capitu. mutationes, 7. quæſ. 1. & ſecundum leges patet exemplum in eo qui fingitur eſſe præſens quoad incõmodũ ſuum, cũ ſit abſens: patet in cõtumace, Aut. qua in prouincia, C. vbi de cri. agi opor. & in §. ſi igitur, circa fi. in Aut. vt oẽs obediunt iudic. prouin. coll. 5. patet etiã exemplum in abſente cauſa reipublicæ, qui quo ad commodũ ſuum fingitur præſens, licet reuera ſit abſens: vt eſt

tex.in leg.ſi quis Titio.ff.ex quibus cau.maio.patet etiam exemplum in furioſo,qui licet ſit corporaliter præſens fingitur tamẽ abſens,ratione furoris:quia non intelligit quid agitur:vt eſt tex.in leg.diem proferre.§ penulti.ff.de arbitris,in leg.coram ff.de verborum ſignificat. & in leg.furioſo.ff.de re iudica.cum ſimilibus.De prædicamento autem quãdo,quod tempus deſignat, patet exemplum ſecundum canones,quia aliquid fingitur eſſe eo tempore,quo non eſt: vt eſt tex. in c.periculoſe,de pœniten.diſt.1.& patet exemplum ſecundum leges in acta conditionali, qui primo ſortitur effectum extante conditione: & tamen quia conditio retrotrahitur,fingitur dudum ante fuiſſe.vt eſt tex.in l.qđ ſi pendente.ff.de pericul.& commo.rei venditæ,& in l.potior,in principio.ff.qui potio.in pigno.habe. cum ſimilibus, patet etiam de hoc exemplũ in ratihabitione quæ retrotrahitur,l.fina.C.ad Macedo. & regula, ratihabitionem, cum ibi nota.per glo.& docto.de regu.iur.lib.6. patet etiam de hoc exemplum in l.ſi.ff.commu.prædio.iuncta lege per fundum.ff.de ſeruitu.ruſticorum prædior.vbi econtra fingitur nec primum fieri,quod dudum ante factum eſt,cum ſcilicet plures ſunt domini eiuſdem prædii,& vnus primo impo nit ſeruitutem,& alter poſtea quo caſu cum vltimus cedit, primus cedere videtur,vt prima ceſſio trahatur ad tempus ſecundæ,& hoc de fictione in prædicamento , quando. De prædicamento autem,actionis patet exemplum ſecundum canones in cap.mulieres,& in c.quantæ,de ſenten. excom. vbi fingitur agere qui non agit. patet etiam exemplũ ſecundum leges,quæ interpretantur vel fingunt aliquem agere vel egiſſe,qui per aliũ agit vel egit. ſiue erat procurator, ſiue geſtor,ſi poſt modum ratum habuit,l.licet.ff.de iudiciis vbi eſt tex notabilis.Item interpretantur aliquẽ exemiſſe, qui per alium exemit,l.ſi per alium,in prin.ff.ne quis eum qui in ius voca.eſt vi eximat.Item fingunt eum qui nihil fecit,quia officium pietatis omiſit,feciſſe & occidiſſe, vt eſt tex.notabilis in l.necare.ff.de liber.agnoſc.& cõcordat tex. in d.c.quantæ.Item fingunt eum q̃ tradit inſtrumentũ prędij.tradere p̃diũ,vt eſt tex.ſingularis in l.1.C.de dona. Itẽ fingũt eum q̃ retinet vſufructũ in re vẽdita vel donata,trãſferre dominũ,vt eſt tex.ſingularis in d.l.q̃ſquis.Itẽ fingũt

eum

eum loqui,qui nō loquitur,vt in tacitis ſtipulationibus, de quibus per gl.in d.l.vnica,in prin.& in l.his verbis.ff.de adoptio.Fingunt etiam eum non loqui qui loquitur,vt cū aliud dixit,quam voluit,l.in ambiguo.ff.de rebus dubijs, & non agere qui agit,ut ſi legatarius legatum ſibi relictum in diē, petat ante diem,l.vnica, in fine.ff. quando dies vſufructus lega.cedit:vel ſi furioſus vel infans occidat l.infans.ff. ad legem Corne.de ſica.& cle.vnica de homicidio. De prædicamento autem,paſſionis, patet exemplum ſecundum canones in c.præpoſito & ſeq.33.quæſtio.5.vbi fingitur pati qui non patitur,& econtra.patet etiam exemplum ſecundum leges,quæ fingunt patrem pati iniuriam iniuriato filio:vt eſt tex.in §.patitur,In tit.de iniurijs.De prædicamento autē, ſitus,patet exemplum ſecundum canones in c.nerui teſticulorum,& in c.duo mala;13. diſtinct.ubi fingitur quem ſitū eſſe in perplexitate,qui non eſt,patet etiam exemplum ſecundum leges in præſcriptionibus non currentibus contra minores:nam finguntur ſtare & eſſe in pendenti,vt eſt tex. ſingularis in leg.C.in quibūs cauſis integrū reſtit. non eſt neceſſaria iuncta leg.ſicut,C.de præſcrip.triginta vel quadraginta annorum.& hinc dicimus quotidie in practica, q̄ præſcriptio interdum ipſo iure non currit , interdum autem currit ipſo iure,ſed contra eſt eam datur reſtitutio:interdum autem currit,ſed interrumpitur, & interdum dormit, inter quæ magna eſt differentia , vt videre poteris per Pano.& canoniſtas in c.cum non liceat,& in c.ex tranſmiſſa,de præſcrip.& per Bar.Ioan.de Imo. Paul.de Caſt.& legiſtas in l.naturaliter.ff.de vſuca. De prædicamento autem habitus patet exemplum ſecundum canones in cap.lex continentiæ 31.diſtinctio & in c.coniugatus, & in c. vxoratus,& per totum tit.de conuerſio.coniuga.vbi coniugatus fingitur non habere vxorem.Patet etiam exemplum ſecundum leges,quæ interpretantur eum habere qui non habet, l.qui actionem.ff.de reg.iur.& eum non habere poſſeſſionē qui habet,vt cum poteſt de iure ab eo auocari, l.nemo, cū ibi no.per gl. C.de acqui.poſſ. & eum non habere dominū vel rem,cui precium abeſt,vel qui tantundem eſt præſtaturus,vt eſt text. notabilis in l. planè 1 §.quod ſi rem. ff. de legat , 1. de quo articulo vide per Azonem in principio

ſuæ ſummæ ſuper, C.& per Lauren. Arch. Dominicum, Prę po.& alios in d.c.ferrum.& quemadmodum dixi, fictionem reperiri tam a canone, quam a lege in 10. prædicamentis Ariſtote. ita etiam reperitur præſumptio iuris in decem prædicamentis Ariſtotelis, vt declaraui ſatis plenè ſupra in loco a tempore ad tempus. Poteſtas etiam teſtis falſum deponere in Ioan. prædicamentis Ariſto. vt pulchre declarat Bald. in l. data opera, C. qui accu. non poſſ. Poteſt etiam teſtis cauſam ſcientiæ dicti ſui reddere in 10. prædicamentis Ariſtotelis, vt declarat idem Bald. in l. ſolam, C. de teſti. ad quem remiſiſſe ſufficiat. Quæ omnia commenda memoriæ, tanquam pulchra, vtilia, & quotidiana.

1 *Specialia duo circa idem concurrere. an poſſunt. nu. 2.*
3 *Improprietates excuſande, non ſũt trahende ad conſequentiã.*

LOCVS A TOLERATIONE inconuenientis.

A TOLERATIONE inconuenientis ſumptum argumentum eſt forte, frequens, & vtile. Id formatur hoc modo, † Duo ſpecialia circa idem concurrere non poſſunt, text. eſt in l. 1. iuncta ſua notabili gl. C. de dotis promiſſione: & not. gloſ. in l. cum poſſt, §. gener. ff. de iure doti. Huius autem loci meminit Bald. in l. conuenticulam, C. de epiſ. & cle. & doct. ſæpe alibi. Hinc quotidie dicimus in practica, q̃ reſcripta principium ſic ſunt intelligenda, vt duo ſpecialia non contineant quando aliter aliquid operari poſſunt, licet. i. facie videntur continere duo ſpecialia, pro hoc l. mulieri & Titio, ff. de condi. & demon. l. deniq;. ff. ex quibus cau. maio. c. non poteſt, §. fin. de præben. lib. 6. & l. 1. in principio, l. virilis, §. ſi quid vxori, l. is qui, §. ei qui. ff. de legat. præſtan. qui ſunt tex. ad hoc notabiles ſecundum Bald. & Alberi. de Roſate in d. l. 1. C. de dotis promiſſ. & hinc ſingulariter dicit Lucas de penna in l. iubemus nullam nauẽ, C. de nauibus non excuſan. libro 11. quod licet regulariter periculoſum ſeu interitus rei ſit domini, l. ſi vt certo, §. ſed interdum, ff. commo. & l. pignus, C. de pigno. actio. cum ſimilibus:

milibus:tamen ſi tempore belli vel neceſſitatis capiatur na uis priuati vel eccleſiæ ad reſiſtendum hoſtibus,& auferatur, incendatur, vel pereat, periculum erit reipublicæ, ne duo ſpecialia vel priuilegia concurrant circa idem, quod fieri non debet iuribus præalle. de quo vide ibi latius per eum. Hinc etiam eſt,quòd licet hodie donatio perficiatur nudo pacto, l.ſi quis argentum.§.fi. C.de donatio. Tamen hoc ita demum eſt verum,ſi cauſa donationis ſit ſignanter expreſſa:ſecus autem, ſi non ſit expreſſa, ſed tantummodo quærimus de cauſa donationis præſumptiua, ne videlicet duo ſpecialia concurrant circa idem. Ita ſingulariter dicit Bartol.in l.iuriſgentium,§.ſed cum nulla.ff.de pactis:& val de probat Ang.in l.2.§.circa,ff.de doli exceptio. vt autem in hac re,quæ quotidiana eſt,claram habeas reſolutionem, neq; fallaris,diſtingue hoc modo. † Aut plures ſpecialitates ſunt circa idem,vel ex eodem fonte procedũt : aut ſunt circa diuerſa,& ex diuerſis fontibus procedunt. Primo caſu ſubdiſtingue. Aut ambæ veniunt æque principaliter, & tunc non admitruntur, neque tolerantur, d.l.1.[1]& d.§.gener,& aliis iuribus ſupra allegat. Aut vna venit principaliter,& alia conſecutiue ex illa,& tunc plura ſpecialia admittuntur & tolerantur,ſicut plures fictiones, §.ſed ſi ab hoſtibus,Inſtitut.quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur, l. ſub conditione, ff.de ſolutio.& l.cum duæ, in principio, ff. de captiuis. Secundo caſu principali, quando plures ſpecialitates concurrunt circa diuerſa,vel ex diuerſis fontibus procedunt, tunc bene tolerantur, l.ſingularia, ff.ſi certum peta.cum ſimilibus, de quo vide per Salicet. in d.l.1. C.de dotis promiſſ. & per Bartol.& Ioann. de Imo.in repetitione l.ſi is qui pro emptore,in vltima quæſtio. ff.de vſucap.& per Cardin.in clementina quod circa,de electione, & hæc pro tironibus abunde ſufficiant. Illud † autem certum eſt, quòd Improprietates excuſandæ ſunt, non autem trahendæ ad conſequentiam.vt dicit glo.ſingularis in c.præterea, de verborum ſignifi.quod nota,& vide quod dixi ſupra loco proximo,& in loco ſpeciali.

1 Con-

1 *Concesso antecedenti conceditur & consequens limitatur nu. 3. vsque ad finem.*
2 *Concesso aliquo & ea censentur concessa sine quibus illud explicari non potest cum nu. sequentib.*
4 *Tantum præscriptum quantum possessum, & non plus.*

LOCVS A CONCESSIONE ANTECEdentis ad concessionem consequentis.

EST item apud iureconsultos locus a concessione antecedentis ad concessionem consequentis, a quo sumitur argumentum hoc mo
3 do. † Concesso antecedẽti, conceditur & cõsequens, l. 1. §. 1. ff. si vsufructus peta. & l. 3. §. qui habet, & ibi Pau. de Cast. ff. de seruitu. rusticorũ prædio. & l. refectionis gratia, & ibi glos. ff. communia prædio. Vel sic, cui conceditur antecedens, conceditur & cõsequẽs. cum eadem est ratio concedendi, tex. est notabilis in lege secunda, & ibi Cynus, Bartolus, Baldus, Lambertus de Ramponibus, & alii doctores notant. ff. de iurisdictio. omnium iudicum, & in l. 2. §. inspectio. ff. quemadmo. testa. aperian. & in capit. præterea, de offic. delega. & in l. qui procuratorem
2 dat. ff. de procura. & sic † cui conceditur aliquid, intelliguntur concessa omnia, sine quibus illud explicari non potest, iuribus prẽallega. & l. finali, in fine. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdi. & l. tertia, in fine. ff. de penu. legat. & l. veteres, cum ibi nota. per glosam, Bartol. & doctores ff. de itine. actuque priua. Imo, quod fortius est, is cui aliquid principaliter est commissum, nedum potest cognoscere de eo, quod venit accessorie ad causam sibi principaliter cõmissum, sed etiam de eo quod venit accessorie ad accessorium causæ sibi commisse: textus est memoriæ commendandus in ca. prudentiam. §. si vero, & ibi hoc notant Cardina. Ioan. de Imol. Panormit. & alii, de offic. delega. quem textum ad hoc etiã Albericus de Rosate in leg. cum principalis. ff. de regulis iuris. Iste verò argumentandi modus facit ad multa. Et inter alia gratia exempli, pro instructione iuuenum primo facit ad hoc, quod monacus: exiltens in studio de permissione superioris.

Digitized by Google

periores, vel filiusfamilias de præmiſſione patris niſi aliud in datione licentiæ actum fuerit, poterit monaſterium vel patrem pro neceſſitatibus ſtudij obligare, quia data licentia monacho vel filiofamilias ſtudendi, omnia videntur conceſſa, ſiue quibus in ſtudio commode eſſe non poteſt. Ita dicit Archi. in cap. cum paſtoris. 2. quæſt. 7. & Panor. in cap. venientes, de iureiuran. & Ioan. And. in regula, in malis de regulis iur. libro 6. in Mercurialibus & notatur per gloſ. in canon dicatis 12. quæſt. 1. & per gloſam in l. ſi longius, ff. de iudiciis, & per doctores in c. ex parte, de accuſatio. & eſt communi concluſio doctorum, ſecundũ Panor. in conſi. 88. primi voluminis, incipiente, facti contingentia ſic proponitur, & idem vult Ioan. Fabri in §. item ſeruiana, Inſtit. de actio. vbi plus dicit, videlicet, quòd tales inferendo in domum conductam res patris vel monaſterii, tacite obligant eas. Secundo ſimili ratione & argumento epiſcopus, qui habet iuriſditionem in laicos in certis, caſibus, iuxta ea quæ habentur & notantur in c. cum ſit generale, de foro competen. poterit in illis caſibus capere & incarcerare laicos, per dictam regulam, cui conceditur antecedens, conceditur & conſequens: de quo articulo tamen vide latius per Io. And. in addi. ad Specula. in rubrica de offic. ordina. & per Oldradum in conſilio 86. incipiente, quæritur an eccleſia & per Ioan. de Imo. Dominicum, & Philippum Francum in c. cum epiſcopus. de offi. ordina. libro ſexto, & per Pet. de Ancho. in repetitione regulæ, ea quæ fiunt à iudice, in 11. quæſt. de reg. iur. eodem libro, vbi reperies communem concluſionem eſſe, q; epiſcopus non poteſt capere vel incarcerare laicum pro eccleſiaſtico crimine niſi in crimine hæreſis: & ad dictam regulam poteſt reſponderi, quod non procedit hoc caſu, cum non ſit eadem ratio antecedentis & conſequentis: quia licet epiſcopus habet iuriſdictionem in laicos, non tamen habet territorium, niſi quatenus ſibi reperitur conceſſum à iure, vel per illum, qui habet poteſtatem concedendi: quod nota, quia ſæpius vidi de facto, & ex illo eadẽ ratione ſequitur, quod iudex eccleſiaſticus punire non poteſt laicum, temporaliter ſibi non ſubiectum, pœna pecuniaria, pro delicto eccleſiaſtico. ita ſingulariter dicit Ioannes Andreæ in cap. 1. de homicidio libro ſexto, in nouella,

quem

quem illic,sequuntur Dominicus,Philippus Francus,& posteriores.Ex isto etiam sequitur,quod iudex ecclesiasticus, licet cognouit inter laicos de causa dotis vel simili,non poterit exequi sententiam suam latam contra laicum, in bonis laici,sibi temporaliter non subiecti.Ita singulariter dicit Angelus in l.finali,C.de iudicijs, & ante eum Innocentius in capitul.significastis,de officio delegat. & doctores alibi: quod commenda memoriæ,quia sic se habet veritas, quicquid somniet Barbatia,in cap.conquæstus.de foro competenti,qui nihil solidi allegat,& loquitur contra casum expressum,lege episcopale,in fine,C.de episcopa.audien.Tertio similiter hic arguendi modus facit ad hoc,quod illi quibus adempta sunt ea,quæ sunt iuris ciuilis,permissa autem ea,quæ sunt iurisgentium (Exemplum in deportato & similibus,l.quidem ff.de pœnis) habent etiam exercitium actionum.licet illæ sint de iure ciuili,l.secunda,§. deinde, & §.omninm,ff. de orgine iuris, ex quo enim conceditur eis,posse emere,vendere,locare,contrahere,& alia facere, quæ sunt iurisgentium,l.ex hoc iure,ff. de iustitia. & iure, æquum est vt eis etiam illud videatur concessum, sine quo illud exequi vel exercere non possent,iuribus præallegatis, & ita comperio velle Albericum de Rosate in dicta leg.quidam,& Barbatiam,& Felyn.in dict.c.præterea,post Bar.per eos relatum in leg.seruos.ff.de aliment.& cibar.lega. sed vide eundem Bart.id clarius ponentem in l.si victum, vbi de hoc est casus singularis,secundum vnum intellectum, ff.de re iudica.& idem volunt Ange.& Ioan.de Imo.Idem etiam Bart.Bald.Salyc.& doct.in l.si tibi mandauero,§. is cuius, per illum tex.ff.mandati.& idem Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure,& rason Institutis.de actio.in princi.Quarto ad hoc facit,quòd licet procurator constitutus à minore cum curatoris autoritate,non possit regulariter petere restitutionem in integrum,quia ad eum requiritur speciale mandatum,l.illud.ff.de minorib.tamen si in aliquo actu gesto per procuratorem minoris contingat læsio,vt quia non probauit in termino,vel quid simile,poterit aduersus talem lesionem petere in integrum restitutionem, quasi videatur ad hunc articulum incidentem,venientem in cõsequentiã primi,vel quasi pendente ex primo,habuisse mandatum.Ita

dicit

dicit Innocen.in c.ſuſcitata,de in integrum reſtitu. quem referunt & ſequuntur Barto.Pau.de Caſt.& docto. in l. cũ procurator,in principio,& ibi bona glo. ff.de noui ope.nuncia & idem Bartol.Paul.de Caſtr. & docto. in l.indebitam. ff.de cõdictio.indebi. vbi dicũt hoc ſeruire ad multa.Quinto facit ad hoc,quòd ſi per ſtatutum conceditur alicui licẽtia aliquid faciendi,erit tali licitum cõgregare amicos, qui ipſum ad hoc iuuent. & hoc caſu non punientur adiuuantes, ſicut nec principalis. Ita ſingulariter dicit Paulus de Caſt.in dicta lege refectionis, per illum textum. vbi dicit, quòd illud, quod poſſum facere per me ipſum, poſſum etiam facere per miniſtros meos ad hoc neceſſarios, & illis reſiſtens videtur mihi reſiſtere:quam deciſionem refert,& ſequitur Cępola in conſilio ſuo quarto incipiente, viſa querela,& Hippolytus de Marſilijs ſingulari centeſimo 75.de quo vide ibi plenius per eos.& per Bald.Salicet.& docto.in l.Gracchus C.ad legem Iuli.de adulte.Sexto facit ad hoc, quod habens mandatum ad contrahendum, videtur etiam habere mãdatum ad recipiendum ſolutionem, & quòd ſoluentes ei,liberantur. l. quod ſeruus, ff.depoſiti, & l. quod ſeruus,ff.de ſoluti.& ita notabiliter volunt Bar.Bald. & docto.in l.filius paciſcendo, C.de pactis:& idem Bartho.in l.filiæ.ff.de ſoluti.& Pau.de Caſt.Iaſon & doct. in leg.ſi vrbana,ff.de cõdict.indebi.vbi vide.Septimo facit ad hoc,quòd habens mandatum ad mutuandum vel contrahendum, videtur etiã habere mandatum ad confitendum ſe recepiſſe ſolutionem, lege,qui procuratorem dat.ff.de procura.& dicta lege 2.cum ſimilibus,& ita vult Zaſius intellectibus iuris ſingularibus in capite,Procurator ad mutandum conſtitutus poteſt de recepta pecunia confiteri: & hoc credo verum,licet Bar.in l.2.in fine.ff. ſi cer.peta.& in leg.ſi debitorum meum, ff.de nouatio.teneat contrarium. Poſſet & ad multa alia induci hæc argumẽttaio, vt colligi põt ex his quæ notat Pet.de Ancha.in repetitione regulæ,acceſſoriũ, de regul.iur.libr.6.& Iaſon in dict.leg.ſecunda,ff. de iuriſdictio. omni. iudi. ſed prædicta pro iuuenibus abunde
3 ſufficiunt. Dicta † tamen regula, cui conceditur antecedens, conceditur & conſequens, limitatur multis modis. Primo vt non procedat, quando acceſſoria ſunt maioris

iuriſ-

iurisdictionis quam ea quæ principaliter committitur: Ita notabiliter vult Bartho.& post eum alii in dict.leg.2.& huic con gruunt, quæ dixi supra de non incarcerando laico per episcopum pro crimine ecclesiastico.Secundo limitatur nō procedere, quando ille cui aliquid committitur, est capax principalis sed non accessorii:Ita notant Angel.Paul. de Castro Iason , & alii in dicta leg.2.& potest poni exemplum in capitul.tuam,de ordi. cognitio. & in capitu.lator , qui filii sunt legitimi.Tertio limitatur non procedere in specialiter reseruatis supremo principi:textus est notabilis in dict.cap. prudētiam.§.sexta, & ibi Panormitanus & bonus textus in cap.quod translationem,de offi.lega.& vult Iason in d.l. 2.' Felinus in d,cap.præterea.Quarto limitatur,nisi ea sine quibus negocium commissum expediri non potest,sint alio iure prohbita : Ita notabiliter dicit dominicus post Ioann. de Imola in capitulo.quicunque,de hæreticis lib. 6. & sequitur Felinus in dicto capitulo præterea,in fine.Quinto limitatur multum singulariter,vt licet ea intelligantur commissa,sine quibus commissio nullo modo expediri potest,iuribus præallegatis, Non tamen veniunt ea sine quibus negocium expedi ri potest,sed non ita commode & faciliter: de hoc est glos.singularis in cap.solet,in principio,super verbo superiorem,de sent.excommu.lib. 6. quæ singulariter vult, quod delegatus papę non potest absoluere ad cautelam,nisi id specialiter sibi sit commissum : quamuis ea absolutione impensa,magis commode procedi posset in negocio principali,& illam glos.sequuntur ibi Dominicus,Philippus Francus & doctores:de hoc tamen videtur dubitare Iason in d.l, 2.& eius opinio videtur de iure verior,cū de nullo uel modico præiudicio partis aduersæ agatur:sed in dubio non est ab opinione glos.& communi in iudicando recedendum, iuxta ea quæ dixi supra in loco a contrario sensu , circa finem. Sexto limitatur vt non procedat in iurisdictione præscripta,in qua non transit cohertio nec potestas cohercendi,nisi hæc etiā sin præscripta: quamuis sine istis iurisdictio videatur quasi inutilis & illusoria:de isto est textus notabilis in cap.cum contingat,& ibi Panor.in quinta columna notat,de foro competen.& volunt Alexan.Iason , & doctores in dicta lege secunda,ratio huius est, † quia tantum censetur

gur præſcriptum,quantum poſſeſſum, & non plus,l. 1. §.ſi quis hoc interdicto,& ibi pulchre per Bar.ff.de itine.actuque priua.& c.cum olim,de præſcriptio.& c.dilecto,de offic.archi.cum ſimilibus.Et hinc eſt, quod ſi abbas vel prælatus inferior præſcripſerit viſitationem, & non recepit procurationem completa præſcriptione uiſitationis,non poterit exigere procurationem:quia præſcriptio extendi nõ debet iuribus.præalleg.Et ita decidit gloſ.notabilis in regula,odia,de reg.iur.lib.6.& volunt Hoſtien.Ioan.de Imo.& doctores in cap.cum ex officii, de præſcriptio. quod nota, quia eſt quotidianum.Hinc etiam eſt,quod qui præſcripſit decimas in aliquo loco , non videtur præſcripſiſſe nouales: textus eſt notabilis in c.cum contingat,de decimis, & facit c.2.in fine,eodem titu. libro ſexto. Hac etiam ratione qui præſcripſit inſtitutionem,non videtur præſcripſiſſe ius deſtituendi,licet inter ea ſit quædam communio : Ita volunt Hoſti.Ioan.And.Panor.Felin.& doct.in c.cum ex iniuncto, de hæreti.Panor. in cap.accepta,in fine, de reſtiturio. ſpolia.& Card.in cle.vnica,de renunciatio.qua propter & ipſe ego conſultus aliquando de facto occurrẽte reſpondi,quòd præpoſitus ſeu Archidiaconus qui præſcripſit fere omnia iura epiſcopalia,neque tamen conſueuit recipere,charitatiuum ſubſidium, (quod recipit epiſcopus c. cum apoſtolus,de cenſibus) non poterit exigere a clero charitatiuum ſubſidium,ſeu ut vocant,iucundum aduentum: quia non plus præſcriptum quam poſſeſſum,iuribus præall. & optime facit deciſio Rotæ 402. in nouis incipiens , Si aliquis epiſcopus &c. Præſcriptio enim in vno non extenditur ad reliquum, etiam ſi inter ea detur quædam communio , vt ſupra dixi.certum autem eſt quod de iure communi prælati inferiores epiſcopis,non ſunt fundati ad petendum charitatiuum ſubſidium,vel ad imponendum vel faciendum collectam, & ergo debent ſuccumbere. niſi habeant priuilegium,vel niſi iuuentur conſuetudine:vt notant Hoſt.Ioan. And.Panor.& docto.in dict.cap.cum apoſtolus:quod nota, quia ita fuit iudicatum.de qua quæſtione quotidiana , an ſcilicet præſcriptio extendatur, vide per Felin. in capitulo auditis, vbi hoc pleniſſime examinat , de præſcriptio.reliqua videat ſtudioſus per Iaſonem in dicta lege 2. & per

Barba-

Barbatiam, Felinum, & alios in dicto capitul. prẽterea An autem asserens se procuratorem & habere mandatum videatur asserere omnia illa, sine quibus non potest esse procurator, vt quod est maior 25. annis l. minor. ff. de procuratio. & similia, ita ut ei incumbat onus probandi, vel an aduersario obiicienti quòd est minor incumbat onus probandi, vide pulchrè per Paulum de Castro, in l. cum te, in fine, C. de probatio. vbi post Petrum & alios tenet, quod excipienti incumbat onus probandi, vt latius ibi uidere poteris per eum vide etiam glosam & canonistas in cap. nonnulli. §. sunt & alii, de rescrip. vbi similis habetur quẽstio, vide similiter optimam distinctionem, quam pro intelligentia dictę regulę faciunt Bal. Albericus de Rosate & Lambertus de Ramponibus post Petrum & Cynum in dicta lege secunda. ff. de iurisdictio omnium iudicum: item distinctionẽ quam in d.l. 2. ponit Bart. & optimam distinctionem quam in hac materia ponit Henricus Boick in d.ca. ex parte. ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat, quanquam tamẽ & alia quędam huc respicientia ducam infra loco proximo, & duobus locis sequentibus.

8 *Consequenti concesso videtur concessum omne illud per quod peruenitur ad illud.*

Limitatur num. 2.

3 *Consequens qui petit, petere etiam videtur antecedens.*

Limitatur num 4.

5 *Argumentum a concessione consequentis &c. quando non procedat.*

LOCVS A CONCESSIONE CONsequentis ad concessionem antecedentis.

VIN & econtrario a concessione consequẽtis ad concessionem antecedentis frequens est & vtile argumẽtum: formatur autem dupliciter, ad duplicem videlicet effectũ. Vno
1 modo sic, † Cui conceditur consequens, cõceditur omne illud per quod peruenitur ad illud. l. ad legatum,

Digitized by Google

gatum, & l.ad rem mobilem, cum ibi notatis per glos.ff.de procura capitu.quoniam,de sentent.excommun. libro 6.& §.idem iuris,Institut.qui & ex quib.cau.manumitten.non poss.cum similibus. Concesso enim fine, concessa videntur omnia per quæ deuenitur ad finem,iuribus præalle. & c.cum infirmitas,de pœniten.& remissio.per quem tex.dicit ibi singulariter Panormitan. quòd quando Papa disponit in finem salutis animarum, potest disponere nedum circa laicos quos intendit constringere, sed etiam circa alios laicos: prout in dict.capitu.cum infirmitas, pro salute animarum corporaliter ægrotantium disponit etiam circa medicos laicos: quod est notatu dignum,nec recordor me alibi legisse. Videmus itaque, quòd quando conceditur aliquibus officialibus potestas prouidendi super statu ciuitatis seu politia eiusdem,omnia extrinseca videntur concessa per quę peruenitur ad id quod expresse commissum est. Ita vult Bart.in l.ambitiosa,in 2.& 3.colum.ff.de decr. ab ordine facien. Itidem si pater dedit licentiam filio exercendi aliquam negociationem, & tradidit ei capitale, filius autem conduxit domum necessariam pro illa negociatione, & in eam intulit aliqua de bonis patris, quòd talia bona censentur tacite obligata pro pensione domus, per dictam regulam, qui vult consequens, videtur velle omne necessarium antecedens,iuribus præall. & ita expresse tenet Ioannes Fabri in §.item seruiana,Institutis de act. quem sequuntur ibidem alii.Hinc quoque procedit,quòd licet dispensationes, quæ sunt contra ius, sint odiosæ & restringendæ,capitu.1.& 2.de filiis presby. libro 6. tamen si est dispensatum cum illegitimo, quòd possit habere episcopatum,intelligitur in necessarium antecedens dispensatum cum eo,q; possit præsbyterari. quia sine ordine sacerdotali,non potest esse episcopus.Ita notabiliter dicit Petr. de Anchar.in clem.1.in 9.colum.in 5.oppositione de concess.præben.& Panorm.in cap.ex par.3. de decimis. & sequitur Iason in l.1.in secunda colum. ff.de transa. & idem Iason in l.si causa cognita,C.de transactio.Hinc etiam est, quòd quando mandatur alicui executio alicuius negocij, quod princeps vel committens non examinauit,videtur ei eidem commissa cognitio,vt præambulum & antecedens,ii

& ſi non cognitio, C.ſi contra ius vel vti.publicam,& c.de cætero,de re iudica.cum vtrobique nota. & habetur plenè per Bar.in l.à diuo Pio,in principio,ff.de re iudica. ad quẽ
e breuitatis gratia ſatis ſit remiſiſſe. Limitatur † tamen dicta regula,cui conceditur conſequens,conceditur & antecedens, & omne illud per quod peruenitur ad illud , inter alia, Primo,vt procedat, niſi antecedens ſit maius ipſo conſequente:arg.l.penul.§.illo,C.de neceſſ.ſeruis hæred.inſt. & argumento notatorum per Barto.in l.2.in 1.colum.ff.de variſd.om.iud. cuius rei poteſt poni exemplum in c.tuam. de ordi.cogn.& in cap.lator,qui filii ſunt legit. Secundo limitatur, niſi ille cui conceditur conſequens, vellet ſibi ius dicere pro conſequendo antecedente vel præparatorio:tũc enim permiſſo conſequente , permittitur præparatoriũ vel antecedens.Ita ſingulariter dicit.Oldrad. in conſil. ſuo 82. & Card.in clemen.dudum,§.huiuſmodi,circa finem,de ſepultu.vbi volunt, quòd licet omnibus apud fratres mendicantes,ſepeliri volentibus liberè permiſſa ſit electio ſepulturæ,d.clem.dudum , cum ibi nota.tamen ipſi fratres non poſſunt inuito curato proceſſionaliter cum cruce intrare eius parochiam, & accipere funus quia ſic ſibi ius dicerẽt, quod non licet,l.extat.ff.quod metus cauſa,& legat.ſi quis in tantam, C.vnde vi,cum ſimilibus.& hoc tene, quicquid dicat Oldradus ſibi contrarius in conſil.ſuo 225, in ſecundo dubio,& Petrus de Ancho. in dict.clementina dudum. hæc enim opinio tutior eſt,ne detur materia rixæ,ſeditioni,& aliis malis,quæ ex hoc prouenire poſſent, & ita obſeruatur ſecundum Cardinalem in d.clem. dudum. §. huiuſmodi: quâpropter bene dicit gloſa in d.clemen. dudum.§. verum,ſuper verbo integre, quod quando electa eſt ſepultura apud fratres mendicãtes, funus primò portandum eſt ad eccleſiam parochialem , & ibi celebranda eſt miſſa, vt ſic recipiat ibi vltimum vale: & ita in pluribus locis ſeruatur,& me cõſulente ita ſeruatum fuit in funere nobilis & generoſæ dominæ Barbaræ de nouo caſtro uxoris domini Gerardi de Pleynes piæ memoriæ , ſepultæ Machliniæ apud Carmelitas,quæ recepit vltimum vale in eccleſia ſua parochiali ſancti Rumoldi : quod ſingulariter tene menti. & vide optimam diſtinctionem,quam pro intelligentia di-

&c

& regulæ facit Baldus post Petrum & Cynum in d.l.secunda,ff.de iurisdi.omnium iudicum,& Albericus de Rosate,& Salicetus in l.indebitam ff.de condict. indebiti. Se-
3 cundo argumentum ex hoc loco formatur aliter sic, † quī petit vel vult cōsequens, videtur etiam petere & velle antecedens, hoc est, omnia sine quibus illud non potest procedere: tex.est notabilis in l.illud,& ibi Bar.Pau.de Castro & doct,notant,ff.de acquiren.hæredit.& est tex. valde singularis in ca.ex parte, cum ibi notatis per Anton.de Butr. Panorm. Ioann.de Lisura, Præpositum, & alios canonistas de sponsalib.& hęc argumētandi formula in pulchra quęstio. vtitur Salicetus in repetitione constitutiones, sacramento puberum, in fine, C. si aduersus venditio. & doctor.alibi non raro. Hinc est agitur (ut exemplis vtamur) quòd procedit libellus, in quo actor simpliciter petit reū cogi & compelli ad soluendum 10.licet cum non petat cō demnari:quia qui petit consequens, videtur etiam petere antecedens,iuribus præalleg.& ita notat Panor.in ca.olim causam,per illum tex.de censibus, & Antonius de Butr. & Ioannes de Imol in capitu.examinata, de iudicijs, & idem Ioann.de Imol.in l.in summa, in princip.ff.de re iudicata: nam petita executione, videtur prius petita condemnatio, ex quo narratio est clara & aperta: cautius tamen est petere cum condemnari, uel saltem subiicere clausulam illam generalem & consuetam super quibus omnibus & singulis peto mihi ius dici & iustitiam administrari: quia tunc sine aliquo scrupulo procedit libellus, secundum Ioannem de Imo.in dict.l.in summa, & in leg.si cum nulla, eod.titu. de cuius clausulæ effectu vide quæ dixi supra in loco ab effectu eorum quæ simul requiruntur ad esse, circa finem. Hinc etiam est, quòd si alicui ad aliquem locum ueniendi datur securitas, uel ut uocant saluus conductus intelligitur quòd talis possit pro expeditione illius actus ibi morari,& abinde libere discedere:Ita notabiliter dicunt Pet. de Anchora.& Panormitan.in capit.quia diuersitatem,de concess.præben.& Bartol.Angel.& docto.in l.utimur. ff.de sepul. uiolato.& idem Barro.in l.relegati, ff.de pœnis,& in l.1.ff.ad legem Iuliam maiesta. & in constitutione habita, C.de filius pro patre,& in l.nullam, C.de nauicula.lib.11.

& Angel.in consi.suo 363.incipiente quicquid volo,vbi re-
curre. Hinc similiter est, quòd si agens petitione hæreditatis non petat si hæredem declarari,vel si agens rei vendicatione non petat se dominum declarari, sed solum petat alium cogi & compelli ad dimittendum & restituendum hæreditatem vel rem aut bona per eum possessa, valet libellus,argum.d.l.illud,cum similibus:vt notabiliter dicit Bar.in l.ex diuerso.§.1. circa princip.ff.de rei vendicat. & sequitur Alexan.de Imo.in l.2.§.prius,circa finem,ff.de vulg.& pupilla.Hinc etiam dicit singulariter Bald. in Authen.dos data,ad finem,in noua lectura, C.de donatio.ante nuptias,quòd procedit libellus, in quo mulier petit sibi donationem propter nuptias tradi,& libellus in quo aduocatus petit clientulum suum ad soluendum salarium condemnari:licet mulier & aduocatus non petant donationem propter nuptias vel salarium sibi constitui:quia effectus libelli & rei debet considerari,secundum eum:semper enim conari debemus,vt sustineatur libellus si fieri potest, vt notat Innocen.in d.cap.examinata,& Bar.Iason,& docto.in l. sed & si possessori, §.item si iurauero, ff. de iureiurando. Item hic locus facit ad hoc,quòd procedit libellus, in quo quis petit sibi restitui rem, licet expresse nõ concludat ad rescissionem cõtractu,quæ tamen rescissio contractus erat necessaria:quia petendo restitutionem re satis videtur petere contractus rescissionem, quæ erat prçambula. Ita nominatim dicit Anto.de Butrio in cap.constitutus, post glo. ibi,in verbo, iuxta ratam, de religi.domib. quem refert & sequitur Iason in §. rursus, in fine, Institutis de actio.& idem Iason in.§.omnium, illo eodem titu. & sæpe alibi. Hinc etiam singulariter dicit Angel.post glos. & Azonem in l.si aliquam rem,ff.de acquir.possess. Quòd si in instrumento dicatur,talis sciens se dominum & possessorem talis fundi, conduxit eum à Titio locante eum sibi, videtur translatum dominium & possessio in ipsum Titium ex mẽte contrahentium,& ex vi cuiusdam necessariæ consequẽtiæ. nam ex qno contrahentes voluerunt facere dictum cõtractum, qui non potest iniri stante dominio conductoris, videntur voluisse omnia, quæ sunt necessaria ad substantiã ipsius contractus,arg.d,l.illud. & idem expresse vult Salic.

in

in l.qui rem, C.locati: quando per verba præambula conſtat vtriuſq; voluntatem concurrere ad translationem dominii.de hoc tamen vide latius per Bartol.Alberic.de Roſate,Paulum de Caſtro Ioan de Imol.Franciſcum de Aretio, & poſteriores in d.l ſi aliquam rem , & per Alberic.de Roſate.in d.l,qui rem,& in l.ad probationem,C.locati.Simili etiam ratione dicunt Petrus, Cyn.Bald.& Alb.Salic. & Odofredus in l.pacta nouiſſima,C.de pactis,quòd ſi debitor meus habeat exceptionem rei iudicatæ , & vltra hoc exceptionem pacti de non petendo, ſi poſtea indiges auxilio meo fecit mihi pactum de petendo, videtur renunciare vtrique exceptioni. qui enim vult vnum, vult omnia , ſine quibus illud vnum procedere non poteſt , d.l.illud. & qui vult vnum , cenſetur velle aliud,ſine quo illud eſſet inutile,vt eſt tex.notabilis,iuncta ſua ſingulari gl. in l.quamuis. C.de fideicom.& vult Pau.de Caſtro in d.l.illud, & docto. ſæpe alibi.Quare etiam notabiliter dicit Bald. in l.conuenticulam,in penult.colum.C.de epiſco.& cle. quod quando ad poſitionẽ rationis ſequitur poſitio dicti,tunc teſtis,probat:vt ibi latius per eum. Poſſent & multa alia huius loci exempla adduci,ſed prædicta pro iuuenibus abunde ſufficiunt: Quare nunc de limitationibus agamus . Dicta itaq;
4 regula. † Qui petit vel vult conſequens,videtur etiam petere & velle antecedẽs, limitatur primò,vt procedat in his quæ pendente ex noſtra voluntate , vt in caſu d.l.illud , & in exemplis ſupra poſitis ſed in aliis non dependentibus ex noſtra voluntate , ad poſitionem conſequentis non ſequitur poſitio antecedentis,vnde exempli gratia , licet probetur quem fuiſſe promotum ad presbyteratum, per hoc tamen non ſequitur , quòd talis fuerit promotus ad priores ordines,licet hoc neceſſario requiratur: & ergo debet oſtẽdere literas de quolibet ordine,c.2. & ibi hoc notat Inno. de clericis peregrinis , & probatur in tit.de clerico per ſaltum promoto. Aliud exemplum, Producitur ſententia,per hoc tamen non probatur, quòd præceſſerũt acta & ea quæ ſunt ſubſtantialia indicii, licet hoc requiratur, c.quoniam contra falſam,cum ibi notatis per gloſam & doc. de proba. & l.prolatam, C.de ſentent. & interlocut.omni. iudicum. ita notabiliter dicunt Barto.Paul.de Caſtr.& docto.in d.l.

illud. eleganter ergo dicit Iason in l.pactum inter hæredē, in 1.colum.ff.de pactis, quod hęc regula non procedit in contractibus,sed dumtaxat in vltimis uoluntatibus, prout loquitur d.l. illud, cum similibus. Neque tamen id ipsum sine limitatione, de qua ibi per eum.Secundo dicta regula limitatur, vt non procedat, quando antecedens est maius ipso consequenti,textus est notabilis in d.l. penult. §. illo. vbi de hoc est casus,& in d.capitul.tuam,& in d. capitu.la tor. Tertio non procedit,quãdo ex hoc sequeretur vel pręsupponeretur renunciatio iuris liquidi, vt rei iudicatę vel instrumenti.Ita limitatur Iason in d.l.1.ff.de transact glorians hanc esse suam nouam limitationem:quę tamen limitatio mihi non placet, propter ea quę notant Petr. Cyn. Bald.Alberic. Odofredus, & Salicet. in dicta lege pacta nouissima. Nam ad leges per Iasonem allegatas facilis est responsio, quum loquantur in casu particulariter rei iudicatę, ex quo non potest fieri regula generalis. vt facit Iason in cap. in genesi,cum ibi nota.per doct. de elec. & cõtrarium eius,quod tenet Ias.in d.l.1.reperio velle Raphaelē Fulgosium in consilio suo 119. incipiēte, proponitur,quòd Fœdericus,&c. Vbi singulariter dicit, quod super re transactione,vel iureiurando decisa,& super eo de quo constat per instrumentum publicum,transigi potest,cum hoc nusquam reperiatur prohibitum, secundum eum quod nota: de hac materia etiam uidere poteris satis latè per Alexand. de Imol.in d.l.si causa cognita,& per Bar.Salice & doct.in l.eleganter.§.1.ff.de condic. indebiti. Hoc autem nolo te
5 ignorare, q.† si consequens est generalius antecedente, & necessario sequitur ad antecedens,tunc licet argumentum a concessione antecedentis ad concessione consequentis sit necessarium (vt si homo est, animal est: sed homo est, ergo animal est tamen hoc casu econuerso a concessione consequentis ad concessionem antecedentis affirmatiuè, non valet argumentatio, vt in exemplo supra dicto,non valet consequentia,animal est,ergo homo est,licet bene ualeat negatiuè, non est animal, ergo non est homo:nec etiam hoc casu valet argumentatio a dēstructione antecedentis ad destructionem consequentis:non enim valet consequentia,non est homo,ergo non est animal, quia

potest

poteſt eſſe aſinus: ut dixi ſupra in loco a genere ad ſpecie, & in loco a ſpecie ad genus: ſed vbi conſequens non eſt generalius antecedente, neque neceſſario ſequitur ad antecedens, ſed frequenter & vt plurium, tunc certe à conceſſione conſequentis ad conceſſionem antecedentis valet argumentatio affirmatiuè, vt exempli gratia, mulierem parere prolem, frequenter & vt plurimum ſequitur ad concubitum cum maſculo: vnde bene ſequitur, mulier peperit, ergo cum maſculo còcubuit, naturaliter videlicet loquendo: nam in beata virgine Maria miraculoſe aliter euenit, Matthæi & Lucæ i. & Eſaiæ 7. A conceſſione autem antecedentis ad conceſſionem conſequentis hoc caſu non valet argumentatio. Non enim ſequitur mulier concubuit, ergo concepit vel peperit & hoc caſu a deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis bene procedit argumentatio negatiuè, vt non concubuit, ergo nec perperit. A deſtructionem antecedentis hoc caſu non enim ſequitur, non peperit, ergo concubuit. Quando autem conſequens eſt generalius, antecedente & neceſſario ſequitur ad antecedens, tunc vt dixi ſupra, bene procedit argumentatio a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis, ſed non econtra: cui aſtipulatur Io. de Platea in l. 1. C. de delatoribus lib. 10. quod nota, & vide quod dixi ſupra loco proximo, & quod dicam infra in duobus locis ſequentibus.

1 *Argumentum a deſtructione antecedentis ad deſtructionem cõſequentis quando procedat.*

LOCVS A DESTRVCTIONE ANTEcedentis, ad deſtructionem conſequentis.

HVNC quoq; locum a deſtructione antecedẽtis ad deſtructionem conſequentis, ſeu ab antecedenti deſtructio, ponit Bald. in l. conuenticulam, C. de epiſco. & cleri. licet uideatur corruptus. Atque eo vtitur idem Bal. in l. 1. in v. oppoſitione, C. de fideicommiſſis, & idem in l. 1. C. de iure aureo. annullorum, & in cap. 1. §. & quia vidimus in 5. columna qui feud. dare poſſunt. fundatur autem hic locus

in l.& quia,in verſicul.ideoque,& ibi Alberic.de Roſate nō tat.ff.de iuriſdi.omni.iudic.& in l.1.§.huius rei.ff. de offi. eius cui mandata eſt iuriſd. quem tex.ad hoc extendit Bal. in d.§.& quia vidimus , & Nicolaus de Vbaldis in tractatu de ſucceſſionis ab inteſtato in 8. colum. Argumentum tamen,quod ex hoc loco ſumitur , non videtur procedere,l. quidam tabularum,in princip.ff.de furtis , & ibi hoc notat glo.& ergo hunc locum in catalogo locorum legalium non poſuiſſem,niſi reperiſſem,Bald.Alber.& Nicolaum de Vbaldis in locis prælleg.eum ponere, & gloſam & Præpoſitum, de eo facere mentionem in c.penul.43. diſt. Ne tamen hæc varietas & diſcrepātia opinionum in limine occurrens,quē piam offendat a proſequendo retrahat,cogitaui pro concordia poſſe dici,aliud eſſe locum,aliud argumentum,vt ſupra
x in primo euidentiali dixi:& † argumentum a deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis tunc demum procedere, quando conſequens ſequitur ad antecedens frequenter & vt plurimum,non autem neceſſario, vt declaraui ſupra loco proximo,vel quando termini ſunt conuertibiles quod vt lucide percipias, declarandum duxi per exempla. & ecce in primis,viſitatio & procuratio ſunt conuertibilia, & habet ſe viſitatio ad procurationem vt antecedens, procuratio vero ad viſitationem vt conſequēs. Modo uides quod facta uiſitatione,debetur viſitanti procuratio: deſtruc nunc antecedens,& poue non factam eſſe viſitationē,& nō debebitur procuratio. Item ſicut tertius contra epiſcopum præſcribere poteſt viſitationem , vt ſcilicet per eum & non per epiſcopum uiſitentur alias ſubditi epiſcopi: ita etiā præſcribere poterit procurationem quod ſi non ſit præſcripta viſitatio,nec etiam cenſebitur præſcripta procuratio:& quē admodum ſubditus non prēſcribit contra viſitationem,quā epiſcopus ſuus ordinarius facere poſſet & uellet, nec auditur hoc allegans.niſi articulet de alio prælato,qui hanc uiſitationem in eo præſcripſiſſet. Ita nec præſcribit cōtra procurationem,vt hæc omnia habentur in c.cum auditis, in c. cum olim, & in c.cum non liceat,de præſcri.& ibi Panor.in 6.colum.in verſi.venio ad tertiam & vltimam partem gloſ. & habetur per Rotam in deciſi.243.in nouis,incip. ſi decanus.& in c.cum perſonæ,de priuil.lib.6.& in c.cum ex officii,de

cii,de præſcri.vbi non minus eleganter quam verè dicit Panor.quod quando antecedens ſeu principale eſt impræſcriptibile,tunc etiam conſequens,acceſſorium,vel connexum, non poteſt præſcribi Item cape aliud exemplum,habere iuriſditionem,& compellere ſeu coſtringere, ſunt conuertibilia l.fi. ff.de iuriſd.omnium iudicum,& c.2.§.fi. de conſtit. lib.6.cum ſimilibus,& habet ſeiuriſditio ad conſtringere vt antecedens, conſtringere verò ad iuriſditionem vt conſequens. vides autem,quod archiepiſcopus in caſibus in quibus habet iuriſditionem in ſubditos ſui ſuffraganei, poteſt compellere & conſtringere eos ad ſuſcipiendum delegationem,& vice verſa antecedenti deſtructo in caſibus ſcilicet in quibus non habet iuriſditionem, prout regulariter contingit,non poteſt eos conſtringere ſeu compellere:vt eſt textus in cap.paſtoralis,in princip.iuncta ſua notabili gl.de offi.ordina.eſt & aliud exemplum in d.l.& quia,in verſic.ideoque.Neque me mouet contraria deciſio glo.in l. eum qui, in principio.ff.de publiciana,vbi gloſa loquens in conuertibilibus,vt ſunt vſucapio & publiciana,dict.l.eum qui,in principio,& §.in hac actione,iuncta glo. & l.traditionem,illo eodem titu.quod dicit non tenere locum ab antecedenti deſtructo,& allegat l.cum ſponſus.§.in vectigalibus, illo eodem titulo vbi clare habetur,quod fundi vectigales nõ uſu capiuntur,& tamen in eis habet locum publiciana. Ad hoc enim dico,quod gloſ.decipitur per fallaciam amphibologiæ cum aliter & aliter ibi capiatur ſundos uectigalis, vt bene declarant ibi Bartol.Baldus, Ang. & docto. qui dicunt illũ textum,inquantum vult ceſſare vſucapionem in fundis vectigalibus, intelligi debere quo ad directum dominium, & quod ſequitur in eis locum habere publicianam,hoc intelligi debere quoad vtile dominium:& idem vult ibi gl.& docto.in l.ſi ſimita.§.ſi de vectigalibus.ff.de damno infecto, & Iaſon in §.ſed ille, Inſtitu. de actio.ad quod etiam bene faciunt notata per Paulum de Caſt.in l.nunquam.1.ff de vſucapio.& ſic dicta obiectio non obſtat,& remanet uera cõcluſio ſupradicta,quod argumẽtum ab antecedenti deſtructo procedit,quando termini ſunt conuertibiles,vel quãdo cõſequẽs frequenter & vt plurimũ, non autem neceſſario ad antecedens:alias ſecus,& ſic debet intelligi gl.in d.l.quidã

cabu-

tabularum, neque enim aliter intelligi, debet, quam secundum illum text. ad quem se refert, iuxta singulariter notata per per Barto. in l. non solum. §. si liberationis verba. ff. de liberati. legata. quod nota, quia posses facilitèr decipi, si non perpenderes. Si autem ampliare volueris hanc materiam, & plene intelligere, quando destructo antecedéti seu principali destruatur cõsequens seu accessorium: videre poteris distinctionem, quam ponit Bald. in l. non dubium, in 13. oppositione, C. de legibus. Item distinctionem, quam ponit idem Bald. post Petrum & Cynum in l. 2. circa finem, ff. de iurisdic. omnium iudicum. item distinctionem quam ponit Dyn. in regula, cum quid prohiberur, & in regula accessorium, de regulis iuris lib. 6. cum his quæ ibi addunt Philippus Francus & Ioan. Andreæ in Mercurialibus. Item distinctionem, quam ponit Cyn. in l. intelligere, C. de luitio. pigno. Item ea quę magistraliter notat Pet. de Ancha: in repetitione dictæ regulæ, accessorium, maximè in secũda, tertia, & 8. oppositionibus, & in prima, 2. 3. 4. & 5. quæstionib. item poteris adhibere distinctionem, quã in illo articulo, an vitiato expresso vitietur tacitum, ponit Cyn. in Auth. ingressi, C. de sacrosan. eccl. & Bar. Bal. & doct. in l. si fideiussor, in prin. ff. de lega. 1. & Salic. in l. 1. §. 1. ff. quib. mod. pignus vel hypothe. soluitur, quæ velut digito indicasse sufficiat. Vide etiam, si libet, quod dicam infra loco proximo, & quod dixi supra in duobus locis præcedentibus, & in loco ab expresso ad tacitum.

1 *Consequenti destructo destruitur antecedens: & quando procedat. 2.*

3 *Prohibito aliquo prohibetur omne id per quod pervenitur ad illud & quando procedat. num. 4.*

5 *Extensio consequentis ad antecedens venit per interpretationem extensiuam.*

6 *Dispositio de certa solennitate seruanda in aliquo actu, importat tacitum prohibitionem ne aliter fiat, & annullationem actus si non interuenit solennitas.*

7 *Prohibitio per verba affirmatiua.*

LOCVS

LOCVS A DESTRVCTIONE CONSEQUENTIS AD DESTRUCTIONEM ANTECEDENTIS.

A DESTRVCTIONE verò conſequentis ad deſtructionem antecedentis, ſeu a conſequenti deſtructo, ducitur argumentum forte, frequens, & vtile: quod quidem formatur dupliciter, ad duplicem effectum. vno modo
1 ſic † deſtructo conſequenti, in quo ſtat ratio antecedentis, deſtruitur antecedens. tex. eſt notabilis in l. 2. §. mutui datio, & ibi notatur per glo. ff. ſi cer. pet. Item bonus text. in l. apud antiquos, & ibi tangitur per Cyn. & Albe. de Roſa. C. de furtis, & tex. in c. final. & ſi Chriſtus, circa medium de iureiuran. & optimus textus in c. ſolitæ, & ibi Cardina. & Io. de Imo. notant de maio. & obedien. & textus peculiaris in cap. tuæ, & ibi Præpo. notat de ſponſalib. item pulcher text. iuncta gloſ. in l. 1. & ibi Ioan. de Platea notat, C. de delatorib. lib. 10. & faciunt notata per gloſ. Bartol. Bal. Cyn. Paul. de Caſtro, & doctores in l. non uidetur, C. de integr. reſtitu. Huius etiam loci meminit Bald. in l. conuenticulam. C. de epiſcopis & clericis, & Cardi. in d. c. & ſi Chriſtus, in fine, & eo vtitur idem Cardi. in cap. ex publico, de conuer. coniuga. & doctores ſæpe alibi: ſicut enim ad remotionem generis ſequitur remotio ſpeciei. ut dixi ſupra in loco a genere ad ſpeciem, & ſicut deſtructo principali, deſtruitur acceſſorium, l. cum principalis. ff. de regu. iur. & perdito principali, perditur acceſſorium, l. Labeo, prout ibi habetur litera affirmatiua. ff. quemadmodum ſerui. amitta. & l. ſi cui. ff. de fundo inſtructo: & quemadmodum deſtructa ſeu correcta ratione legis cenſetur etiam correcta lex, vt dixi latè ſupra in loco a ratione legis larga, ampla, ſeu generali, ad extenſionẽ ipſius legis, in primo caſu principali. Ita etiam deſtructo conſequenti, deſtruitur antecedens, i utribus præal. procedit
2 † autem hæc argumentatio tunc demum, quando conſequens ſequitur neceſſario ad antecedens: quando vero conſequens non ſequitur neceſſario ad antecedens, tunc non procedit hæc argumentatio: vt vult Ioan. de Platea in d. l. 1. ver gl. in l. quidam tabularum, in principio, ff. de furtis, quã

ſic

sic intelligit: illa gloss. tamen non loquitur de argumento a destructione consequentis ad destructionem antecedētis, sed de argumento a destructione antecedentis ad destructionem consequentis, de quo dixi supra loco proximo: dictum tamen Ioā. de platea est verum. citrā quod vide quod dixi supra in loco a concessione consequentis ad concessionem antecedentis. Secundo argumentum ex hoc loco po-
3 test formari aliter sic, † cum prohibetur certum quid, videtur etiam interdictum & prohibitum omne illud, per quod peruenitur ad illud; tex. est notabilis in c. nam concupiscentiam, de constitutio. & in §. quia tamen, Instit. 6. bonorum raptorum. & tex. familiaris in l. oratio. ff. de sponsalib. vbi habetur, q̄ prohibito matrimonio, prohibentur etiam sponsalia per quæ peruenitur ad matrimonium; & tex. clarus in regula, cum quid prohibetur, de regulis iuris lib. 6. quod est verum etiam si illud alias esset bonum, c. denique. 21. dist. & c. cum Adrianus 63. dist. cum vtrobique notatis, & inde procedit, q̄ prohibita per statutum alienatione sine certa solennitate, censetur etiam tacitè prohibitus contractus; vt notabiliter dicit Paulus de Cast. in l. si vnus per illum textum. ff. de seruit. rustic. prædio. iuncta l. si ad resoluendum, C. de prędijs mino. & idem Paul. de Cast. in l. non dubium, C. de legibus, & Bar. & Paul. de Cast. in l. cum lex. ff. de fide iusso. & Ioā. de Imo. in repetitione c. cum contingat, in octauo casu principali de iureiur. & qui non potest alienare, non potest etiam promittere de alienando, vt vult Bald. in l. fin. C. ad l. Falcid. & sequitur Iason in l. 2. ff. de iurisdict. omni. iudic. circa finem: Non tamen incurritur pœna ex contractu, quæ incurritur ex alienatione, vt videri potest in alienatione feudi secuta reali traditione, quæ est necessaria ad incursionem pœnæ priuationis feudi, secundum Bal. in c. 1. §. aut si libellario, in ti. quib. mod. feudum amit. & Alua. in c. 1. §. fi. in ti. quæ fuit prima causa benefi. amit. & Alex. in cō-silio suo secundo quinti voluminis: & est ratio, quia tunc proprie dicitur alienatum & non prius, l. alienatū. ff. de verbo signific. Hinc etiam est, quod si ille cui prohibetur matrimonium, faciat aliquid de præambulis per quæ peruenītur ad illud, puta contrahit sponsalia, non propterea incurreret pœnam statuti vel dispositionis pœnalis prohibentis con-

cõſequens,licet poſſet alias puniri extra ordinem arbitrio iudicis:ita dicit gloſa ſingularis in clemen.vnica,ſuper verbo contrahere, quam multum ibi commendant docto. de conſangui.& affini.& ſequitur Iaſon in d.l.2.Ne tamen de-
4 cipiaris volo te ſcire,† quod dicta regula, cum quid prohibetur,videtur etiam prohibitum illud, per quod peruenitur ad illud, non eſt ſemper & indiſtinctè vera, ſed debes diſtinguere,prout magiſtraliter Cyn.in l.vnica, C. ſi rector prouinciæ,& Hẽricus BoicK in cap.tuæ.de procurato. hoc modo,quædam ſunt per quæ peruenitur ad prohibitum ordinatè,quædam autem ſnnt,per quæ peruenitur ad prohibitum neceſſitate.Primo caſu ſub diſtingue. Aut eſt eadẽ ratio prohibendi illud per quod deuenitur ad prohibitum ordinatè,quæ eſt prohibendi ipſum prohibitum, aut non; Primo caſu habet locum d.regula,vt aliquo prohibito cenſeatur etiam prohibitum illud per quod peruenitur ad illud.Exempli gratia,Senator patronus prohibetur contrahere nuptias vel matrimonium cum libera.Item filia ſenatoris prohibetur cõtrahere matrimonium cum liberto, vt honeſtas ſeruetur.l.ſemper.ff.de ritu nupt.cum ſimilibus,quę ratio prohibet etiam ſponſalia inter eos contrahi. nam ſi ſenator contraheret ſponſalia cum liberta, vel filia ſenatoris cum liberto,diceretur vtilis:& ergo ſponſalia etiam cenſentur inter eos interdicta,d.l.oratio,cum ibi no.Secundo caſu quando non eſt eadem ratio prohibendi, prohibito conſequenti,permittitur antecedens. Exemplum, inter magiſtratum & ſubditam prohibetur contrahi matrimonium, quia propter potentiam ſuam contraheret cum ditiſſima, & non poſſet poſtea matrimonium diſſolui: ſed non prohibentur ſponſalia,quia illa poſſent diſſolui, ea nolente cum eo contrahere matrimonium depoſito officio, text. eſt de hoc notabilis in l.ſi quis officium,in princip.ff. de ritu nup. & in d.l.vnica.Secundo autem caſu principali etiam diſtingue, aut illud prohibetur de iure communi, aut de iure ſpeciali. Primo caſu tunc etiam prohibetur illud, per quod peruenitur ad illud. Exemplum, Pactum de non petendo a reo prodeſt fideiuſſori, ita quod fideiuſſor non poteſt conueniri. & eſt ratio, quia ſi fideiuſſor poſſet conueniri a creditore,cur fideiuſſor ageret actione mandati, cõ-

ti contra reum ſeu principalem debitorem,& ſic in effectu pactum de non petendo non prodeſſet ipſi reo,text.eſt in l. quod dictum.ff.de pactis . Secundo caſu iterum ſubdiſtingue,aut ſpecialis prohibitio eſt in rem,aut in perſonam.Primo caſu,prohibetur etiam id,per quod deuenitur ad illud, text.eſt in l.fi.& ibi tangitur per Cy. C.de vſuris rei iudicatæ,vbi habetur quod inducíæ quadrimeſtres, quæ competunt reis condemnatis contra iudicatum ex ſpeciali prouiſione illius legis nouæ,competunt etiam fideiuſſoribus : & ſic ſicut reus prohiberur inquietari intra quadrimeſtre a tẽpore ſententiæ,ita etiam fideiuſſor prohibetur inquietari intra quadrimeſtre,per illam legem,quæ ad hoc eſt notabilis.Secundo autem caſu , quando ſpecialis prohibitio eſt in perſonam,tunc non videtur prohibitum id per quod peruenitur ad illud:text.eſt notabilis in l.verum,in princip.ff.pro ſocio,& in l.ſi fideiuſſor,ff.de re iudi.& in l.exceptiones , 2. ff. de exceptio , cum ſimilibus:in quibus iuribus habetur , quod exceptio competens ſocio , marito , & ſimilibus, non competit eorum fideiuſſoribus,ex quo eſt perſonale beneficium: Hoc tamen fallit in caſu fauore libertatis ſecundum Henricum Boick in d.ca. tuæ. nam pater non poteſt filium priuare quarta,iure naturæ ſibi debita: tamen poteſt dare libertates,per quas minuit quartam,l.Papinianus.§. quarta autem accipietur.ff. de inoffi.teſt quam diſtinctionem ſequitur Bald.in d.l.2.ff.de iuriſdi.omni.iudi.vel poteris dicere alter & breuius ſic.Aut conſequens non eſt perpetuo prohibitum , & tunc non eſt prohibitum antecedens d.l.ſi quis officium.Aut eſt perpetuo prohibitum , & tunc etiam non valet antecedens,d.l oratio Ita ſentit idem Bald. in d. l.vnica,in noua lectura;& vult Dyn.in d. regula , cum quid prohibetur,& Alberi.de Roſate,& Salice.in l.indebitam.ff. de condict.indebiti; & eſt gloſſ. valde notabilis in ſimilibus terminis in c.tua,de ſponſa duorum.Circa præmiſſa tamen
§ volo te ſcire tria. Primo , quod † extenſio conſequentis ad antecedens,venit per interpretationem extenſiuam,tex.eſt in l.oratio,in verbo ſuppleatur,què text.ad hoc notat Bal. in d.l.vnica,& induci ad duas pulchras & quotidianas quæſtiones,quas videre poteris per te ipſum, illum text. etiam ad hoc notat Iaſon in d.l.2.circa fi. Secundò volo te ſcire ,
quod

6 quod † ſicut expreſſa prohibitio legis vel ſtatuti, importat annullationem actus, etiam ſi hoc non dicatur in lege vel ſtatuto, vt eſt tex. in d.l. non dubium. Ita etiam diſpoſitio de certa ſolennitate ſeruanda in aliquo actu, vt quod interueniat conſenſus patris, vel duorum propinquorum, importat tacitam prohibitionem, ne aliter fiat: & etiam annullationem actus, ſi non interueniat illa ſolennitas. Ita ſingulariter dicit Paul. de Caſt. in d.l. non dubium, per gloſſ. quam valde commendat in l. non intelligitur. §. diuus Adrianus.
7 ff. de iure fiſci. Tertio volo te ſcire, quod interdum † aliquid prohibetur per verba affirmatiua, tex. eſt notabilis in l. ſecunda, & ibi Baldus notat, C. de vſucapio. pro empto. nã teſtator, qui iubet rem ſeruari, loquitur verbis affirmatiuis: & tamen per illa verba prohibetur alienatio vt ibi eſt caſus: & ergo ſi quis probet teſtatorem mãdaſſe rem ſeruari, per hoc ſatis probatum eſt, quod vetuit alienari: quia eadem eſt natura verborum æquipollentium, ſecundum Bal. in dict. leg. 2. Imò interdum fortius operantur verba affirmatiua habentia in ſe priuationem incluſam, quam negatiua; vt patet in illis verbis caret codice & digeſtis, & in illis verbis, non habet codicem & digeſta; quia prima verba affirmatiua, vt ſint vera, requirunt concurſum vtriuſque copulatiuorum, qui concurſus non datur in carentia alterius, & ſic non verificatur in altero. Negatiua vero negant concurſum copulatiuorum, qui concurſus non datur altero exiſtente, & ſic hæc eſt vera, etiam ſi alterum habeat. de quo habes gloſam valde commendabilem in clement. in pleriſque, in verbo, & populo, de electio. & ibi habetur pulchre de hoc per Anto. de Butrio, Card. Ioann. de Imo. & doctor. & habes ſimilem gloſſ. in clemen. ſæpe, in verbo partibus, de verbo. ſigni. & ibi etiam tangitur per doctor. licet ſint varii, & diſcrepent inter ſe, vt ibi videre poteris per Cardin. & alio. regulariter autem non eſt curandum, quæ verba fuerint prolata, dummodo priuent, ſeu includant negatiuam. Ita dicit gloſſ. ſingularis in leg. fina. in fine, & ibi Bart. & docto. notant. ff. de doli exceptio. & idem Barto. in l. inter ſtipulantem, in principio. ff. de verbo. obliga. & Cyn. in l. actor. C. de proba. & Franciſcus de Aretio in l. in illa, in 4. colũ. ff. de verbo. obliga. & Ang. & Iaſon in §. æque, Inſtit. de actio.

Quæ

Quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, singularia, vtilia, & quotidiana & vide quod dixi supra loco proximo, & duobus præcedentibus.

SVMMARIA IN LOCVM

à plenitudine potestatis.

1 *Legem sibi imponere an quis possit, a qua recedere non liceat.*
2 *Principi quod placet legis habet vigorem.*
3 *Rex aut ciuitas superiorem non recognoscens tantam habet potestatem in subiectos quantam Imperator in vniuerso.*
4 *Imperatorem aut Papam non subesse legibus recipit plures declarationes & limitationes & nu. seq.*
5 *Contractus principis habent vim legis, & possunt allegari pro lege.*
6 *Contractus initi cum principe habent naturam contractuum bonæ fidei.*
9 *Successores Imperatoris aut Papæ an teneantur seruare pacta prædecessoris & nu seq.*
10 *Successor in dignitate an teneatur stare gestis per prædecessorem suum.*
11 *Imperator & Papa quomodo differant inter se.*
12 *Mandata rescripta debent intelligi cum iustitia, & saluo iure tertii.*
13 *Clausula de plenitudine potestatis, & ex certa scientia idem important.*
14 *Imperator an possit alicui auferre dominium rei suæ.*
16 *Papa nihil debet facere in arduis sine consilio Cardinalium.*
17 *Iustitia semper præsumitur in principe: & quomodo intelligatur.*
18 *Inquisitio non præcedente infamia quando procedat.*

LOCVS

LOCVS A PLENITVDINE potestatis.

HABEMVS & in iure locum à plenitudine potestatis: à quo sumitur argumentum probabile, frequens, & vtilissimum. Et formatur dupliciter ad duplicem effectum. vno
1 modo sic. Nemo † potest sibi legem imponere, à qua non liceat ei resilire, l. si quis in principio testamenti,& ibi Bart.& doct.ff.de lega.3.& l.1.C. de sacros. eccles.cum similibus. Sed hoc limitatur,vt procedat in vltimis voluntatibus, quæ sunt ambulatoriæ vsque ad vltimum vitæ spiritum,l.3. in fine,cum l.sequen.ff.de adimen. lega.& c.cum Marthæ,de celebra.missa.cum similibus: Nõ autem obtinet in contractibus, qui à principio regulariter sunt voluntatis,sed post factum sunt necessitatis,l.inuitum, cum ibi no.C.de contrahen.emptio.& vend.& l.nec emere, cum ibi no.C.de iure deliberan.& l.sicut ab initio, cum ibi no.per glo.& doct.C.de actio,& oblig.vbi Bar.loco summarij ponit illud vulgare,Verba ligant homines,taurorum cornua funes,& sic intelligitur regula,quod semel placuit, amplius displicere nõ põt,de reg.iur.lib.6.cum suis concordantibus,de quo articulo vide latius per glo.& doct.in passibus præal.& per Bar.& Pau.de Cast.& doct.in l.si pecuniam, in prin.ff.de condict.cau.da.cau.non secuta,& per Bal.Paul.de Cast.& doct.in l.si cum dotem.§.eo autem tempore.ff. sol. matrim.& per glo.Bart. Alber.de Rosate & alios in l.qui ea mente.ff.de furt.& per glos. singularem & omnes in l.pacta nouiss.C.de pact.vbi habes,q; sicut in vltimis voluntatibus clausula derogatoria posita in prima,derogat vltimæ.nisi in ea sit facta mentio de prima: ita etiam est in actibus inter viuos,de quo vide ibi latius per Salice, & nouissimos, ad quos remisisse sufficiat.Secundo argumentum ex hoc loco
2 potest formari aliter sic.† Quicquid placet supremo principi, in quo est plenitudo potestatis, legis habet vigorem, l.j. ff.de consti.principum,& §.sed quod principi.Instit. de iure natu.gentium, & ciuil. tales autem sunt in terra, Papa & Imperator,qui legibus humanis non subsunt, sed supra legem sunt: legibus tamen viuere volunt, l. digna vox,

C.de legib.leg.princeps, ff.eod.titu.l.ex imperfecto, ff. de leg.3.c.ad honorem,de auth.& vſu palij,c.illa quotidiana. de elect.& ca.2.& c.propoſuit,de conceſſ.præben. & cap.2, de præbend.lib.6. cum ſimilibus:in quibus iuribus probatur, quòd ratione huiuſmodi plenitudinis poteſtatis Imperator poteſt reſcribere contra ius , & Papa diſpenſare contra ius:& quod fortius eſt, etiam vt aliqui volũt,contra cõſtitutionẽ cõcilij generalis:cui adde ſingulare dictũ Bart.in
3 l.infamem,in fi.ff.de publicis iudiciis,vbi vult,† q̃ quælibet ciuitas vel rex ſuperiorem non recognoſcens,tantam poteſtatem habet in populo ſibi ſubiecto , quantam habet Imperator in vniuerſo : & hoc dictum refert & ſequitur Panorm.in capitu.cum te ad E, de re iudica.& in cap.per venerabilem, qui filij ſunt legitimi, & doctores ſæpe alibi, id
4 tamen † quod dixi Papam & imperatorem non ſubeſſe legibus , recipit plures declarationes & limitationes . Primo vt procedat intelligendo de lege poſitiua ſeu humana:nam illi Papa & imperator non ſubſunt, quod tamen intellige , vt magiſtraliter declarat Ioannes And. in regula, cui licet, de regulis iuris lib.6.in Mercurialibus,& Petr. de Anchar. in repetitione cap.canonum ſtatuta , in prima oppoſitione, & 12.q.de conſtitu.& Ioannes Calde.in repetitione c.de illis,in 7.q.de raptoribus,& Pau.de Caſt.in d.l.digna vox,in fine:ſed legi diuinę ambo ſubſunt vt filii eccleſię,iuxta no. per glo.in Auth.ad hæc, C.de vſuris, & eſt text.pulcherrimus in cap.ſunt quidam.25.quæſt.j. hoc tamen declara,vt declarat glo,ſingulari in cap.poſt translationem , in fine de renunciatio. & ibi omnino vide Ioannem Andr. qui inter alia dicit,q̃ Papa nihil poteſt contra euãgelium, quatenus concernit fidem,& ea quæ ad eam pertinent . In alijs au-
5 tem anima ſua eſt in manica ſua,quia † eſt ſupra omnia cõcilia ſecundum eum, & allegat c.ſignificaſti. de electio.de hoc tamen articulo ſubtili & periculoſo vide plenius in cõſtitutionibus æditis in concilio Conſtantienſi, & renouatis in concilio Baſilienſi,& latè per Ludou. de Roma in conſilijs ſuis, conſilio 521.cum tribus ſequentib. & ampliſſimè ac exquiſitiſſime per Panorm.in ſua eleganti diſputatione incip.epiſcopus & quidam rector:& ſubtiliter per Cardi.in ſua eleganti repetitione cap.licet de vitanda, de electio. &

latiſſi-

latiſſime per Præpo.15.dilt.in princ. & per Anto.de Roſel lis in tractatu ſuo de poteſtate imperatoris ac papæ, & in locis commemoratis per Fel.in ca.nonnulli, in 4.colum.de reſcriptis, in quibus locis reperies ad ſacietatem de poteſtate papæ, an ſit ſupra concilium, vel econtra concilium ſupra Papam, & quando & quando non: ad quos remiſiſſe
6 ſufficiat.Secundo limitatur, † vt non procedat quo ad legem contractus,imo vterq; eorum obligatur ex contractu c.1.& ibi omnes doct.de probat.& c.1.& ibi Bal.de natura feudi in vſibus feudo.& volunt Cyn.Bald. Paul.de Caſt.& doct.in d.l.digna vox,& Io.de Anania in ca.finali, ne prælati vices ſuas,alias vt dicit Bald.in dict. leg.princeps, & in leg.2. C.de ſeruitu.& aqua, qui eſt omnium præſul, eſſet tanquam exul, & ſi in hoc princeps vellent vti plenitudine poteſtatis, dicerentur ea abuti, & eſſet potius plenitudo tempeſtatis quam poteſtatis:pro cuius pleniori notitia volo te ſcire plura pulchra memoriæ commendanda. Primo
7 † quod contractus principis habent vim legis, & poſſunt allegari pro lege:tex.eſt notabilis in l.penul.& ibi Bart.Bald. Salicet.& doct.notant, C.de donatio. inter virum & vxo. & facit l.Cæſar,& ibi Bart.notat.ff.de publicanis. & idem notat Barto.in l.ciuitas, ff.ſi certum peta. & doctores ſæpe alibi: & ego capitula pacis, quæ facit Papa ſeu imperator cum ciuitatibus,ſunt ſeruanda ſecundum Bald. in l.finali, in fine,C.de tranſactio.& Bald.Pau.de Caſtro in d.l.digna vox,& Ioannem de Anania in d.capitu.finali,& hinc quotidie allegamus tractatus pacis initos cum principibus. Hinc etiam glo.in Authen.de defenſo.ciuitatum,collat.2.in verbo iuriſditione,allegat pacem Conſtantiæ,quam Fœdericus ſecundus fecit cum Lombardis & communitatibus Italiæ,ſuper qua pace Conſtantiæ Bald. magiſtraliter ſcripſit.
8 Secundo, † quòd omnes contractus qui fiunt cum principe,habent naturam contractuum bonæ fidei, Ita notabiliter dicit Bal.in dicta pace Conſtantiæ in §. ſi qua vero, quẽ frequenter referunt & ſequuntur doctor. vt videri poteſt per Iaſonem in §.actionum,Inſtitut.de actio. Tertio,quod licet Papa & Imperator teneantur ſeruare pacta & contra-
9 ctus, † ſucceſſores tamen eorum non tenentur, niſi conuenta eſſent de natura vel conſuetudine ſuæ dignitatis:

prout eſt infeudare,& ſimilia,& ratio eſt;quia ſucceſſor nō habet cauſam à defuncto,ſed vterque iam Papa quam Imperator eligitur.De Papa patèt in d.cap. licet de vitanda , & in c.vbi periculum,de elect.lib. 6. De Imperatore etiam patet in capitul.venerabilem,de elect. & in cap. ad apoſtolice,in fine,cum ſua notabili gloſſ.de re iudica. lib. 6. & ita ſingulariter dicunt Bald.& Iaſon in d.l. 1.ff:de conſtit.principi.Sed aliud eſt in regibus,ducibus,marchionibus,comitibus,baronibus, & ſimilibus , quia talia hodie communiter ex conſuetudine deferuntur per ſucceſſionem. c. licet , de voto,cum ibi not. per doct.licet,de iure aliud fit. §. fin. de alie.feudi in vſibus.feudorum,& ibi notatur. & ergo nedū ipſi,ſed etiam eorum ſucceſſores tenentur ſeruare pacta,& conuentiones,ſeu contractus,per generalitatem regulæ , l. cum a matre,C.de rei vendica.& c.abbate ſane,& ibi notatur per doct.de re iudica.lib.6. Niſi rex,Dux,marchio, comes,vel baro,alienaret aliqua, quorum alienatio tenderet in magnam diminutionem iuriſditionis regalis , ducatus, marchionatus comitatus,vel baroniæ:quia tunc non valeret alienatio,etiam ſi interueniret iuramentum cap.intellecto,& ibi doct.de iure iuran.& notat Barto.in l.prohibere. §.plane.ff.quod vi aut clam,& Albe.de Roſate in d.l. digna vox,& idem Albe.in l. 1.in fin.ff.de offic.procura.cæſari,& Feli.in d.cap. 1.de proba.& ergo recte dicit Bald.in d.c.intellecto,quod iuriſdictionis ſupremæ ſunt ſacrum ſacrorū, nec ſunt in marſupio principis:& ſequitur Feli.in cap.ad audientiam,in 2.colum.de præſcriptio,& ſæpe alibi:Hinc etiā eſt,quod princeps non poteſt per contractum vel alio modo concedere regalia in præiudicium ſucceſſorum , ſecundum Bald.in dicta pace Conſtantiæ, in verſi. amplius eam iuriſdictionem,in verbo ſucceſſorum noſtrorum ; & ſequitur Iaſon in præludiis feudorum,in prima diuiſione,& Felin.in d.c. 1.& in d.cap.ad audientiam:niſi forte fieret alienatio in eccleſiam, vt videri poteſt in donatione Conſtantini,de qua in c.Conſtantinus , & ibi pulchre per Præpo. 96.diſt.& in c.fundamenta,de elect.li.6. & in clemen. Romani,de iureiurando & per Bart.Bal.& alios in præmio digeſti veteris,& per Bal.Salic.& alios in princ.C.& per eundem Bal.in l.penul.C.de bonis quæ libe.& tetigi obiter ſupra

pra in loco a verisimili. De hoc tamen articulo quotidiano,
10 † an successor in dignitate teneatur stare gestis per prædecessorem suum, videlatius per Specu. in tit. de Instr. edi. §. nunc autem videndum restat. in fine, & ibi per Ioã. And. in addit. per Pet. de Ancha. Philip. Francum & alios in d.c. abbate sane, per Bar. in d.l. prohibere. §. plane. per Bal. & Paul. de Castr. in d. l. digna vox. & ibidem plenissime per Alber. de Rosate, & per eundem in d.l. 1. ff. de offic. procura. cæsaris, & per Bald. in dicta pace Constantiæ, in verbo successorum nostrorum, & per cano. in c. 1. de sol. & in d.c. intellecto & in c. quãto, de iureiu. & per Ioã. de Ana. in d. c. fi. ne prælati vices suas vbi reperies satis plene. Quarto † quod dicti duo principes differunt inter se, quia in Papa vere & proprie dicitur esse plenitudo potestatis; quia ipse habet vtrunque gladium, & vtramque iurisdictionem, vnam in actu & aliam in habitu, si theologis & canonistis credimus; vt videri potest per gloss. Panormit. & doctor. in capitul. nouit, de iudicijs, per Innoc. Panormitan, & alios in c. licet ex suscepto, de foro competent. per gloss. & doct. in c. causam quæ, & in ca. per venerabilem, qui filij sunt legitimi, & per gloss. & docto. in cap. cum ad verum. 96. distinct. & per Pet. de Ancha. in repetitione d. c. canonum statuta, & in pluribus aliis locis. Imperator autem solum habet iurisditionem tẽporalem, quæ per Papam impediri non debet d. cap. causam quæ, & d.c. cum ad verum canonistæ tamen ponunt Papam super eius verticem, vt dicit Bal. in prœmio digestis veteris, in 2. col. freti, vt opinior, extrauag. Bonif. viij. vnã sanctam, de maio. & obed. & Papam esse maiorem Imperatore probant ex eo, quia eum confirmat, approbat, vel reprobat, d.c. venerabilem, & semel admissum rationabili subsistente causa deponit d. capitu. ad apostolicæ, etiam sine concilio generali, vt ibi dicit gloss. singularis in principio, & notat Innocent. ibidem in lectura; licet de honestate illic aderat concilium in depositione Federici ij. de quo supra memini. & idem vult Panormitan. in dicta sua disputatione; licet enim ambo sint luminaria magna, vnum tamen est maius, vt dicit text. in capit. solitæ, de maio. & obedien. de quo tamen articulo difficili & periculoso videre poteris plenius per Panormita. & alios in d.c. nouit, per Præpo-

in d.cap.cum ad verum,per Petr.de Ancha. in repetitione dict.c.canonum ſtatuta, in prima oppoſitione, per Stephanum Aufrerij in repetitione cle.1.de offi.ord.& per Albe. de Roſate in l.bene a Zenone,C.de quadr.præſcrip. & per Ant.de Roſellis ibi ſupra,& per Hoſt.in ſumma in titu.qui filij ſunt legit.in §.qualiter & a quo, & per Cardin. in d.c. ſolitæ,in 22.notabil.ad quos remiſiſſe ſufficiat. Quinto,q; quamuis non liceat diſputare cum principe de potẽtia ſua in his quæ ſpectant ad ſuam iuriſditionem,leg.2. & ibi glo. Sal.& doct.C.de crim.ſacrile. & c. ſi quis ſuadente diabolo.§.qui autem,17.q.4. & habetur pulchre per canoniſtas in d.c.propoſuit,& in c.literas,de reſtitut.ſpoli. & per legiſtas in l.fin.C.ſi contra ius vel vtili-publi. & per canoniſtas in cap.quæ in eccleſiarum,de conſtit.& per Alex. in conſi. ſuo 216.ſecundi voluminis,incipiente, redemptoris &cæt. nec arguendi ſumus &c.in principio. Tamen de ſciẽtia ſua bene licet diſputare , quia quandoque errat vt homo, l.3. in fi.ff.de ſuppe.leg. & ſimiliter de voluntate ſua, l. ex facto.ff.de vulg.& pupil. & nullam iniuriam per hoc facimus principi,ſed eum reputamus bonum & æquum, imo maieſtas ſua per illa duo nomina conſeruatur in eſſe, d.l. ex facto,& d.l.digna vox. vnde † omnia mandata & reſcripta principis debent intelligi cum iuſtitia, & ſaluo iure tertii : Ita notabiliter dicit Arch.in d.§.qui autem. & Io. And.in c.a nobis 2.de ſent.excom.& Bal.in d.l.1.ff.de conſt. prin. & hinc quotidie videmus in practica,contra reſcripta principum opponi de ſurreptione & obreptione:quia in eis ſemper debet ſubintelligi clauſula,ſi preces veritate nitantur, c.2.& c.ſuperliteris,& quaſi per totum,de reſcript.& l.2.& quaſi per totum,C.ſi contra ius vel vtili.publi. cum ſimilibus. Sexto, quod Papa & Imperator non debent paſſim & indifferenter vti plenitudine poteſtatis , ſed raro & ſubſiſtente cauſa & in dubio princeps non præſumitur uti poteſtate abſoluta ſed ordinaria: Ita ſingulariter dicit Innoc.in c.innotuit,de elect.& ſequitur Panor.in d.c.illa quotidiana,& Fel.in c.cum inter,in 4.col.de exceptio.& doct.ſæpe alibi.Hoc vltimum tamen limita , quando actus poteſt valere de poteſtate ordinaria:ſecus ſi actus non poteſt valere de poteſtate ordinaria,& princeps hoc ſcit:tunc enim vide-

tur

tur in dubio velle vti potestate absoluta, vt actus potius valeat, q̃ pereat: Ita singulariter dicit Pau. de Cast. in eleganti consi. suo 284. incipiente, In Christi &c. in facto præsenti non intendo adulari &c. & idem Pau. de Cast. in l. ex imperfecto, C. de test. quem refert & sequitur Alex. de Imol. in l. 2. C. de testam. mili. & Felin. in d. c canonum statuta, in 9. col. & idem Fel. in c. in causis, de re iud. & Hippol. de Marsiliis in singulari suo 84. Septimo, q̃ sine causa rationabili & aliis nota Papa sustinendus non est, si aliud attentare velit contra vniuersalem statutum ecclesiæ, quando ex hoc decoloraretur status ecclesiæ: imo hoc casu ecclesia vniuersalis, vel concilium generale ecclesiam repræsentans, põt resistere Papæ, licet etiam non veniat contra fidem: Ita singulariter vult Innoc. in cap. quanto, de consuet. & sequitur ibi Panor. in d. disputatione: & vult Spec. in tit. de lapsis & dispensationibus, §. nunc breuiter, vers. 12. & gl. singul. in c. si Papa, 40. dist. & est tex. notabilis qui istud optime probat in cap. & si illa, in princ. 1. q. 7. & in d. c. sunt quidam, & ibi etiam Arch. & ita practicatum fuit in concilio Cõstantiensi, vt ex gestis eius concilii videri potest: quod notabile cõtra mentales reseruationes, & similes abusus: si tamen abusus dici possunt. Octauo, q̃ † clausula, de plenitudine potestatis, & clausula, ex certa scientia, quæ frequenter ponuntur in diplomatibus, seu, vt vocant, bullis apostolicis, idem important: Ita singulariter vult glo. & post eam Panor. Fel. & doc. in c. ad hæc, de rescrip. & sentit Inno. in d. c. innouit, & Bald. in l. eos, in prin. C, de appel. & Lud. Ro. in suis singularibus, singulari 760. incipiente. dixi alias &c. quibus adde Bald. in d. pace Constantiæ, in versic. libellariæ, vbi dicit, q̃ populus Romanus antequam transferret imperium in principem, nunquã vsus fuit dicta clausula, de plenitudine potestatis: nec iure ciuili inuenitur hæc forma, secundum eũ: nisi dicatur, q̃ includitur sub illis verbis quod principi placuit legis habet vigorem. Nono, q̃ vbi in rescripto principis inseritur clausula, & plenitudine potestatis, vel ex certa scientia, si in parendo imminet scandalũ, potest ille cui scribitur, vel executio mandatur, supersedere & differre executionem: nec est reprehendendus, imò laudandus qui hoc casu fraude cessante supersedet: Ita singulariter volũt Car. & Io.

& Io.de Imo.in c.ſi quando,vbi eſt bonus tex.de reſcrip.& Card.in conſ.142. incipiente, ſanctiſſimus dñs noſter, &c. quod eſt verum,etiam ſi quid præcipiatur ſub pœna vel cẽ ſura ipſo facto incurrenda, ſi reuera ſubeſt ſcandalum, vel ſi res aliter ſe hẽt quam continetur in reſcripto.nam clauſula, ſi preces veritate nitantur, quæ in omni reſcripto ſubintelligitur, dicto cap. 2. tenet pœnam ſeu cenſuram comminatam in ſuſpenſo. Ita ſingulariter dicit Petr.de Anchar. in conſil.ſuo 240. incipien. per prædicta ſubtiliter, & ſequitur Felyn.in dicto cap.2.& in d.cap.ſi quando, & in cap.fina.in 9.colum. de præſumptio.& Hippo.de Marſiliis in ſingulari ſuo 153. & hinc rectè dicit gloſ.in l. puniri,C.ſi contra ius vel vtilita.public.miſeros prælatos non debere timere, ſi ueritatem ſequantur, cum Deo & eccleſiæ per hoc placeant. Decimo, q; Papæ præcipienti aliquid iniuſtum laico, circa temporalia,non eſt obtemperandum.Ita ſingulariter vult Inno.& ſequuntur oẽs doct.in c. inquiſitioni,de ſent.excom.& idem approbat Pan.in d.ſua
14 diſputatione,& doc.ſæpe alibi. Vndecimo, † quod Papæ vel Imperatori nõ licet ceſſante cauſa legitima, auferre alicui dominium:& cauſa legitima ſubſiſtente, adhuc non licet niſi data recompenſa rationabili. Ita ſingulariter dicit Arch.in c.per principalem,9.q.3.& Pau.de Caſt. in d.l.digna vxor,& Bal.in §.ad hæc, in titu.de pace iuram. firm in vſibus feudorum:pro qua deciſione eſt bonus text.in l.ſerui,& ibi Bal.C.pro quibus cau.ſerui præmium liberta. acci.& tex.elegans in l.vẽditor.§.ſi cõſtat,& ibi Pau.de Caſt. ff.commu. prædio.Pro iſto ẽt bene facit ſingulare dictum Inn.in c.niſi cum pridem,de renunc. vbi eleganter dicit, q; epiſcopo qui cauſa vitandi ſcandali cogitur renũciare epiſcopatui,debet dari bonum cambium, quod dictum refert
q & multum commendat Ludo. de Roma in ſuis ſingularib. ſingulari 798. & hoc tene, quicquid dicat Ang.in l.item ſi verberatum, §.1.per illum tex.ff.de rei vend.in pace tamẽ videtur ſpeciale, vt recompenſa alia non detur, quaſi pax ipſa ſit ſufficiens recompenſa,ca.in noſtra,de iniur. iuncta l.1.in princip.C.de cadu.tollen. & eſt de mente Cardin.in conſilio ſuo 85.incipiente, caſus promiſſionis &c.vbi optime declarat d.capitu.in noſtra,quem omnino vide:& vide

etiam

etiam Bald. in d.l. bene à Zenone, in 1. colum. & ſcribentes in d.c. in noſtra. Et ſi plenius vis inſtrui in hac materia pulchra, ſubtili, & periculoſa, vide docto. ſcribentes in d.l. item ſi verberatum, §. 1. & Panormit. Felin. & canoniſtas in d.c. quæ in eccleſiarum, & legiſtas in prima conſtitut. digeſtorum, & in d.l. bene à Zenone, & in d.l. fi. C. ſi contra ius vel vtilit. publ. & Felin. in d. cap. 1. in 3. colum. de prob. & Hippol. de Marſilijs in ſingulari ſuo 25. Duodecimo, quòd
15 † licet Papa poſſit de plenitudine poteſtatis reuocare conſtitutionem concilii generalis, vt vult gl. notabilis in d. cap. vbi periculum, in prin. tamen plenitudo poteſtatis, quã habet Papa contra ius, difficilius extenditur ad conſtitutiones conciliorum, quam ad conſtitutiones papales: quia licet conſtitutionibus papalibus cenſeatur derogatum per generalem clauſulam, non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus apoſtolicis &c. vbi non præcedit alia clauſula derogatoria: non tamen per dictam clauſulam generalem, cenſetur derogatum conſtitutionibus conciliorum, ſed requiritur ſpecialis derogatio. Ita ſingulariter dicit Bal, in l. humanum, C. de legib. poſt Archid. in cap. 1. de conſtit. lib. 6. & ſequitur Ludo. de Roma in aurea ſua repetitione l. ſi vero, §. de viro, in 23. fallentia, ff. ſolu. matr. & Aluar. in tit. conſtitutiones feudales domini Lotharii imperatoris, in vſibus feudorum. à qua deciſione quam videtur ſequi totus mundus, non eſt de facili recedendum, ſecundum Fel. in d.c. nonnulli, in 4. colum. licet occaſionem quærat impugnandi: de quo articulo etiam vide per Iaſonem in d.l. fi. C. ſi contra ius vel vtili. publ. & per Alciatum paradoxorum libro 6 capitu. 10. Decimotertio, quòd licet
16 † poteſtas Papæ ſit ampliſſima, tamen in arduis nihil debet facere ſine conſilio cardinalium: Ita ſingulariter dicit Io. monachi in c. ſuper eo, de hæreticis libro 6. & Hoſtienſ. in cap. 2. de clericis non reſid. Si tamen contrarium fecerit, actus nihilominus valebit. Ita ſingulariter dicit Præpoſitus in c. 1. in principio, in tit. epiſcopũ vel abbatem feudum dare nõ poſſe, in vſibus feudorum: de quo vide plene per Pan. Io. de Imo. & alios in d. cap. 2. de clericis non reſidentibus. & per Barbatiã in ſuo ſingulari libello de præſtantia Cardinaliũ.
17 Decimoquarto, q; † in principe ſemper præſumitur iuſtitia,

tia, siue causa iusta,adeo quòd non admittitur probatio in contrarium. Ita singulariter dicit Cynus in l. rescripta, C.de precibus impera. offeren.& Antonius de Butrio, Panormit. & alij canonistæ in dicto cap.quæ in ecclesiarum: hoc tamen est intelligendum verum, vbi princeps aliquid statuit generaliter, vel vbi aliquid facit specialiter motu proprio: secus vbi rescriberet princeps ad alterius postulationem, quia tunc magis præsumitur ad importunitatem postulantis rescripsisse,quam ex sua voluntate.Ita singulariter dicit Ludoui. de Roma in aureo suo consilio 331. incipiente. Quod indultum, & idem Ludo. in dicta repetitione leg.si vero §. de viro,in 24. fallentia & sequitur Hippolytus de Marsiliis in singulari suo vj. Secundo hoc est limitandum verum, nisi Papa aliquid faceret,per quod subuerteretur generalis status ecclesiæ: quia tunc, vt dixi supra,sustinendus non est:nisi faciat cum causa magna seu rationabili,& alijs nota: & est necessariũ illam exprimi: quia alias non præsumitur,secundum Innocen.Panor. & doctores in d.cap.quanto,& est de mente Lud.de Roma in dicto suo consil.436.& sequitur Hippolytus de Marsiliis in singulari suo 8, Decimoquinto,quòd Papa potest de plenitudine potestatis ratificare sententiam latam ab eo qui caret iurisdictione. Ita singulariter dicit Innoc. in c. prudentiam, de offi.delega.quem refert & sequitur Ang.in l. obseruare, in versicu.post hæc.ff.de offic.pro consu.& lega.& idem Angel.in l.licet.circa finem.ff.de iudicijs, & Felin.in capitu. ex quæ,circa fin.ff.de re iud. & Hippolytus de Marsilius in sin-
18 gulari suo 10. Decimosextò,quòd licet regulariter inquisitio nõ procedat nisi præcedat infamia,c.qualiter & quando ij. & cap.inquisitionis,cum vtrobique notatis,de accusatio. Hoc tamen non obtinet, quando inquisitio emanat de conscientia principis & motu proprio ipsius.Ita singulariter dicit Innoc.in c.cum oporteat,de accusat.quem refert & sequitur Bal.in l.nullus,C.ad leg.Iuliam maiest.& Angel. de Aretio in singulari libello suo maleficiorum, in verbo fama publica,ver.aduertendum, & ibi est bona apostilla. Istud ẽt vult Cæpola in consi.suo 17.in vltima colum.& Hippolytus de Marsiliis singulari suo 14.& est glos. singularis,quæ hoc dicit cap.a.de accusat.lib.6.& ibi habetur plene per Doctores

19 res ſcribentes. Decimoſeptimo, † quod licet regulariter vni ſoli non credatur, hoc tamen fallit in ſupremo principe, vt in Papa & Imperatore: textus eſt notabilis in capitu. cum a nobis, de teſtibus: quod procedit etiam in his quæ viderunt cum eſſent in minoribus: de hoc ſunt duæ gl. vna in c. 1. de renuncia. lib. 6. & alia eſt in d. capi. ad apoſtolicæ, quas ad hoc notat Ludou. de Roma in ſuis ſingularibus, ſingulari 128. quod perpetuo memoriæ commenda. Poſtremo nolo te ignorare, quod plura alia ſunt ſpecialia in principe, quæ videre poteris magiſtraliter collecta per Baldum, Iaſonem, & legiſtas, in d. l. reſcripta, & per eũdem Baldum in lege imperium, in prima lectura. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum, per gloſam & canoniſtas in capitul. quod translationem, de officio lega. & in d. cap. propoſuit, & pleniſſime per Speculatorem in titu. de legato. §. nunc oſtendendum: & plene per Aluaro. in tit. quis dicatur dux, marchio, comes, circa 6. colum. & copioſiſſimè per Iacobinum de S. Gregorio in ſuo ſingulari libello feudorum, in verbo princeps Pedemontium, & multum latè per Felin. in d. capitu. cauſis, in quibus locis reperies infinita pulchra & ſingularia priuilegia ſummi principis tam ſecularis quam eccleſiaſtici, in practica quotidie occurrentia propter eorum ſingulares & mirabiles effectus.

SVMMARIA IN LOCVM

à vi, energia ſeu efficacia iuramenti.

1 *Iuramenti virtus paulatim creuit & aucta eſt.*
2 *Iuramentum facit de minore maiorem.*
3 *Minor alienans ſi iurauit non contrauenire, perdit beneficium reſtitutionis in integrum.*
4 *Iuramentum de obligatione non efficaci, validum & efficacem obligationem facit.*
5 *Iuramentum addit robur actui ſuper quo interponitur cum multis num ſeq.*
8 *Actus in iudicio per minorem geſtus ſine curatore eſt ipſo iure nullus, ſi non interueniat iuramentum.*
10 *Alteri ſtipulari vel paciſci quando quis poſſit.*

11 Fa-

11 Pactum nudũ an vestiatur iuramento, vt ex eo oriatur actio.
12 Donatio inter patrem & filium in potestate quando valeat.
13 Transactio super alimentis in testamento relictis quãdo valeat.
14 Contractus prodigi, cui bonis est interdictum, an firmetur iuramento.
15 Donatio inter virum & vxorem iurata an firmetur iuramẽto.
16 Iuramentum validat actum, & iuramentum debet seruari, inter se differunt.
Iuramentum quibus concurrentibus seruandum, & numero sequent.
19 Iuramentum an & quando firmet contractum simulatum.
20 Iuramentum facit actũ super quo interponitur, valere omni meliori modo quo potest cum num. seq.
21 Iuramentum in testamento appositum habet vim clausulæ codicillaris.
22 Fideiussor non accedit vbi nulla subest obligatio, nisi in fideiussione intercueniat iuramentum.
23 Fideiussor an obligetur in plus quam principalis.
24 Transactio facta post rem iudicatam an valeat.
25 Substitutio compendiosa an obliquetur.
26 Promittens factum alienum an obligetur.
27 Donatio omnium bonorum an & quando valeat.
28 Verba enuntiatiua quando dissonant.
29 Iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ. cum nu. seq. non tamẽ reddit actum postea secutum nullum num. 32.
33 Iuramentum vim expressi, quod facit ad multa num. seq. usque ad num. 38.
36 Dispositio quando extendatur ad incogitata.
37 Iuramentum addit forum foro.
39 Iuramentum inducit præcisam necessitatem in obligationibus facti quando quis possit præcise cogi ad factum.
Iuramentum implendum est in forma qua expressum est.
40 Iuramentum impedit pœnitentiam, vbi alias locus est pœnitentiæ.
41 Iuramentum facit desinere rem esse integram.
42 Iuramentum impedit purgationem moræ.
43 Iuramentum constituit iurantẽ in mora absque interpellatione.
44 Iuramentum habet vim clausulæ, rato manente pacto item clausulæ garentigiæ 50.

45 Iura-

Digitized by Google

45 Iuramentum facit quem ipso iure cadere a iure suo, & excludit ius excussionis, alias competens, 46. & impedit obliuionem. 47. Item tollit defectum insinuationis vel solemnitatis alias requisitæ. 48.

49 Iuramentum impedit præscriptionem & perpetuas actionem in 40 annos.

51 Instrumentum habere uim clausulæ garentigiæ quid sit.

52 Iuramentum non venit sub solitis vel consuetis.

53 Iuramentum impedit reuocationem donationis etiam ex causa ingratitudinis.

54 Inducit remissionem in contractibus, vbi alias non fieret remissio.

55 Compromittens & iurans potest compelli ad obseruantiam.

56 Iuramentum tollit præsumptionem doli & calumniæ.

57 Iuramentum impedit litis contestationem.

58 Obligat iurantem etiam si præstitum sit per metum.

59 Iuramentum facit quod stetur dicto alicuius, cui alias non staretur.

60 Lex vel statutum dicens quod stetur dicto alicuius qualiter intelligatur.

61 Papa sine iusta causa non absoluit a iuramento.

62 Iniuste incarceratus & relaxatus sub fide, debet illam seruare si iurauit.

63 Dolus futurus potest per pactum iuramentum vallatũ remitti.

64 Promissio & confessio extraiudiciales ualent si iuramentum interuenit.

65 Reductioni ad arbitrium boni uiri cum iuramento renuntiari potest.

66 Iuramentum tollit exceptionem dolo facis, & supplet effectum satisdationis. 67.

69 Pœna conuentionales vltra interesse peti possunt vbi interuenit iuramentum.

70 Contemio iurata, quod debitor nõ possit probare solutionem nisi per certam speciem probationis. seruanda est.

71 Iuramentum impedit excusationem.

72 Efficit quod iudex ex officio suppleat, etiam inuitis partibus.

73 Episcopus contra propriam constitutionem iuratã non dispẽsat.

74 Donationis ob merita iurata effectus.

75 Iurans per metum seruare contractum, soluendo non censetur appro-

Digitized by Google

approbare & repetere poteſt.

76 *Iuri de futuro cum iuramento renuntiatur.*

77 *Præſcriptio ceſſat, vbi debitum eſt iuratum.*

78 *Alteri per alterum ſine ceſſione actio perſonalis acquiritur.* 79.

79 *Actio abſenti quando acquiratur ſine ceſſione.*

80 *Compulſus iurare id ad quod de re iure tenetur, poterit petere abſolutionem a iuramento.*

81 *Iuramentum excuſat a pœna.*

82 *Iuramentum interpretatur ſecundum intentionem deferentis.*

83 *Iurans ex calore iracundiæ non obligatur.*

84 *Lex loquens in contractu habet locum in quaſi contractu propter iuramentum.*

85 *Iuramentum facit præſumi verum quod iuratum eſt, niſi contrarium probetur.*

86 *Legi prohibitoriæ renuntiatur cum iuramento.*

87 *Iuramenti promiſſorij ſeu confirmatorij virtus.*

88 *Authoritas ſuperioris in omni iuramento ſemper intelligitur excepto:*

89 *Iuramenti iudicialis effectus, remiſſiue.*

LOCVS A VI, ENERGIA SEV efficacia iuramenti.

SIMILITER eſt apud iuriſtas locus à vi, energia, ſeu efficacia iuramenti, ex quo depromptum argumentum eſt frequentiſſimum & vtiliſſimum ad infinita, vt ex infra dicendis patebit. Quod vt clarius intelligas, ante omnia ſcire oportet, quòd † virtus iuramenti paulatim creuit & aucta eſt. Cepit enim iuramentum habere vires tempore digeſtorum: aucta eſt eius virtus tempore Codicis; creuit deinde tempore Fœderici: & demum in immenſum aucta eſt eius virtus per ius canonicum, quod in hac materia iuramenti velut ſpirituali & concernente animam ſeruãdum eſt. c. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. & eſt bona gloſſ. in ca. poſſeſſor, de reg. iur. eo. lib. & faciunt notata per canoniſtas in cap. fi. de præſcrip. & in c. 1. de noui ope. nunci. & notata per legiſtas in l. omni innouatione, & in l. priuilegia. C. de ſacro.

† 3

cro.eccle quod quia clariſſime declaratur per Paul.de Caſtro.in repetitione ſua Authen.ſacramenta puberum, in 4. & 5.colum.C.ſi aduer.vendi. & per Sozi.in conſilio ſuo 75. incipiente, In præſenti conſultatione, in vj.colum. & ſeq. ideo ſupersedeo hic verba eorum tranſcribere, ſed ad eos remiſiſſe ſatis eſſe arbitror, cum ab omnibus habeantur. Quo pro firmo fundamento præſuppoſito, & vtilitatem huius loci ad practicam deducendo, iuramentum imprimis ha
2 bet illum notabilem effectum, quod † facit de minore maiorem, eſtque tantæ virtutis, energiæ, & efficaciæ, quod ſi actus qui de ſe non eſt nullus poſſet beneficio minoris ætatis reſcindi per reſtitutionem in integrum, ſi tamen ſuper eo interponatur iuramentum, iureturque illi non contraue nire, talis actus propter interuentum iuramenti efficitur in expugnabilis, itaque reſcindi non poſſet, dummodo dolus, metus, vel valde enormis læſio abſit, tex.eſt notabilis in l. 1. C.ſi aduer.vendi.ex quo ſequuntur plura notabilia & ſin-
3 gularia dicta. Et primo ex iſto ſequitur, † quod licet minor 25.annis ſi alienauerit rem ſuam immobilem cũ autoritate curatoris & decreto iudicis, & ex hoc lædatur, poſſit reſtitui in integrũ aduerſus huiuſmodi alienationem: vt eſt tex. in l.1.ff.de minorib.iuncta l.ſi quidem, C.de præd.mino.ſine decre.non alie.cum ſimilibus: tamen ſi iurauit non contrauenire huiuſmodi alienationi, perdit beneficium reſtitutionis in integrum, d.l.1.C.ſi aduer.vendi.ſecundum intellectum Bulgari: & ſic paret, quòd iuramentum facit de minore maiorem, ex conſequenti tollit ei beneficium reſtitutionis in integrum, quod alias ei vt minori & læſo competebat, facitque de actu qui reſciſſioni ſubiacebat, actum inexpugnabilem: quod eſt ſumme notandum, quia maximi effectus eſt. Secundo ex iſto ſequitur, quod ſi minor 25. annis veniat contra tranſactionem iuratam, quæ licet non incidat in pœnas de quibus in l. ſi quis maior, C. de tranſacti, quæ loquitur in vere maiore 25.annis. tamen quia iuramẽtum facit eum reputari maiorem, & dat robur tranſactioni, iuxta ſupradicta, non poterit ipſe nec hæres eius venire cõtra huiuſmodi tranſactionem iuratam, alias ceſſante iuramento reſcindibilem. Ita ſingulariter dicunt Bar. Bald. Angel. Salicet. Iaſon, & communiter doct. in d.l. ſi quis maior. c

imò

imò plus volunt ibi gloss. Petrus de bella pertica, Cyn. & & quidam alii, quod minor 25. annis hoc casu contraueniẽ do transactioni incurrat pœnas de quibus in d.l. si quis maior, propter virtutem iuramenti: sed hoc communiter non approbatur, quia licet minor hoc casu propter iuramentum reputetur maior, per supradicta: tamẽ dispositio d.l. si quis maior, quæ est pœnalis & loquitur in vere maiore, non debet quatenus pœnas illic contentas concernit extendi ad casum fictum, l.3.§.hæc verba.ff.de nego.gest. ad quod optime facit decisio singularis Ioan. And. quæ nulli non est in ore in c dispendia, de rescript.lib.6.in nouella: cuius decisionis meminit & eam multum commendat Panor. in c. fi. de rescript. & Ioan.de Imo in repetitione l.si vero.§. de viro, in 13.colum.ff.solu.matrimo. Huc pertinet & ea quæ dixi supra loco à ratione legis larga, ampla, seu generali, ad extensionem ipsius legis, in 3 casu principali. Secundus no-
4 tabilis effectus, victus, seu efficacia iuramenti est † quia facit de obligatione non efficaci, obstante exceptione inducta a iure fauore sexus mulierum, obligationem validam & efficacem: tex.est singularis iuncta glos. in c. ex rescripto, de iureiurando. Vnde licet mulier fideiubendo pro alio, non obligetur efficaciter. imò iuuetur Velleiano, toto titu. ff. & C. ad Velleia. Tamen si fideiubebat pro alio, & iuret non cõtrauenire, obligabitur efficaciter, & non iuuabitur Velleiano, & sic firmatur contractus fideiussionis mulieris per iuramentum d.c. ex rescripto, iuncta gloss. & ratio huius est: quia mulier in hoc iuuatur principaliter fauore sui, Ideò nil mirum, si contractus fideiussionis firmetur iuramento suo: & ita notabiliter decidit Bar. in l. si quis pro eo, in quinto membro. ff. de fideiusso. & sequitur Ioann. de Imo. in repetitione cap. cum contingat, in quinto casu principali de iureiurando, & idem expresse vult gloss. reputata singularis in dict. cap. ex rescripto, & ibi eam ad hoc notant Bald. Ioã. de Imol. Panor. & Felin. & idem vult Paul. de Castr. in repetitione. d. Auth. sacramenta puberum, in prima colũ. & in pluribus aliis sequentibus, quod procedit etiam si mulier intercedat pro viro suo, & iuret licet hoc casu mulier sit magis priuilegiata de iure, Auth. si qua mulier, C. ad Velleia. Ita singulariter decidit Paul. de Cast. in cõsi. suo 219.

inci-

incipiente In causa,&c. Nec huic obstat glos. in d. Auth. si qua mulier, quia ad eam optime respondit Paul. de Castr. in d. consilio, & idem volunt Io. Fabri, Albe. de Rosate, Bal. & Paul. de Castr. in dict. Auth. si qua mulier, licet Salycetus ibidem teneat contrarium, & non bene; attento iure canonico, quod in hac materia iuramenti seruandum est, ut supra dixi: licet de iure ciuili antiquo aliter foret dicendũ; quod vt singulare & quotidianum, est memoriæ commendandum. Tertius singularis & mirabilis effectus, uirtus, 5 seu efficacia † iuramẽti est, adiicere robur actui, super quo interponitur, ipsumque vltra naturam suam alterare, firmare, & validare, ac de nullo aliquem, & de inualido validum facere, quando interponitur super actu non improbato a iure ex eo, quod sit contra publicam vtilitatem, vel cõtra bonos mores naturales, vel ob defectum solennitatis probatoriæ vel formalis, requisitæ a iure vel statuto, nec ratione materiæ uel rei supra qua interponitur, licet alia ratione actus sit a iure improbatus, dummodo obseruantia iuramenti non sit nutritiua peccati, nec tendat in præiudicium tertii: tex. est notabilis in d. ca. cùm contingat, in verbo firmando, & in d. c. licet mulieres, in uerbo firmantes, eodem titu. lib. 6. & bonus tex. in cap. 2. in verbo firmatũ, & in uerbo omnino, de pactis libro 6. & tex. notabilis in d. Authen. sacramenta puberum, & in d. l. 1. C. si aduer. vendi. secundum intellectum Martini communiter approbatum in quibus locis habes, quod iuramentum nedum obligat iurãtem ad obseruantiam iuramenti, sed etiã facit de actu nullo & inualido, actum aliquem & validum: ex quo sequũtur plura notabilia & singularia dicta. Et primò ex isto sequi- 6 tur, quod licet † vbi actus prohibetur a iure principaliter fauore personæ & ratione vtilitatis priuatæ, licet secundario prohibeatur ratione vtilitatis publicę, vt patet in alienatione fundi dotalis, quæ a iure prohibetur principaliter fauore mulieris, & sic ratione utilitatis priuatæ, & secũdario ratione vtilitatis publicæ, vt mulier remaneat dotata, & virum reperire posset, & ciuitatẽ replere liberis hominibus, l. 1. ff. solu. matr. iuncta leg. vnica. §. & cũ lex, C. de rei vxo. actio. huiusmodi actus sit nullus, l. lex Iulia, cũ duabus ll. sequẽtibus. ff. de fundo dotali, & Insti. quibus alie. licet vel

non in principio: Tamen si iuramentũ interueniat, vt quia mulier dotem alienans, vel marito alienanti cõsentiens iu ret non contrauenire: tunc de iure canonico, cui in hac ma teria iuramenti tanquam spirituali standum est, vt dixi, ta lis actus siue contractus firmatur & validatur iuramento: text. est valde notabilis in d.c. cum contingat, & in d.ca. licet mulieres, & ita notabiliter decidit Barto. & post eum Ange. Pau. de Cast. & alii in d.l. si quis pro eo, & late Iason post alios per eum relatos in dict. Authen. sacramenta puberum. & idem firmat additio facta ad decisiones Capellę, tho. decisione 383. de quo articulo quotidiano, qui est ma ximi effectus, habetur latissime vltra omnes alios per Ioã. de Imola in repetitione dicto capitulo cum contingat, in 3. casu principali, vbi reperies de hoc plenissimè. Ad quem, quia ab omnibus habetur, breuitatis gratia te remitto: limita tamen, quod dixi, inter alia per glo. singularem, quæ nulli non est in ore, in dicto capitulo licet mulieres, de cu ius tamen de glo. intellectu uide singulariter per Alex. de Imo. in consi. suo 16. tertii uoluminis, incipiente Pondera tis, vbi ad d glo. reperies tres notabiles limitationes, quas omnino vide. Secundo ex isto sequitur, quod licet, quan-
7 do † actus prohibetur a iure fauore alicuius personæ, vt patet in alienatione rei immobilis minoris 25. annis sine autoritate curatoris, & absq; decreto iudicis, alienatio sit ipso iure nulla, l. magis puto. §. non passim, ff. de reb. eorũ, & dicta lege si quidem, & per totum tit. C. de prædiis mi no. sine decre. non alie. Tamen si interueniat iuramentum præstitum per puberem, talis alienatio etiam omissa au ctoritate curatoris, & solennitate decreti a iure hoc casu re quisita, firmatur & ualidatur iuramento: tex. est in dicta l. 1. cum sua Authen. sacramenta puberum, secundum inteli
8 lectum Martini illic communiter approbatum. & ita notab liter concludit Barto. in d.l. si quis pro eo, in 5. membro: & ibi Ang. & Paul. de Cast. Iason & alii in q. Authen. sacra menta puberum, & de hoc habetur pleniſſime per canonistas, & præcipuè per Ioan. de Imola in repetitione dicto ca pitu. cum contingat, in quinto & etiam in 3. casu principali. In quibus locis etiam reperies plures notabiles & singulares limitationes ad d. Auth. sacramenta puberum, vbi re-

curre:

Digitized by Go

curre:quia non intendo extra propoſitum vagari, & nimis longum eſſet ſingula enarrare. Tertiò ex iſto ſequitur &
8 fortius, quod licet † actus in iudicio geſtus per minorem 25.annis ſine curatore ſit ipſo iure nullus, l. clarum, C.de autho.præſtan.l.cum & minores,iuncta ſua ſingulari gl. C. ſi aduer.rem iudicatã,& toto titu.C. qui legit. perſo.ſtan. in iudi.habent vel non:tamen ſi minor 25.annis compareat in iudicio ſine curatore,& aliquem actum faciat,iuretque non contrauenire in aliquo,proceſſui,iudicio,vel ſentẽtię, valebit actus per eum ſponte geſtus,propter religionem iuramenti,& ſic ſtabitur confeſſioni ſuæ iuratæ ſpontæ factæ in iudicio ſine curatore,cui alias non ſtaretur:quia iuramẽtum firmat iudicium ſicut contractum: glo.eſt de hoc notabilis in d.Authen.ſacramenta puberum, quæ dicit illam Authen.ſacramenta puberum, quæ loquitur in contractibus,habere locum in iudiciis:cum in iudiciis quaſi contrahatur. & illam glo.ſequuntur ibidem Bart.Bald. Ange.Salice.Iaſon,& doct.& eſt ſimilis gl.in §. item ſacramenta puberum,in tit.de pace iura.firman. in vſib. feudorum & ibi eam ſequuntur & approbant Bald. Aluaro. & alii.& idem vult Iohannes de Imo.in repetitione d.capitu. cum contingat,circa finem tertii membri principalis : Idem etiam eſt de mente Ant.de Butr.in repetitione cap.fina.in prima fallentia de conſuetudine: & vult deciſio Capellæ deciſione 45.& 106.vbi plene videas. Idem etiam vult Guido Papæ deciſione 45. & Petrus Iacobi in ſua aurea practica in tit. de actione tutelæ contraria, quando in defendendo &c.in verſicul.item eſt notandum quod adultus,quod tene méti, quia eſt frequentiſſimum in practica:& eſt magna limitatio ad dicta lege clarum,& alia iura ſupra allegata,ſecundum Iaſonem & docto.in dicta Authent. ſacramenta pube
9 rum,& alibi:Quarto ex iſto ſequitur,quod licet † pactum, per quod filia recepta dote a patre renunciat hæreditati paternæ, reprobetur a iure & non valeat, l. pactum dotali, C,de collat.tamen ſi in huiuſmodi pacto interuenerit iuramentum ſpontè preſtitum, tenebitur filia illud obſeruare, & quod fortius eſt,dictum pactum a iure,vt dixi reprobatum firmatur iuramento:text.eſt notabilis in dicto capitu. ſecundo,& ibi hoc firmant Archi.Ioan.And.Pet.de Anch.

Domi.Philip.Francus,& alij:& doct.in d.c. cum contingat, & in d.c.licet mulieres.Quid autem,ſi filia tempore renunciationis non recipit dotem,vel aliquid nomine dotis,& de pluribus aliis quæſtionibus circa hoc occurrẽtibus,vide ibidem per doct.& in d.l.pactũ dotali,& per Io.de Imo. in l. q ſuperſtitis.ff.de acq.hære.& per Alex.de Imo. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta.ff.de verb.oblig. & latiſſimè de hac materia videas per Georgium Nattam in ſua notabili repe
10 titione d.c.2.vbi plene reperies.Quinto ex iſto ſequitur,† quod liceat alteri ſtipulari vel paciſci nemo poſſit,l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verbo.oblig.& §.ſi quis alii,& §. alteri,Inſt.de inuti.ſtipu.licet etiam de iure ciuili ex pacto nudo non oriatur actio,l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.§.igitur,& §.quinimo.ff.de pactis,cum ſimilibus,Tamen ſi iura mẽtũ in his caſibus interueniat,firmabitur ſtipulatio inutilis & pactum nudum ex vi,iuramenti,ita quod alteri acquireretur actio;Ita ſingulariter decidit Bar.in d. l. ſi quis pro eo,in 6.membro:& ſequitur Ioan.de Imo.in repetitione d. c.cum contingat.in 8.caſu principali,& Anto.de Butri.ibidem in ſexto caſu,& Alex.de Imo.in d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri, & Hippolytus de Marſilijs in practica ſua in §. ſecunda quæſt.nu.61.folio vero 85.& eſt gloſ.reputata ſingularis quæ nulli non eſt nota,in c.quoties cordis oculus prima q. 7.quam bene declarant Panor.& Felin.in ſalutatione Gregoriana Ex quo etiam ſequitur,quod licet contractus iuriſgentium initus cum abſente,non,interueniente nuncio vel epiſtola,non valeat.l.abſenti.ff.de dona.l. 1.in fine.ff.de cõtrahen.empt.& vendi,& l.conſenſu, iuncta glo. ff. de actio. & obli.Tamẽ ſi aliquis iurauerit dare abſenti,etiam ſi nullus ſit ibi,qui dictam promiſſionem recipiat nomine abſentis,poterit virtute dictæ promiſſionis iuratæ conueniri per abſentem, per ea, quæ ſingulariter volunt Anton. de Butrio.Panor.Felin.& alii in dicta ſalutatione Gregoriana, & vult Petr.de Ancho.in conſi.ſuo 21.incipiente pro ſolutione dubiorum,in tertio dubio,& Bal.in d. l. pactum dotali, in 9.q.& idem Bald.in rubrica,C.res inter alios acta,in ver ſic.ſed quid.& Alex. de Imo. in conſil. 31. ſexti voluminis circa fin.qui omnes allegant gloſſ. in d. cap. quoties cordis oculus,& idem vult Lanfrancus in repetitione c. quoniam

contra

Digitized by Google

contra falſam, in verbo confeſſiones, de probatio. & Paul. de Caſt. in conſi. 241. incipiente. Primo videndum, & Hippolytus de Marſiliis in practica ſua in §. ſecunda quæſto, numero 63. folio vero 85. & docto. ſæpe alibi: quod nota, quia
11 poteſt quotidie eſſe vſui. Sed dubitabilis eſt quæſtio, † an pactum nudum veſtiatur iuramento ad effectum vt ex eo, etiam de iure ciuili, oriatur actio? & videtur quod ſic, per text. in d.l. ſi quis maior, quem ad hoc notat Matthæus Mateſilanus in ſuis notabil. notabili 37. & Raphael Cumanus in rubrica, ff. de verbo. oblig. & Ludouic. de Roma. in l. 1. in principio, illo eod. titu. Eiuſdem etiam opinionis eſt Panormit. & communiter canoniſtæ in capitu. cum veniſſent, ante finem, de inſtitutio, Sed hoc non eſt ſine dubio, vt videre poteris per Alexand. & Iaſonem in d.l. ſi quis maior, ad quos breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat. Sexto ex iſto
12 ſequitur, † quod licet donatio inter patrem & filium in poteſtate non valeat, l. 2. Cod de inoffic. dona. tamen ſi fuerit vallata iuramento, firmabitur iuramento: ita notabiliter vult Bald. in leg. finali, in verſiculo ſed quid, Cod. de vſucap. pro donato. & ſequitur Alexand. de Imo. in conſil. 8. ſecundi voluminis, incipiente, viſis & conſideratis, & in conſilio 157. eiuſdem voluminis, incipiente, viſo inſtrumento, & in conſilio vigeſimo incipiente, ponderatis, in tertio volumine, & in conſilio ſeptimo ſexti voluminis incipiente, Viſo inſtrument. & idem vult ipſe Alexand. de Imol. in lege ſi donatione, Cod. de collat. & Franciſcus de Aretio in conſilio ſuo 72 incipiente, præſupponitur, in fine. Idem etiam vult deciſio Cápellæ 262. & iſtud latiſſime firmat & comprobat Iaſon in lege fratre, tam in lectura, quam in repetitione. ff. de condictio. indebi. circa finem: Idem etiam latè firmat Guido Papæ deciſione 149. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum. Septimo ex iſto ſequitur, quod licet donatio per militem vel doctorem facta ſuæ ſocariæ vel concubinæ non valeat, lege ſecunda cum ibi notat. per doctor. Codice de donatio. inter vir. & vxo. tamẽ ſi fuerit vallata iuramento, firmabitur iuramento: ita ſingulariter dicit Ludouic. de Roma in conſilio ſuo 43. incipiente, ad primum in quarto dubio quod nota, quia ra-
13 ro reperies alibi. Octauo ex iſto ſequitur, † quod licet tra-

Digitized by Google

factio super alimentis in vltima uoluntate relictis, non valeat, nisi fiat autore prætoræ, l. cum hi, in principio. ff. de trā factio. tamen si interueniat iuramentum firmatur & validatur: Ita notabiliter dicit Bartol. in dict leg. si quis pro eo, circa finem: & hanc opinionem sequitur Panormita. in dict. capitul. cum contingat, & late Ioann. de Imol. in repetitione dicto cap. cum contingat, in 10. & vltimo casu principali in 5. quæstione, respondens rationibus aliorum tenentium contrarium. Nonò ex isto sequitur, quod licet transactio facta super dependentibus ex testamento nō ualeat, nisi inspectis cognitisque verbis testamenti, l. de his ff. de transact. nec tali solennitati renunciari possit, secūdum Barto. & alios ibidem: tamen si interueniat iuramentum, valebit renunciatio, ita singulariter dicit Ioan. de Imo. in repetitione d. c. cum contingat, in vltima colum. & eum refert & sequitur Alexan. de Imo. in consi. 11. 2. voluminis incipiente viso, & Iason in d. l. de his, & docto. sæpe alibi. De
14 cimo ex isto sequitur, quod † licet prodigus, cui bonis interdictum est, non obligetur ex contractus suo, ut est tex. in l. is cui bonis. ff. de verbo. obli. cum similibus: tamen si in contractu prodigi interueniat iuramentum, talis cōtractus firmatur iuramento, dum tamen talis prodigus sit sensus capax: & aliud extrinsecus non obsistat. Ita est decisio Io. de Imol. in repetitione dic. capit. cum contingat, in quinto casu principali, & decisio Capellæ 498. Ita etiam decidit Franciscus de Aretio in d. l. is cui bonis. & breuiter est
C communis opinio, vt referunt Franciscus de Aret. & Ioan. de Imo. ubi supra: ubi respondent ad omnia motiua Barto. in dic. l. is cui bonis, & Fœde. Senis in cōsi. 31. incip. minori 25. annis, & aliorum tenentium contrariū: ad quos, quia
9 l. materia est ampla & quotidiana, & benè per eos tractata, breuitatis gratia remisisse sufficiat. Aduerte tamen, quia Anto. de Butrio in d. cap. cum contingat, in 3. casu, tenent hoc casu iuramentum seruandum, sed dicit cōtractum per iuramentum non firmari: sed præcedens opinio, quæ habet, quod per iuramentum etiam firmatur contractus prodigi, est uerior & communior, secundum Franciscum de
C Aretio, & Ioan. de Imo. ibi supra: quod nota. Vndecimò ex
15 isto sequitur, † quod licet donatio inter virum & vxorem non

non ualet,toto titu.ff. & C.de dona.inter virum & vxorem tamen si sit iurata, firmabitur iuramento : Ita notabiliter dicit Guill.de Cuneo in l.sed & si possessori.§.item si iura uero.ff.de iureiur.& sequitur Bartol.in d.l. si quis pro eo, in fine,& idem Barto.in l.Seius & Augerius.ff.ad leg.Falc. & Cępola in cautela 155. & illud sequitur Alex. de Imol. in dict.consilio 8.& in d.consilio 157.dicens eam esse communem,Idem etiam vult ipse Alexand.in d.consilio 7.sexti voluminis , Eandem opinionem etiam tenet Franciscus de Aretio,& dicit eam esse communem, in consilio 74. incip. Diligenter.eandem opinionem etiam tenet Fœder.de Senis in consilio suo 140.incip.Punctus quæstionis, & Ludo. de Roma in consi.suo 44.incipien.Et supra narrato themate, vbi etiam dicit hanc esse communem opinionem, & Io. de Imol.in repetitione d. cap.cum contingat,in 10.& vltimo membro principali in 3.quæst. plene respondens obiectis in contrarium,& ibi etiam Panormi.& Paul.de Castr. in leg.pacta quæ cõtra,C.de pacti,& decisio Capellæ 262. præallegata.& Hippolytus de Marsiliis in sua practica in §. secunda quæstio,numero 60.folio autem 83. & ista opinio est tenenda,quia communior & verior:licet Anto. de Butrio in casu & præcedenti dicat in dicto capitulo cum contingat,in tertio casu,iuramentum esse seruandum,sed contractum non firmari iuramento. Quare hinc sumpta occa-
16 sione,volo te scire,quod magna† est differentia inter hæc duo iuramentum firmat vel validat actum super quo interponitur,& iuramẽtum debet seruari:quia primo casu,quãdo iuramentum firmat actum super quo interponitur, nedum ipse contrahens vel actum gerens obligatur,sed etiam eius hæres:nec hoc casu potest per iuramentum peti absolutio a iuramento,secundum communem opinionem , de qua in d.l.si quis pro eo,& in d.Auth. sacramenta puerũ, & in d.c.cum contingat,& in d.c.2.Nec solutum potest repeti,qui sunt tres notabiles effectus.Firmat autem iuramẽtum contractũ,quoties actus principaliter prohibitus est fauore personæ,licet secũdario fauore reipublicæ,vt in pluribus casibus supra positis : & quandocunque iuramentum omni ex parte est licitum,tam respectu iurantis, quam respectu recipientis iuramentum, quam etiam respectu ma-

plum in pacto legis commiſſoriæ, quod eſt reprobatum in pignoribus,l.1.& fin.C.de pac.pig. tamen ſi interueniat iuramentum,illud ſeruandum erit,ca. ſignificante, & ibi hoc volunt Inno.Ioan.And.Ioan.de Imol.Pan.& alii de pigno. & Bartol.in d.l.ſi quis pro eo.iuramentum tamen hoc caſu non firmat contractum, vt in dictis iuribus volunt doct. & Ioan.de Imol.& canoniſtæ in d capit.cum contingat. Item poteſt poni aliud exemplum in filiofamilias accipiente mutuum contra ſenatuſconſultum Macedo. & iurante reſtituere;quia ſoluere tenetur;ſed poſtquam ſoluit poteſt repetere: & etiam poterit petere abſolutionem a iuramento antequam ſoluat; vt volunt canoniſtæ in dicto capitu. cum contingat,& maximè ibidem Ioan.de Imol. in 4.caſu principali,& Barto.in dict.l.ſi quis pro eo, in 4.membro,&
18 docto.in d.Auth.ſacramenta puberum.Quando autẽ † iuramentum non poſſet ſeruari ſine peccato vel interitu ſalutis æternæ ipſius iurantis, tunc ſeruandum non eſt; & hoc caſu iurans non eget abſolutione a iuramento, quia iurando peccatur,non autem contraueniendo,c.ſicut ex literis, de iureiuran.& patet exemplum in caſu c.intellecto, de iureiurando.& in caſu gloſæ ſingularis in d.c.licet mulieres, & idem quando iuramentum eſt contra publicam utilitatem principaliter;vt patet exemplum in cap.ſi diligenti,de foro compet.& in aliis commemoratis per Bartolũ & doct. in d.l.ſi quis pro eo,& in dict.Auth. ſacramenta puberũ,& in d.c.cum contingat;& idem,quando iuramentum eſt cõtra bonos mores naturales, quia turpe in ſe, vel ſuper re turpi:regula non eſt obligatorium,de regulis iuris lib.6.& idem,quando in iuramentum tendit in præiudicium tertii,ut patet exemplum in l.hac edictali,C. de ſecundis nu
19 ptiis,& idem dicendum eſt,† quando iuramentum interponitur ſuper contractu ſimulato,qnia tũc caret conſenſu, & ſic anima,vt principalis contractus;glo. eſt ſingularis in l.emptione,C.plus valere quod agitur, vt hæc omnia collĩgi poſſunt ex notatis per Bar.Ange.Pau.de Caſt.& doct.in d.l.ſi quis pro eo,& ex not.per legiſtas in d.Auth.ſacramẽta puberum,& ex notatis Canoniſtas,& præcipue per Anto.de Butrio,Panor.& Io.de Imola in d.c.cum contingat, & exquiſitiſſimè per eundem Panorm. in eleganti ſua diſputatione

ſputatione incipien.ſtante ſtatuto,& per Paul. de Caſtr. in conſilio 196.incipiente,in Chriſti viſis his quæ narrãtur in tertio dubio in fine,in nouis , & per Angel. de Clauaſic in ſua ſumma in verbo iuramentum , ad quos , quia materia ampla eſt,breuitatis gratia te remitto: vbi etiam reperies , quomodo ſuccurratur iuranti,in caſu,q̃o iuramentum firmat contractum,ſed iurans enormiter læditur;vbi vide,q̃a quotidie hæc occurrunt in practica.Hoc tamen, quod dixi iuramentum non firmare contractum ſimulatum,nec impedire quo minus contractus poſſet allegari ſimulatus,limita ſingulariter verum,niſi partes iuraſſent omnia contenta in inſtrumento vera eſſe,& in nullo contrafacere vel venire ; quia tunc propter iuramentum non videtur poſſe allegari ſimulatio,quia allegans allegaret turpitudinem ſuam,& detegeret ſe peiiurum.Ita ſingulariter decidit Anto. de Butrio in dict.c.cum contingat,in 8.caſu,& idem vult Ioã. de Imò.in l.nemo poteſt,in ſecunda col.ff.de legatis 1.& doct. ſæpe alibi,& hæc de iſto tertio effectu iuramenti,qui eſt nedum obligare iurantem ad obſeruantiam iuramenti , ſed etiam validare & firmare actum,ſuper quo interponitur , alioqui nullum,ipſiuſque naturam alterare,dicta ſufficiãt ; dummodo meminerimus,ea quæ dixi non procedere, quãdo materia ſubiecta aliud ſuadet,uel quando ex mente partium eſt aliqua conditio ipſi diſpoſitioni , & conſequenter iuramento.Nam tunc ſi non euenit conditio, iuramentum non obligat,ſed regulatur ſecundum naturam actus , ſuper quo interponitur nec ſe extendit,niſi vſque quo conſenſum eſt text.habes & exemplum in capitul.quemadmodum,de iureiur.& in l.finali, C. de non numerata pecu. & in l.fina.ff.qui ſatiſda.cogan.quos textus ſic intelligit Bart. & alii poſt eum in d.l,ſi quis pro eo.circa finem,& Ioan. de Imol.in repetitione d.c.cum contingat, in tertio caſu principali,& doct.in d.c.2.& Ioã.de Imo.in c.j.de iudi. & Alex. de Imol.in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdict.omni.iudi.& doct. ſæpe alibi.multæ enim in iuramento ſub audiuntur conditiones,vt eſt tex.in d.c.quemadmodum,& ibi ad hoc illum tex.not.Panor.& illic habes gl.magiſtralẽ hoc declarantem & idem declarat Bald.in præall.l.fi.C.de non num.pecu. & optime faciunt not.per eundem Bald. in l., ſed & ſi quis . §.

quæ-

quæſitum,in prima oppoſitione.ff.ſi quis cautio. & hãc mo do etiam procedit dictum Inno.ſingulare,in c.per tuas , de arbitris,videlicet,quod ſi quis iurauit ſtare arbitrio,intelli gitur,quod ſtabit arbitrio,vel ſoluet pœnam,hoc enim ſua- det ratio ſubiectæ materiæ,& mens contrahẽtium.De quo articulo videre poteris latius per doct.ibi ſupra,& per Iaſo nem in l.ſi pecuniam.ff.de cond.cau.da.cau. non ſecu. & in d.l.ſi conuenerit,& per Feli. in c. ad noſtram. 1. de iure. & 20 ſæpe alibi.Quartus notabilis & ſingularis effectus † virtus ſeu efficacia iuramenti eſt,facere actum,ſuper quo interpo nitur,valere omni meliori modo quo poteſt:tex.eſt ſingu- laris & de iure ciuili,in l.cum pater.§.filius matrem, & ibi hoc notat Bart.& alii.ff. de lega. 2. Illum tex.ad hoc etiam notat Bal.in l.eam quam,in 3.col.C.de fideic. & idem Bal. in l.ſi iure,C.de manu.teſta.Eſt etiam pro hoc bonus text. de iure canonico in dict.c.quanto & ibi eum ad hoc ponde rat Panor. & quod iuramentum faciat actum valere omni meliori modo quo poteſt,notat Bar.& ſcribentes in d. l. 1. §.ſi quis ita.ff.de verbo.obligat. dum examinant illum ar- ticulum,an ſi actus non valet vt agitur,valeat vt valere po- teſt,& Ang.de Are.in §.fi.Inſt. de adop. ex quo ſequuntur plura notabilia & ſingularia dicta, quotidie in practica oc currentia.Et primo ex iſto ſequitur , quod licet non valeat ſtipulatio vt ſtipulatio,niſi præcedat interrogatio, & ſequa tur congrua reſponſio verbis expreſſa,dict.l. 1. in principio & §.ſi quis ita,etiam ſi interueniat iuramẽtum, quia illud non poteſt operari in ſupplendo ſolennitatem formalem:ta men quia iuramentum habet vim clauſulæ, ſi non valet qđ ago vt ago,valeat omni meliori modo,quo valere poteſt,iu ribus præalleg.hoc caſu inutilis ſtipulatio valebit vt pactũ. Ita notabiliter vult Bar.in d.l.ſi qtis pro eo.in 8. membro , & ſequitur Ioã.de Imo.in repetitione d.c.cum contingat , in 7.caſu principali,& Ant.de Butrio,ibidem in 6. caſu , & Bar.& doct.in d.§.ſi quis ita,quod nota.Secundo ex iſto ſe 21 quitur† q; ſi in teſtamento apponatur iuramentum , illud habet vim clauſulæ codicillaris, vt ſi non valeat iure teſta- menti,valeat iure codicillorum ad effectũ repetitionis lega torum ab inteſtato,& alios effectus ex clauſula codicillari reſultantes:quia videtur teſtator voluiſſe,quod valeat omi

ni meliori modo quo poteſt,d.l.cum pater, §.filius matrẽ, & vult Barto.in d.l ſi quis pro eo, in 7.membro,& Ioan.de Imol.ibi ſupra in 6.caſu,& Anto.de Butrio,in 7.caſu.Ter-
22 tio ex iſto ſequitur , † quod licet vbi nulla ſubeſt obligatio,ibi fideiuſſor accedere non poſſit, l.fideiuſſor obligari, ff.de fideiuſſo.& Inſtit. eodem tit.in principio, tamen ſi in fideiuſſione interuenit iuramentum , ipſe efficaciter obligatur.Ita notabiliter decidit Bar.in d.l.ſi quis pro eo.in 8. membro,& hoc dictum ſequitur Alexand.de Imol.in conſilio ſuo 102.incipiente,viſo proceſſu,in quinto volumine: & obligatur quidem non vt fideiuſſor, quia repugnat naturæ fideiuſſionis,ſed vt ex promiſſor,qui poteſt intercedere pro non obligato, l.eleganter,§.ſeruus pactionis, ff. de dolo,& l.qui libertinus,in fine,ff.de ope liberto. quia iuramẽtum facit actum valere omni meliori modo quo poteſt , vt dixi:& idem ſentit Bald.licet obſcure loquatur, in l.ſi prædium,circa finem in noua lectura,C.de iure dotium: quod memineris.Ex iſto etiam ſequitur † quarto, quod licet fi-
23 deiuſſor non poſſit obligari in plus,vel in aliud,quam principalis,l.græce,§.illud,& l.hi qui acceſſionis, ff.de fideiuſſ. & Inſtitu.eod.titu.in §.fideiuſſores. Hoc tamen fallit,ſi fideiuſſor iurauit:quia tunc obligabitur, etſi non vt fideiuſſor,ſaltem vt principalis promiſſor, argu. d.l.cum pater, §. filius matrem. Ita notabiliter decidit Bartol. in d.l.ſi quis pro eo,in 8.membro,vbi dicit, ſic limitandum totum titulum,ff.de fideiuſſo.& idem volunt Ang. & Ioann. de Imol. in dict.le.hi qui acceſſionis,& Ioann. de Imo. in repetitione dicto capitulo cum contingat ,in ſeptimo caſu principali,& Angel.de Aretio in dicto §.fideiuſſores,in fine, & Alexand. de Imol.in conſilio ſuo trigeſimo ſecundo,.quarti voluminis incipien.in cauſa , in finalibus verbis,& Iaſon in §. item ſi quis poſtulante,Inſtirutio.de actio.& idem Iaſon in dict. leg. ſi conuenerit : quod manda memoriæ , quia eſt frequentiſſimum in practica. vnde hodie fere in omni actu apponitur iuramentum. Ex iſto etiam ſequitur quin-
24 to,quòd licet † tranſactio facta poſt rem iudicatam nõ valeat,l.eleganter,§.ſi quis poſt,ff.de condict,indebi.l.ſi cauſa cognita,C.de tranſ.& l.poſt rem iudicatam,ff.eo.tit.Tamen ſi ſuper tranſactione ſit interpoſitum iuramentũ,q̃uis

illa

Digitized by Google

illa tranſactio non poſſit valere vt tranſactio, valebit tamẽ vt pactum nudũ. nam ex quo partes iurarunt, videntur voluiſſe, actum debere valere oĩ meliori modo, quo poteſt. Ita ſingulariter decidit Bart. in d.l. ſi quis maior, per d.l. cũ pater. §. filius matrem. quam doctrinam ſequuntur Ang. & Alex. de Imol. non lenes auctores in d.l. ſi cauſa cognita, & Ale. de Imol. & Iaſ. in d.l. ſi quis maior, & idem Iaſon in d. §. item ſi quis poſtulante: & licet Bald. & Fulg. in d.l. ſi quis maior, de hoc dubitent: tamen quia argumentis & rationibus eorum ſufficienter reſpondetur per Ale. in d.l. ſi quis maior, & per Iaſ. in d.l. j. §. ſi quis ita, aſſentior opinioni Bartol & ſentio in iudicando non eſſe ab ea recedendum, maxime quando hinc inde in tranſactione eſſet remiſſio ita ꝙ vtrique tranſigenti eſſet conſultum pacto neq; ſequeretur aliqua inæqualitas: ſecus forte, quando ex una parte eſſet remiſſio, & ex alia parte datio: Quia tunc tranſactio, quæ non valet ut tranſactio, non poteſt ualere ut pactum ſimplex, etiam ſi ſit iurata: quia hoc uideretur eſſe contra uoluntatem trãſigentis, qui non erat remiſſurus ius ſuum, niſi poſſet conſequi ex tranſactione id quod debet ſibi dari: cum pactum nudum non valeat ad actionem, licet bene valeat ad exceptionem, l. ſiue apud acta, C. de tranſa. ex hoc reſultaret inæqualitas: quia ille cui remittitur ius, eſſet tutus exceptione, & ille cui debet aliquid dari ex tranſactione, non poſſet conſequi ſuum. Inæqualitas aũt vitatur in contractibus, l. cum emptor, in princ. ff. de reſcind. uen. Ita reperio expreſſe velle Franciſcũ de Aretio ſubtilitatũ principem in d.l. j. §. ſi quis ita, ſed propter hoc nõ recedo à cõĩ opinione, quia licet pactum nudũ non iuratum, non pariat actionem. pactum tamen iuratũ parit actionem, vt dixi plenè ſupra in tertio effectu iuramenti, in verſ quinto ex iſto ſequitur, & ſic non obſtat ratio Frãciſci de Aretio. Ex iſto
25 etiam ſequitur ſextò, ꝙ licet † ſubſtitutio compendioſa facta a pagano in teſtamento filio impuberi per verba ciuilia vel mere directa nunquam obliquetur, etiam pupillo veniente ad pubertatem: ex quo pro emptore pupillaris ætatis potuit ualere ut directa ut eſt textus notabilis in l. verbis ciuilibus, ff. de vul. & pup. Tamen ſi in teſtamento apponatur iuramentum, pupillo veniente ad pubertatem, obli-

quabitur

quabitur & trahetur ad fideicommiſſariam:quia virtute iu ramẽti videtur teſtator voluiſſe, illam ſubſtitutionem debere valere omni meliori modo, quo poteſt. Ita ſingulariter dicit Ludou.de Roma.in dict.l. 1.§.ſi quis ita,& ſequitur Iaſon in d.§.item ſi quis poſtulante, & Barbatia in conſilio ſuo 25.primi voluminis incipiente,ſcribitur ſapientiæ ſeptimo,in 2.dubio,& Alex.de Imol.in d.l. eam quam , C. de fideicom.& ratio huius eſt , quia quando in teſtamento eſt appoſita clauſula codicillaris , tunc ſemper ſubſtitutio directa trahitur ad fideicommiſſariam : vt ſingulariter notat Bald.Ang.Ioan.de Imol.Franciſcus de Aret. & Alex.in d.l.verbis ciuilibus, & Mattheſilanus in notabili 141. cum ergo iuramentum habeat vim clauſulæ codicillaris,vt dixi ſupra,& probatur in d.l.cum pater, §.filius matrem,ſequitur quod deciſio Ludouic.de Roma, Iaſonis, Barbatiæ , & Alex.eſt vera & iuridica; quod nota,quia eſt frequentiſſi-
86 mum in practica.Ex iſto etiam ſequitur ſeptimò, †quod licet alias promittens factum alienum in nihilum obligetur, niſi ſpecificè promiſerit ſe facturum & curaturum, d.l. ſtipulatio iſta,in principio,& §.ſi quis alium,Inſtitutis de inutilib ſtipulatio, cum obligaretur;nam tunc videtur obligari eo modo,quo poteſt, & per conſequens perinde eſt ac ſi promiſerit ſe facturum & curaturum vt alius faciat quo caſu promiſſio facta alteri valet,iuribus præall. Ita notabiliter uolunt Ludouic.de Roma & Ale.de Imo.in d.l,ſtipulatio iſta,& Angel.& Ioan.de Imo,in l.inter ſtipulantem,in princ.ff.de verbor.oblig.& Panorm. in d,cap. ex reſcripto, in fine:ubi etiam eſt bona glo.& Franc.de Aretio in conſi. ſuo 28.incipiente,Diligenter.ubi pro hoc allegat cap. ex literis 2.& dict.cap.ſicut ex literis,iunctis gloſis de ſponſalibus:& idem ibidem uult Præpoſitus, & Panorm.in d.cap. ex literis,& Iaſon in d.§.item ſi quis poſtulante, & Angel. in §.verſa vice,Inſtitu.de inutil.ſtipul.& Antonius Corſetus in ſingulari ſuo 224 & doct,ſæpe alibi:quod nota, quia
87 eſt quotidianum.Ex iſto † etiam ſequitur octauo,quod licet alias donatio omnium bonorum preſentium & futurorum non valeat,d.l, ſtipulatio hoc modo concepta, cum ibi notatis,ff.de uerb,obl.& l.h.cum ibi no.C.de pactis;tamen ſi donans iurauit,ualebit ſaltem in præſentibus,quia uidet

uoluiſſe

voluiſſe actum valere omni meliori modo, quo poteſt. Ita ſingulariter decidit Franciſcus de Aretio in conſilio ſuo 54. incipiente, In cauſa, argu. d. leg. cum pater, §. filius matrem, vbi plenè de hoc videas. Ex iſto etiam ſequitur nono, quod licet ſi teſtator in teſtamento confeſſus ſit ſibi a Titio deberi decem tantum talis confeſſio teſtatoris tanquam erronea non præiudicet hæredi, ſi hæres probare poteſt, quod Titius plus debet, l. rationes, in fine, C. de probat. Tamen ſi teſtator iurauit, Titium ſibi debere decem tantum, confeſſio talis præiudicat hæredi nam teſtator tunc videtur velle, quod illa diſpoſitio valeat omni meliori modo quo poteſt: & propterea videtur reliqua nõ cõfeſſata relinquere debitori per fideicommiſſum, Authent. quod obtinet, cum ibi nota. C. de probat. & ita ſingulariter decidit Bart. in leg. ex hac ſcriptura. ff. de donatio. per dic. leg. cum pater, §. filius matrem, & idem Bart. in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de lega. 3. & ita etiam apertiſſimè vult Ang. in d. l. rationes. Et iſte eſt verus intellectus d. Authen quod obtinet, & præalle. l. rationes. in fine ſecundum
28 Azonem & gloſam ibidem: verba † enim enunciatiua propter aliud prolata ſi fuerint iurata, diſponunt, & diſpoſitionem inducunt, vbi alias diſpoſitionem non inducerent. d. Auth. quod obtinet, & volunt Baldus, Ange. & Iaſon in L. ex his verbis, C. de teſtamen. milit. & Petrus de Anchar. in clemen. 1. de prob. quod nota. Quintus notabilis & ſingu-
29 laris effectus, virtus, ſeu efficacia iuramenti eſt, † quia habet vim clauſulæ derogatoriæ, atteſtantibus Ioan. Andreç, Barto. Bald. Pau. de Caſt. Alex. Sozino, Iaſone, & alijs præclariſſimis doctoribus in locis infra commemorãdis, quod eſt ſcitu vtile, & valet ad multa, & primo ex iſto ſingulariter infertur, quòd ſi in teſtamento inſeritur iuramentum, vt quia teſtator iurauit teſtamentum per eum conditum non mutare vel reuocare, hoc caſu iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ, vt non valeat ſecundum teſtamentum, niſi ſpecialiter derogetur primo: quia ex quo teſtator iurauit non reuocare primum videtur voluiſſe vt primum ſuum teſtamentum præciſe valeat. & omni meliori modo, quo poteſt. Ita ſingulariter dicit Barto. in l. ſi quis in principio teſtamenti, circa fi. ff. de leg. 3. allegans text. in d. l. cum pater.

pater,§.filius matrem, & idem vult ipſe Bartol. in l.omnes populi,circa finem 3.q.principali,ff.de iuſtit.& iure. Idem etiam vult Ioan.Andreæ in regula quod ſemel, de reg.iur. lib.6.in mercurialibus, & doct.ſæpe alibi: quod eſt notandum.Secundo ex iſto ſequitur aliud ſingulare,videlicet q licet alias per ſecundum teſtamentum non tollatur primũ quod habet clauſulam derogatoriam niſi de eo fiat ſpecialis mentio,d.l.ſi quis in principio teſtamenti, & l.ſi mihi & tibi,§.fi.ff.de leg.j.Tamen hoc fallit,quando in ſecundo teſtamento eſſet appoſitum iuramentum:nam illud hẽt vim clauſulæ derogatoriæ ad clauſulam derogatoriam poſitam in primo teſtamento:& ergo hoc ſufficit, & cenſetur primo teſtamento derogatum. Ita ſingulariter decidit Bald. in l. ſancimus,in vlt.colum.C.de teſtam. & eum ſequuntur ibi dem Paul.de Caſt.Alex.de Imo.Iaſon & alii, & idem ſentit Iaſon in d.§.item ſi quis poſtulante, & Soc.in d.l.ſi mihi & tibi,§.fin & Guido Papæ deciſione 128. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum:quod ſimiliter eſt notãdum, quia eſt frequentiſſimum in practica. Tertio ex iſto ſequitur aliud ſingulare, † videlicet quòd licet per non obſtantias generales derogetur ſtatutis,pactis,& conuentionibus, ſubſiſtente in derogante poteſtate derogandi:tamen per huiuſmodi non obſtantias generale non derogatur ſtatutis, pactis vel conuentionibus iuratis:& ſic ſublato principali hoc caſu per non obſtantias generales, non tollitur acceſſorium: de hoc ſunt duæ gloſæ ſingulares, vna eſt in c.cum nõ deceat,in fine,de elec.lib.6.alia eſt in clemen. dudum, circa finem,de ſepul.quas illic notant & commendat doct. & Ludou.de Roma in ſuis ſingularibus,ſingulari 8.& idem Ludouic.de Roma in conſil.ſuo 393.incipi. præſens conſultatio:& in conſilio ſuo 404. incipiente, in caſu: & in conſilio ſuo 436.incipiente,quod indultum. & idem Ludo.in conſilio 517.incipiente,in caſu propoſitæ conſultationis, in fine:& Panorm. & Fel.in c.conſtitutus, vbi eſt bonus tex.de reſcrip.& Vitalis de Cambanis in libello ſuo clauſularum, doctores ſæpe alibi:quod ét nota tanquã ſingulare & quotidianum. Vide tamen circa hoc duas notabiles limitationes per Iaſonẽ poſt alios per eũ relatos ĩ l.fi.C.ſi cõtra ius vel vtilit.publi. Quartò ex iſto ſequitur aliud ſingulare, vide-

31 videlicet,† quod licet si maior licet si maior pars creditorum vult dare debitori inducias quinquennales, siue saluũ conductum, vt vocant, minor pars compellitur maiori consentire, leg. fina. Cod. qui bonis cedere poss. & l. maiorem. ff. de pactis. Tamen hoc failit, quando creditor dissentiens haberet debitorem cum iuramento obligatum: nam tunc alii eo inuito non poterunt dare dictum saluum conductum vel dilationem ita singulariter decidit Bald. in d. c. constitutus dicens ita limitandam d. l. fina. C. qui bon. ced. poss. & idem sentit Alexand. in consilio 20 5. incipiente Visis, in secundo volumine, in fine, dicens quod saluusconductus concessus debitori per principem, non videtur concessus aduersus debitum iuratum, imo aduersus debitum iuratũ non posset concedi, vt vult Alexand. in consilio 38. incipiente Visa petitione, in tertio volumine: nisi constitutio emanaret publico fauore, vt ibi per eum. illud autem certum est, quod saluusconductus concessus a principe, ne quis ab vllis creditoribus possit conueniri, intelligitur, nisi sint creditores ex delicto. ita singulariter volunt Guil. de Cuneo. & Bald. in leg. si ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo, & Ludouic. de Rom. in suis singularibus, singulari 183. incip. Quid si Titius. quod tene menti. Quinto ex isto sequitur aliud singulare videlicet, quod statutum disponens inter coniunctos ad instantiam rei debere fieri compromissum, non habet locum, quando actor fundaret intentionem suam in instrumento promissionis iuratæ per reum. Quia reus petendo compromissum fieri, venire contra iuramentum, & incideret in periurium: vnde non est verisimile, statuentes de hoc casu cogitasse: quia esset aperire viam periuriis, & statutum non debet extendi ad casum illicitum. ita singulariter determinat Pau. de Cas. in cons. 67. incipiẽte, Visis & consideratis & sequitur Alex. in cõs. 37. secundi voluminis, incipiente, Viso, in penult. col. dicẽs ita fuisse iudicatum apud Parmam, & pro ista decisione optimè facit gloss. singularis in clem. 1. in verbo facere, de vsuris: quod
32 nota. Aduerte tamen circa præmissa, ne erres. † quia licet iuramentũ habeat vim clausulæ derogatorię ad secundũ testamẽtũ, quãdo ponitur in primo testamẽto: & similiter ad primũ, quãdo ponitur in secundo, vt dixi, tñ iuramẽtũ non

reddit actum temporalẽ postea secundum nullũ: imo actus temporali gestus contra iuramentum valet, quando de voluntate clarè constat, licet incurrator aliquando periurium: vnde si quis iuret non vendere rem suã Titio, vel non contrahere matrimonium vel sponsalia cum Berta, vel nõ reuocare testamentum conditum, vel non reuocare procuratorem; si tamen postea vendat Titio & tradat, tenet venditio & transfertur dominiũ & si postea cõtrahat matrimoniũ vel sponsalia cum Berta tenet matrimoniũ vel sponsalia: & similiter si postea reuocet testamentũ vel procuratorẽ, tenet reuocatio. Dictum est notabile Inno. in c. dilecto, de præb. & ibi hoc dictum sequuntur & declarant Io. An. Pet. de Anc. Card. Io. dè Imo. Panor. & alij, & idem vult Io. An. in d. regula, quod semel. in Mercurialib. & Bar. in d. l. si quis in principio testamenti, & Lud. de Roma in consil. suo 379. incip. Circa primum, Ioan. de Imo. in repet. d. c. cum contingat, in 9. casu principali, & est glo. notab. in c. fi. de procura. lib. 6. & ibi tangitur per Dominicũ, Philip. & scribentes & est text. optimè probans hoc dictum Inno. in d. c. sicut ex litteris, & ibi hoc notat Panor. Ex quo sequitur duo singulares effectus. Ptimus est, quod si quis vendidit rem aliquam Titio, & iurauit eam non vendere alteri, si tamen postea vendat eam Seio & tradat Seius erit potior in illa re. Ita singulariter decidit Ioan. de Imol. in repetitione dict. c. cum contingat, in 9. casu principali, & post eum Iason in l. quotiens, C. de rei vendic. & idem sentit Henricus BoicK in c. nostri, de electione: quod nota, quia est magna ampliatio ad dicta l. quotiens. Secundus singularis effectus est, quia si quis inter viuos promittat, & etiam iuret rem suam non alienare, si tamen postea vendat & tradat, transfertur dominium: Ita singulariter decidit Albe. de Rosate in l. ea lege, in fine, C. de condic. ob cau. & Io. de Imol. in repetitione d. c. cum cõtingat, in 9. casu principali, vbi exquisitissimè hanc materiã examinati, & Rota decisione 104. in antiquis, quæ incipit, Nota quod vbi aliquis: & Henricus BoicK in dic. c. nostri, quod similiter notandum est, quia est magna ampliatio, ad dic. l. ea lege. & habui de facto in arduo casu. Sextus notabilis & singularis effectus, virtus, seu efficacia iuramenti
33 est, † quia habet vim expressi, quando dispositio generalis
ideo

ideo non valet,quia debeat fieri ſpecialis expreſſio,non q̃ de fuit omnino conſenſus:textus eſt de hoc ſingularis in d. c.ex reſcripto,& ita ſingulariter dicit Bal.in l.1.in 2. q. C. cõmodati,reputans hoc menti tenendum per d. l. cum pater.§.filius matrem,licet d. c.ex reſcripto nõ alleget: & idẽ ſentit Ang.in quotidiana q.in l.ſenium,C.qui teſta. fa. poſ. & Barbatia in d. conſi.ſuo 25.vbi meminit d.c.ex reſcripto, reputans illud ad hoc ſingulare . Ex quo ſequuntur plura notabilia & ſingularia dicta quotidie in practica occur-
34 rentia . Et primo ex iſto ſequitur , † quod licet in caſibus fortuitis ſuſcipiendis non ſufficiat,generaliter in ſe ſuſcipere caſus fortuitos, ſed requiratur quod ſpecialiter enumerentur,præall.l.ſed & quis.§.quæſitum, cũ ibi plene notatis. Tamen ſi in diſpoſitione fuit appoſitum iuramentum , valebit renunciatio caſuum fortuitorum generaliter facta perinde ac ſi caſus fortuiti eſſent ſpecialiter enumerati , & expreſſi, propter virtutem iuramenti,quod habet vim expreſſi;Ita ſingulariter vult Bal.in d.l.1.in q.C.commodati, & idem videtur ibidem velle Sal. circa finem. Idem etiam apertiſſimè vult Ioan.de Imol.in c.1.de commodato,& idẽ Io.de Imo.in repetitione d.c.cum contingat,in 3.caſu principali,& Alex.de Imo.in conſil.3.primi voluminis,incipiente,uiſo inſtrumento,& in conſil.183.in quinto volumine , incipiente,ſuper quæſitus,& Barbatia in d. ſuo conſil. 25. Communis tamen opinio doctorum eſt in contrarium , vt videre licet per Iaſonem & docto.in d.§.quæſitum, & fatetur ingenue Io.de Imo.in d.c.1.tenendo tamen dictam opinionem Bal. Ang.Sali.Ioan.de Imo. Alex.& Barbatiæ,quæ eſt probabilis,illa debet limitari , vt procedat duntaxat in caſibus fortuitis ſolitis,ſecus in inſolitis, & extraordinarijs quia de illis non præſumitur cogitatum nec in genere nec in ſpecie,tex.eſt ſingularis in l.fiſtulas.§.frumenta.ff.de cõtrah.emp.& vend.Et ergo propter iuramentum ad illos nõ debet fieri extenſio.ita ſingulariter decidit Alex. de Imo. in conſ.ſuo 28.primi voluminis,incipiente,viſis & accurrate ponderatis,in 2.dubio,& in conſil.ſuo 31.ſecundi vol. & tetigi ſupra in loco ab exceptione ad regulam,vbi vide. Ex
35 iſto etiam ſequitur ſecundo,quod licet ille † qui promiſit non venire contra contractum,poſſit hoc non obſtante ve-

nire contra eum ſi ſit deceptus vltra dimidiam iuſti pręcii, & ſic nõ videatur per hoc renunciaſſe beneficio l.2.C.de re ſcin.vendi. Tamen maior 25. annis iurando non venire cõ tra contractum,vĩ renunciaſſe beneficio d.l.2.quia iurãdo non venire contra contractum,vĩ ſaltem in genere cogitaſ- ſe de omni remedio & beneficio, per quod poſſit reſcindi contractus,arg.l.ſub prætexti ij cũ ibi not. C. de tranſ.& l. qui iure mili.ff.de teſt.mili.& ita ſingulariter vult gl.iur.ci uilis in d.l.2.& ibi Bar.& doct.& gl.iuris canonici in c. pe- nul.de empt.& vendi.& ibi canoniſtæ.Idem ẽt vult Ant.de Butr.in c.ſi diligenti,circa medium,de fo.cõpe.vbi formali ter dicit,q; iuramentum oppoſitum ſuper renũciatione,ha bet excludere iurantem à quacunq; exceptione tanquam in genere cogitata,Argu.d.§.filius matrem,& facit optimè d.c.ex reſcrip.cum ibi no.maximè per Bal.& idẽ ſingulari- ter vult Bal.in l. quæ ſub conditione.§.j.ff.de condi.inſt.& Felin.in c.inter cæteras,de reſcrip.& Alex.de Imo.in d.cõ ſil.133.quinti voluminis:q; nota,quia eſt quotidianum,Ex
36 iſto etiam ſequitur tertiò, † q; licet diſpoſitio regulariter non extendatur ad incogitata,l.qui cũ tutoribus.ff.de trã- ſac.& l.mater decedẽs.ff.de inoff.teſta.tñ ſi iuramentũ ſit interpoſitum,fiet extẽſio ad incogitata:& ergo licet mulier intercedens pro alio,nõ certiorata de beneficio Vellia. non obligetur,quia de illo certiorari debet,l.ſi.§.penu.& ibi no tatur.ff.ad Velleia.tñ ſi mulier fideiubendo iurauit effica- citer obligatur,quãuis de beneficio Velleiani nõ fuerit cer tiorata:tex.eſt ſingularis in d.c.ex reſcripto,iunctis ibidem no.per gl.Bal.Io.de Imo.Pano.& Feli.vult Bar. Alex.& do ct.o.in l.ſciendum.ff.de verb.obli.& idem Alex. in conſ.ſuo 27.primi volu.incip.viſo libello, & in conſ.ſuo 66.ſexti uo- lu.incip.viſa facti,& idem Alex.in rubrica.ff.de verb. obl.& Hippo.de Marſiliis in ſua practica.§. ſecunda quæſt.nu.64. fol.vero 85. & idem in minore iurante nõ venire contra cõ tractum:nam videbitur renunciaſſe beneficio reſtitutionis in integrum, licet illud ignorauerit, & de eo certioratus non fuerit,ſecundum Bart.alios in d.l.ſciendum, & volunt doct.in d.Auth.ſacramenta puberum,& Bal.in d.c.ex reſcri pto,& hĩ latè per Alex.in d.l.ſciendũ,vbi pleniſſimè de hoc reperies,& per canoniſtas in d.c.penul.& per Sali.& legiſtas in d.

in d.l.2.C.de reſcin.vend.Non tñ credas,q; minor hoc caſu videat renũciaſſe beneficio d.l.2.per hoc q; iurauit nõ uenire cõtra cõtractũ: qa ſatis operat iuramẽtũ faciẽdo cum haberi pro maiore,& ſic pdere beneficiũ reſtitutionis in integrũ vt vult gl.& doct.in d.l.2.& glo.& doct.in d.c.pen.q; perpetuo memineris,quia eſt quotidianũ.Ex iſto etiã ſequi
37 tur quarto,q; † licet filius renunciando bonis paternis, vel hæreditati paternæ, non videatur renunciare iuri petendi legitimam vel ſupplemẽtum legitimæ,niſi ei ſpecialiter fuerit renuntiatum, quantumcunque generalis & lata fuerit renunciatio:vt eſt tex.ſingularis in l.ſi qñ.§.& generaliter, cum ibi no.per doct.C.de inoff.teſt.& vult Ang. in §.tum autem,Inſt.de inoffi.teſt.& deciſio Cappellæ 487.in fine additionis.Tamen ſi in tali renunciatione generali intervenit iuramentum,cenſebitur renunciaſſe iuri petendi legitimã, vel ſupplementũ legitimæ: quia ex quo filius iurauit,cenſetur in genere cogitaſſe de omnibus bonis paternis,& ſic iuramẽtũ operatur idẽ, q; ſpecialis expreſſio de legitima vel ſupplemẽto legitimæ:ita ſingulariter decidit Ludo.de Ro. in d.l.1.§.ſi quis ita.& idẽ expreſſe tenet Barbatia in d.cõſ. ſuo 25.in 2.dubio,& Ang.in cõſ.ſuo 223.inci.caſus talis eſt, circa fi.Contrariũ tamẽ expreſſe vult Bal.in rub.ff.de iureiu.ante finẽ,& ſequitur ſimpliciter Frãciſ.de Are. in d.§. ſi quis ita.in pen.col.idẽ vult expreſſe Ias.in d.l.his,circa principiũ,dicẽs Fed.de Senis idẽ velle in cõſi.ſuo 199.inci.quęritur an domina Margareta,qui tñ hoc nõ dicit. vnde cogita qa vidi in qõne de facto occurrente maximã in hoc fieri
38 alternationẽ.Septimus ſingularis effectus virtus † ſeu efficacia inramẽti eſt,adijcere forum foro,tex.eſt ſingularis in c. ſi.de foro cõp.lib.6.& hinc eſt, q; licet laicus nõ poſſet corã iudice eccleſiaſtico ratione contractus conueniri, vbi iuramentum nõ interueniſſet:cũ actor ſequatur forũ rei,l. iuris ordinẽ,C.de iuriſd.omn.iudic.cum ſimilibus: tamen propter adiectionem iuramenti in contractu, vt quia iurauit obſeruare contractum,vel non cõtrauenire contractui, poterit laicus nedum coram iudice ſeculari, ſed etiam coram iudice eccleſiaſtico cõueniri,& ſic electio hoc caſu erit actoris,coram quo iudice velit cum conuenire, ſeu ſeculari eccleſiaſtico: quia iuramentum adijcit ſeu accumulat forum

foro:imo quod fortius eſt,mutat forum ſecundũ aliquos: tex.eſt ſingularis in præal.c.fi.& ibi not.per doctores,& meminit Lud.de Rom.in ſuis ſingularib.ſingulari 220. & Ioã. de Imo.in repetitione d.c.cum contingat,in 22.col.& Pet. de Anch.Dominicus & alii in d.c.2.& Bal.in l.1.C. de reb. credi.& iureiuran.& doct.ſæpe alibi:quod eſt ſumme notãdum,quia maximi effectus:nam vt plurimũ hodie in quolibet contractu interponitur iuramentũ.Hoc tamen te ſcire conuenit,q; hæres iurantis virtute dicti iuramenti non poterit conueniri coram iudice eccleſiaſtico,quia iuramentũ ex parte iurantis eſt perſonale d c.veritatis,cum ibi notatis de iure,& ita ſingulariter vult Bal.in d.l.1.circa finẽ,C. de rebus cred.& idem Bal.in d.Authentica ſacramenta puberum,in fine:& Salic.ibid.in penultima col.& deciſio Capellæ 415.& Guido Papę deciſione 414. & ita etiam decidit Ioan.And.in c.fi. de ſepult. & ſequitur ibi Panorm.cũ quadam tamen moderatione,& idem Panorm.in d.c.veritatis,& habetur de hoc late per Philippum Francum in d. c.fina. de foro competen. lib.6.vbi vide.Item & aliud ſcire oportet,videlicet quod hæres iurantis ex non obſeruantia huiuſmodi contractus non incurrit periurium : quia iuramentum,vt dixi,ex parte iurantis eſt perſonale,dict. c. veritatis,& ibi illud notant Innocen.Hoſtien.Ioann.de Imol. Panormita.& alii,& vide alium caſum infra in ſequenti effectu iuramenti ; extra autem dictos caſus iuramentum & eius effectus tranſit ad hæredem , vt bene declarat Baldus in l.finali,in verſicul.ſed hic incidenter quæro,C.de pactis, Paulus de Caſtro in conſil.67.incipiente , Viſis & conſideratis omnibus,& doctores ſæpe alibi & dixi ſupra in tertio effectu iuramenti:quod quia quotidie occurrit in practica, notandum eſt. Octauus ſingularis effectus,virtus ſeu eſſi-
39 cacia †iuramenti eſt inducere pręciſam neceſſitatem Textus eſt de hoc ſingulari in d.c.ad noſtram.1.de iur.& ita ſingulariter dicit Bald.in præludiis feudorum in 5.col.in verſicu.ſed pone,allegans ad hoc glo.in d.l.ſi pecuniam,in princip.in verbo neceſſe habeas,ex quo ſequuntur plura notabilia & ſingularia dicta.Et primo ex illo ſingulariter infertur quod licet in obligationibus facti,quis non poſſit regulariter precioſe compelli ad factum,ſed quod ſuccedat obliga

tio

tio ad intereſſe.l.ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. ff.de verborum obligatio.& leg.ſi quis ab alio in fine.ff. de re iudicata.Tamen ſi interuenerit iuramẽtum,poterit præciſe compelli ad factum,per dict.glo.quæ ad hoc quotidie allegatur:& pro hoc eſt tex.in c.finali,ne præla. vices ſuas, & ibi Anto. de Butr. ad hoc notat illum text. Iſtud etiam vult Baldus per d.gl.in l.vnica,in penult,col.C.de ſentent. quæ pro eo quod intereſt profer. Idem etiam tenet Panor. in cap. veniens, de iureiur. & Iaſon in d.§.item ſi quis poſtulante,& Guido Papæ deciſione 627.& Alex. de Imo. in conſi.37.ſecundi voluminis,incipiente,viſo & oportune diſcuſſo,vbi recitat plures alios doctores idem tenentes:& finaliter dicit,quod iſta eſt communis opinio,a qua in iudicando non eſt recedendum & ita reperio etiam alios dicere:& idem tenet ipſe Alexander in conſil.89.ſeptimi voluminis.Hoc tamen ſcito,quod in hoc caſu hæres iurantis liberabitur ſoluendo intereſſe, cum iuramentum ex parte iurantis ſit perſonale,d.c.veritatis,& dixi in effectu præcedenti;& ita ſpecifice in his terminis dicit Bald.in dicto verſicul.ſed pone.Ex iſto etiam ſequitur vnum aliud ſingulare, videlicet, quod quamuis regulariter non referat, quid ex æquipollentibus hat vt plene dixi ſupra in loco ab æquipollentibus;& licet ſoluere & compenſare ſint æquipollentia,l.ſi peculium.§.1.ff.de ſtatu.libe.cum ſimilibus: tamen ſi quis iurauit ſoluere,non poterit compenſare:quia iuramentum implendum eſt in forma qua præſtitum eſt; text. eſt ſingularis ſecundum intellectum gloſæ in c.ad noſtram 1.& hoc ibi volunt Ioan.de Imo.& communiter doct.& idẽ vult Ioan.de Imo.in l.Iulianus ait,ſi hæredi.ff. de condi. & demonſt.& Alex.de Imo.in conſi.91.in ſecundo volumine, incip.viſis actis;& hoc tene,quicquid dicat Barto. in l. amplius non peti,in fine.ff.rem ratam haberi;quia eius motiuis & rationibus optime reſpondetur per Ioan. de Imo. in d.c.ad noſtram,& per Alexand. in dicto conſilio 91. & iſta eſt communis & vera opinio ſecundum Felin. in d. cap. ad noſtram; vbi de hoc articulo quotidiano videris poteris pleniſſime per eum:quod memineris,quia poteſt quotidie inſeruire.Nonus ſingularis effectus, † virtus, ſeu efficacia iuramenti eſt, impedire pœnitentiam,vbi alias de iure lo-

cus eſt pœnitentiæ,gloſſ.eſt de hoc ſingularis in d. l. ſi pecuniam,in princip.in verbo neceſſe habeas. quam gloſſ. ad hoc notat Bald.in capit. quæ in eccleſiarum circa medium de conſtitu.& Ioan. de Imol.in l.2.§.ſed ſi quis.ff.de dona. & docto. ſæpe alibi. Ex quo inferri poſſunt plura ſingularia dicta. Et primò ex iſto infertur, quod licet licita ſit pœnitentia,quando partes prorogant iuriſdictionem iudicis nõ ſui,vt eſt tex.in d.l.ſiconuenerit.tamen ſi interuenerit iuramentum,non eſt licita pœnitentia.quia iuramentum sẽper addit diſpoſitioni ſuper qua interponitur, & iupedit pœnitentiam;ita ſingulariter decidunt Angel.Paul. de Caſtro,Alexand.de Imo.Iaſon,& doct.in dict.l.ſi conuenerit; & Ioan.de Imol,Iaſon & doct.in dict.l.ſi contrauenerit: & Ioan.de Imo.in d.c.1.de iudicijs: & Bald.in c.P.& G.de offic.deleg.& Iaſon in d.l. ſi pecuniam, in principio, & idem Iaſon in dict.§.idem ſi quis poſtulante,& Alexan. de Imo. in d.conſil.89.ſeptimi voluminis,& doct.ſæpe alibi.& hanc reperio eſſe communem opinionem,a qua in iudicando nõ eſt,recedendum,iuxta notata per Bar.in l.ſi.C. de pœna iudicis qui male;iudi.& no.per Ioan.And.& docto.in cap. 1. & cap.ne initaris,de conſtitut. quod tene perpetuo menti, quia eſt frequentiſſimum in pratica.Ex iſto etiam ſequitur ſecundo quod licet in contractibus innominatis re integra habeat locum pœnitentia dicta leg. ſi pecuniam, in principio, & lege. iuriſgentium,in principio . ff. de pactis: tamen quando interuenit iuramentum, non habet locum pœnitentia,ſecundum Bald.in d.cap.quæ in eccleſiarum,& docto.in dicta legẽ ſi pecuniam, & ſæpe alibi : de quo tamen vide latius per Ioann. de Imol. in dicta l. 2. §. ſed ſi quis.

41 Ex iſto etiam ſequitur tertio, † quod iuramentum facit deſinere rem eſſe integram,per glo.ſingularem in d.l.ſi pecuniam,in verbo neceſſe habeas,ex quo vlterius ſequitur, quo in caſibus in quibus aliquid admittitur re integra,iuxta l.ab emptione.ff.de pactis,& l.1. & 2 C. quando licet ab empt.diſcedi non admitteretur interueniente iuramento de quo tamen vide latius per Ioan.de Imo.in d.l.2.§. ſed ſi quis,& per Iaſonem & doct.in d.l.ſi pecuniam,vbi vide. Ex iſto etiam ſequitur vnũ aliud ſingulare,videlicet q procurator conſtitutus ad reſignandũ vel permutandũ beneficium eccle-

ecclesiasticum cum iuramento de non reuocando eundem non poterit reuocari: quia in spiritualibus in quibus non cadit interesse, non potest agi ad interesse, vt no. Inno. in cap. querelam, de elect. & ideo quicquid fit contra iuramentum in spiritualibus, est nullum: vt decidit idem Inno. in d.c. dilecto, de præb. & ita singulariter in his terminis decidit Rota in præall. decisione 104. in antiquis decisio Capellæ 261. supra in principio, quod habui de facto in ardua q. & vide quod dixi supra in quinto effectu iuramenti circa fin. Decimus singularis effectus, † virtus, seu efficacia iuraméti est, 42 impedire purgationem moræ: text. est singularis in d.l. si qs maior, & ibi hoc no. Bar. Bal. Sali. Alexan. & Ias. Idem etiam vult Sal. in l. si pacto quo pœnam, in vers. secunda conclusio, C. de pactis. Idem etiam vult Bar. in l. si insulam, in 5. qō. ff. de verb. obl. & illic Ioan. de Imo. in vers. sextò fallit: & Ale. de Imo. in vers. duodecimo fallit: & idem vult Iason in d. §. item si quis postulante, & Guido Papæ decisione 123. in fi. Idem etiam vult Alex. de Imo. in consil. 59. incipiente, viso processu, & in consi. 158. incipiente, in causa, in secundo volumine: & Franciscus de Aretio in cons. 94. incip. respōdeo, & in consilio 137. incip. viso themate: ex quo singulariter sequitur, q; licet in pluribus casibus possit mora purgari, l. & si post tres, ff. si quis cautio. & d.l. si insulam, cum ibi not. & cap. potuit de loc. tamen vbi interuenit iuramentum, non habebit locum purgatio moræ per præallegata: quod est nota dignum & quotidianum. Vndecimus. singularis effectus, 43 virtus seu efficacia iuramenti est, † constituere iurantem in mora absq; alia interpellatione: text. est notabilis secundum vnum intellectum in c. querelam, de iureiu. & bonus text. in d.l. si quis maior, in verbo, mox: ex quo inferri possunt plura singularia dicta. Et primo ex isto infertur, quòd simpliciter iurans defendere ecclesiam, tenetur eam defendere etiam sine requisitione, si sciat ecclesiam suo patrocinio indigere: dictum est singulare Specul. in tit. de aduocato. §. 1. vers. sed nunquid is qui iurauit: & hoc dictum referunt & sequuntur Ioann. Andr. Ant. de Butr. Petrus de Ancho. Io. de Imo. & Pan. in c. breui. de iureiu. & Ale. de Imo. in l. 2. §. finali, circa finem, ff. soluto matri. & faciunt not. per Alberic. de Rosate, & doct. in l. eum qui, §. si iurauero, ff. de

iureiu.

iureiu & bene facit tex.in cap.ſi inimicus,93. diſtin.& vult Henricus Boicn in d.c.breui. ſit ergo cautus vaſallus, qui ratione feudi promittit defendere dominum vel eccleſiã, vt adijci faciat cum requiſitus fuero: ne ſub inuolucro iuramenti loquatur. Ex iſto etiam infertur ſecundo, q; licet alias vbi obligatio non habet diem, requitur interpellatio ad conſtituendum quem in mora, l.ſi ex legari cauſa, ff.de verb.obl. cum ſimilibus: tamen vbi eſt appoſitum iuramentum in contractu, ibi non eſt neceſſaria alia interpellatio: quia iuramentum ipſum interpellat, per ſupradicta. Ita ſingulariter vult Ant.de Butr.in d.c.breui, & ſequitur Franciſc.de Crema in ſuis ſingularibus ſingulari 122. incipiente, vbicũq;, quod eſt valde notabile, & perpetua memoria dignum. Duodecimus ſingularis effectus, virtus, ſeu efficacia iuramenti eſt, † quia habet vim clauſulæ, rato manente pacto, quæ apponi conſueuit in ſtipulatione pœnali, de quæ clauſula habetur in l qui fidem, ff.de tranſact. & in l. cum proponas, C.eo.tit. iſte eſt text. notabilis in d.l.ſi quis maior, & ibi illum tex.ad hoc applicant Bar.Bal. Ang.Sali. Ale.Iaſon, & doc.ex quo ſequitur, q; veniens contra contractum iuratum, tenetur ſoluere pœnam contractui appoſitam, & nihilominus contractus remanet firmus: licet in contractu non ſit appoſita dicta clauſula, rato manente pacto, d.l.ſi quis malor, cum ibi not.per doct. & vult Iaſ.in d. §.item ſi quis poſtulante, & illud eſt ſingulare, & alibi nõ reperitur, ſecundum Io.dẽ Imo.in d.l.ſi inſulam, in verſic. 6.fallit: quod eſt memoriæ mandandum, quia poteſt quotidie vſinuenire. Decimustertius ſingularis effectus, virtus, 45 ſeu efficacia iuramenti eſt, † quia facit quem ipſo iure cadere a iure ſuo, veniendo contra iuramentum: vbi alias nõ priuaretur iure ſuo, tex.eſt ſingularis ſecundum vnum intellectum in d c.querelam, & ibi hoc apertiſſimè vult Bal. & bene facit tex.in d.l.ſi quis maior, cum ibi no.per doct. ex quo ſequitur, q; licet regulariter de iure conductor nõ ſoluens canonẽ nõ poſſit expelli, niſi ceſſet in ſolutione canonis per biennium, l.quæro, §.inter locatorem, ff. locati, iuncta l.ædem, C.eo.tit. & c.propter ſterilitatem, tex.eo.ti. & idem in emphyteota eccleſię, Aut.qui rem, C.de ſacroſ. eccle. & d.c.potuit: in emphyteota vero priuati requiritur

trien-

triennium,l. 2.C. de iure emphy. Tamen ſi colonus vel emphyteota iurauit,ſingulis annis ſoluere canonem, & poſtea non ſoluit canonẽ,poterit ſtatim elapſo primo termino, nõ expectato biennio vel triennio, expelli: ita ſingulariter dicit Bal.in d.c.querelam,& ſequitur Ale.de Imo. in cõſ.85. incip.non puto,& in conſ.126.primi volum.vbi idem repetitur:& idem Alex.in conſ.106.tertij voluminis, circa medium,incip.magnifice prætor. & ſequitur Iaſ.in d.l. ſi quis maior,& idem repetit ipſe.in d.Auth. qui rem, & idẽ vult Ant.Corſetus in ſingulari ſuo 94. Decimusquartus ſingu-
46 laris effectus,virtus,ſeu efficacia iuramenti eſt, † excludere beneficiũ excuſſionis alias cõpetens : textus eſt ſingularis in d.c.ex reſcripto.& hinc eſt, q̃ licet fideiuſſor non poſſit conueniri,niſi excuſſo prius principali debitore, Aut ſ-ſente.C.de fideiuſſ.& in corpore vnde ſumitur.Tamẽ ſi fideiuſſor iurauit,poterit cõueniri nõ excuſſo principali debitore.Ita ſingulariter decidit Bald.in d.c.ex reſcripto,per illũ tex.& idem vult ibi Petr.de Ancho.& ſequitur Ale.de Imo.in conſ.32.quarti volumin.incip.in cauſa,parum ante fin.& Hippolytus de Marſiliis in repetitione rubricæ de fideiuſſ.in 4.col.& idem vult deciſio Capellæ 130.quod eſt ſingulare & notabile ualde. De hoc tamen uide latius per Fel.in d.c.ex reſcripto. de materia autem excuſſionis vide plene per Ang.& Iaſ.in §.Item ſi quis in fraudem,Inſti.de actio.& in locis per eos cõmemoratis.Decimusquintus ſin-
47 gularis effectus, † virtus,ſeu efficacia iuramenti eſt,impedire obliuionem:licet.n.præſumatur obliuio ex curſu longi tpis,l.peregre.ff.de acq.poſſ. & l.furtum, §.fundi,cũ ſua gl.ff.de vſuc.tamen hoc non hẽt locum, quando quis iurauit:quia non licet obliuiſci eius,quod quis iurauit. Ita pulchre notat Bal.& ſequitur Aluarotus in c.1, per illum tex. de forma fidelitatis in vſibus feudorum , & bene facit d.l.ſi quis maior,& l.magnam,in fi.C.de contrah. & committenda ſtipulatione,quod nota. Decimusſextus ſingularis effe-
48 ctus, virtus, ſeu efficacia iuramenti eſt , † tollere defectũ inſinuationis,vel ſolennitatis,alias de iure requiſitæ,quando ſolennitas eſt introducta nõ principaliter ob publicam vtilitatem,ſed in fauorem certarum perſonarum,d.Auth. ſacramenta puberum,& prælleg.cap.cum contingat, cum

ſimi-

ſimilibus, quæ iura hoc bene probant. ex quo ſingulariter infertur, q̃ licet donatio facta vltra legitimam ſummã non inſinuata, non valeat, l. ſancimus, C. de dona. l. Modeſtinus, ff. eod. tit. & l. illud, C. de ſacr. eccl tamen hoc non habet locum, quando donatio eſt iurata. Ita notabiliter decidit Io. And. in add. ad Speculum, in tit. de inſtru. edit. §. porro, in ult. addit. Idem etiam conſulendo dixit Feder. de Senis in conſ. ſuo 281. incip. caſus talis eſt, ſtatuto cauetur, & Ludo. de Rom. in conſ. ſuo 517. inci. in caſu propoſitæ, in fi. Idem etiam vult. Alex. de Imo. in conſ. 125. primi voluminis, inc. viſis & conſideratis, ubi dicit ſe ſic conſuluiſſe, & idẽ vult ipſe Alex. in conſ. 4. primi uoluminis incipiente, circa primum quæſitum, ubi refert, quamplurimos excellentiſſimos doctores ita conſuluiſſe. Idem etiam tenet ipſe Alex. in conſ. 157. ſecundi uoluminis incipiente, uiſo inſtrumento, circa finem, & idem Alexan. in conſilio 83. eiuſdem voluminis incipiente, viſa facti narratione, in poſtremis verbis. Idem etiam tenet ipſe Alexan. in conſilio ſuo 217. ſexti uoluminis incipiente, ponderatis his, & idem Alexan. in conſilio 26. ſeptimi voluminis incipien. cumulatiſſime. Idẽ etiam vult Hippolytus de Marſilijs in practica ſua in §. 2. quæſtio. numero 65. folio autem 85. & Panorm. in d. capit. cum contingat, in 15. colum. & hoc apertiſſime vult ibi Io. de Imo. in ſua repetitione in 10. & vltimo caſu in 4. quæſt. & hanc opinionem tanquam veriſſimam ſequitur Franciſcus de Aretio ſubtilitatum princeps in conſilio ſuo 2. inc. intellecta diligenter, & Socin. in conſ. ſuo 77. incipiente, in præſenti conſultatione, in quibus locis reperies pleniſſime reſponſum rationibus aliorum tenentium contrarium, idẽ etiam concluditur in additione deciſionis Cppellæ 382. & ita tenendum cenſeo, licet Sali. poſt longam diſputationem in l. ſi quis pro redemptione, C. de don. dicat eſſe cogitandum, & licet contrarium teneat Pau. de Caſ. in d. cõſi. ſuo 196. in 3. dubio, & pro hac deciſione optime faciunt ea quæ dixi ſupra in tertio effectu iuramenti, quæ hic habeas pro repetitis, Ex iſto ẽt ſequitur aliud ſingulare, videlicet, quod licet ſtatutum in contractu minorum uel mulierum requirat pro ſolennitate præſentiam duorum propinquorum, Tali tamen ſtatuto non obſtante, ſi minor uel mulier con-

cõtrahat ſine ꝓſentia duorũ propinquorũ, & iuret nõ contrauenire, valebit contractus: & idẽ in ſimilibus caſib. quia ſtatutũ annullans actum ꝓp ſolennitatem nõ obſeruatam, non extenditur ad contractum iuratum: qñ talis ſolennitas non eſt oĩno fundata ſuper publica vtilitate. Ita ſingulariter dicit Ale. de Imo. in cõſ. ſuo 27. primi vol. inc. viſo libello, & in d. conſ. 125. eiuſdem volum. & idem repetit ipſe in d. conſ. 37. ſecundi volum. inc. viſo, & in conſ. 38. 3. vol. incipiente, viſa petitione, & in conſ. 102. quarti volu. incip. quãdo ſtatutum. & de hoc habetur pulchre per Io. And. ĩ add. ad Spec. in tit. de ſent. in §. vt aũt, in prin. & plenè per Soc. in d. conſ. ſuo 77. & per Philip. Corne. in conſ. ſuo 36. incip. videtur prima facie, & per oẽs ſcribentes in d. Auth. ſacramenta puberum. & pleniſſime per Io. de Imo. in repetitione d. c. cum cõtingat, in tertio caſu principali, & in decimo caſu principali, maximè in 3. 4. & 5. quæſtionibus: & per Anto. de Butr. in d. c. cum contingat, in 7. caſu, vbi plus dicit, videlicet quod ét ſi ſolemnitas eſſet inuẽta ob publicã vtilitatem, ſi tamen ex obſeruantia ſolennitatis impediretur diſpoſitum & læderetur anima, vt in legatis ad pias cauſas, c. relatum. i. de teſta. non eſt ſeruanda illa ſolennitas: & idẽ vult Io. de Imol. in repetitione d. c. cum contingat, in 6. caſu principali: ad quos te breuitatis gratia remitto. Decimus ſeptimus mirabilis & ſingularis effectus, virtus, ſeu efficacia iuramenti eſt, † impedire præſcriptionẽ, & perpetuare 49 actionem in 40. annos: habet. n. iuramẽtum effectũ litis cõteſtationis, tex. eſt valde notabilis in l. nam & poſtea, §. ſi is qui temporali. ff. de iureiu. & eſt ſimilis tex. in l. ſed & ſi reſtituatur, §. ex quibus, ff. de iudiciis. Vnde ſicut per litis cõteſtationem actio perpetuatur in 40. annos, l. 1. §. fina. C. de annali excep. & l. fi. C. de præſcr. 30. vel 40. annorum: ita ét per iuramentum actio perpetuatur in 40. annos d. §. ſi is q. temporali, & præalleg. §. ex quibus, ex quo ſingulariter infertur, ꝙ ſi in inſtrumento apparet, per debitorem creditori ét extra iudicium delatum eſſe iuramentum, & per creditorem iuratũ ſibi deberi, tale iuramentũ perpetuat actionẽ in 40. annos, licet alias minori tpe, contra eam præſcribi potuiſſet: & ſic ſi in loco ſit ſtatutum, quod creditor non petens debitum infra decennium poſtea non audiatur, ſi ta-

ſi tamen inſtrumento reperiatur iuramentum præſtitum per creditorem ad delationem debitoris,etiam extra iudicium,per illud iuranentum actio cenſebitur perpetuata in 40.annos.ita ſingulatiter dicunt Bar, Bald.Angc. Salycet. Alex.Iaſ.& doc.in d.§.item ſi is qui temporali;& Idem Iaſ. in d §.item ſi quis poſtulãte,& Io.de Imo.in l.naturaliter. ff.de vſucapione & Cæpola in cautela 37.& Feli.in ca.ſi.in 3.col.de præſcri.& additio deciſionis Capellæ 220.& Hipp. de Marſilius in ſuo ſingulari 141.& docto. ſæpe alibi,quod eſt frequentiſſimum in practica:& idem in caſu conuerſo, quando debitor iurat ſe ſoluturum creditori,vt vult dicta deciſio Capellæ 220. quam vide. Decimuſoctauus ſingula
50 ris effectus,virtus,ſeu efficacia iuramẽti eſt,† quia habet vim clauſulæ guarentigiæ, facitque inſtrumentum, in quo ponitur habere executionem paratam,d.l.ſi quis maior,& l.poſt rem iudicatam.ff.de re iud.& per hoc ſingulariter dicit Bar.in l.2.in fi.ff.de iureiu.q licet inſtrumentum publicũ confectum ſuper aliquo contractu,de iure communi nõ habeat executionem paratam:pro quo eſt tex.ſingularis,licet ipſe non alleget,in l.minor 25. annis qui fideicommiſſum.ff.de mino.tamen ſi in fine inſtrumenti diceretur hoc modo,& quia de prædictis poſſet in poſterum dubitari, dictus promiſſor detulit creditori iuſiurandum , qui iurauit ccntum ſibi deberi;tale iuramentum ratione iuramenti voluntarii extraiudiciãlis, habebit executionem paratam : & hoc dictum ſequuntur Fulgoſius, Alex.Iaſ.ibidem: Hoc dictum Bartoli ſequitur etiam Pau.de Caſt. in d.l.nam & poſtea.§.ſi petitor,& idem Pau.de Caſt.in d.l. poſt rem iudicatam,& Salic.& Alex.in l.ſed & poſſeſſori.§. fi.ff.de iureiur.per illum tex.& ita notabiliter etiã vult Ludo. de Ro. in repetitione rubricę de arbitris,in 26.col. quem refert & ſequitur Iaſ.in d.l.2.& de hoc habetur latè per eũdem Iaſ. in d.§.item ſi quis poſtulante,circa finem;quod nota, quia eſt quotidianum in practica. Hoc,autem nolo te ignorare,
51 † quod inſtrumẽtum habere vim clauſulæ guarentigię,vel haberet executionem paratam,nihil aliud eſt, quam quod vigore eiuſdem competit exactio ſine ſtrepitu & figura iudicii,& de facto incipiendo a captura perſonæ. ita notabiliter dicit Ludo.de Ro.in conſ. ſuo 133.incip.in præſuppoſito

sito casu,& allegat no.per Bar.in l.si quis,C.depositi,quod nota. Decimusnonus notabilis effectus,virtus,seu efficacia
52 iuramenti est,† quia non venit sub solitis vel consuetis & hinc est,quod licet notarius posset in instrumento appone re clausulas consuetas, etiam si de hoc specialiter rogatus non fuerit,vt est tex.singularis in l.fi.C.de fideiusso.& dixi supra in loco ab vsitato seu a solitis:tamen notarius nō po test in instrumento apponere iuramentum,nisi hoc specia- liter ei iniunctum fuerit per partes,nec vnquam præsumi- tur aut habetur pro apposito;ita singulariter volunt.Anto. de Butrio,& Pano.in c.penul.de iureiu. & sequitur Soci. in consi.85.incip.viso compromisso,circa prin.3.col. quod tene menti.Hinc etiam est,quod in iuramento confirmato rio contractus,requiritur speciale mandatum;Ita singulari ter vult Iac.Butrig.in d.Auth.sacramenta puberum,& se- quitur Bar.in l.qui bona.§.si alieno.ff.de dam.infec.& idē Bar.Alex.& doct.in l.fin.C.de procura. Imò quod fortius est,ad iurandum calumnia, requiritur etiam speciale man datum,c.fi.de iuramen.calum.lib.6.& similiter ad deferen dum iuramentum iudiciale requiritur speciale mandatū, c.qui ad agendum,de procur.lib.6.quorum omnium ratio est virtus iuramenti & grauitas preiudicii,quod ex hoc ori ri posset;de qua materia vide plenius per Bar.& doct.in d. §.si alieno.Vigesimus singularis effectus,virtus, seu effica
53 cia iuramenti est,† impedire reuocationē donationis,etiā ex causa ingratitudinis; licet enim donatio inter viuos ex causa ingratitudinis;possit reuocari,l.fi.C.de retio.dona.c. fi.de dona.& §.sciendum,Instit.de dona.tamen si est actum quod non reuocetur & iuratum. reuocari non poterit. Ita singulariter decidit Io.And.in addi.ad Specu.in tit.de do- nationibus,in ver.quid si actum est,& idem volunt Per.de Ancha.& Anto.de Butrio in d.c.fi.de donatio. & sequitur Alex.de Imo.in cons.suo 40.incip.super primò,circa.fin.in 4.volumine, dicens se ita dicere solitum in consuluendo & legando. Vigesimusprimus notabilis effectus,virtus,seu
54 efficacia † iuramenti est, inducere remissionem in contra ctibus,vbi alias non fieret remissio.licet enim in contracti bus non sit locus remissioni ad locum contractus,c. Roma na.§.contrahentes,de so.compe.lib.6.tamen si iuramentū

est

est appositum in contractu,erit locus remissioni. Ita singu lariter.dicit Ange.in l.hæres absens.§.1.ff.de iudi.& sequi tur Ludo.de Ro.in suis singularibus singulari 283. & Barbatia in c.fi.de foro compe.per tex. singularé iuncta glo. in §.si vero etiam quidã iurent,in Auth.de exhi. & introdu. reis,colla.5.Vigesimus secundus notabilis effectus,virtus,
55 seu efficacia iuramenti est † quia licet de iure ciuili arbitrium non pariat actionem, quando est iuratum ; quia illo iure arbiter non debet iurare,nec partes. Aut decernimus. C.de arbitris. Tamen si fuerit iuratum , poterit iurans de iure canonico,cui in hac materia iuramenti standum est,vt sæpius dixi,ex officio iudicis,cõpelli ad obseruantiam iura menti, cum possit seruari sine interitu salutis æternæ. Ita singulariter dicit Bal.in d.Auth.decernimus,& Pano.in c. quintauallis,in quarta differentia de iureiurando,& Io.de Imo.ibidem in quinta differentia,& idem vult gl. ordinaria in c.2. de arbitris. Vigesimustertius notabilis effectus,
56 virtus,seu efficacia iuramenti est,† tollere præsumptionẽ doli vel calũniæ;tex.est notabilis in l.3.§.1.& ibi notatur, ff.de iureiu.ex quo infertur secundum aliquos,quod iuramentum de calumnia excusat litigantem ab expensis litis. Ita vult glo.iuris canonici in c.finem litibus, de dolo & cõ tuma.& gl.in c.in primis 2.quæst. 1.& gl. iuris ciuilis in §. oportet,in Auth.de iudicibus,colla. 6.sed hanc illationem non firmo; quia communiter doct.tenent contrarium,dicentes ad condemnationem expensarum sufficere temeritatem,& non requiri dolum vel calumniam, vt videre poterit,per Io.de Imo.Panor.& canonistas in d.c.finẽ litibus, & per Ioannem Fabri,instit. de pœna temere litigantium, & per Bar.in l.eum quem remanere.ff de iud.& plenè per Alex.Ias.in d.l.3.§.1.& per eundem Ias.in l. propeiandũ. §.siue autem alteratura,C.de iudi. Vigesimussquartus no-
57 tabilis effectus,virtus,seu efficacia iuramenti est , † quia exceptio iurisiurandi,quæ est exceptio litis finitæ,c.1.de litiscon.lib.6.& d.l.nam & postea,in princ.impedit litiscontestationem seu litis ingressum,iurib.præ all.non solũ quãdo iuramentum est iudiciale & præstitum in figura iudicii,sed etiam quando est extraiudiciale,& præstitum coram superiore non in figura iudicii. Ita,notabiliter vult gl

post

post eam Anto.de Butrio & Io.de Imo. in c.super hoc, de de renun.& Ale.de Imo.in l.1 & idem Alex. in d.l.nam & postea,in principio:quod nota,quia ampliat d.ca.1. de litis contesta.libro 6.& d.l.nam & postea. Hoc tñ scias, q̃ nulla exceptio impedit litis contestationem, nisi statim probari possit,idq; se facturum reus offerat:ea.n.quæ altiorem indaginem requirunt post iudicium acceptum reseruantur: vt notabiliter vult Bar. in d.l.nam postea quod nota in practica.Vigesimusquintus notabilis effectus,virtus,seu efficacia
58 cia iuramenti est, † quia ligat & obligat iurantẽ,ẽt si præstitum sit per metum, dummodo seruari possit sine interitu salutis æternæ:vt quia non sit præstitum super re turpi, licet turpiter.Ista est conclusio gl.Arch. & doc.in c.authoritatem,15.q.6.& decisio glo.magistralis in c.abbas, quod metus causa,& decisio gl.& doc.in cap.verò & in c.verum, de iureiu.& decisio.Inno,& doc. in c.ad aures, quod met. cau.& firmat Franc.de Aretio in consilio suo 14.incip.viso & diligenter considerato,in 3.dubio: nec dẽr contrauenire,nisi petita absolutione, quæ denegari non debet: vt̃ pulchre & singulariter habetur per Innocen. quem omnes sequuntur in d.c.ad aures,& hoc censeo tenendum inspecto iure canonico,quod in hac materia iuramenti tanquã spirituali est seruãdum,vt sæpius supra dixi. Quicquid dicat gl.quæ reputatur singularis in præall.§.item sacramenta,ĩ verbo querimoniã,de pace iuramento firm. & quod ibi notat Bal.& doct.alibi. Si autem scire vis casus,in quibus metus reddit actũ ipso iure nullum, vide gl. iuris ciuilis in l.si mulier,§.si dos,ff.quod met. causa; & gl.magistralem iuris canonici in d.c.abbas,& ibi plenissime per canonistas,& aliquid per gl.in d.c.authoritatem.Vigesimussextus singula-
59 ris effectus,virtus,seu efficacia iuramenti est, † efficere q̃ stetur dicto alicuius,cui alias non staretur:testi.n.licet religiosus sit,non creditur,nisi præstiterit iuramentũ,c.tuis, & c.nuper,de testib.& idẽ est in deponentib.de peritia suę artis,vt in obstetricibus adhibitis cũ dubitatur de virginitate,vel an mulier sit prægnans:Itẽ in medicis adhibitis q̃ dubitatur an vulnus sit lætale,vel non.Itẽ in doctorib. adhibitis sup peritia scholaris promouendi: itẽ in agri mẽsoribus adhibitis,quãdo dubitatur de finibus: & ĩ similibus.

Bibliotheca J. & M. Nauport Devroe

nam eis non creditur absq; iuramento, c.proposuisti,& ibi habetur plene de hac materia per Panor.& alios de probatio.& c.causam,eo.tit.l.1.ff.de ventre inspi.c.significasti.2. de hom.l.nemini.C.de aduoc.diuerso.iud.l.3. C.finium regundorum,& c.quia indicante,de præscri.l.hac edictali,§. his illud,C.de secun.nup.& l.comparationes,circa fi.C.de fi.inst.de quo articulo habetur plene per Bar.in procemio, ff.& plenius per Panorm.& canouistas in d.c.proposuisti:& 60 idem dicendũ est, † quando lex vel statutum dicit standũ esse dicto alicuius,puta massarii,vel denunciantis delictũ : debet.n.intelligi statutum,dummodo iurauerit.Ita notabiliter dicit Ang.in repetitione l.si vacantia, C.de bonis vacantibus li.10.& allegat casum singularem in l. Theopompus,ff.de dote præle. & hoc dictum refert & sequitur Ale. de Imo.in cons.suo 71.3.volum. incip. clarissime domine : & Hippolytus de Marsilijs in practica sua in §. diligenter, nu.64 fol.vero 35.& Felin.in c.significasti primo in fine de homicidio:faciunt etiam no.per Ange.& Pau.de Cast.in l. de pupillo,§.qui opus,ff.de noui ope.nunc.& no. per Bart. in l.D. Adria.ff.de custo.reo. Aduerte ẽt,quia dictum statutum recipit aliam limitationem istam.s.nisi probetur cõtrarium.Ita notabiliter dicit Bal.in l.1. C.si aduer.liber.& Cæpola in cautela 144.& Lud.de Ro.in consi.suo 102.inc. super eo,& Panor.post gl.in cap.continebatur, de despons. impub.& hoc sequitur ibi Præpositus,plures alias adducés authoritates:quod nota, quia est quotidianum in practica. Vigesimusseptimus notabilis effectus,virtus, seu efficacia iuramenti est quia licet Pontifici Maximo in persona beati Petri sit dictum, Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis:& quodcunq; solueris super terrã, erit solutum & in cœlis Matt.18.24.q.1.c.manet, & c.qđcunque,& 9.q.3.c.aliorum,cum similibus: tamen summus
61 Pontifex † non poterit sine iusta causa absoluere a iuramento licito, quia hæc obligatio est de iure naturali vel diuino,dicente Christo,redde Deo iuramenta tua,Matth.5. & c.& si Christus,de iureiu.Ita vult glo.notabilis in d.cap. quanto,& Inno.in c.cum inter P.de renun. & Arch.in d.c. authoritatem: quod intelligo, quãdo iuramentũ principaliter est interpositum super re spectante ad Deum, vel su-

per

per re ſpectante ad hominem. Papa.n.non pōt remittere obligationem quæſitam Deo vel homini: ſed ſi iuramentū eſſet interpoſitum ſuper re ſpectante principaliter ad Papam,vt ſi iurauerunt canonici, nō recipere aliquem vltra numerum,vel quis iurauit ingredi religionem: tunc poterit Papa diſpenſare ét ſine cā. Ita magiſtraliter dicit Card. in cle.Romani,in pen.q.de iureiur.& ſequitur Paul.in d.c. quanto.inoti rationibus & authoritatibus. Intelligo tamē hoc quod dixi ſane, vt.ſ.Papa non poſſit ſine cauſa abſoluere à iuramento,quin contraueniens peccet:ſed bene poteſt abſoluere etiā ſine cauſa quoad pœnam periurii & infamiæ quoad eccleſiam; ita q; ob hoc non repellatur a teſtimonio vel ab alio actu publico.Ita ſingulariter vult Cardi.poſt Matth.in d.clem.Romani,in penul.quæſtio. Vigeſimuſoctauus notabilis effectus,virtus, ſeu efficacia iuramē ti eſt,quia ēt ſi Iudæus vel infidelis iuret per Chriſtum,vel Chriſtianus per Machometum, tamen tenetur ſeruare iuramentum; textus eſt in c.mouet, 22.q.1. & volunt Innoc. Panor.& alii in d.c.& ſi Chriſtus, & Bar.in dicto proœmio, ff.circa principium,& doctores ſæpe alibi,quod nota. Vigeſimuſnonus ſingularis effectus, virtus,ſeu efficacia iuramē
62 ti eſt, † quia licet iniuſte detentus in carcere, impune poſſit aufugere, vt dicit Bar.in l.vis eius,C.de proba. & ſi ſine iuramento relaxatus fuerit,nō teneatur redire,vt habetur pulchre & late per Ale.in conſ.ſuo 144. ſecundi voluminis, incipiente, poſt redditum, tamen ſi iniuſte carceratus fuit relaxatus ſub vinculo iuramenti de redeundo ad carcerē, tenebitur obſeruare iuramentum & redire, niſi ei immineret periculum mortis, quo caſu iuramentum ſeruare non tenebitur.Ita dicit gl.ſingularis in cle.paſtoralis,in verſ.notorium,ſuper verbo per violentum,de re iudic.approb.ibidem per omnes,& vult Pan.in c.inter alia,in fine,de imm. eccl.& Io.An.in add.ad Specu. in rubrica de iureiur. Illud autem certum eſt,q; iuſte captus,& ſub iuramento relaxatus de redeundo ad carcerem,redire tenetur, & interrogatus a iudice tenetur veritatem dicere, alias peccat mortaliter,ſecundum theologos,& ita tenet Bar.in l.relegati, ff. de pœnis,& Pan.in c.1.de teſtib.cogen.& ſentit gl. & doct. in d.clem.paſtoralis. Sic ét captus in bello iuſto, peccat fu-

giendo à domino ſuo. Ita dicit gloſa reputata ſingularis in cap.ius gentium,prima diſtinct. Trigeſimus mirabilis effe-
64 ctus,virtus,ſeu efficacia iuramenti eſt , † quia licet dolus futurus per ſimplex pactum remitti non poſſit, quia daret occaſio delinquendi,l.ſi vnus,§.illud,ff.de pactis, & l.conuenire,ff.de pactis dota.cum ſimilibus : Tamen cum iuramento poterit dolus futurus remitti: text.eſt notabilis ſecundum intellectum Panorm.in d.c.quemadmodum,in fi. vbi eſt caſus ſecundum eũ.quod ſi maritus promittat vxori de non accuſando eam de adulterio,poterit nihilominus eam accuſare ciuiliter ad diuortium celebrandum:ſi tamẽ interuenit iuramentum,non poterit eam ad iſtum finẽ accuſare', quod eſt notandum pro limitatione dictorum iurium.Trigeſimuſprimus notabilis & ſingularis effectus,vir
64 tus,ſeu efficacia iuramenti eſt , † q licet alias cõfeſſio vel promiſſio extraiudicialis ſine cauſa , dicatur indiſcreta & non probet,l.cum de indebito,§. fi. ff.de prob.capit.ſi cautio.de fide inſtru.leg.2.§.circa,ff.de doli except.& leg.generaliter, C.de non num.pecu.cum ſimilibus. Hoc tamen fallit , quando confeſſio vel promiſſio extrajudicialis ſine cauſa eſt iurata: Ita ſingulariter decidit Ludou. de Roma in ſuis conſiliis,conſilio 373. incipiente, in caſu propoſito: & ſequitur Hipp.de Marſiliis in repetitione l.fi. C.de probat.& idem Hippoly.l.1.§ præterea,ff.de quæſtio. & idem Hippo.in practica ſua,in §.ſecunda quæſtio,numero 62.fo. vero 85 ,& ratio huius eſt:quia iuramentum habet vim iudicii,d.l.nam & poſtea,§.ſi is qui temporali.& leg.quę iuſſe.§.fin.ff.de iureiuran: ſed confeſſio facta in iudicio ſine cauſa,valet & probat,vt eſt glo.reputata ſingularis in l.1.in fi.ff.de interrog.actio. Idem ergo dicendum erit in iuramento,loco ſumpto à pari.Hoc tamen quod dixi intellige; quando iurans eſt ſagax & prudens , ſecus ſi ſimplex : quæ ſimplicitas præſumitur in mulierẽ,minore,& ruſtico. & ergo tales non obligantur per iuramentum ad implẽdũ promiſſionem ſine cauſa factam: licet iuramentum repræſentet quem maiorem,ut dixi ſupra in primo effectu iuramẽti,non tamen fingit eum prudentem & ſagacem quia vt dicit Ariſtoteles, mulier habet conſilium inualidum , minor autem imperfectum,quem refert Bal.in rubrica, C.de re-

rum

rum permu.in bona lectura,& sequitur Barbatia in d.consil.suo 25.in 2. dubio in primo volumine: quod nota, quia est frequentissimum in practica. Trigesimussecundus notabilis effectus, virtus seu efficacia iuramenti est quia licet
65 valde dubitetur inter doctores, † an reductioni ad arbitrium boni viri possit renunciari, vt videre licet per Dyn. & doct.in regula,scienti,de reg.iu.lib.6 & per Panor.& canonistas in d.c.quintaullis,& per Io.de Imol.& alios in d.c.cum contingat,& per legistas,in l.si quis arbitratu, ff. de verb.obl.& per Bar.in l.societatem,§.arbitrorum,ff.pro socio. Tamen vbi interuenit iuramẽtum, nec apparet dolus, fraus,vel gratia arbitratoris, nec interuenit læsio enormissimã siue in maxima quantitate laudum propter iuramentum erit seruandum. Ita singulariter dicit Paul. de Cas.in cons.suo 73.incipient.viso compromisso,&c. dicens ab hac
c opinione tanquam communi non esse recedendum in iudicando vel consulendo:& idem vult Fœder. de Senis in consil.suo 125.inci.super eo quod quæritur. Idem etiam vult Io.And.in add.ad Spec.in titu.de arbi.§.fin.in vers.quid si compromissum,vbi refert Ioan.Cald.adoptiuum suum disputando idem tenuisse,& idem vult Vitalis de Cambanis in tractatu suo clausurarum in q.illa, an reductioni ad arbitrium boni viri renunciari possit vbi latissime hanc materiã examinaui.ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat. Trigesimustertius notabilis effectus,seu efficacia iuramẽ-
66 ti est, † tollere exceptionem, dolo facis,nam licet regulariter quis non possit efficaciter petere id qđ restituturus est,imo possit ei opponi exceptio,dolo facis,de reg.iu.li.6. tamen quando quis iurauit soluere, non põt opponere istã exceptionem,dolo facis:text.est notabilis in præallegato c. debitores,& ibi notatur,& vult Bal.in repetitione d.l.2.in 6.quæst ff.de iureiuran.& doct.sæpe alibi: quod nota Trigesimusquartus notabilis effectus, virtus,seu efficacia iu-
67 ramenti est, supplere † effectum satisdationis; nam quĩ alias ex dispositione iuris, statuti, vel consuetudinis satisdare tenetur,si iurat se non posse satisdare,euadit satisdationẽ,prestando cautionẽ iuratoriam,cũ generali tamẽ hypotheca bonorum suorũ; text.est in Aut.generaliter, iiſctis ibi no.per Bal,& doc. C.de epis & cle.cum similibus, & ita

singulariter firmant Ang.& Io.de Imo.in l.cum non facile, ff.ſi cui plus quam per legem Falcid.licuerit,& Hippolytus de Marſiliis late in d.l.j.§.præterea,numero 113.cum plus ſeq.ff.de quæſtionibus, & bene faciunt notata per Bal.in l. abſtinendum, C.quo appel.non reci. quod nota perpetuo, quia quotidie contingit. Trigeſimuſquintus notabilis effe-
68 ctus,virtus ſeu efficacia iuramẽti eſt, † quia licet alias verba iocandi animo prolata non ſint in conſideratione, nec obligent,l.obligationum ſubſtantia,§.fin.ff.de act. & oblig. & §.plane,cum ibi notatis per gl.Inſt:de milit.teſta.tamen iuramentum iocoſe prolatum obligat, ſaltẽ ad veniale peccatum.Ita dicit gl.ſingularis in c.vnum orarium,§.fi. 25.diſtin.& ibi eã ponderat & notant ad hoc Dominicus & Prepoſitus,quod nota.Trigeſimuſſextus notabilis effectus, virtus,ſeu efficacia iuramenti eſt,quia licet in pœnis conuentionalibus,an & quatenus peti poſſint, varie loquãtur tex.
69 gloſæ & doct.tamen †quando oppoſitum iuramentum,indiſtincte peti poſſunt pęnæ conuentionales ultra intereſſe, Ita pulchre & ſingulariter decidit Petro de Ancharano, in conſ.ſuo 148.incipiente apud antiquos & modernos,& Ludouicus de Roma in conſ.510.incipiente, quoad primum, vbi plene reperies per eos. Trigeſimuſſeptimus ſingularis effectus,virtus, ſeu efficacia iuramenti eſt,ꝙ licet non va-
70 leat † pactum vel conuentio, habens ꝙ debitor non poſſit probare ſolutionem niſi per inſtrumentum, imò hoc non obſtante poterit fieri probatio per teſtes, vt notat glo.ſingularis in Auth.vt matres debit.& cred.coll.7. & Spec.in tit. de prob.§.fi.in verſ.ſed pone quòd in inſtrumento,& canoniſtæ in cap.2.de prob. & in cap.ſi diligenti, de foro comp. Tamen.ſi interuenerit iuramentum,illud erit ſeruandum, ex quo ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ. Ita ſingulariter decidit Specu.in d.tit.de proba.§.fin. in uerſ.ſed quid ſi debitor iurauit,quem refert & ſequitur Io.de Imo. in d.c.2.in fine,de prob.& Dominicus in d.capit.2.in 2.colum.de pactis libro 6.& Alexan.de Imo.in conſ.102.quinti voluminis,incipiente Viſo proceſſu,in fine,& Ludou.de Roma in ſuis,ſingularibus,ſingulari 206.incipiente, dubiũ eſt, & Fel.in d.c.2.de prob. ibidem tamen datur conſilium in caſu, quo quis nõ poteſt probare per ſpeciem probationis,

nis, ad quam se astringit vinculo iuramenti, quòd procuret per iudicem testes ex officio examinari, quibus ipse iudex poterit credere, conuentione vel iuramento patris non obstante. vide autem pro confirmatione præmissorum ea, quæ singulariter vult Io.de Imo.in d.capit.cum contingat, in 6.casu principali, quem refert, sequitur, & valde commẽdat Fel.in d.cap.2.de proba.in 6.colum.in ver. sexto intellige, & Hipp.de Marsiliis in repetitione rubrice, C.de probat.in 22.colum.in vers.sexto limitat, & faciunt ea quæ notat Iason in Auth.iubemus, C.de iud. Trigesimus 8.nota-
71 bilis effectus, virtus seu efficacia † iuramenti, est, impedire accusationem: si enim iuuenis iuuenculam cognouit, deinde ambo accusentur de stupro, ipsi aũt dicant & iurẽt se prius inuicem matrimonium contraxisse, debent absolui.est singularis in leg.penul. C. de fideiusso.& ibi Bald.& doct.illam gl.etiam valde commendat Bal.dicens eam non esse alibi, & perpetuo tenendam menti in l.vnica in 8.col. C.de confessis, eam etiam commendat Cæpolla in cautela 69.incipiente Aliquando contingit & Lanfrancus in repetitione.capitul.quoniam contra falsam, in verbo confessiones, in 2.colum. de probat. & eam plene declarat Cæpolla in consilio suo 57.incipiente, Super querela. Trigesimus nonus notabilis effectus, virtus seu efficacia iuramenti est,
72 † quia licet iudex non possit regulariter ex officio suo supplere, leg.4.§. hoc autem iudicium, cum ibi pulchrè nota. per Barth.Ioan.de Imol.Alex.& alios, ff.de damno infecto. Tamen quando timetur, ne iudex incidat in periurium, vt quia iurauit seruare statuta, tunc potest supplere ex officio, etiam partibus inuitis: Ita singulariter decidit Ludouicus de Roma in consilio suo 427. incip, in proposito casu, quod habet in memoria. Plures autem alios casus, in quibus iudex supplet ex officio, vide per Alexand. & modernos, in d.§.hoc autem iudicium.& ad prædicta faciunt eleganter notata per Bald.in §.itaque, in fine, procœmio digestorum, vbi vult, propter multitudinem causarum sententiam posse ferri de nocte, quod nota. Quadragesimus notabilis effectus, virtus seu efficacia iuramenti est, quia licet
73 episcopus † contra propriam constitutionem possit dispensare, etiam sine causa: quia sicut motus fuit ad concedendum,

dum,ita potest moueri ad tollendum , siue dispensandum: par enim ius est ligandi atque soluendi, capitul. verbum, de pœniten.distinct. 1. Tamen quando constitutio episcopi est iurata, secus est ; quia non potest seipsum a iuramento absoluere.Ita singulariter dicit Ludo.de Roma in consilio suo 425.incipiente, quo ad primum : ad quem breuitatis gratia remisisse sufficiat. Illud autem certum est,quod episcopus,qui cum aliquo dispensauit ad tempus, dispensationem suam ante finitum tempus reuocare non potest , nisi euidens causa suaderet contrarium:Ita decidit glo.singularis,in c.cum ex eo,de electio.lib.6.Quadragesimusprimus singularis, effectus,virtus,seu efficacia iuramenti est,quia
74 † licet inter personas prohibitas non permittatur donatio etiam remuneratoria,nisi quando constat de meritis,vt est glo.notabilis ab omnibus approbata,quæ ad hoc semper allegatur,in l.si donatione,C. de colla.& est bonus textus in l.qui testamentum. ff. de proba.& habetur per Bart. in l.si forte.ff.de castrensi peculio,& per Ioan. Andr. in additio. ad specu.in rubrica,de rebus eccle.non alie & per Alexan. plene in consilio 55.incipiente,consideratis, & consil.101. incipiente, Visis instrumentis,in primo volumine : tamen prædicta non procedunt, quando esset facta mentio meritorum cum iuramento: Ita singulariter decidit Bald.in d. l.si donatione, & eum refert & sequitur Cæpola in tractatu suo de simulatione contractuum in 7.præsumptione: de hoc tamen articulo quotidiano vel latius per Alexand. de Imol.in d.l.si donatione,vbi tenet cõtrarium,& refert etiã alios contrarium tenentes. Quadragesimussecundus singularis & mirabilis effectus,virtus seu efficacia iuramenti
75 est † quia licet per metum promittens , & postea sponte nullo subsistente metu soluens , non possit repetere solutum,quia per spontaneam solutionem subsecutam metus præcedens censetur purgatus;vt est tex.notabilis in l.2. C. qnod met.causa,& in l.si ob turpem.ff.de condict. ob turpem causam:tamen istud non procedit , quando per metũ quis iurasset soluere:nam tunc licet postmodum spõte soluat,poterit tamẽ repetere.nam uidetur magis soluisse causa euitandi periurii, quam animo approbandi contractũ ; quia quandocunque subest aliqua coniectura , quod metum

tum passus faciendo postea actum spontaneum, eum nõ facit animo approbandi contractum præcedentem, sed propter aliam causam, tunc nõ resultat nec præsumitur approbatio. Ita singulariter volunt Petr. Cyn. Bar. Bal. Ang. Paul. de Castr. Sali. Alex. & alii post gl. in d. l. 2. C. quod me. cau. quod quia facit ad multa, memoriæ mandandum est. Et in primis ex hoc infertur, quod ille qui vendidit rem suam per metum, licet postea etiam ex intervallo recipiat precium, non præsumitur per hoc approbare primum contractum; sed præsumitur potius recipere precium, vt sibi sit magis cautum. text. est notabilis in l. si per vim, & ibi hoc notant Bar. Ang. Paul. de Cast. & Alexan. de Imo. C. quod met. cau. & Sali. in l. si vi vel metu, in fi. C. eo. Ex isto etiam infertur secundo, quod si per statutum contra instrumentum non potest opponi exceptio doli vel metus, quin debitor capiatur, si debitor sponte soluat debitum descriptum in instrumento per metum extorto, per hoc non videtur approbare instrumentum quia præsumitur soluisse, ne caperetur, & non animo approbandi instrumentum, & ergo poterit repetere. Ita singulariter volunt Bar. Bal. Ang. Paul. de Cast. Alex. & doct. in d. l. 2. ubi copiosissimè hoc reperies, maximè per Alex. ad quem remisisse sufficiat, q̃ est frequentissimum in practica. Quadragesimustertius singu-
76 laris effectus, virtus seu efficacia iuramẽti est, † quia licet per simplicem renunciationem factam in absentia partis, non possit renunciari iuri de futuro: vt est gl. expressa in l. 1. C. de pactis, & ibi hoc volũt doct: & sæpe alibi: tñ hoc fallit, quando interuenit iuramentũ; nã per iuramẽtũ validat talis simplex renũciatio iuris futuri. Ita singulariter dicit Lud. de Ro. in cons. suo 22. incip. pro proposito, & Bal. in d. l. pactũ dotali, in 10. q. & Alex. de Imo. in d. l. sed & si quis. §. q̃sitũ, ĩ 1. col. & Ias. in d. l. 1. C. de pact. & doct. sępe alibi. Quadragesimusquartus singularis effectus, virtus seu effi-
77 cacia iuramẽti est, † q̃ licet ĩ actionibus p̃sonalibus p̃scribẽtis ex parte debitoris p̃scribẽtis nõ requirat bona fides, vt singulariter vult Hostı. in sua aurea sũma ĩ tit. de p̃scriptione rerũ immobiliũ, in §. quæres p̃scribi possũt, & Bar. ĩ l. sequit. §. si viã. ff. de vsuc. Tamẽ si debitor iurauit soluere, iuramẽtũ cõstituit eũ nõ soluẽtẽ in peccato; & ergo talis debitor

dor non poterit præscribere. Ita singulariter dicit Hostien. in dict. §. quæ res præscribi possunt; & hoc dictum refert & sequitur Pan. in d. c. fi. in 7. col. de præscr. dicēs hoc esse singulare. de hoc tamen vide latius per Guidonem Papæ q. 199. Quadragesimusquintus notabilis effectus, virtus, seu
78 efficacia iuramenti est, † quia licet regulariter non possit per procuratorem alteri acquiri actio personalis ipso iure, sed requiritur cessio, vt est tex. in l. possessio quoq; §. & si possessio, cum ibi nota. per Bar & doct. ff. de acq. pos. & in d. l. stipulatio ista. §. si stipuler, & ibi etiam Bart. & doct. Tamē si interuenit iuramentum delatum a parte parti, etiam extra iudicium, acquiritur per procuratorem domino actio personalis sine cessione ex tali iuramento. Ita singulariter decidit Alex. de Imo. in d. §. & si possessio, & ante eum Ludo. de Roma. in consi. 76. incipiente, in causa nobilis viri Salomonis, & volunt Bart. Paul. de Cast. Alex. Iason, & doct. in d. l. nam & postea. §. iusiurandum. Aduerte etiam, quia
79 notario stipulāte nomine absentis, acquiritur † absenti actio sine cessione, dummodo tamen interueniat ratihabitio absentis alias autem secus. Ita singulariter consuluit Paul. de Cast. in consi. suo 196. in secundo dubio in nouis. & sequitur Philippus Decius in l. contractus. ff. de reg. iur. & voluit ante eos Bal. in l. nec ei. §. satisdatio, in 6. q. ff. de adopt. qđ est aureis literis scribendum: quia quotidianum, & valde limitat no. per Bart. & alios in l. 2. ff. rem pupil. saluam fore; quod non memini me alibi legisse: Quadragesimus vj. mirabilis & singularis effectus, virtus, seu efficacia iuramēti est, quia licet compulsus soluere id, ad quod tenetur, non possit reuocare solutionem, vt est casus singularis in l. fi. §. fi. ff.
80 quod met. cau. Tamen compulsus † iurare id, ad quod de iure tenetur, poterit petere absolutionem a iuramento, ne forte contraueniens incurrat periurium. Ita singulariter decidit Ioan. And. in c. ad nostram 3. de iureiu. & ibi hoc extollit Pan. in prima oppositione, & Lud. de Roma ī suis singularibus, singulari 516. incipiente, iurat quis. Quadragesimusseptimus notabilis effectus, virtus, seu efficacia iura-
81 menti est. † excusare a pęna: nā licet promittens se præsētare certo die corā iudice sub pęna, si detētus in priuata custodia, ex qua potuit exire, se nō præsētauit, incurrat pęnā:

tamen

tamen hoc non procedit,quando detentus in priuata custo dia,iurauit non exire : nam hoc casu a pœna excusabitur , etiam si facultatem extendi habuit:quia non licuit ei iuramentum etiam extortum violare,ante absolutionem.Ita singulariter decidit Bal.in l.nec non.§,item si quis. ff. ex qui. cau.maio.q; nota,quia non reperio contradrcentem. Illud autem certum est,q; detentus in publica custodia, etiam si posset exire,vt quia ostium est apertũ,nõ debet exire:vt est gloss.nota.in l.succurritur. ff.ex qui.cau.maio.& faciunt ea quæ dixi supra in 29.effectu iuramenti.si tamẽ exeat ostio aperto,nõ,incurrit pœnã effringentis carcerem,& ex consequenti non habetur pro confesso,iuxta l.in eos. ff. de custo.reo.Ita singulariter uolunt Guil.de Cuneo,Alb.de Rosa.& Bal.in d.l.succurritur:quod nota , q̃a est quotidianũ .

Quadragesimusoctauus notabilis effectus,virtus,seu efficacia iuramenti est,† quia licet alias verba debeant interpre
82 tari secundum mentem & intentionem proferentis , l. non aliter.ff.de lega.3.C.de libe.præte.c.intelligentia,& c.præterea,de verb.sign.cum similibus,& prout verba sonant ca. humanæ,22.q.5.Tamen hoc fallit in iuramento,quia illud non interprætatur secundum intentionẽ iurãtis, vel prout verba sonant,si ambigue vel dolose quis iurauit,vt aduersariũ suum deciperet; sed interpretatur prout ille intelligere debet,qui iurati procurauit,vel prout cõmuniter intelligitur;tex. est notabilis in c.quacunq; arte,22.q.5.quẽ tex.ad hoc ponderat glo.in Aut.iusiurandũ quod prætiat ab his. in prin.col.2.quod est intelligendũ in casu,in quo ille cui iuratur simplicitor & sine dolo intelligit iuramentũ,secundũ Archi.post dominũ Hugonẽ Car.in d. c. quacunq; arte.de qua materia vide bonã gl.in c.hoc videtur.§.quæritur, 22. q.5. & bonũ tex.in c.qui peierare.§.ex his,ea.causa & q. & de hac materia etiã hẽtur per Inn.Pan.& doct.in c. veniẽs, de iure.Quadragesimusnonus mirabilis effectus,virt⁹: seu
83 efficacia iuramenti est,† quia licet alias calor iracũdiæ nõ excuset a delicto,l.si non cõuicij,iuncta gl. C.de iniu. licet bene mitiget pœnam,l.vnica,C. si quis impe. maledixerit : Iurisconsultus enim calore calumniæ vicio caret,l. 1 ff. ad Turp.& §.notandum.2.q.3.Tamen iurans ex calore iracũdiæ non obligatur ex iuramẽto.Ita singulariter decidũt Io.

And.

And.Pan.& doc.in c.ſicut ex literis,de iureiur.& Ludo.de Ro.in ſuis ſingularib.ſingulari 513.incip.volo cõmẽtare;& idẽ eſt in voto,calore iracũdiæ emiſſo,quia non obligat. vt eſt gl.ſingularis in c.dudũ,de conuer.cõiug. & ſimiliter idẽ dicendũ eſt in cõfeſſione facta calore iracũdiæ: vt eſt gl. ſingularis in c.ex literis,& ibi Pano.& doc. de diuor. quas gl. etiam refert & ſequitur Pan.in d.c.ſicut ex literis, & Lud. de Ro.in d.ſuo ſingulari 513.ad quos breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat.Quinquageſimus notabilis effectus, virtus, ſeu efficacia iuramẽti eſt,q̃a licet epiſcopus clericũ,& pater filiũ,de eorũ conſenſu in ſtudio exiſtentes,reuocare poſſint maximè iuſta interueniente cauſa:tñ ſi hi in ſtudio exiſtẽtes de licẽtia,vt ſupra,ibidẽ debitũ cõtraxerint pro neceſſitate ſtudii,& creditori iurauerit,nõ exire territoriũ,donec ſoluerint:nõ poterunt ante ſolutionẽ per epiſcopũ vel patrẽ reuocari.Ita ſingulariter decidit Io.An.in regula,in malis,de reg.iur.li.6.in Mercurialib.& hoc dictũ refert & ſequitur Pan.in c.venientes,de iureiu.cogita tñ ſuper hoc, quia nõ tranſit ſine ſcrupulo. Quinquageſimuſprimus notabilis
84 effectus,virtus,ſeu efficacia iuramẽti eſt,quod licet † contractus & quaſi cõtractus ſint diuerſa,& ſimiliter cõtract⁹ & diſtractus,tñ fauore animæ propter interuentũ iuramẽti,lex loquens in contractu habet locũ in quaſi contractu.
c Ita dicit gl.notabilis cõmuniter approbata , per doct. in d. Auth.ſacramẽta puberũ,& ſimiliter conſtitutio loquens in contractu iurato,habet locũ in diſtractu iurato, puta in liberatione iurata;licet per huiuſmodi diſtractũ ſæpe decipiãtur adoleſcẽtes,& mulieres facientes refutationẽ vel liberationẽ tutorib.quandã ſuis cũ iuramẽto:gl.eſt ſingularis in l.3.§.contrarium.ff.de contra.iud.tute.& vult Bal. in
c rubrica extra de iureiur.& cõmuniter oẽs,& doct.in d.Authẽ.ſacramenta puberũ; & dixi latè ſupra in loco a cõtractibus ad quaſi cõtractus,& ĩ loco a cõtractu ad diſtractũ,vbi vide.Quinquageſimuſecũdus notabiliseffectus,virtus,ſeu
85 efficacia iuramẽti eſt,† quia facit præſumi verũ q̃ iuratũ eſt,niſi cõtrariũ probetur,& ſic nõ p̃ſumitur periuriũ:facit l.merito,iuncta gl.ff.pro ſocio,& l.ſi procurator.circa finẽ. ff.de cõdic.inde.cũ ſimilib.Hoc tñ limitaẽ,niſi talis præſũptio adducaẽ,vt quis ex ea cõdẽnetur.Ita ſingulariter dicit

glo.

gl.& post eam Bar.Bal.& doc.in d.l.qui iurasse §.si pater,p illum tex.Quinquagesimustertius singularis effectus, vir-
86 tus,seu efficacia iuramenti est,† quia licet legibus prohibitoriis vel prohibitiuè loquentibus non possit renunciari, vt vult gl.in l.a diuo Pio.ff.de ritu nup.& gl.in l.1.C.ne fideiusso.doti.den.Tamen legib.prohibitiue loquentib.in fauorem alicuius bene potest renunciari cum iuramento. Ita singulariter decidit Io.And.in add:ad Spec.in tit.de instr. edi.in.§.porrò,circa fi.& vult Bal.in d.Aut. si qua mulier, & Io.de Imo.in repetitione d.c.cum cõtingat,in 10.& vlt. casu principali,in 4.5.& 6.q.& sequitur Alex.de Imo. in d. consil.11.secundi volum.& Iason in d.l.de his.Intelligo tamen semper quod dixi,quando lex prohibitiua nõ est inducta principaliter ob publicam vtilitatem, quia illi per iuramentum illud vel renũciari non potest,vt ex supradictis patet:quod seruit ad infinita:& vide quod dixi supra in 16.effectu iuramẽti,& id quod notat Ang.in d.l.1.C.ne fideius. doti.den.vbi tenet contrarium eius quod dixi,etiam quando lex prohibet in fauorem alicuius: sed propter hoc non recedo a cõmuni opinione.Hoc autẽ nolo te ignorare, q̃ li
87 cet virtus † iuramenti promissorij seu cõfirmatorij sit, nedũ tollere beneficium restitutionis in integrum,sed etiam tollere nullitatem actus pèr minorẽ gesti, & illũ validare: vt est tex.in sæpe allegata Aut.sacramẽta puberũ, secundũ intellectum Martini,quẽ sequitur totus mundus, vt supra dixi in tertio effectu iuramenti.Tamen hoc nõ procedit in iuramento assertorio,de quo in l.si alterius, C. si minor se maio.dixe.nã licet illud auferat minori beneficiũ restitutionis in integrũ,non tñ excludit minorẽ a beneficio allegãdi nullitatẽ actus,& sic ex consequenti leges antiquæ Codicis,quæ sunt correctæ per d.Aut.sacramenta puberũ, in iuramento promissorio seu cõfirmatorio remanẽt incorrectæ si iuramẽto assertorio.Ita singulariter decidit Io.An.in add. ad Spec.in ti.de sẽtẽtia,in.§. vtrũ,circa prin.& Lud.de Ro. in cõs.suo 12.incipiente,viso facto,& Pau. de Cas.in repet. d.Aut.sacramenta puberũ,in 4.colum.& Soz i.in cons. 66. incipiente,frustra,in 8.col. vbi plura pulchra in hac materia iuramenti assertorii reperies.Illud etiam non est omittendum,quod licet iuramentum sit maximè virtutis & efficaciæ,

88 ficaciæ,vinculumq; efficaciſſimũ,vt præmiſſis lucide patet: non † tamen ligat ſuperiorem,imo autoritas ſuperioris in omni iuramento intelligitur ſemper excepta,d.c. venientes,& cap.imperialem.§.fin.de prohi.feu. ali. per Fœde.in vſibus feudorum,cum ſimilibus : quod nota,quia facit ad multa,vt videre poteris per Felin.in d.ca.conſtitutus,in 6. colũ.cum pluribus ſeq.quem non refero, quia ab omnibus habetur. Et hæc de viribus & effectibus iuramenti extraiudicialis,voluntarii,promiſſorii.ſeu confirmatorii,tumultuarie dicta ſufficiant. De qua materia ſingulari & valde quotidiana,ſi latius videre placeat,recurre ad Anto.Corſetum de Sicilia in notabili reputatione ſua rubricæ,de iureiur.& ad Marcum Antoni. Baueriam in ſuo ſingulari tractatu de virtute & viribus iuramenti , & ad Antonium de Petruſia in notabili repetitione ſua l.1 ff. de iureiuran. & ad legiſtas ſcribentes in d.Auth. ſacramenta puberum , & ad Canoniſtas,& præcipuè ad Io.de Imo.in repetitione d. cap.cum contingat,& ad ſcribentes in d.capit.ſecundo, de pact.lib.6. & in d.c.licet mulieres,& in prælleg.c.final.de foro competen.eo.libro,& ad Felin.in cap.cum ſuper abbatia,de offi.delega. Verum quia dicti effectus iuramenti extraiudicialis,promiſſorii,ſeu confirmatorii, multos præcipuè minores,ruſticos, & mulieres,pauperes reddunt,& iuriſdictionem temporalem extenuant & eneruant,vt ex prædictis vel cæco apparere poteſt : non eſſet abſonum , ſi circa hoc per Imperatorem Maieſtatem fieret prouiſio,prout anno 91. retro præterito per recolendæ memoriæ regem Philippum ipſius Cæſaris patrem factum fuit circa obligationes in forma Cameræ , quod qualiter fieri poſſet, cum doctores hæſitet,an iudex ſecularis poſſent diſponere circa iuramentum, quod cenſetur quid ſpirituale, peritioribus diſcutiendum relinquo : æſtimo tamen id facilè fieri poſſe , & ſine iniuria eccleſiæ. De viribus autem & effecti-

89 bus † iuramenti iudicialis, quæ eſt materia per ſe diſtincta,ſi quis inſtrui velit,videat legiſtas ſcribẽtes per diſcurſum titu.ff.& C.de iureiurand.& canoniſtas ſcribentes ſuper eod.titu. vbi infinitos notabiles & ſingulares effectus iuramenti iudicialis reperiet,quos in hoc loco , ne onerarem lectores,conſulto omiſi,alias fortaſſis, ſi Deo placuerit,

rit, cum ocium dabitur eosdem in ordinem redactus. Quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia, singularia, & in practica quotidiana.

1 *Finis in consulendo & deliberando considerandus.*
2 *Exitus acta probat.*
3 *Res a fine denominatur.*
4 *Oblatio quæ potest fieri ad multiplicem finem, operatur alium & alium effectum.*
5 *Initium in actibus uel rebus quando inspiciendum quando medium, & quando finis. vsque ad finem.*
6 *Tres conclusiones in hac materia Henric. & Boick. & earum reprehensiones 7.*

LOCVS A VIRTVTE FINIS.

AVIRTVTE finis ducitur argumentũ, frequens, vtilissimum ad multa. In consulendo
1 † enim & deliberãdo maxime cõsideramus, an quid expediat vtileque sit nec ne cap. magnæ. de voto, de quo latissimè Cic. in officiis, quod quidem vtile ex fine colligimus. quicquid enim inutile est, id alicui rei consequendæ vtile oportet esse. In laude etiam & vituperatione finem inspicimus, cum multis in rebus non tam referat quid facias, quam ob quam causam facias, ita vt idem factum ex fine vel laudetur, vel vituperetur. Et hinc recte dicitur, potissimum causarum omnium esse finem, vt bene declarat Rodulphus Agrico. libro 1. capitu. 14. & 16. de inuentione dialect. quem omninò vide Argumẽtum autem ex hoc loco formari potest hoc modo. Si finis bonus est, ipsum quoque bonũ est exitus † enim
2 acta probat. & finis, non pugna, coronat tex. est notabilis in c. qualis. in prin. 25. distin. & pulcher text. in l. rem non nouam, ibi, causæ etenim terminus &c. C. de iudiciis. & hinc & Hieronymus in lib. ad Furiam dicit, quod in Christianis nõ quærũtur initia, sed finis, Paulus enim male incipit, sed bene finiuit, ecõtra autẽ Iudæ laudãtur exordia, sed finis,
3 proditionis dãnatur. Vel sic, †A fine denominat̃ res & ergo inspiciendus est finis, non initiũ, c. cõmissa, in p. in decl.

lib. 6.

Digitized by Google

lib.6.& l. si stipulatus essem abs te,& l.insulam, intra biennium.ff.de verb.obli.& pulcher tex.in l.& si non sint.§.perueniamus,in fi.ff.de au.& arg.lega. cum pluribus concordãtibus adductis per glo.in c.dudum.1.de elect.& per glos.in c.scientes, de censib.Hinc singulariter dicit Bal. in l.j.in ij. col.ff.quod cuiusque vniuer.nomi.q; ex fine ad quem fiunt ligæ seu confœderationes iudicantur licitæ vel illicitę:quia si fiunt ad licitam defensionem,iudicantur licitæ: si autẽ ad illicitam defensionem,iudicantur illicitæ , per glos.d. l.1.in prin. super verbo aliorum,& probatur in l.si a reo.§.fi.in fi. vbi est text. singularis. ff. de fideiusso, & idem vult Bart.in extrauaganti quoniam,in tit.qui sint rebelles, in verbo occultè,& Ange.in consilio cccixxvi. incipiente Philosophiæ , & faciunt notata per Bald.in l.fi.in fine,C.de exhiben.reis, & notata,per eundem Bald.in repetitione l.i. in vltima col. C.vnde vi.Quare etiam dicit idem Bal.in d.l.j.ff.quod cuiusque vniuer.nomi. q; pœnæ quæ imponuntur facientibus illicita conuenticula seu congregationes,sunt diuersæ secũdum diuersos fines,ad quod iste congregationes fiunt.nam si fiunt ad monopolium faciendum , congregantes puniuntur pęna exilij,l.j.C.de monopollijs:si autem fiunt ad seditionem,vel publici status perturbationem,puniuntur pęna capitis,l.j.& ij.C.de seditiosis,cum similibus. Hinc etiã est
4 † q; oblatio,quæ potest fieri ad multiplicem finem , operatur alium & alium effectum secundum finem ad quem fit: vt magistraliter declarat Henricus Boick.in c. constitutus, de in integ.restit.& doct. legistæ,in l.acceptam,C.de vsuris. Inde etiã æstimatio,quæ fieri potest ad diuersos fines , aliũ & alium effectum operatur , secundum finem ad quem fit: vt magistraliter declarat Bar.in l.fi vt certo.§. nunc videndum.ff.commodati,& Sali.in l.j.C.eo.tit.Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio à virtute finis , sed prædi-
5 cta pro exemplo abunde sufficiũt.Verum † quia plura sunt iura volentia,initium esse spectandum,& multa dicentia finem esse spectandum , & aliqua dicentia medium esse spectandum enumerata per glo.in d.cap.dudum i.& per glo. in d.cap.sciẽtes.& plene per Ioann.Andre.in regula factum legitime,de regul.iur.lib.vi.in Mercurialibus, vbi plura bona reperies:quia etiam reperiuntur aliqua iura dicentia , me-

dium

dium ad ſe trahere extrema: Item aliqua dicentia principium ad ſe trahere finem:& aliqua econtra dicentia finẽ ad ſe trahere principium,vt videre licet per gloſ.in leg. qui ſella.§.fi.ff.de ſeruitu.ruſtico. prædio. Idcirco pro concordia huiuſmodi iurium,ſaluis aliis ſolutionibus, poſſet dici generaliter hoc modo;quod quædam ſunt res vel actus, habentes extenſiuam & ſuſpenſiuam productionem;& tũc ſpectatur non tantum initium,ſed medium & finis. Exemplum in iudicio,in quo requiritur, quod iudex in qualibet parte iudicii habet iuriſdictionem non ligatam, & quod perſonæ ſtantes in iudicio ſint habiles, vt habetur pulchre per Inno. & canoniſtas in cap.prudentiam,de offic. delega. Item poteſt poni exemplum in præſcriptione, in qua debet eſſe bona fides omni tempore de iure canonico, cui ſtãdum eſt etiam inter laicos & foro ſeculari,capitu. fin. cum ibi not.de præſcriptione. & regula poſſeſſor malæ fidei, de regul. iuris lib.6. Quædam autem ſunt res vel actus momentanei,vel quaſi & tunc eſt ſubdiſtinguendum.aut producunt effectum momẽtaneum in ſui productione & creatione,& tunc initium tantum ſpectatur;hoc eſt,tempus illius effectus producti. Exemplum in reo conuento in iudicio,à quo exigitur cautio,iudicio ſiſti,qui ſi tempore huiuſmodi exactæ cautionis poſſidet immobilia,releuatur ab ea cautione,leg. ſciendum,in princip.& §.fin.ff.qui ſatiſda. cogan.aut producunt effectum ſuſpenſiuum,& tunc inſpicitur finis illius effectus producendi, & de hoc videre poteris plura exempla in l.2.§.fi.cum l.ſeq.ff.de condict.indebiti,& ſic etiam poteſt intelligi l.ſi is à quo.§.fi cum l. ſeq. ff.vt in poſſeſſ.legatum.& l. ſi quo tempore.ff.de peti.hæreredita.licet gl. vtrobique vacillet. Si tamen velis exactius perſcrutari & ſcire, quando inſpiendum eſt initium, quando medium,& quando finis videre poteris latiſſime & magiſtraliter per hẽricum Boick in d.c.cum dudum 1.vbi in effectu ponit, & per plura iura tam canonica quam ciuilia
6 probat,tres concluſiones.† Quarum primum eſt iſta. Quãdo res vel actus,de qua vel quo agitur licet fuerit ab initio valida vel validus,deuenit ad caſum totaliter deſtructiuũ, perẽptiuũ,ſeu annulatiuũ,tũc nõ inſpicitur initiũ,ſed finis, ſeu caſus ille annullatiuus ſeu deſtructiuus.Secũda eſt iſta,

Quando res inulida ſeu actus inualidus ab initio, deuenit poſtea ad caſum totaliter conſtructiuum,reparatiuum,ſeu reintegratiuum,tunc ſimiliter non ſpectatur initium, ſed finis,ſeu caſus ille conſtructiuus ſeu reparatiuus.Tertia eſt iſta,Quando actus non deuenit ad caſum totaliter deſtructiuum,ſeu peremptiuum,nec ad caſum totaliter conſtructiuum ſeu reparatiuum:tunc ſi habet retrotractum, ſpectatur initium: ſi vero habet tractum poſt & ad futurum, inſpicitur finis:ſi uero non habet tractũ retro,nec tractum poſt,tunc ſubdiſtinguit :Aut agitur deduabus rebus vel de duobus actibus,quarũ ſeu quorũ vnus ſeu vna loco alterius ſurrogatur,& tunc ſubdiſtinguit vt ibi:aut agitur de eadẽ re ſeu actu,& tunc iterũ ſubdiſtinguit ,aut agitur de reſcriptis,aut de vltimis voluntatibus,aut de contractib. inter viuos vel quaſi, aut de matrimoniis vel ſponſalibus, aut de criminibus, ſiue delictis, aut de iudiciis, aut de muneribus dicendis,aut de iuris quæſiti retentione, aut de vſucapione,ſeu præſcriptione,aut de libertate,aut de aliis rebus ſeu actibus:& quod libet membrum luculenter proſequitur,vt videre poteris per eum,quem non refero,quia foret nimis longum,maxime quia ab omnibus habetur. Si tamen diligenter & accurate conſideremus,neque concluſio prima per eum poſita procedit indiſtinctè,neque etiam ſe-
7 cunda. Non prima,† quia furor vel aliud impedimentum ſuperueniens non perimit actum prius legitime geſtum & perfectum,vt eſt tex.in leg.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris,& in.§.item furioſi,cum ſequi.Inſtitut. quib.non eſt præmiſſum face.teſta.cum ſimilibus:vnde pro reſolutione & veritate dictæ primæ concluſionis habenda, videnda ſunt notata per Barto.in l.pluribus.§. & ſi placet. ff.de verbo.oblig.& no.& per Iohan.Fabri,Ang.& alios in. §.econtrario,Inſtitut.de lega.& no.per Dy.in dict. regu. factum legitime,& notat.per Bald.& Salic.in leg. ſi Gaudentius,C.de con.empt.& vend.& not.per Albe.de Roſa. in l. inter ſtipulantem.§.ſacram,in 3. oppoſitione. ff. de verbo. obliga.Non etiam procedit dict.ſecunda eius concluſio,qa actus ab initio inualidus,ſi duret cauſa impediẽs, vel ſi nõ ſuperueniat cauſa confirmans, non confirmatur tractu temporis,etiam ſi deueniat ad eum caſum, à quo potuit legiti-

me

mè inchoari,leg.quod in initio, & leg. penult.ff. de regul. iur.cum similibus;vnde pro veritate dicte secundæ conclusionis,videnda sunt not.per Dy.& alios,in regul. non firmatur,de regu.iur. lib.6.& pariformiter impugnari posset ex multis tertia concluſio eiuſdem,vt ſtudioſus per ſe videre poterit.Nec poteſt in hoc articulo dari certa regula vel doctrina,ſed ſecundum diuerſitatem caſuum quandoque inſpiciendum eſt initium,quandoque medium , & quandoque finis,quia quæcunque regula vel doctrina detur,ſemper poterit impugnari,quando quis vellet inſiſtere & pertinaciter in hærere.Item poteris aliter intrepide dicere hoc modo,† Aut actus recipit eſſentiam.vel validitatem in initio,& debet ſpectari initium . Aut actus recipit eſſentiam vel validitatẽ in medio,& debet ſpectari mediũ. Aut actus recipit eſſentiam,ſubſtantiam,vel validitatẽ in fine , & tũc inſpicitur finis.Ita notabiliter dicit Io.Cald.in d. c. dudũ, & eſt de mente Anto.de Butrio,Pan.& Io.de Imo.ibidem . & faciunt notata per Bar,in l.conſtitutionibus.ff.ad municipales.Dantur & aliæ doctrinæ in hac materia , nam quidam diſtinguunt,vt facit gl.in d,c.dudum,& in d. c. ſcientes.Alii autẽ dicitur aliter videlicet , quod vbi initiũ plus influit in actum vel contractum qui geritur , quam finis , tunc inſpicitur magis initium rei , quam finis ſi vero finis : magis influit in actum,quam initium , tunc econtra magis inſpicitur finis, quam initium. Alii autem dicunt aliter videlicet,quod quando principium eſt licitum,ſed finis eſt illicitus, tunc attenditur principiũ & non finis, leg. quod ait lex,vbi pulcher tex.ff.ad leg.Iul.de adult.ſed quando vtrũque eſt illicitum,tunc attenditur finis,leg.illud. §. fi. ff. ad legem Aquil.cum ſimilibus. Ita dicit Bar.in dic.l.quod ait lex:quod facit ad deciſionem multarum q. quotidie occurrentium,de quibus ibi per eum.Et inter alia iſtud facit ad deciſionem illius q.capus extra eccleſiam,ducitur per eccleſiam,ibidem exiſtens dicit ſe illic velle manere, an gaudeat immunitate,vel an poſſit inde licite extrahi?& dicendũ eſt quod poterit licite inde extrahi.Ita ſingulariter vult Arch. in c.ſicut antiquitus 71.q.4.& eum ſequitur Oldra.in cõſ. ſuo 54.& Hippolyt.in ſua practica in.§.vlterius , nume.4. & alibi,cuius ratio eſt,quia principium fuit licitum,quare

illud eſt attendendum,d.l.quod ait lex, quod tenē mentē. Alij autē dicunt,q; quando finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium,tunc attenditur principium; ſed quando finis non habet neceſſariam conſequentiā ad principium,tunc attēditur finis de iſto ſunt tex. pulcherrimi in l.3.§.ſcio, & §. præcedenti.ff.de minoribus,& in l. damni. §.Sabini.ff.de damno infecto. quod ſimiliter facit ad multas q.de quibus per Bar.Bal.Ang Pau.de Caſt.Io de Imol. & Alex.in d.§.Sabini,& per Bal.in l.1.ff.de origine iuris,& per Alb.de Roſate in tertia parte ſtatutorum,q.33.& inter alia primum membrū dictæ vltimæ doctrinæ facit ad deciſionem illius quotidianæ q. ex ſtatuto cōmittens homicidiū pro redemptione ſuorum bonorum tenetur ſoluere officiario loci centū,modo tēpore quo Titius fuit officiarius, aliquis vulneratus eſt lætaliter,qui deceſſit tēpore quo Seius factus eſt officiarius,quæritur vter iſtorum debeat habere hæc centū,Titiuſq; an Seius,Si enim inſpicimus finē, ea habebit Seius,pro quo facit doctrina Barto. in d.l.quod ait lex.Item pro eo etiam facit ratio, quia vbi pendet cauſa,pendet eius cauſatū:& finis declarat qualis ſit res,l. ſed & ſi quis §.interdū.ff. de vſufructus, Si autem inſpiciamus principium,ea habebit Titius.& certè in hoc caſu, quia finis habet neceſſariam conſequentiam ad principiū , debet Titius habere hæc centum,dict l.damni.§.Sabini,cū ibi notatis per Bart.Baldum,& docto. & dict.l.3.§.ſcio, qui ſunt tex.ad hoc notabiles & videtur caſus in terminis in l. huiç ſcripturæ.§.1.ff.ad legē Aquilia.& faciunt notata per Bar. in l libellorum.ff.de accuſatio.vbi dicit in accuſatione ponendū tēpusvulneris,& nō tēpus mortis,& allegat d.l.huic ſcripturæ,& d §.Sabini.Ad prædicta etiam faciunt not.per Alex.de Imol.& alios in l.divortio §. ſi vir. ff. ſoluto matrimonio.& notata per Bar.& Bal.in l.ſi.illo eod. tit. & notata per Pet de Ancho.in c.1.ne prælati vices ſuas,vbi reperies deciſas elegātes & quotidianas quæſtiones facit etiā ad deciſionem illius quæſtionis factū eſt pactū cū ſtipendiariis , quod cōmunitas debeat emēdare equos mortuos in bello, modo equus fuit vulneratus in bello , & poſtea mortus in oppido quæritur an cōmunitas teneat? & deciditur quod , ſic,quia cēſetur mortuus in loco,in quo eſt vulneratus,ita

deter-

determinat Bartolus post Dynum in l.1.§.1.ſi de incendio ruina,& naufragio.& idem vult Florianus in leg.ait lex. ff. ad legem Aquiliam,& hãc decſionem ſequitur Sozinus in conſilio ſuo 55.incipiente,præſtantiſſimè doctor , in fine , Albericus de Roſate in d.§.Sabini,poſt alios per eum commemoratos,quod nota.Secundum autem membrum dictæ vltimæ doctrinæ facit ad deciſionem q. de ouo gallinæ albæ,ex quo facto gallinæ nigræ prouenit pullus, vt ille pullus ſit domini gallinæ nigræ,& non domini gallinæ albę,de qua q.vide per Signoro.de Homodeis,in conſi. 168. & per præmiſſa multifariam concordari poſſunt iura diuerſimode loquentia in hac materia,quod nota.præmiſſa etiam inducit Ioan.And.in regula in obſcuris,de reg.iuris lib. 6. in Mercurialibus.ad deciſionem illius notabilis & quotidianæ quæſtio.Exemptus ſtans in loco exempto proiecit lapidem,per quem percuſſit ſtantem in loco non exempto, dubitatur, an ordinarius loci, an verò prælatus ipſius exempti,huius delicti ſit iudex,an vterque,an neuter; & concludit,quod vterq; poteſt de dicto cognoſcere, habito reſpectu tam ad initium,quã ad finem,& eſſe locũ præuentionis inter eoſdem iudices.de quo vide latius per Pan. & canoniſtas in c.1.de præſumptio.& per Bar.& legiſtas,in d.l.libellorum,& per eundem Bar.& alios in l. ſi vt proponitur . ff. de fideiuſſo.& per Pau.de Caſ,in l.vnica,C.vbi de poſſ.agi. opor. Prædicta etiam induci poſſent ad deciſionẽ illius quotidianæ q.Cui eccleſiæ debeantur decimæ de porris, primo ſeminatis,in parrochia eccleſiæ S.Petri,& poſtea trãſplãtatis,in parrochia eccleſię ſancti Pauli; de quaq.vide plene p Io.An.in reg.qui prior,de reg.iur.lib.6.i Mercurialib.ad q̃ breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat,qa hęc & ſimilia ſtudio camerali ſunt relinquenda.Poſſent & plures alii loci per adduci,ſed prædicti tanq̃ in vſu quotidiano frequentiores ,p iuuenib.ſuſhciãt.Et licet p Ciceronẽ,Boetiũ , Rodolphum Baldũ,Cãtiſiculã,Georgiũ, Vallã & alios maximę authoritatis & ſciẽtię viros,arctius multòloci ſint cõtracti,quo dilucidius tamè ſtudioſi ſingula pcipere poſſint,ad hũc numerũ locos ampliaui,& exẽpla quotidiana ſubieci.Verum, qa opere in lõgo fas eſt obrepere ſomnũ,nũc calamu ſilentium imponat,nõ inopia ſermonis , qa multũ adhuc reſtat

operis,multum quæ reſtabit,ſed occupatio quotidiana. Et licet ſciam,quod qui ſcribit,multos ſumit iudices, quodque omnis definitio in iure periculoſa eſt, cum Vlpiano tefte parum ſit,quod non ſubuerti poſſit;nec ignorem in ſcripturis reprehenſibile eſſe omne nimium,ſiue ſit longitudini,ſiue breuitati obnoxium; cum primum ſenſus legentiũ onere;ſecundum verò præcidat ſtudioſorum deſiderium; tum & hoc ſcio,quod oris apertio in Dei, non in hominis eſt poteſtate,per quod conſtat me non plus potuiſſe,quam ingenioſi a Deo largiti paterentur angultiæ,maximè in materia tam ſcrupuloſa,ſubtili,& difficili,in qua ferè tot ſunt ſenſus,quot capita,& in qua caligat ſcrutinium, nec ſufficit ingenium tam ardua rimari. Propter quod omnes ſtudioſos huius meæ lucubrationis lectores, qui perſpicatioris ſunt ingenij,vel quos minus impedit occupatio,exoratos velim,quatenus ſi quid in ea malè vel incircũſpectè dictum inuenerint,inuidia & detractione ceſſantibus, fraterna charitate benignè corrigant & emendent,quia D. Auguſtino a puero etiã anniculo paratus ſum edoceri , & omnia iudicio ſanctæ matris eccleſiæ ſubijcio. Bene ſcripta verò,ſi quæ fuerint, non mihi, ſed omnipotenti Deo , à quo donum omne deſcendit, & qui dat omnibus affluenter & non improperat,attribuantur, eiq; gratiæ referantur , qui viuit & regnat in ſecula benedictus, Amen.

FINIS.

Timentibus Deum nihil deeſt.

Super omnia vincit veritas.

INDEX

Digitized by Google

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM ET VERBORVM, quæ in his Nicolai Euerardi locis legalibus continentur alphabetico digestus.

ABsolutionem petens an fateatur se excommunicatũ, in loc. à priuat. ad habit.nu.2.

Absurdum quid sit in loc. ab absurd.num.8.

Actio non est intendenda contra seruum aut monachum delinquentes, sed cõtra dominum,& prælatum,seu abbatem.fallit.num. 5. in loc. à seruo ad monac.nu.4.

Actio quando oritur ex contractu, in decisoriis attenditur consuetudo loci contractus,& nõ loci iudicii: idem in distractu.in loc.a cõtract. ad distractu.nu.2.

Actio personalis in aliquo casu an detur contra singularem successorem, vel colonum rei obligatæ. in loc.ab aliment. numero 10. & sequent.

Actio ex rubrica, sicut ex lege oritur. in loc.à rub. nume.4.

Actio personalis si succedat loco rei vẽdicationis efficitur illius naturæ.in loc. à vi surrogat nu. 15.

Actio personalis in rẽ scriptã tollitur præscriptione longi temporis.

Actio personalis alteri per alterum sine cessione acquiritur. in loc.à vi iuram. nu. 78.79.

Actio absenti quando quæritur sine cessione. ibid. nume.79

Actiones noxales quæ locum habent in delictis seruorũ, non habent locum in delictis filiorum familias. in loc. à seruo ad monac. numero 12.

Actore nihil probante,an reus teneatur necessario subire iuramentum sibi ab actore delatum, vel illud referre. in loc.à contrar.nu.3.

Actus requisitus cum aliqua qualitate,nõ valet sine qualitate. in loc. ab effect. eor. &c.nu.6.

Actus taciti non tam latè interpretantur vt expressi. in loc.ab express.nu.19.

Actus mandato contiguus,vel vici-

Digitized by Google

vicinus mãdato,non dicitur contra, nec præter mandatum in loc.a rat.leg.larg.nume.13.

Actus ſpectantes ad voluntariam iuriſdictionem poſsũt fieri tempore feriato, & in loco ſacro.in loc, à tempor. ad loc.num. 1

Actus ſimpliciter geſtus ab habente duplicem poteſtatem in dubio cenſetur geſtus eo modo quo valere poteſt. in loc.de tanq.ſeu reſpect.nume.32

Actus in iudicio per minorem geſtus ſine curatore eſt ipſo iure nullus, ſi non interueniat iuramentum in loco à vi & energ. iuram. nume.8.

Adiectio incontinenti facta,nihil immutat circa prius diſpoſita.in loc.ab emphyt.ad cenſ.nu.8.

Adiectio non ſemper auget diſpoſitionem. in loc.ab ordi. nu.4

Adminiſtratori factum quando obliget ciuitatem, eccleſiam minorem vel alium.in loc.à delict.ad contract. nume.2

Aequiparatio militum, & doctorum ſeu aduocatorum. cum num. 1. & numero ſequent. vſque ad numero 16.

Aequiparatio prodigi & furioſi quando procedat. in loco à minore furioſ. numero 8.

Aequipollens ſemper ſubauditur:& poteſt deduci in ſtipulationem.in loc.ab æquipol.num.4.& 5.

Aequipollentia quæ dicantur in loco ab æquipollen. nume.3.

Aequipollentium quid fiat,nõ refert. in loc. ab æquipoll. num.1.

Aquipollentium eadem diſciplina,& idem iudicium.ibi. nu.2.pag.591.& nu.7.

Aequum illud eſt cuius contrarium eſt abſurdum.in loco ab abſurd.nu.9.

Agere hominis non poteſt eſſe continuum,ſecũdum naturam.in loc.a temp.ad temp. num.12

Alienatio facta per minorem dere immobili ſine authoritate curatoris & decreto iudicis nõ valet.in loc. a minorib.ad eccleſ.nu.9.

In alienatione,feudi fiẽda per vaſallum vaſalli, conſenſus domini cui ſoluendum cum eſt laudemium, requiritur Idem in emphyteuſi.in loc. à feud.nu.17.

Alimentorum priuilegia.in loco ab alimen.ad dot. numero 2.

Alimenta & dos poſſunt denegari filius ingratis.ibi. nu.3.

Digitized by Google

Alimentorum & piæ cauſæ fauore legatum incertum debetur in loco ab alimen. ad piam cauſ.nu.2
Allegationum & remiſſionum vitiomis triplex fructus. in præambu.nu.30
Alteri ſtipulati vel paciſci quãdo quis poſſit. in loco a vi & energ. iuramen. numero 10.
Alternatio ſemper preſumitur eſſe inter æquali: & parum diſtantia.in loc.à nat. alternat.nu.13
in Altennatiuis electio eſt debitoris. in loco a natur. altarnat.numero 1. & nume. 2.& 3
Fallit num.4
Fallit quintupliciter.nu. 9. & ſeq.
In alternatiuis altera pars alternatiuæ trahit ſecuœ ſuũ effectum. in loc. a natu. alternat.nu. 15.
Animus præſumitur ab effectu.in loc, ab effect. numero 4
Annullatio actus inducta per legem,vel conſuetudinem, an dicatur pœna:& an quod obtinet in pœnalibus obtinere debeat in talibus nullitatibus in loc. à rat. leg. larg. nu.62.
Appellandum ad epiſcopũ a collatione beneficii factaper epiſcopũ vt canonicũ in loco de tanq.ſeu reſpect.nu.9
Arbiter malè arbitrando, aut negligendo facit litem ſuã. in loco a iudic.ad arbit. nume. 7.
Arbiter an ſuam ſententiam poſſit interpretari.num. 17.
Arbitri iuris nõ eliguntur,niſi in caſibus certis, & quid ſint.in loc.excep.nu.8.
Arbitri & arbitratoris inter ſe differentiæ. in loco a iudic. nu.20
Arbitria in omnibus redacta ſunt ad ſimilitudinem iudiciorum: niſi ſpecialiter contrarium ſtatutum reperiatur,quod inducitur ad multa. in loco a iudiciis ad arb. num.1.& 2. cum ſeq. vſque ad nu.18
Arguere quando liceat, vel nõ liceat à feudo ad emphyteuſim.in loco a feud.num. 42. 43.cùm ſeq.
Arguere a dote ad piam cauſam quando liceat.in loco a dot.ad piam cauſ.nu. 3
Arguitur in iure tripliciter,nẽpe lege,ratione & exemplo, in præamb.nu.15
Argumentatio a lege ad teſtatorem quãdo procedat vel non procedat.in loco a leg. ad teſtator.nu.5
Argumentatio a cõtractu ad diſtractum procedit cõcurrente identitate rationis in lo.a cõtract,ad diſtrac.n.11.

Argu-

Argumentatio a proportione quando procedat. in loco a proportione.nu.4.
Argumentatio a libertate ad piam cauſam quando procedat in loco a liber.numero 36.
Argumentatio ab eccleſia ad fiſcum, non procedit in pœnalibus.in loc. ab eccleſ. ad ad fiſc.num.2.
Argumentatio a matrimonio ſpirituali ad carnale quando procedat.in loco a matri mo.ſpirit.nu.3.
Argumentatio à fiſco ad eccleſiam vel piã cauſam quã do procedat.in loc.à fiſc.ad eccleſ.nu 18.
Argumentatio a præterito ad præſens locum habet in omnibus prędicamentis Ariſtotelis. in loco a tempo. ad temp.nu.6. & ſeq. vſque ad num.17.
Argumentatio a legitima patroni ad legitimam filii, quando non procedat.in loco a legit.patro.nu.3.
Argumentatio a milite ad eccleſiam vel piam cauſam quando non procedat. in loco a milit.ad eccle. numero 10.
Argumentatio ab etymologia nominis appellatiui quando procedat. in loco etymolo.num. 8.pag.31.numero 9.
Argumentatio ab eccleſia ad pia loca non procedit in pęnalibus. in loco ab eccle.ad pia loco nu.3.
Argumentatio ab alimętis ad piam cauſam quando procedat.in loc. ab alimen.ad piã cauſam,num.12.
Argumentatio ab emphyteuſi ad feudum quando procedat & quando non in loco ab emphyteut.ad feud. nume.9.
Argumentatio a toto in quantitatę, ſeu numerabili ad partem argumentatio quomodo procedat.in loc.a tot. ad part.nu.5.
Argumentatio a ratione caſus conuerſiua quando non procedat in loc.à ratio.caſ. conuerſ.num.4.
Argumentatio a quaſi contractibus ad contractus non procedit in materia pęnali, & quando agitur de nullitate actus, in odiũ alicuius. in loco a quaſi contract.nume.1.
Argumętationis quatuor ſunt ſpecies. ſ. ſyllogiſmus, enthymena,inductio,& exemplum, & quæ ſint earum definitiones.in præamb. nume.10.
Argumentum ab abſurdo valdiſſimum in loc. ab abſurd. num. 1.
Argumentum ab abſurdo tol litur,

litur,ſi abſurdius ſequatur, in loco ab abſud.nu.10.
Argumentum ab alimentis ad legitimam quando non procedat.in lo. a do. ad ali. nume.3.
Argumentum ab authoritate interdum eſt probabile tantum,interdum etiam neceſſarium.in loc.ab author. nume.2.& nu.69.
Argumentum ab authoritate non ligat eos qui non ſubſunt authoritati. in loc. ab auth.nu.3. ibid.
Argumentum ab authoritate tenet affirmatiue, ſed non negatiuè.in loc. ab author. nu.17. ibid.
Argumentum à ciuilibus ad criminalia formatur dupliciter:affirmatiuè.ſ.& negatiuè.in loc. a ciuilibus. nume.1.
Et quando non procedat.ibid. num.2.
